Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Zwinger, Theodor (éd.).

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ex doctiss. VV. codicibus emendatus ; latina versio Jani Cornarii... correcta ; sententiae insignes per locos communes... digestae, Theod. Zvingeri,... studio et conatu

Basileae Episcopiorum opera atq. impensa, 1579.
Cote : 16

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00016

©BIUM

HIPPOCRATIS COI

Aſclepiadeæ gentis ſacræ coryphæi

VIGINTI DVO COMMENTARII TABVLIS illuſtrati:

GRAECVS *contextus ex doctiß.* VV. *codicibus emendatus.*
LATINA *uerſio* IANI *Cornarij innumeris locis correcta.*
SENTENTIAE *inſignes per Locos communes methodicè digeſtæ.*

THEOD. ZVINGERI BAS.
ſtudio & conatu.

CAETERA VOS DOCTI, ASCLEPI DE SANGVINE NATI:
MONSTRASSE SIT VIAM SATIS.

Ἱπποκράτης φαος ἦν μερόπων, καὶ σωτὴρ λαῶν ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν πάνυ εἰν αἴδῃ. Nicomedes
Hipp.is meminit semel tantum, atq. obiter, 4.° 7.° polit. Aris.



BASILEAE
EPISCOPIORVM OPERA ATQ. IMPENSA
M D LXXIX.

1579

~~Ex libris Joannis Bomier L. M. R.~~
27. 1580.

Ex Libris Philippi Hecquet Doct. Med. Abbauillaei.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 1 sur 736

©BIUM

IAM TANDEM
ET VIX
TANDEM.
SED SAT CITO
SI SAT
BENE.

IOANNI CRATONI
à Craftheim
ARCHIATRO CAESAREO
III^mm,
ΕΥΣΧΗΜΟΝΙ ΚΑΙ
ΕΥΔΟΞΩι

Theodorus Zuingerus
Basilienſis
IN HIPPOCRATEM
COVM
ASCLEPIADEAE FAMILIAE
PRINCIPEM
PARTITIONES CASTIGATIONES
RESTICVLATIONESQ.
SVAS
D D D.

Theod. Zuingeri
IN HIPPOCRATEOS
LABORES
ad Ioannem Cratonem V. CL.
PRAEFATIO.



MARCVM Varronẽ, Romanorũ omniũ ſapientiſsimum, octogeſimo primùm ætatis anno de colligendis ſarcinis cogitare cepiſſe, lucubrationes eius Ruſticæ teſtantur. Nobis uerò, licet ętate multum in ferioribus, cùm inter ſuperioris biennij continuata funera mortalitatis noſtrę nõ tam metu quàm ſuſpicione tangeremur, ad Hippocrateos labores (quos ante plures annos, quàm elephanti pariũt, ſuſceperamus) protrudẽdos potiùs quàm edendos, neceſsitas impoſita fuit: quam crebræ deinceps cohortationes tuæ, CRATO nobiliſs (qui poſt CON. Geſnerum Tigurinum, operis huius perſequendi auctor nobis extitiſtĩ) promouerũt plurimùm atq; confirmarunt. Cuius ipſius ſuſcepti cõſilium, tibi minimè ignotũ, cæteris ſaltem uiris Aſclepiadeis, priuſquam de labore ſtudioq; noſtro in tanti nominis ſcriptorem collocato uerba faciam, explicare & comprobare conabor.

HIPPOCRATEM Coum, Heraclidæ filium (ut multos alios cognomines, ſed ætate & eruditione multò inferiores, excludamus) conſtans totius antiquitatis iudicium, medici & philoſophi ſummi nomine celebrauit, quòd in illo eximia quædam & naturæ & doctrinæ lumina reſplenderent. Enimuerò ſi res ipſas ſpectemus, eam naturæ cognitionem habuit, ut primus phyſiologiam rectè tradidiſſe, ſolus quinetiam ex ueteribus ad ſecretiora naturæ, ab exoterico philoſophandi genere remota, penetraſſe uideatur. Quorum utrunq; & ingenij bonitate admiranda, & diſcendi ſtudio ſingulari conſecutus eſt, non modò in αὐτοψίᾳ peregrinationũ (ut empiricum proinde maximũ, ſed ratione interim inſtructiſsimum fuiſſe Gal. profiteatur) uerumetiam in ἀναγνώσει hiſtoriarum medicarum, hinc inde per totã Græciam in Aeſculapij fanis anathematum more proſtantium. Sed præter hanc, quam cum multis alijs communem habet, intelligentiæ ſimul &

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 3 sur 736

Methodus in Hippocr. eximia, testimonio Platonis.

industriæ laudem Philosophicam, est altera Logica, omnium maxima; quam illi uni, Asclepiadarum gentis nobilissimæ principi, diuinus Plato eximiè tribuit, Methodi scilicet utriusq; professio, tum eius quæ in Inuentione rerum ignotarum consistit, tum alterius, quę in Communicatione rerum notarum uersatur: quarũ hanc in Diuisione unius in multa, illam in Compositione multorum in unum, cũ Socrate: seu potius in εἰδέων καὶ μὴ εἰδέων, similium scilicet & dissimilium obseruatione, cum ipsomet Hippocrate constituimus: utriusq; ductorem Deum facimus, à quo ut quarumlibet actionum, sic multo magis harum, quæ propè diuinæ uidentur esse, facultatem promanare, tam uerè quàm piè credimus. In inueniendo certè adeò fœcundum fuisse constat, ut multas partes, copia inuentorum obrutus, negligentiùs tractare fuerit coactus. Vulnerum rectè curandorũ methodum illi Gal. unicè tribuit. Diætę salubris inuentum ipse sibi ipsi, tàm in reprehendendis alienis, quàm in suis prædicandis modestus, cõstanter uindicat. In docendo uerò perpetuam illam methodi legem, Magis uniuersalia minùs uniuersalibus præponendã, religiosè obseruat, sic ut plerunq; particulari tractationi uniuersalẽ theoriam præmittat: non rarò etiam ex specie genus intelligi uelit. Quod tum ex alijs, tum uerò inprimis ex admirãdis illis de Diæta commentarijs luculentissimè perspicitur. Et uitã quidem eius reliquam, præter ea quæ Soranus posteritati reliquit; ex Galeno passim & alijs, tum uerò etiã ex ipsiusmet scriptis, præclara omnigenæ uirtutis depromta exempla, olim cùm Deo uidebitur peculiari commentario persequemur. De Scriptis uerò illius, ob ueritatis fortasse & uirtutis studium (quod ne in ipsis quidẽ Ethnicis Deo displicere princeps Apostolorũ testatur) inter tot clarissimorũ auctorum clades & excidia peculiari quodam fato conseruatis, tanquã de Subiecto conatus studijq; nostri Hippocratei, ea quę in rẽ præsentem facere uidebuntur, quanta fieri poterit breuitate & perspicuitate, in medium afferemus.

Methodus duplex, inuentiua, & communicatiua.

Cur quæ negligentiùs tractauit Hippocr.

Methodus Hippocr. in docendo.

Vtam Hippocr. pollicetur Zuingerus.

VT perdifficile est, ea, quę absq; certo mutuæ cohærẽtiæ consilio scripta sunt, in ordinẽ redigere: sic periculi plenũ, ne dũ ordinẽ anxiè quærimus; & ingenio abuti, & auctoris existimationẽ in dubium reuocare uideamur. Cæterùm δύσκολα τὰ καλὰ: & si in eo, quod maximè arduũ existit, rationi quid cõsentaneum inuenerimus; cæteris quoq; methodicis nostris conatibus maiorẽ fidem conciliauerimus. Ars omnis, uniuersaliũ ad unum eundemq; finẽ perti-

Ars, quid.

©BIUM

pertinẽtium σύστασις est. Medicę ꝓinde artis Materia subiecta, erũt omnia ea quæ ad finẽ artis consequendũ pertinẽt. Forma uerò, & Pręcepta artis uniuersalia, & singularia eiusdẽ Exempla cõplectetur. Efficiens esto Medicus, certis Instrumẽtis & ad cognitionẽ & ad actionẽ instructus. Finis partim Cognitio, partim Actio. Cùm igitur Hippocrates uarios de Arte medica commẽtarios scripserit, etsi nulla certa cõstanti serie inter se ex auctoris instituto connecti, quin potius ijdem sæpe libri, pro eorũ quæ tractãt uarietate, ad diuersas classes reduci possunt atq; debent: ab eo tamẽ, quod pręcipuum est, & denominatione & distributione facta, secundũ Causas prędictas, in ordinẽ aliquo modo redigi poterunt: ita quidem ut eorundem librorũ alia sit futura partitio, si à Materia subiecta ordiamur, alia si à Forma, si ab Efficiẽte, ab ipso deniq; Fine. In singulis itaque periclitemur.

Medicine Materia. forma. Efficiens. finis.

- MATERIA subiecta Medicinæ omnia sunt et Θεωρήματα, & Ιστορήματα artis. Sic igitur Libri Hippocratei alij continent τὰ
  - ΓΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, numero septem, or giorũ siue initiorum loco præmittendi. Artifex medicus ab arte medica & ortum suum & nomẽ trahit. Vtriusque considerationẽ Hip. instituit, singillatim agens de
    - Arte medica, cõtra eiusdem reprehensores & corruptores. Ostendit enim τὸ
      - Εἰ ἐστι, contra Plebeios, commentario περὶ Τέχνης, De ARTE.
      - Τί ἐστι, quæ & qualis ars sit, contra Sophistas, com. περὶ Αρχαίης ἰητρικῆς, De VETERI medicina.
    - Artifice medico, tũ in
      - Genere,
        - Theoricè quidem naturam eius explicando, com. quem Νόμον siue LEGEM inscripsit.
        - Practicè uerò, quando in ciuitatem medicam recipitur, leges illi præscribẽdo, com. quem Ορκον siue IVSIVRANDVM appellauit.
      - Specie de
        - Tirone et Empirico, com. περὶ ἰητροῦ, De MEDICO.
        - Prouecto, et Methodico, siue Dogmatico. Præcepta subiecto eadem, diuerso tamen respectu cõsiderata; nimirum uel quoad ægrum, uel quoad medicum, diuersis cõmentarijs explicari possũt. Videtur igitur Hip. describere medici
          - Personam, hoc est, Elegantiam, uirtute & eruditione comparatam, cuius merito gloriam & existimationem propè diuinam cõsequitur, com. περὶ Εὐσχημοσύνης, de ELEGANTIA.
          - Officium atq; munus, ad ægri salutem referentis omnia, com. Παραγγελιῶν, PRÆCEPTIONVM.
  - ΕΚΛΕΓΟΜΕΝΑ. Vide signum A.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 5 sur 736



C. Causas

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 6 sur 736

©BIUM

C.

Causas coniunctim considerat Hipp. hoc est, uni interdum parti Artis, ad hoc uel illud causæ genus pertinentis, reliquas causas accommodat. Vt ergo argumentum eius libri ab hoc uel illo genere causæ sumitur, cuius merito ad simplicem considerationē Principiorum referri uidetur: ita ꝓpter reliquas causas huic applicatas ad considerationem Principiatorū ex principijs defluentium pertinebit. V. G. liber de Grandulis ad Physiologiam spectat. At quoniam ibi non Naturā tantùm sed & Affectiones & Signa affectionum quæ glandulis accidunt, tradit, inter com. Principiatorum redigēdus erit. Itidem com. de Morbis ad Γαθολογίαν pertinet, ratione principis considerationis Formæ. At qa huic formæ & instrumēta & signa et curādi methodus applicantur, inter Principiata composita locum sortietur. Proinde com. Hippocrateorum de causis coniunctim agentium alij initium sumunt à

- Materia, eidemq; causas adaptāt reliquas uel omnes uel aliquas. Cuiusmodi sunt com. de partibus
  - Solidis. agentes uel
    - Vniuersim. De LOCIS in homine, quorum & historiam & consensum mutuum in affectionibus communicandis, signa item & curationem docet.
    - Singillatim. Vt est ille De GLANDVLIS quarum Historiam illic & Affectiones tradit.
  - Fluidis, nempe de Spiritubus, de Humorib. Com. certè De HVMORIBVS non naturam tantùm, sed & affectiones & actiones circa illos medici enarrat.
- Forma, eandemq; reliquarum causarum acceßione illustrant. Vide signum D.
- Efficiente instrumētali, eamq; per reliquas causas ducunt. Instrumenta considerata
  - Per se, secūdùm suā
    - Substantiam. Vtputa Metalla, Stirpes.
    - Qualitatem. Quia
      - Calida.
      - Humida, De VSV humidorum.
  - Respectu corporis cui applicantur, uel sunt
    - Alimenta. adhibita adhibendáue
      - Sanis. De
        - SALVBRI Diæta, Polybi, si nō Hipp.
        - DIÆTA libri tres.
      - Aegris. De VICTV acutorum.
    - Pharmaca. Sic de Vsu purgantium, attenuántium, incidentium, diureticorum, sudoriferorum scribere potuit: præsertim cùm com. de Elegantia num. 135. & 138. composita medicamenta ὃς ἀναγραφῆς præparare iubeat, & ipse paßim formulas eorundem recitet.
    - Chirurgica organa, utputa
      - Emplastra, Fasciæ, Cucurbitæ, Phlebotomi: de quibus com. de Medico quædam.
      - Machinæ. Huc ΜΟΧΛΙΚΟΝ seu Vectiarius liber, de machinarum usu in luxatis et fractis, quem Gal. lib. 1. de Fract. ueluti compendium esse asserit com. de Fracturis & Articulis.
- Fine, posito in
  - Cognitione, à Signis scilicet, corporis constitutionem uel sanam uel ægram indicantibus, & uel ad conseruandum, uel ad curandum, uel ad præseruandum hortantibus. Huc pertinet com. de INSOMNIIS.
  - Operatione, cui reliquæ causæ adiungantur. Sic agere quis posset de
    - Cōseruatione Sanorum, per Signa cognitorum, Instrumentis debitis obeunda.
    - Præseruatione Neutrorum.
    - Curatione Aegrorum.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 7 sur 736

©BIUM

D. Huc igitur com. ꝑtinent q̃ tractãt de Affectionib. humani corporis consideratis tum

- Essentialiter, nempe quo ad
  - Salubrium cognitionem & conseruationem per Diætam. Sic quædam lib. de Salubri diæta, & de Diæta afferuntur: quæ cùm respectu Salubritatis huc pertineant, respectu tamen Diætæ ad Efficientem referri debent.
  - Insalubrium cognitionẽ & curationẽ in
    - Genere. Talis est com.
      - Acroamaticus, De MORBIS.
      - Exotericus, ipsis idiotis scriptus, De PASSIONIBVS.
    - Specie. Vt Morborũ diuisio uaria est: ita etiam cõ. de Morbis per tractãtiũ partitio nõ unius generis: alia quidem
      - Essentialis, & uel
        - Materialis respectu
          - Partis seu Loci quẽ occupat morbus, cõsiderati uel
            - Respectu situs, tam interni quàm externi. Huc com. De INTERNIS paßionibus.
            - Per se, cùm uel sit affectio partis
              - Similaris. Vtputa
                - Venæ. De HÆMORRHOIDIBVS.
                - Carnis. De
                - VLCERIBVS.
                - FISTVLIS.
                - Ossis. Sic illum FRACTVRIS, & alterum de ARTICVLIS luxatis, quidam uno com. ab Hip. comprehensos, & de Medicatrina inscriptos, postea ob molem in duos libros diuisos esse putarunt.
              - Dissimilaris. Vt de
                - CAPITIS uulneribus.
                - OCVLORVM affectibus.
                - PVLMONIS diuturnis affectib. Cuius libri meminit com. de Articulis.
          - Personæ morbo affectæ cõsideratæ secundùm
            - Aetatẽ, uel Puerilem: ut de DENTITIONE. uel Adultam.
            - Sexũ partim Virilẽ, partim Muliebrem. Sic De
              - MVLIEBRI natura.
              - Mulierum affectib⁹. De Morbis
                - VIRGINVM.
                - MVLIERVM tũ
                - Extra conceptum & partum. De STERILIBVS.
                - In conceptu & partu. De
                - SVPERFOETATIONE, περὶ ἐπικυήσεως, hoc est, de iis quæ prægnantibus & puerperis accidũt. An potius, περὶ κυήσεως;
                - FOETVS mortui extractione.
        - Formalis: utputa de Febribus, de MORBO sacro. qui tamen non est Hip.
      - Accidentalis, sumta uel à Tempore, uel à Motu, ut quòd alij acuti, alij chronici. Morborum acutorum singularium doctrinam pollicetur Hip. 3. de Victu acut. Quam etsi non præstitit, genera tamen quædam persecutus est hinc inde.
- Accidẽtaliter, respectu scilicet
  - Loci, V.G. si Hip. de Morbis uel Epidemijs uel Endemijs scripsisset, illis ut peregrinis, his ut uernaculis cuiq; regioni, urbi.
  - Temporis. Huc com. De
    - AETATẼ, in quo septenarij uim in corpore humano tam ægro quàm sano ostendere uoluit.
    - SEPTIMANIS, quẽ Hip. nomine circumferri Gal. in 1. Epid. com. 2. testatur, & ex eo diuisionem anni affert, ut eiusdem argumenti cum superiore fuisse constet. Fortaßis etiam ille huius fragmentum fuerit.



FORMA

FORMA Artis medicæ est ipsa Vniuersalis constitutio præceptorum, omnia exempla singularia sui ambitu complectēs. Sic igitur Commentariorum Hippocrateorum alij erunt
- Præceptorum Vniuersalē, ueluti Logici, seu potius Theorici plerique.
- Exemplorū Singulares & Historici. Quales sunt libri Epidemiorum.

EFFICIENS Artis Medicus est uel doctor, uel discipulus, uel exercitator quiuis alius, instrumentis instructus Ratione & Experiētia. Sic igitur Hippocratis scripta diuidi posſūt respectu

Patientis, hoc est, eius qui hisce libris erudiendus est: ut Cōmentarij alij scripti uideantur
- Alijs uel
  - Ἀπροκατάλ τῶ
    - Tyronibus, Εἰσαγωγικοὶ Commentarij. Qualis est ille de Medico.
    - Prouectis, Ἐξηγητικοὶ & uelut μυστικοί. Quales sunt com. de Principijs, de Natura humana, Præceptiones, de Elegantia.
  - Ἐξωτερικοὺς. Quales sunt com. de Paßionibus, de Salubri diæta.
- Sibijpsi, tanquam Aduersaria quædam. Quod de Epidemijs Gal. arbitratur in 6. Epid. 1. aphor. 7. item de Iis quæ in medic. fiunt.

Agentis, hoc est, Scribentis, quo ad scriptionis
- Essentiam. Vide I.
- Motū, tum
  - Propriū. Nam uel ab auctore
    - Perfecti, & editi. ut primus & tertius Epidemiorū, Gal. teste. Idem com. 2. in 6. Epid. exacta opera Hip. libros de Fracturis, de Articulis, & de Præsagijs uocat.
    - Imperfecti, quos morte præuētus Hipp. nō potuit absoluere. Qualis est com. de Iis quæ in medicat. fiunt: item secundus & tertius Epidemiorum, item de Victu acutorū, secundum Galenum.
  - Alienum, hoc est quo ad aliorum
    - Improbitatē uel
      - Corrupti. Sic quartum & quintum Epidem. supposititios esse, Prognosticis multa aliena interspersa Gal. autumat: com. de Victu acutorum multa Hip. indigna adiecta. Idem in Medicatrina Dioscoridem & Artemidorum multa temerè circa lēctiones nouasse ait.
      - Non corrupti. Sic com. de Fracturis Gal. com. 2. in 3. Epid. germanißimum uocat.
    - Benignitatem. Alij aliorum cōmentarijs
      - Illustrati.
      - Non illustrati. Gal. 1. de Iis quæ in medic. Zeuxim & Heraclidem in omnes, Bacchium & Asclepiadē in obscuriores tantùm com. scripsisse testatur. Ipse in Aphorismos, Prognostica, Prorrhetica, de Alimento, de Medicatrina, de Fracturis, dē Articulis, & hunc per se clarū, nec explicatiōis indigū.
- Accidentia, quo ad ipsum scilicet
- Tempus. Sic scripti alij prius, alij posterius. Epidemios certè prius quàm Prognostica & Aphorismos scriptos esse, Gal. lib. 2. de Decretorijs cap. 6. asserit.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 9 sur 736

©BIUM


I. Essentia scriptionis considerari potest atque debet quo ad
Materiã. Scripsit ergo Hip. libros alios
Οἰκέως, hoc est Medicos uel
Puros, quibus nihil alieni inspersum est. Eosq; rursus uel
Ὁμογγνῶς, de uno solo subiecto medico tractantes: siue methodicè, ut de Arte. siue absq; methodo, qui ueluti loci communes sunt: ut de Superfœtatione, de Alimento, de Humoribus, de Humidorum usu.
Ἐπιγνῶς, de diuersis rebus medicis agentes, ut sunt Aphorismi.
Mixtos, quibus & medica & philosophica continentur. Vt lib. de Natura pueri, de Principijs, de Dieta.
Exoteros.
Formam. Respectu namque
Τάξεως, alij
Methodici, certa & constante methodo didascalica scripti.
Ἀφόδοι, ut Aphorismi, Coacæ, de Humoribus, de Alimento, de Vlceribus.
Λέξεως, secundum
Significationis. Sic alij
Clari & perspicui. Qualis est liber de Articulis, de Arte, de Arte ueteri.
Obscuri, ut Præceptiões, de Principijs, de Elegãtia.
Qualitatem
Vocũ. Aij uocibus utuntur
Tritis.
Selectis, cum affectatione quadam: ut com. de Elegantia & Præceptionũ. An ut oracularem quandã maiestatem præceptis medicis conciliaret?
Quantitatẽ, cõcisam, breuẽ, uel causa
Aliorum, auctoritatis captandæ & excitandorum ingeniorum ergô: ut Com. de Elegantia & Præceptionum. Legem enim breuem esse oportet.
Sua, quòd his ueluti aduersarijs uteretur, & quibusdam nonnihil animi sui sensa exprimere satis haberet. Vt com. de Humoribus, de Vsu humidorum.
Efficiẽtem geminum, alterum quidẽ
Principẽ, respectu
Aetatis. Alij cõscripti ab Hip.
Iuuene: ut de Flatibus, de Semine.
Sene. Com. de Principijs, de Nat. hum. de Elegantia, Præceptiones.
Loci. Sic commentarij
Peregrini, hoc est, peregrè scripti uidentur esse Epidemij.
Patrij, Coacæ præcognitiones.
Instrumentalem. Auctor quilibet instructus scribit &
Ratione uel Aliena, auctoritatem aliorum secutus, uel Propria. Sic prooemio de Principijs hactenus sese aliorum, nunc proprias traditurum opiniones asserit. Adeoq; uerisimile est, Hip. cùm non omnes com. eadem ætate scripserit, in alijs aliorum auctoritates secutum, aliena tantùm tradidisse: eoq; mirum non esse, si sibi interdum pugnantia dicere uideatur.
Oratione. Vtitur ergo alibi quidẽ Hip. oratiõe
Concisa, Synoptica, breui: ut in Præceptionibus, Aphorismis, Coacis, Prognosticis, et Prorrheticis, magna ex parte. Sic Gal. com. de Medicatrina compendium esse ait libri de Fracturis, & alterius de Articulis.
Continuata, Diexodica, ut com. de Arte, de Veteri medicina, de Natura humana.
Finem. Alios in usum scripsit
Suum, tanquã Aduersaria & ἀπομνημονεύματα τῶν cõmẽtarios, siue contineant
Præcepta theorica, uel
Exempla historica, ut in Epidemijs.
Promiscua, ut in Aphorismis.
Distincta certis titulis locorum communium. Cuiusmodi est com. de Humoribus, ceu materiam continens, cui tanquam syluæ per otium formam methodicam inducturus fuerat: item de Humidorũ usu, de Alimento, de Vlceribus. Etsi in his ipsis interdum particulæ quædã methodum continere uidentur. Huiusce generis sunt etiam tituli, qui passim occurrunt, Emollientium, Subditiorum, & similium.
Aliorum, maiore iccirco & dictionis & ordinis obseruantia.

FINIS

FINIS medicus in cognitione Veri & actione Boni nõ uniuersi, sed medici boni atq; ueri, situs est. Commentariorum ergo alij faciunt ad
- Cognitionem
  - Veri, διδασκαλικοὶ plerique.
  - Falsi, aliorum opiniones falsas cõfutando. Ἐλεγκτικοὶ, Ἀγωνιστικοὶ. Quales sunt com. de Arte, de Veteri medicina, de Natura humana: item prima pars de Victu acutorũ, quem iccirco quidam Contra Gnidias sententias inscripsere.
- Actionem
  - Boni consequendam. Quales sunt diserte com. de Extractione fœtus, de Iis quæ in medicatrina fiunt.
  - Mali euitandam.

Hæc igitur librorũ Hippocrateorũ Dispositio sit, & argumẽti singulorum ueluti indicatio, magni illius Io. BAPT. Montani, quem tu, doctiss. Crato, felici sidere præceptorẽ habuisti, exemplo, cuius in Galenum similis fuit conatus. Quemadmodũ uerò Cosmographi, qui in descriptione uniuersi singularum partium suo loco rationem semel habere debebant, si quando unius alicuius è tribus (quibus patrum memoria, Hispanorum fortuna & arte, quarta insuper accesit) terræ habitabilis partibus historiã tradere uolunt, ne uiolenter à toto corpore uideatur auulsa, uniuersitatis partes compendiosè recensere cõsueuerunt: idipsum quoque Hippocrati primùm, deinde Galeno frequenter usuuenit, in ijs, quos nullo certo ordine, sed pro re nata dataq; tumultuariè scribebant, commẽtarijs, ut singularũ partium enarrationi multa exoterica, hoc est, medica quidẽ illa, sed ad diuersos artis locos pertinẽtia, intermiscere cogerẽtur. Sic, (quod exempli loco dictũ uolo) libri de Diæta, ad Efficientem instrumẽtalem referendi; totam propemodum Physiologiam complectuntur: quòd non eo consilio, ut cęteris de arte cohærerent, sed ut seorsim legerentur, & Diæteticen, quã magno supercilio, auctore Herodico Selymbriano, Gymnastæ ad se pertraxerant, medicorũ elegantium propriam esse ostenderent, à diuino Sene conscripti fuerint.

Nota. Hoffm. et Galenum defendit, quòd suis commentarijs nulla exoterica miscerent.

Quòd si iam Dogmata ipsa libris prædictis comprehensa spectes, notum est Galeni illud, nihil ab Hip. perperam, obscurè saltem & mancè prolata esse quædam. Nimirum ut Plato Aristotelem, sic noster hic Hippocratẽ suum Veritatis philosophum appellare non dubitauit, ne errores quidẽ proprios dissimulantem, dum ἁμαρτήματα sua, aliorum faceret μαθήματα. In Rerum certè singularium obseruatione nõ pauca Hip. effugisse, Pulsuum exilem, Anatomiæ parum exactam cognitionẽ habuisse, tum scripta eius loquũtur, tum ipse quoq; fatetur. Sic enim πάσῃ εὐπορίῃ ἀπορίη ἔνεστι. Cæterùm hanc uicissim inopiam, eorũ quæ sciuit, quæq; liberalissimè

Hoffes, veritatis philosophus.

Hoffes in quibus minus peritus.

©BIUM

lissimè communicauit; pręstans copia uel excusat, uel saltem subleuat. Vniuersalium theorica intellectio secundùm Simonidem absolutè in solum Deum cadit: singularium pariter omnium historica cognitio eidem soli tribuenda. Vt ergo non omnia uiderit Hip. at neq; se omnia uidere professus est. Præstitit interim ea, quę nulli ante illum præstitere: ignorauit ea, quæ gigãteis illius humeris innixi posteriores accuratius perspexere. Cognoscendi certè non præclara uolũtas, sed facultas ei defuit: neq; si inter multa uera falsum aliquid pronũciauit, mentiẽdi libidine id fecit, sed quia cùm homo esset errare potuit. Meminerimus etiam ipsi homines nos esse, cumq; παῖδες ἰητρῶν uetusta appellatione salutari gaudeamus, parenti & præceptori nostro (ex cuius fontibus pleraq; uel hausimus, uel ab alijs hausta accepimus) pro ea quam benignè nos docuit liberali arte, ex Solonis præscripto, θρεπτήρια rependamus: neq; tam quòd maiores opes nobis non reliquerit stomachemur, quàm ut eædem nostra cura atq; studio amplientur (sic uti genuinos filios, gratos decet discipulos), sẽriò studeamus. Qui cæteris noctu dormientibus uigilat, ut illic apud Homerum Agamemnon, uigilantię nomine multò magis commendandus, quàm qui interdiu, quo tempore pauci quidam & quidem inertissimi tantùm Penelopes proci stertere consueuerunt. Sic qui superioribus seculis, cùm profundis ignorantiæ tenebris sopiti iacerent mortales, lucẽ qualemcunq; in quocunq; disciplinæ genere uiderunt, nobis qui in pleno meridie literariæ diei uersamur, multo oculatiores fuisse censendum: non quòd plura uiderint, destituti externo sole omnia illustrante, sed quòd in ipso crepusculo aciem oculorum animi tanto acrius intenderint, caliginemq; suorum temporũ insiti luminis uigore discusserint. Vt ergo flagris digni sunt, qui uel politioris literaturę supercilio in Barbaros, à quibus res saltẽ si nõ uerba accepêre, uel purioris religionis prætextu in Ethnicos, à quibus tamẽ ortum duxêre, debacchantur & intonant: sic etiam scuticis, qui Hippocratem (quem ex tota uetustate unicus Serapion, bonorum omnium, si Gal. credimus, ex sectæ Empiricæ instituto hęreditarius hostis, insectari ausus est) sugillare, reprehendere, ignorantiæ singularium accusare audent, cùm ipsi interim ignorantia sophistica τῶν καθόλου occæcati, & inconsulto Veritatis defendendæ studio abrepti, in Virtutis placidæ & modestæ æternas leges, magno cum christianæ simul & philosophicę professionis dedecore, grauiter delinquant. Et hæc quidem non insectandi

Excusatio Hippis et commendatio.

Commendatio veterum elegantissima, ut piissima.

In veterum contemtores.

Serapion, solus ex tota vetustate Hippis insectator.

In mastigas Hippis.

©BIUM

sectandi quenquã, sed ad modestiam philosophicam cohortandi consilio, dicta sint. Nam si cũ bonis ex ueteri contractuum formula benè agier; ea lege, quam ipse sibijpsi in libris de Diæta posuit, cum Hip. boni doctiq; agent, non tam reprehendendo mala aliena, quàm bona propria substituendo. Neq; uerò ille, quem ne ab idiotis quidem discere puduit, quiq; errores suos, quos æterno silentio premere poterat, ingenuo candore patefecit; à filijs, à discipulis suis doceri recusabit: quin potiùs Hectoreũ illud optabit, ut filios habeat se parente meliores multò & doctiores. Quòd Hipp^es: methodi princeps. si nũc Methodum (cuius nomine potissimum celebratur) expendamus, etsi posteriores, qui è schola eius pdiere, de Signis, de Pulsibus, de Vrinis, de Indicationibus curatiuis, de Morbis tum alijs, tũ præsertim de Febribus, & copiosiùs & accuratiùs egisse cõstat: Hippocrati tamen in similibus obseruandis, ijsdemq; rursus per dissimilitudines suas diducendis, hoc est, catholicis propositionibus ad praxin medicam particularem traducẽdis, methodi Εὐγετικὸς palmam relinquamus oportet. Non uiderit ille omnia, sed nec uidere potuerit: at neq; tu, neq; nos, neq; quiuis alius, nisi sophistica persuasione demẽtati, omnium rerum cognitionem nobis polliceri audeamus: multum diuersi ab eo, qui Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus est, Socrate, hoc unum se scire profitẽte, quòd nihil sciret. Methodi ueluti soror est Oratio, Rationis famula & ministra. Hippocratem ergo pro sui seculi moribus proprietati nominum minimè studuisse, magisq; rerum cognitioni quàm sermonis elegãtiæ incubuisse, sæpe etiam solœcismos commisisse, ex Galeno constat. Frequens illi synchysis, casuum quinetiam & generum & modorum enallage. Styli præterea nũc pleno ueluti alueo decurrentis, nunc in æstuaria quædam exundantis, nunc Alphei in morem occultos sinus subeuntis, inæqualitas; ut fastidium delicatis mouere, sic Criticorũ ungues atq; dentes acuere possit. Sed & uocum obsoletarum, ut quidem nobis uidetur, id fortasse ętatis si nõ uulgo, saltem literatis cognitarum, usurpatio; obscuritatem adauget. Cuius tollendæ causa, & Galenus & Erotianus uocum Hippocrati usitatarum Lexica conscripsere. Verùm quod ipsemet in Lege medica profitetur, nec res sacræ profanis sunt communicandę, nec nisi sacro & oraculari stylo sacra medica tradenda. Quinetiam cùm non eádem ætate omnia Hip. scripta prodierint; uti adolescentiam luxuries orationis, sic senectutem grauitas decere potuit: utranque libertas scri-

De ore Hipp^is.

Stylus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 13 sur 736

©BIUM

bendi excuſabit, benè merendi uolũtas etiam cõmendabit, apud eos ſcilicet qui boni ſunt: qui mali, his minimè placuiſſe ſumnii honoris loco deputari debet. Et hæc hactenus de Hippocrateorum librorum Serie, Dogmatibus, Methodo atq; Stylo dicta ſufficiant. Inſtituti deinceps noſtri rationem perſequamur.

MAGNI illius polyhiſtoris CON. Geſneri, (quem non immeritò ætatis noſtræ Pliniũ appellare poſsis) hortatu, ſuaſu & auctoritate, ad Hippocrateam analyſin me primò adductum fuiſſe, paulo antè retuli: cùm is in tanta opinionum medicarum diuerſitate unum Hippocratem Cynoſuræ inſtar ſequendum aut ſaltem intuendũ cenſeret: & iuxta tritum illud, Optima exemplaria ea eſſe quæ uetera eſſent, primas certè acroaſi & anagnoſi ueterum, experientiæ neotericorum ſecundas in re medica tribueret. Poſteaquam uerò is placidiſs. morte, & uitæ anteactæ conſentanea, humanis exemtus eſt: ut amicitiæ, ſic amicæ cohortationis partes, τὰ λῶστε τε καὶ κράτιστε Crato excepiſti: & tum difficultate cepti, tum criticorum acerbitate territum, negociorum quinetiam nõ magis uoluntaria quàm neceſſaria mole preſſum, eruditis tuis literis non ſemel ad intermiſſum interruptumq; opus redire compuliſti. Nimirum quod Quintilianus in diuerſo genere protulit, cui Cicero placeat, eum in eloquentia profectum aliquem feciſſe: id tu ſcitè admodũ, animandi noſtri cauſa, accinebas, cui Hippocrates placeat, eum de Medicinæ poſſeſsione ſaltem aliqua gloriari poſſe. Quòd ſi igitur ueſtra tantorũ uirorum auctoritate & hortatione inductus confirmatusq;, maiore cõſtantiæ quàm uirium fiducia, onus iſtud alacriter ſubiui, nauiterq; perſecutus ſum: (etſi non ſemel Othonis illud ſuccurrebat, τί μὲ δεῖ μαχροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν) ut inconſiderantiæ fortaſsis in ſuſcipiendo, temeritatis ſaltem in perſequẽdo minimè accuſari debeo. Sub ipſa profectò operis initia Rerum ſimul & Verborum obſcuritatem tanquam Gorgoneum quoddã caput formidabam. Galeni ſcripta in paucos tantùm libros, & eos quidem, ſi illum de Alimento excipias, planiores, extare uidebam, talia certè, quæ ſitim reliquorum, quos non attigit, irritarent magis, quàm preſentium extinguerent. Pelopis, Numeſiani, Sabini, Ruffi: Zeuxidis item & Heraclidis, qui in omnes, Bacchij & Aſclepiadis, qui in obſcuriores tantùm cõmentaria ſcripſiſſent, nomina ſola haberi, lucubrationes uerò cum inſigni Reipublicæ detrimento interijſſe dolebam. Quinti & Lyci & Satyri & Ephiciani laborum parua, Dioſcoridis & Artemidori,

©BIUM

dori, Sabini quinetiam & Glaucię, iactura minima, peſtis interim maxima, cùm Hippocrateas lectiones ueteres ab ijs & malè intellectas & temerè innouatas Galenus cõqueratur. Ex recẽtioribus paucos quoſdã reperiri animaduertebam, qui eam, quã Galenus in tanti uiri ſcriptis operam poſuerat, imitari uellẽt: rariores, qui auderẽt. In libros de Natura humana, Euſtachij Quercetani, Iacobi Scutellarij Parmenſis, & Sebaſtiani Paparellę ſtudia laudabam. Iacobus Foames Allemantius Heduus, libros de Septimeſtri, Octimeſtri, de Aetate: Io. Gorręus Pariſienſis, de re medica præclarè meritus, libros de Semine & de Nat. pueri: Iacobus Adrianus Alemanus perdoctum illũ de Flatibus, cõmẽtarijs ſuis illuſtrarũt. Librũ de Inſomnijs magnus ille IVL. Cæſar Scaliger multo elegantiorẽ faciliorẽq; reddidit: cui pro hac opera plurimum debemus: ſed multo plura deberemus, ſi libros quoq; de Diæta, (quorum hic ueluti appendix eſſe uidetur) pari ſtudio, à rerum potius quàm uerborum obſcuritate uindicaſſet: niſi fortè filio ſuo Ioſepho, (quem in conſimili genere paternis ueſtigijs ſtrenuè inſiſtere audio) hanc prouinciam reſeruari uoluit. Et hæc quidem ad rerum intelligentiam comparata uidebantur ſubſidia. Ad Orationẽ uerò, tũ Galeni Gloſſæ Hippocrateæ, locupletiores itidem Erotiani συλλέξεως, à Barth. Euſtachio Sanctoſeuerinate auctæ & illuſtratæ: etſi nõ modò uocum, ſed & phraſeon Hippocratearum optanda erat explicatio. M. Fabij Calui Rauennatis Latina uerſio ut prima, ſic uelitaria quodãmodo: Iani Cornarij poſterior illa, & accuratior, ſed cui non maior quàm Græco codici in obſcurioribus locis fides ſit adhibenda. Gorræi & Alemani & Allemantij & Scaligeri interpretationes luculentæ ſanè illæ & fidæ: cæterùm unius tantùm aut alterius libri. Gloſſas interea lectionesq; uarias ex diuerſis manuſcriptis codicibus Hippocrateis diligẽter collectas, nobis primus omniũ inſigni liberalitate cõmunicauit IO. Sambucus Tirnauienſis, hiſtoricus Cæſareus, ad ueterũ auctorum obſtetricationẽ felici ſidere, regio certè animo natus. Suas item ex Romanis codicibus HIER. Mercurialis, ut Patauinæ ſcholæ, ſic gentis Aſclepiadeæ Italicæ decus & ornamentum. Acceſſere aduerſaria I. Gorpyli, quæ magnus ille P. Ramus, philoſophiæ & eloquentiæ profeſſor regius, nõ ita diu ante ferales illas Eoas, (ob miſerandam bonorum ſtragem ęterna notandas infamia) pro eo quo diſcipulum olim ſuum complectebatur amore, ad nos miſerat. Obiter etiam A. Turnebi, præceptoris quondam noſtri, in politiore literatura

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 15 sur 736

©BIUM

uerſatiſsimi, codex ut non multa, quędam tamen tanto uiro neutiquam indigna, conſiderationis Hippocrateæ momenta ſuppeditauit. Iam uerò cùm de methodo inueſtiganda & eruenda ſollicitè circumſpiceremus, prędara quidem ea, quę à Galeno de Inuentione allata ſunt, ſed ad methodum Doctrinæ, cuius diuerſa ſcilicet natura eſſet, parum uidebantur accõmodata. Quãdo igitur nulla hic penitus ſubſidia comparebãt: alacritas profectò noſtra non modò debilitata, uerumetiam penitus euerſa fuiſſet, niſi tuæ, tuæ inquam, tam ſedulæ & crebræ & amicæ cohortationes, Crato humaniſsime, & hęſitantẽ animaſſent, & deiectum erexiſſent. Tibi ergo, ſi cuiquam alteri, quicquid in hoc opere uel animoſè ſuſcepti, uel ſtrenuè obiti laboris ineſt, totum deberi, publico hocce teſtimonio ſtudioſis notum facio: ut ſi quis ad illos fructus inde redierit, erga te beneficij huius auctorem grati eſſe meminerint. Et hæ quidem ueluti de materia futuri operis conuehenda importandaq; cogitationes noſtræ fuerunt.

ACCESSIT ſubinde metationis noua cura, quænam tãti ædificij, à nemine hactenus uel inſtituti uel redemti forma, quæ partium diſpoſitio eſſe deberet. Nã iuxta Pythagoreum illud, de Deo non ſine lumine loquendum: neq; in methodico ſcriptore abſq; methodo uerſandum eſſe, intelligebam. Ergo cùm in Hippocrate & Rerum quas doceret, & Modi quo doceret (cùm propter illas ſummi philoſophi atqui medici, propter hunc primi methodici nomen meruerit) rationem habendam iudicarẽ: ex hoc fonte laboris Hippocratei partes ceu riuulos quoſdam deducere ſum conatus. Librorũ proinde Hippocrateorum cùm alij reſpectu Formæ Theorici eſſent, alij Hiſtorici: at reſpectu Efficientis inſtrumentalis, Methodici alij, alij Abſque methodo, ſed tamen ab elegãte medico, hoc eſt, philoſopho, & propterea diuino, ſcripti: nõ modò Medica præcepta & exempla, ſed & Philoſophica & Organica in illius ſcriptis obſeruanda putaui, & illa quidem ratione ſubiecti, ὡς οἰκεῖα καὶ ἐσωτερικὰ, hæc ὡς ἀλλοῖα καὶ ἐξωτερικὰ cenſenda eſſe: In utriſque autem eo modo uerſandum, ut & ἀναλυσιν religioſè inſtitueremus, & γένεσιν laboriosè meditaremur.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 16 sur 736

©BIUM

- PROinde in Hippocrateo stadio duplex agõ ꝓponebatur. Alter
  - Esotericus siue Medicus, subdiuisus in Methodicam
    - Ἀνάλυσιν librorũ constante methodo scriptorũ. Labor METHODICVS.
    - Γόνεσιν, partim Sententiarum, ex methodicis simul & amethodis collectarum, perq; locos communes digestarum; partim uerò Exemplorum, ad Sentẽtiarum confirmationem pertinentium. Labor APHORISTICVS.
  - Exotericus, in Præceptis simul et Exemplis ad Medicinã disertè nõ pertinentibus, uel explicandis, uel congerendis. Siue iam rursus ea pertineant ad Habitum
    - Artificiosum
      - Organicum, uel
        - Grammaticum, in Vocum & Phraseon Hippocratearum enarratione. LEXICON Hippocrateũ.
        - Logicum, ad Ordinis scilicet & Methodi uel præcepta uel exempla. LOGICA Hippocratea.
      - Philosophicum, in obseruandis et declarandis ijs quæ faciunt ad Philosophiã
        - Theoricam tum
          - Naturalẽ. NATVRALIS Philosophia Hippocratea,
          - Mathematicam.
          - Diuinam.
        - Practicam, Politicam, Oeconomicámuẽ.
    - Arte carentem, Mechanicum scilicet. MECHANICA Hippocratea.



Hisce metis beatæ illius domus Hippocrateæ constitutis, καὶ προσώπου τηλαυγέος θεμένου, uti Pindarus iubet: porrò de Studio quod in illum contulimus nostro disseramus.

QVOD de C. Iul. Cæsare quidam ait, eleganti breuitate illum à scribendo sanos deterruisse: illud in diuerso genere pronunciari posset, Hippocratem obscura breuitate sua ab interpretando me meiq; similes meritò arcere debuisse. Cæterùm ut prudentis imperatoris est, ardua quæq;, periclitandi saltem & exercendi causa, militibus imperare: militis uicissim strenui, imperio sui ducis obedire: Sic tuũ fuit, imperatorie Crato, hãc nobis prouinciã deferre, ut si negociũ non succederet, saltẽ posteris ad audendũ, uel nostra cum infamia, animus adderetur: nostrũ uicissim fuit parere, ut licet successu frustraremur, uoluntatẽ tamen præclarè de Rep. merendi nobis adfuisse comprobaremus. Proinde cùm Hippocratis nomen, tot seculorũ consensu, & ueritatis & uirtutis commendatione, sacrosanctum haberi uiderem: & uerò in tanta non modò cæterarum disciplinarum, sed Medicæ quoque artis perturbatione, libertatem iudicij nulli eripiendam, auctoritatem interim optimorum ad petulantiam aliorum refrænandam maximi momẽti esse iudicarẽ: animaduerterem insuper anarchiam omnem uel crudelissima tyrannide periculosiorem, & unius alicuius opinionis seruitutem effusæ nimium libertati longè anteferendam esse: quantum quidem per studia cætera licuit, ad Hippocratem (diuinũ penitus hominem, si præclaras ingenij dotes,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 17 sur 736

non nisi diuinitus acceptas, consideres) κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, explicandũ & illustrandum me cõuerti: adeoq; eorum quos paulo antè recensui scriptorum subsidijs instructus, priuatim uerò in difficillimis quibusdam locis docta fidaq; GVL. Aragosij Tolosatis, medici & philosophi clariss. submonitione confirmatus & eruditus, ex Methodicis commentarijs uiginti, ex Aphoristicis duos, Tabulis illustraui: Græcum contextum, quantum licuit, restitui: Vocum atq; Phraseon farraginem, sed quæ reliquarum accessionẽ expectet, collegi: Latinam Cornarij uersionẽ, dum CL. Auberius, Aristoteleis occupationibus distractus, expectationem nostram moratur, retinui: pleriſq; tamẽ in locis melioré feci, uel saltẽ facere studui: Sententias deniq; ex prædictis libris decerptas per locos cõmunes digessi, & totius Medicinæ Hippocrateæ ideã proposui. Hæc summa conatus nostri. Cui an successus responderit, tuũ erit iudicare, Crato doctiss. aut si fortè tritum illud, οἰκοθεν μάρτυς, tibi obijci uerebere (etsi enim ὁμοπάτοι nunquam fuimus, ὁμόγραμμοι tamẽ cõiunctissimi etiãnũ sumus) iudicẽt tuo loco alij, sed illi præcipuè, Queis meliore luto finxit pręcordia Titan: itaq; iudicẽt, ut illud primum omniũ sibi persuadeant, non alio, quàm de Rep. benè merendi studio, & talenti diuinitus concrediti cum fœnore quantulocunq; exercendi consilio, ad hoc genus cõmentationũ nos accessisse, nostræ in utraq; lingua, & uerò multo magis in rerũ cognitione, tenuitatis minimè ignaros. Sed & alterũ illud, si quis unquã erit (complures autẽ fore & auguror & opto) qui in hoc genere uerius quid rectiusq; proferre ausit, id me non modò non iniquo animo laturum, sed cum Pædareto Spartano Reip. etiam gratulaturum, quæ multos me præstantiores melioresq; ciues habeat. Vtriusq; sanè uoluntatis nostrę conscientia, ad ea, quę fortasse stomachosus aut saltem delicatus aliquis obijcere posset, paucis respondere conabor.

Cur pro toto Hippocr. viginti duo tantum commentaria edat Zuinger

PRO toto Hippocrate, (quem multò iam antè, & quidem multoties promiseramus) uix semissem methodicũ, solos inquã XXII Commentarios repræsentari, erũt fortasse qui conquerantur. At uerò si quæ data sunt, rectè sunt data, multa erunt satis, quæ scilicẽt ad æmulationẽ honestam alios accendere queant: si nõ rectè, nimis multa: ut uel Galeni imitatiõe (qui in paucos aliquot & eos quidem explicatiores libros commẽtaria edidit) plura nec potuerim, nec uoluerim. Illud quidem, quòd & Theatri uitæ humanæ iteratio, & Ethicorum Aristoteleorum repetita cõmentatio, Politicorum

plura cur non potuerit.

liticorum inceptio,& Morũ philoſophiæ poeticæ collectio, Methodi Ruſticæ & Apodemicę deſignatio, ne curas interim medicas,præter uotũ ſanè & inſtitutũ noſtrũ,recenſeam,maiorẽ partẽ otij noſtri ſibi uendicarunt. Hoc uerò, ut uel ipſa ſtudiorũ uiciſſitudo,laboris aſſiduitatẽ aliqua ex parte leniret: neq; alijs benè de Rep.merẽdi prę cideretur occaſio.Fateor quidẽ in tanta uitę breuitate cogitationes contrahendas potius,q̃ uaga licẽtia diſtrahendas. At nec qui medici ſunt, ſolis principibus uacare poſſunt, ſed ſuã quoq; plebeijs operã locare cogũtur:ijdẽq; rurſus,nõ ſanè medica ſemp, ſed & œconomica,tanquã patres & mariti & domini, & uerò politica,tanquã Reip. ciues, tractare cõperiũtur. Quòd ſi tñ has ipſas, diuerſi licet generis, lucubrationes noſtras examines, ad unius logicę methodi illuſtrationẽ ꝓpè omnes facere deprehẽdes, neq; in uarietate hac mihi antiquius quicquã fuiſſe, quàm ut diuerſis pro uirili mea cõſulerẽ. In uario ſtudiorũ genere exerceri; ad famã parũ cõferre aiunt;cùm qui in multis occupatur;in nullo, excellere cogatur. Cæterùm,curã hãc ijs,qui beatitudinẽ in caduca & inani gloria collocãt, relinq̃mus:multoq; beatius cenſemus, iuxta Euripideũ illũ, in democratia,priuati ciuis fortuna uti, q̃ in regno,omniũ oculis & aurib. expoſitũ; ut ſplẽdidiſs. ſic inquietiſſimam uitã degere.Parẽtes in re cumulãda attentiores;filiorũ plerunq; prodigalitati fomitẽ ſubminiſtrare,experientiá docet. Alexandrũ Philippi F. crebris patrijs uictorijs nunciatis illacrymaſſe perhibent,q; ſibi, priuſquã adoleſceret,omnẽ glorię materiã præripi timeret. In eo ne qs ſit metu;noſtra hac uelmoderatione, uel etiã,(ſi ita placet) ceſſatione effectũ eſt: nimirũ ut & ijs, quotquot ętate minores ſunt,ſupereſſet ad agendũ:& q̃ ęquales Aſclepiadę; uel noſtrã exoſi inertiã,uel admirati audaciã,nõ ſemper auditores uel lectores eſſent, ſed ipſi quoq; in campũ ꝓdirẽt: neq; tã à nobis otij rationẽ depoſcerent, ſiquidem Athenis Heluetijs non Gręcis cauſa ſit agenda, q̃ rectè à ſe collocati tẽporis ſpecimen exhiberẽt, cùm ab ijs uinci,ex æquo & optabile & laudabile nobis ſit futurũ.

SED erunt, qui fortè de induſtria breuiores aliquot Com. delectos dicent,ut numerũ augeremus. At nõ magis numerũ, q̃ methodũ: cùm nõ minor in digito Iouis Olympij, aut Mineruæ Poliados, q̃ in reliquo corpore exſculpendo, Phidię & Polycleti ſtatuariorum,quibus in arte ſua Galenus Hip. cõparat, ingeniũ atq; induſtria eluceſcat. Sed & parua decẽt paruos, inqt ille: & q̃ mole uidẽtur exigua, Hippocratis ingenio ſunt maxima,à nemine præſentium hactenus, quod quidẽ ſciã, tacta: qualis eſt Com. de Ele-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 19 sur 736

gãtia,& Preceptionũ.Nã difficilimos illos de Principijs,& tres de Dieta,magnitudinẽ iuſtã habere nemo negarit.Quẽadmodũ uerò P.Scipio exſcẽſione facta cũ fortè plapſus eſſet,ominis corrigẽdi cauſa,Teneo te,inqt,Africa:ſic uel in minorib. iſtis methodicæ lucis ſplẽdor,ad ampliores quoq; Hippocratei regni puincias ſub igẽdas & animũ addere reliquis,& facultatẽ ſuppeditare poterit.

IVSTIOR uerò tertia querela, q à latinis mediocriter, à græcis uel infra mediocritatẽ inſtructus, Græci cõtextus emendationem mihi ſumſerim, Cornarij errores cõplures intactos reliquerim, eoq; nomine uel negligentiæ in emendãdo, uel ignorãtiæ in iudicãdo accuſari merear. At hinc tu uel noſtro cũ periculo ſapere diſce: ut nõ niſi Aſteropæus quidã Homericus, ſeu potius Hippocrateus, oratione ſcilicet utraq;, multò uerò magis ratione inſtructus, in campũ pgrediare: quandoquidẽ non ludicra petũtur præmia:ne dũ tu ceſſas,quiuis alius inferioris notæ miles, maiore animo quã uiribus ad Hippocrateæ cauſæ defenſionẽ prouectus, publicã dignitatem ſua prodat perdatq; impotentia. Sed & illud cogita,quã uidemus in ijs, quę è terra naſcũtur, ortus & incremẽti ſucceſsionem eſſe, eandẽ quoq; ingeniorũ dari. Caluus primus omniũ, q noſtra ętate in Hippocrate aliquid auderent, primã fregit glaciem. Secutus inde Cornarius (ut cęteros, qui unũ tantùm uel alterũ librũ, fideliùs licèt & elegãtiùs cõuerterunt, prætereã) cui multò facilius fuit meliorem poſt Caluũ uerſionem moliri, q Caluo uel mediocrem poſt neminem. Ergo cùm pręter inſtitutũ & expectationẽ inipſius editionis pcinctu ad uerſionem Cornarij manũ adhiberecogeremur, multa immutare ſumus coacti, ita quidem ut nõ rarò ueterem emẽdare q nouã dare operoſius fuerit. Quod ipſum nullo uel inſectandi uel prędicãdi ſtudio (quorũ utrunq; à uiro bono alienũ eſſe, utraq; philoſophia, tum morum tum mortis admonet, hãc Theologiam, illã Ethicam uocant) ſed amici mãgonij nomine ut factum ſic dictũ uolo. Ad uerbum ille pleraq; conuertit, fortè ut ſtudioſis græca cum latinis conferendi poteſtatem, ſuumq; cuiq; iudiciũ integrum relinqueret, malletq; inelegãtis, quàm affectati literatoris nomẽ ſubire. Quòd ſi quædã rectius illo explicaſſe uidemur: at ut ille nobis tempore prior fuit, ſic rei benè gerendę campum à perpaucis antè, nõ Latinis modò, uerumetiã Gręcis uix tentatum, aperuit. Poſteri itidem noſtrorũ laborum uel æmulatione, uel ſaltem indignitate moti, ſi maiora præſtiterint (ut mihi præſtaturos omnino perſuadeo) non equidẽ inuidebo, mirabor magis, & reip. gratulabor, & quantũ in me

Calvus.

Cornarius.

erit,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 20 sur 736

erit, ad rem ſtrenuè perſequendã hortabor. Si nõ præſtiterint, nõ modò non inſultabo, uerum etiã condolebo. Sed præſtent, quantum uolent, quantumq; poſſunt; poſteris nihilominus nõ minorem, quàm à prioribus acceperũt, & contẽplandi & agendi prouinciam relinquent: fortaſsis etiam cũ Alexandro conquerentur, nondum uno deuicto, multa mundorũ millia ſecundùm Democritum ſupereſſe: nepotum deniq; animaduerſionẽ ex lege talionis nõ mitiorẽ experientur, quàm ipſorum in maiores & patres & præceptores fuerit. Nimirũ æterna illa mens, humanæ propagationis perpetuandæ ergõ, ut procreandæ ſobolis ſtudium, ita quoq; ſcientiarum, quas uel diuinitus commonſtratas, uel longo uſu comparatas inter precioſiſsima habebant, communicandarũ ardorẽ hominibus inſeuit. Ea propter arcana tum alia, tum ſacra inprimis, à fido oris ſilentio Hebræis Cabaliſtica, Græcis Myſteria dicta, ut nõ ſcripto, ore ſaltem tradi cõſueuiſſe, hiſtorica fide conſtat. Quinetiã ut humana ſocietas mutuæ opis neceſsitate tanquã arra & uinculo indiſſolubili cõſeruaretur; nõ uni mortali, nõ uni genti, nõ uni ſeculo omnia uel externa uel interna bona cõceſsit: ſed ut uel cognoſcẽdi deſiderio, uel acquirẽdi cupiditate ab inerti otio, malorum omniũ parente, ad contemplandũ agendumq; inuitarentur (nam quod Senex noſter præclarè quodam loco ait, ὅπη μὴ ἀργείη, ὃ δὲ μάλιστα κακόν) diuerſa diuerſis locis, perſonis, ſeculis patefecit, ut ſic perpetuò (quo illos poetarũ princeps exornare conſueuit epitheto) ἀλφησταὶ eſſent ἀνθρωποι. Sæpe etiam ut in magno mundo inundationes & exuſtiones, ceu expiationes quædam, ſic quacunq; tandẽ occaſione obliuiones pariter artium & ſcientiarum hominibus oboriri ſolitas, experientia docet: ea fortaſſe numinis prouidentia, ut ueritatis in profundis ignorantiæ tenebris abditæ tanto maius ſit deſiderium, & uirtus in arduo poſita cũ labore & ſudore exerceatur, adeoq; homines ad mutuũ auxilium conſiliumq; petendũ ferendumq; fatali quadã neceſsitate cõpellantur. Quòd ſi ergo perfecti quicquã in rebus humanis nec Deus ipſe, nec Natura, Dei miniſtra patitur: de Ideis profectò rerũ argutè diſputantes ſummos philoſophos, ubi ad rẽ uentũ eſt, nihil tale demonſtrare poſſe, ſed cognitionẽ hãc ſoli Academiæ cœleſti diuinitus reſeruari, poſſeſsionẽ uerò ibidẽ obtineri; rationi ſimul & pietati cõſentaneum eſt. Et hæc quidẽ Grammatici laboris in interpretatione orationis Hippocrateæ uerſantis ergò dicta ſint: ſi illud obiter adiecero, Græca quamplurima ad Græci cõtextus illuſtrationẽ facientia neceſſario interſperſa fuiſſe, quòd citra lin-

guæ

©BIUM

guæ grȩcæ præſidiũ à nemine Hip. rectè intelligi poſſe uideretur.

μὴ ἔστι παθόντα. [118] ἕτερα μὲν δὴ πρὸς ἕτερον,
καὶ ἄλλα δ' ἄλλων ἐστὶ, πάντα διϊόντα, πάντ' ἐξαγ-
γέλλοντα. [119] ὥσ' ἀθυμάσιον αὖτ' πάσι τε πί-
στιας χρονιωτέρας γίνεσθαι, πάσι τ' ἐγχειρήσιας [d] [d βραδί
βραχυτέρας, ἔτι δ' ἀλλοτρίων ἑρμηνέων πρὸς ρας
τὰ θεραπεύσεων σώμασιν ἑρμηνευομένων.

[120] ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγους ἐν ἑωυτῇ δύναται
εἰς τὰς παρασκευὰς ἔχειν ἡ ἰητρικὴ, καὶ οὐκ ἀδι-
ορθώτοισι δικαίως οὐκ ἂν ἐγχειρέοι τῆσι νόσοι-
σιν, ἢ [122] ἐγχειρήσιας ἀναμαρτήτους ἂν πα-
ρέχοι, [123] οἵτε νῦν λεγόμενοι λόγοι δηλώσιν, [124]
οἵτε τὰ εἰδότων τὴν τέχνην ἀποδείξιες, ἃς οὐκ τὰ
ἔργων ἥδιον, ἢ οὐκ τῶν λόγων ἀποδεικνύουσιν· ἃ
τὸ λεγὲν [e] καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τὴν πίστιν λήσαντες
τῷ δοκεῖν ἐξ ὧν αὐ ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγή-
σονται, ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 35 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

Nomẽ, hoc est, inscriptio. Inscribitur ergo

HIPPOCRATIS. Dignus sanè Hippocrate, siue Res subiectas quæ pertractantur, siue Organa quibus tractantur, λέξιν scilicet atq; τέχνην, consideres.

DE ARTE, scilicet medica, κατ' ἐξοχήν. Medicinam defendit in uniuersum contra calumniatores plebeios, & imperitos homines. Vt lib. de Vetere Medicina artem Asclepiadarum contra Sophistas defendet. Iure ergo primo loco inter Com. Methodicos ponendus est com. iste, cùm de Arte uniuersim tractet, & primum Eisagoges medicæ agonem contineat.

In hoc cõmentario considerãda duo præcipua. Videlicet

Res ipsa, hoc est, ipsum scriptum. Quod quidem diuiditur in

Procœmium: in quo una eademq; opera & beneuolentiam & attentionem & docilitatem captat, Artem Medicam se contra calumniatores defensurum profitendo, in hunc modum:

Artifices personati & impostores à ueris artificibus sunt confutandi, tum ueritatis gratia quam impugnant, tum reliquorum causa, quos suis impostoris à ueræ artis uel usu uel disciplina auertunt.

At qui aliorum artẽ calumniantur, personati sũt artifices & impostores. N. 1. Ostendit prosyllogismo:

Artifex uerus ad artis uel inuentionem, uel constitutionem & perfectionem refert, omnia sua & theoremata & opera. N. 2.

At calumniatores isti cùm imperiti sint, non spectant artis uel inuentionem uel perfectionem: sed quia improbi sunt, spectant gloriam suã & lucrum ex aliorum uel criminatione falsa, uel reprehensione uera. φιλοτιμέονται μὲν (inuident ambitiosè) cæterũ δ' ἀδύνατοι ἐπ' ἐργέειν (meliora præstare nequeunt) λαικὸν (subintellige ὄντα, propter imperitiam & improbitatẽ) proinde conuertuntur & cõfugiunt ad διαβολὴν bonorum & μῶμον malorum: quorum neutrum uir cordatus amplectitur, Calumniam ut iniustam & mendacem, Reprehensionem, ueram licet, ut homine philosopho indignã, qui rem potius docere, quàm personas refellere studeat. Κατωγέλιν φύσει δ', ἢ ἀτεχνίν: cõtradicendo & insectando uel ingenij sui petulantiam produnt, si ioco agant: uel stupiditatem, si seriò. N. 3. Sic Plato in Sophista, Philosophos à Sophistis distinguit.

Ergò artis calũniatores nõ sunt artifices ueri, sed personati impostores.

Ergo q aliorũ artem calumnijs tantum, non rationib. oppugnãt, à ueris artificib. sunt confutandi. Illustrat per distributionẽ. Calumniatores

Reliquarum artium, ab ijs quibus hoc officij datum est, & inter quos, sunt coercendi. N. 4.

Medicinę à nobis, qui Medici sumus, in præsenti cõmentario cõsutãdi erũt. N. 5. Ad Elenchũ, ut tria requrũtur: Posse, Scire, Velle. Oppositurũ ergo se aduersariorum ait

Improbitati, hoc est, Ambitioni et auaritiæ, suam Probitatem: & Petulantiam illorũ nõ minore Alacritate pessundaturũ. Voluntas hæc est, θρασυνέσθαι, propter φιλοτιμίαν aliorum.

Imperitiæ suam Peritiam tum

Practicam (τέχνην uocat) quòd reipsa possit præstare, quod uerbis pollicetur. Hæc est εὐπορίαν, διὰ τὴν τέχνην, ἣ βοηθεῖ, propter artem medicam, cui opem ferre decreuit, quam defendendã suscepit: uel etiã propter artis certitudinẽ quotidianis exemplis comprobatam.

Theoricam (quã σοφίην appellat) propter ueritatẽ præceptorum. σοφίαν, ἣ ψευσάμενον τιν, sapientia.

An Elenchi huiusce potius attingit et Subiectũ, sophistas nimirum qui sunt confutãdi: et Finem, ut Medicina defendatur: et Instrumẽtum Eruditionemẽ

Tractationẽ. Cõtra calumniatores artis, tũ sophistas tũ plebeios, disputat, in genere primũ, deinde in specie. Pari ratione com. περὶ εὐσχημοσύνης, primũ de ornatu in genere, mox de ornatu in specie agit. Et quidem in

Genere, contra omnium artium, & per consequens etiã medicæ artis calumniatores, qui in uniuersum artes omnes ut inanes & nugatorias & ingenij humani cõmenta irrident. Vide signum A.

Specie, contra eos qui Medicinã præ cæteris artib. infamare et calumniari audent. N. 17. Vide signum B.

Epilogum. Vide in seq. signo K.

A. Ratio-

©BIUM

A. Ratiocinatione gemina horũ errorẽ conuincit, & artes non imaginatione constare, sed reuera esse ostẽdit: argumento sumpto ab Artium

- Forma, quatenus scilicet nihil aliud est Ars quàm theorematum uniuersalium ad eundem finem tendentium collectio. Sic sub intellectum cadit humanum uniuersim propter theoremata uniuersalia res ea, quæ alioqui singillatim tantùm sub sensum cadit. Deductio talis esse uidetur:
  - Non ens nõ intelligitur. Ostendit tũ respectu
    - Naturæ Non entis, quia nihil est:
      - Non ens putare absurdum est. N. 7.
      - At dicere non ens intelligi, est non ens putare ens. De quare multa Plato in Sophista.
      - Ergo dicere, non ens intelligi, absurdum est.
    - Intellectionis humanæ, in hunc modũ:
      - Cuius substantia nequit conspici, illud, quòd sit, intelligi nequit.
      - At non entis substantia nequit cõspici. N. 8. Probat:
        - Si non entia sub sensum non cadunt, ne ratione quidem poterunt cognosci, quemadmodum entia quæ sub sensum cadunt, nisi priuatiuè tantùm, uidelicet quòd non cadant sub rationem. N. 9. Duplex ergo cognitio secundùm Hipp. (quem Plato & Aristot. imitati sunt) altera αἰσθητικὴ τοῦ ὅτι, altera νοητικὴ τοῦ διότι, illa prior, hæc posterior, cùm nil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu. In sensu autem dupliciter, uel immediatè, ut ignis, uel mediatè, per suos scilicet effectus, ut Deus, ut astrorum uires.
        - Sed non entia sub sensum non cadunt, entia uerò sub sensum cadunt. N. 10.
        - Ergò
          - Non entia ratione nequeunt cognosci.
          - Entia ratione possunt cognosci. Cuius quidem rationis proxima causa est ars, theorematum uniuersalium ueluti loculus. Neq; ulla est ars, quæ non in certo aliquo entium genere occupetur. N. 11.
      - Ergò Non ens intelligi nequit.
  - At omnis ars intelligitur.
  - Ergo nulla ars est Non ens. N. 6.
- Materia subiecta, circa quã uersantur. Nam nulla ars est, quæ non circa certum & sensatum uersetur subiectũ, quod subiectum arti dat esse, non autẽ ars subiecto: adeoq; ars ipsa est naturæ ministra atq; simia. Paßim itaque τῇ φύσει τὸν νόμον opponit, Naturã in Reb. Legẽ in Intellectu humano res omnes ueluti mensurante positam. Nimirũ quia Dei uicarius est Homo in terris, iccirco ut à Deo Natura, sic ab Homine Νόμος. In Ethicis pariter hoc respectu Ius duplex statuitur, alterũ φυσικὸν, alterum νομικὸν. Sic igitur argumentatur:
  - Nomina rerum naturã existentium simulacra sunt, cùm ab ipsis rebus ortum trahant, non autem res à nominibus. N. 13. Vide Cratylum Platonis. De his ex professo tractare alterius loci proprium esse inquit, nimirum Logicæ. N. 16. uti ex Arist. de Interpretatione potest intelligi. Hic tantum, quantum satis est ad huius loci intelligentiam. Ergò Naturæ rerum
    - Βλαστήματα, hoc est, germina sunt, τὰ Εἴδεα species ipsa natura suum habentes ortũ. N. 15. Res ergo Naturales dicuntur respectu sui ortus. Has comment. de Elegãtia n. 52. & in παραγγελίαις n. 11. uocat πράγματα. Com. de Locis in homine medicam occasionẽ in eo consistere inquit, ut cognoscat τὰ εἴδεα & μὴ εἴδεα, quæ similia sint, quæ dißimilia.
    - Νομοθετήματα, hoc est, ex composito ab hominibus impositæ notæ, sunt τὰ Ονόματα, media quodammodo inter Res extra intellectum, & Conceptus de rebus, qui sunt in intellectu uti Mercurius inter deos & homines intermedius fingitur nuncius. Num. 14. Rerum siue τῶν εἰδῶν extra intellectum ὁμοιώματα sunt τὰ νοήματα, hoc est, conceptus ipsius intellectus: & rursus τῶν νοημάτων σύμβολα sunt ipsa ὀνόματα. Itaque appellatione Nominum Conceptus de rebus complectimur. Suntq; adeò Nomina ipsa naturalia, non ratione ortus, sed ratione subiecti sui, cuius sunt notæ. Hæc in παραγγελίαις n. 20. τὸ καθόλου τῶν γινομένων uocat, & num. 131. & 132. λόγματα.
  - At ars nihil est aliud, quàm nominum quoddam ueluti σύστημα: hoc est, cõceptuum tum simplicium, tum compositorum, quorum hi simplicibus, illi compositis nominibus, hoc est ordinibus & enunciationibus, proferuntur, collectio.
  - Ergò ars est rerum natura existentium simulacrum, quæ nomina conceptibus, conceptus uerò rebus ipsis adaptat. N. 12.

B. Dispu-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 37 sur 736

©BIUM

B. Disputationis huius Methodus uidetur esse definitiua. quoniam Definitionem artis medicæ ex operibus proponit, utpote confessam: & mox singulas partes siue operationes arti conuenire ostendit, quandam ueluti diaλysin definitionis instituens, prout ex sequentib. intelligi potest. Etenim disputationem siue certamen

Aggreditur, disputando contra eos, qui artem ex operibus prædictis calumniantur, tum quatenus morbos alios Medici curandos

Proponit, eius nimirum

Subiectum. Quid per Medicam artem intelligat, definitione seu potius enumeratione operum medicorum declarat, ne amphibolo ludamur. N. 18. Medici est, corporis humani morbos, qui curam medici

Admittunt, aggredi, tum ut morbi

Essentiam tollat. N. 19.

Symptomata mitiget. N. 20.

Non admittunt, non aggredi, sed prognosticis relinquere. N. 21.

Formam, siue modum. Modus partim erit

ἀποδεικτικὸς ueritatis, quòd scilicet ars medica hæc posit opera obire omnia. N. 22.

ἐλεγκτικὸς, in cõtrarijs obiectionibus atq; calumnijs diluendis & confutandis. N. 23.

Curant. Supponit uti confessum etiam ab aduersarijs, quosdam à Medicis susceptos sanitati restitui, quosdam non. N. 24. Hic cùm opus ipsum, curationem scilicet, nequeant reprehendere calumniatores, authorem operis in dubium reuocant, & obijciunt duo. Vide signum C.

Suscipiũt ex artis præscripto: aggressos aũt uel

Non sanat, sed ægri moriuntur. Hanc obiectionẽ Hip.

Proponit. N. 47.

Si medicina ars esset, semper suo fine potiretur sanando, neque ulli, quos sanandos susciperet, morerentur.

At nunc multi moriuntur.

Ergò Medicina non est ars, uel saltem incerta, dubia, & fallax.

Diluit: Non hanc artis uel artificis, sed ægrorum quoq; culpã esse posse: et propterea calumniatores malè soli artifici tribuere, qđ etiam ægro tribui queat. Nu. 48. Videtur talis esse ratiocinatio:

Quoniam in medendo Errores dupliciter contingere possunt, uel ratione medentis, uel ratione ægri cui medetur: Verisimilius est eum, qui ad peccandum plures habet occasiones culpam huius erroris ferre, quàm eum qui habet pauciores.

At nunc in sanitate acquirenda longè facilius peccat æger quàm Medicus. N. 49. Declarat. Occasiones peccandi

Plures habet æger, tum quia artis imperitus, tum quia dolore & appetitus uehementia distractus rationi parere nequit. N. 51. Vti etiã Com. Præceptionum, n. 95.

Pauciores habet Medicus, utputa artis peritus, & nulla doloris uehementia perturbatus. N. 50.

Ergò ægrum ueri similius est causam ipsum sibijpsi fuisse mortis in morbo alioqui salubri, quàm Medicum. Et qui cõtrarium sentiunt, desipere uidentur. N. 52.

Non suscipiũt, sed prognosticis relinquũt. Obiectio

Proponitur, N. 53. in hũc modum:

Si Medicina ars esset, quos uis morbos curandos susciperet, neque tãtùm curatu faciles, quos natura sua sponte etiam sine ope medici uinceret.

At non hoc.

Ergò nec illud.

Confutat. Vide signum D.

C. Duo

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 38 sur 736

©BIUM

C. Duo sunt quæ obijciunt: partim curationē hāc Artis nō esse. Argumēta igitur illorū gemina Hip. euertit. Quorū

Primum
- Proponit. N. 25.
  - Si Medicina esset ars, omnes ea curarentur.
  - At ea non omnes curantur, sed multi pereunt.
  - Ergo Medicina non est ars, sed fortuna curantur morbi à Medicis.
- Soluit, tum
  - Cōcedēdo, Fortunam in
    - Genere esse aliquam in reb. quæ fiunt & aguntur. N. 26.
    - Specie pōtißimū ab arte pēdere, et fortunam quidem comitari
      - Bonam ea quæ secundùm artem fiunt. N. 28.
      - Malā ea quæ absq; arte fiūt. N. 27.
  - Refellendo.
    - Si artem nihil esse putarent, sed fortunam etiam arti dominari crederent, certè arti se non committerent. N. 29.
    - At nunc arti se committunt, neglecta fortuna. N. 30.
    - Ergo uel multi artē aliquid esse fateri cogūtur, quatenus arti seſe credidêre. N. 31.

Secundum
- Proponit:
  - Si medicina ars esset, nulli absq; Medico curarentur.
  - At nunc multi absq; medico curantur. N. 32.
  - Ergo medicina non est ars, sed fortuitum quid.
- Soluit tum
  - Concedendo, multos absq; Medico curari, sed non absq; Medicina. N. 33.
  - Retorquendo argumētum, & ostendēdo Medicinā tum
    - Esse Artē esse: maximè. N. 36. Ratiocinatio talis:
      - Quæ ars multis præter omnem expectationem atq; ſpem etiam ſine artifice profuit, illam esse reuera constat.
      - At medicina multis etiam ſine artifice profuit. N. 34. Declarat: Quoniā fortuitò, non cōsultò, hūc uiuendi modū sunt amplexi, quē eis medicus ex arte præscripsisset, si ei se cōmisißēt. N. 35.
      - Ergo Medicina maximè est.
    - Artē esse:
      - Vbi non rectum & rectum suos fines certos habent, ibi ars subest. Quæ non habent, ibi subest ἀτεχνίη, Inertia. N. 38.
      - At in fortuita ista sanatione (quod negari nō potest) rectū & non rectū in remediorū adhibitione certos habēt fines, cùm illud profuisse ad sanitatem, hoc obfuisse, sensus testimonio deprehenderint. N. 37. Ergo.

Fortunæ esse, Id tali diluit ratiocinatione ex superioribus ducta:
- Quod non est, nullius causa esse potest, ut sit, neq; etiam sanitatis.
- Si curatio absque Medico facta, temerè licet adhibitis, certis tamē remedijs, & certū effectū præstantibus, nec alijs quàm quib. Medici utūtur, perficitur, fortuita dici nō debet, sed artificiosa. N. 41. Consequentiā probat:
  - Atuerò τὸ αὐτόματον non est. N. 42. Ostenditum à
    - Fine:
      - Quicquid est, uel fit, finem habet certum, propter quem fit uel factum est. Nam & operatio ipsa, & ipsius opus, finem habet certum, cùm natura & ars naturæ æmula nil faciant frustra. ἕνεκά τοῦ διὰ τί, reperitur scilicet aliud διὰ τί. Quandoquidem ut fines sunt tēpore & dignitate uarij, ita prior in posteriorem refertur. Quod exemplo artiū in Ethicorum procœmio docet Philosophus.
      - Αὐτόματον uerò finem non habet certum. Ergo.
    - Cognitione:
      - Quod est reuera, eius substantia sub sensum cadit aliquo modo.
      - Αὐτόματον aūt sub sensum non cadit sua substantia, sed solo nomine. N. 44. Quod suprà n. 8. & 9. de Nonente etiam dixerat. Com. de Alimento τὸ αὐτόματον intelligit, illud quod à uolūtate hominis pēdet. Ergo.
  - Ars medica est. N. 45. tum quia
    - Finem habet certum.
    - Sensu esse deprehenditur.
- Ergo αὐτόματον nequit esse causa curationis: sed ars potius.

At illud esse ostenditum in remedijs
- Naturalibus, ut sunt ea quæ aluum lubricant uel sistunt. Per Anthypophoram. Quoniā hæc talia naturæ, non artis, munera uidentur esse, idcirco si quis in illa fortuitò incidat, non artis sed naturæ instrumentis se sanatum suspicabitur. Ergo ex hac unica remedij specie parum fortasse conuinceretur. Num. 39.
- Artificialibus, quibus Medicus ex arte utitur, ut est Chirurgia & Diæta. Quorum cùm nullum sit, quin aliquando etiam absq; Medico profuerit ægro, æger qui fortuitò in illa incidit, instrumentis artis fortuitò se curatum dicet. N. 40.

Ergò fortuita dici non debet, sed artificiosa, hoc est, per eam artem facta, quæ uerè est, & ad certos fines refert omnia. Num. 46. Huc refer etiam ea quæ Com. de Locis in homine, sub finem, de Medica fortuna disputantur.

D. Obie-

©BIUM

Ironicè ſcommate excipit: Fortè eos qui hæc obijciunt, cùm elleboro maximè indigeant, medicis ſuccenſere, ipſorum curam ſuſcipere detrectantibus, tanquam deploratorum. N. 54.

Contra artem eſſe, cùm nihil in ijs laude dignũ præſtare ars poßit. Et quidem aduerſarios Ratiocinatione ſic urget:

Qui arti aliquid ab arte alienum imponit, ſtultus eſt & demens, non minus quàm is qui à natura aliquid non naturale efflagitaret. μανίαν laborat, quæ potius ad αὐξησιν natiuam, quàm ad ἀμαθίαν aduẽtitiam referri debeat. N. 55. Sic etiam ſuprà n. 3. διατυγχάνων φύσιος & ἀτεχνίης oppoſuit.

At qui medicum quoſuis morbos etiam incurabiles aggredi uolunt, recuſantem aggredi reprehendunt, arti id quod ab arte alienũ eſt imponunt. Oſtẽdit:

Quod organis artis effici & præſtari poteſt (ſiue illa à natura ſola pendeant, ſiue artis inſuper præparationem flagitent. Sic medica inſtrumẽta reſpectu Efficientis diuiduntur) id arti eſt conſentaneum: uti naturale id, quod à natura effici poteſt naturaliter agente. N. 56.

At morbi quidã organis artis ſuperari nequeunt. N. 57. Oſtendit exemplo morborũ, qui medicamẽta flagitant

Cauſtica, neq; tamen igni, qui inter cauſtica principatum obtinet, uinci poſſunt. Proinde pro deploratis habendi. N. 58.

Quæuis alia, quibus quando non cedunt morbi, rectè licet & methodicè adhibitis, non in medicum, ſed in morbi contumaciam referenda eſt cauſa. N. 59.

Ergo morborum quorundã aggreßio non eſt arti conſentanea.

Ergo qui medicum iubent quoſuis morbos aggredi, uti laudantur à ſtultis ſuiq; ſimilibus, ita à cordatis artiſq; peritis, qui ut ijs etiam quæ ab arte præſtari poſſunt tantùm uacent, ſatis ſuperq; habent quod agant, irridentur. N. 60.

D. Obiectionẽ cõfutat, oſtendendo Morbos quoſdã ſuſcipere

Proponit:

Omnis ars quæ fine ſuo fruſtratur, uel culpa artificis uel culpa ſubiecti defectũ patitur. (tur. N. 61.

At medicina eſt ars.

Ergo medicina uel culpa artificis uel culpa ſubiecti defectum patitur.

Secũdùm artem quidẽ eſſe, cùm ij artis curam per ſe non recuſent: ueruntamẽ cur medicus in ijs aggrediẽdis & ſuſcipiendis tardior ſit, partim ægri imperitiam eſſe in cauſa, partim morbi naturam, quæ medico ſeſe per ſigna tardius manifeſtat. Quod ipſum tum

Declarat. In reliquis artib. hoc uerũ eſſe, alterius eſt loci oſtendere: in Medicina uerò loci præſentis. N. 62. Proinde Morborũ diuiſionẽ inſtituit. N. 63. Quã Herodotus quoq; Hippocratis coætaneus habet lib. 2. de Aegyptijs loquẽs, apud quos plena ſunt medicis omnia, cũ alij oculis, capiti, dẽtib. alij occultis morbis medeantur. Quod H. Mercur. lib. 2. Var. Lect. 8. annotauit. Morbi. n. alij ſunt

Manifeſti, φανερὰ, ὅσα λέγω, τὰ ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἀνθρώποισι λεγόμενα νοσήματα, qa facilè cognoſcũtur, & propter ſigna à manifeſtis ſymptomatis deſumpta, & propter cauſas euidentes (ὧν τι ἐναργὴς ἢ παρουσίη ἢ ἀπουσίη τοιούτων ἐστί, ſcilicet διαθέσιος, uel potius τοιαῦτα ἐστὶ νοσήματα.) pauciores tamẽ numero. illi nimirũ, qui circa exteriores corporis partes cõſpiciũtur & tangũtur (τὰ ἐξανθοῦντα, quæ in extima ſuperficie cutis efflorescunt, hoc eſt, abſq; ulla læſione partis uel colore uel læuitate tãtũ uitiũ ſubeſſe indicãt, et à quib. ceu floribus futuri fructus argumẽtũ ſumere poßis.) ἢ οἰδαίνοντα (qui nõ efflorescũt tãtũ, ſed in ipſa cute fructꝰ iã proferũt: (cuiuſmodi ſunt uulnera, ulcera, tumores, fracturæ.) N. 65. Metaphora cõſideratiõe digna. Morbus arboris inſtar, radice, caudice, ramis cõſtare uidetur: proferre aũt folia, flores, fructus: propagari, uel per ſemẽ, uel per uiuiradicẽ, uel per talea: ali humore alimẽtari & ſpiritu: tolli deniq;, nõ tã decußis florib. fructib. foliis, quã amputatis ramis, ſuciſo ſtipite, perẽpta effoßáue radice. Sub finem uocat ἀνδιόρθωτα, q facilius curari poßint quã occulti. Nã cũ ipſimet ſenſui ſunt expoſiti, tũ medicamẽtorũ quæ adhibẽtur operatio ſenſui ſimiliter expoſita eſt. Et ꝓpterea uulgò etiã Chirurgia omniũ medicinæ operũ gratißima eſſe ſolet. Sic infrà num. 107. ſubiectum mechanicũ ἀνεπανόρθωτον uocat, tum quia ipſo ſenſu cognoſci poteſt quale ſit, tum quia citra periculũ tractari poteſt. In his ergo &

Occulti. Vide ſignum E.

Aeger, qui primo ſtatim incurſu uim morbi ſentit, medici opẽ promptè implorabit.

Medicus curam in tempore ſuſcipiens, ἀναμάρτητον ſe præſtabit. N. 66. Id qua ratione cõſequatur, per Reſolutionem oſtendit:

Ἀναμάρτητος erit medicus, nõ qa facilis ſit cognitio & operatio horũ morborũ, ſed quoniam quid & quomodo agendũ, ſenſus & rationis beneficio inuenit. N. 67.

Inueniet aũt, non ſi uelit, ſed ſi poßit. N. 68.

Poterit autẽ, ſi & à natura & doctrina probè fuerit inſtructus doctus ſcilicet et diligens. N. 69.

Ergo ἀναμάρτητος erit medicus is qui doctꝰ eſt & diligens. Num. 70.

E. Mor-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 40 sur 736

©BIUM

E. Morbi occulti, ἄδηλα ἐν δυσόπτῳ κείμενα. N. 64. Plures numero. Sub finem uocat ἠὲ σὺ διόρθωτα, quòd minus facilè curētur, quàm manifesti, quandoquidē non sensu oculorū, ut in Chirurgia, sed ratiocinatione tantùm, effectus remediorū cōprehēdi potest. Hi rursus morbi uel ut incurabiles nō suscipiuntur à medico, uel tanquā curabiles suscipiuntur. Declarat ergo horū morborū tum

Naturam, secundùm

- Rem ipsam. Internam & occultam corporis partem affligunt, circa illam hærent, nimirū circa ossa, aut ea quæ ossa circumstant, utputa circa carnem, uenas, neruos, arterias, ligamēta, quatenus scilicet internæ q̄dam capacitates sunt, excrementorum receptacula. In genere uocat, τὰ περὶ τὰ ὀστέα καὶ τὴν νηδύν. N. 72. Declarat inde singillatim. N. 73. Nam Νηδὺς, hoc est uenter siue capacitas ista interna, recipit partim ea quæ corpori sunt
  - Peregrina. Sic duæ νηδύες sunt, N. 74. altera quæ
    - Alimentum recipit & concoquit, Ventriculus.
    - Excrementum primum expellit, Intestina.
  - Familiaria. Sic uariæ sunt partium corporis inter se commissarum νηδύες. N. 75. Ex similaribus partibus inter se cōnexis dissimilares consurgunt, quas propter functionum compositarum præstantiam eximiè Organicas appellant. Has proinde ἀσυμφύτους hîc uidetur appellare, quòd συμβολὴν tantùm (ut paulo pòst n. 78.) non autem σύμφυσιν habeant. Similaris ecōtrà quælibet ipsa sibijpsi est σύμφυτος, cùm similis per omnia substātiæ et ὁμογενὴς sit. Vt ergo quàm maximè similaris quælibet pars suum internum uentriculum concoctioni tertiæ inseruientem habeat, & proinde in eam quoque internus & occultus morbus cadere possit: multò tamen clarius id in dissimilaribus patet, in quibus multæ iam νηδύες concurrunt, cùm præter similarium singulos uentres, ipsa dißimilarium coagmentatio uideatur uētriculum quendam constituere. Νηδύας proinde facit alias in partib. dißimilaribus inter se commißis tum
    - Sanguineis atq; rubris. ijsq; rursus uel
      - Εὐσαρκέσι, Carnosis, quæ carne propriè dicta, Musculo scilicet, abundant. Qualis est, Brachius, Femur, Sura. Nam quælibet harū partium ex similaribus uarijs sed ἀσυμφύτοις constat, ex musculis scilicet, ut ductu, sic substantia & ligamento differentibus, & cōmißis tantùm, atq; contiguis, non autem connatis & continuis. Inter quas cōmissuras spaciū si quod datur mediū, in sanis quidē aere plenū est, in ægrotantib. uerò ichore. N. 76. Ῥεῦμα hîc uocat, quod com. de Medico n. 73. Νοτίδα, Vaporē. ἰχῶρα ibidem ῥεῦμα appellat.
      - Ασαρκέσι, Non carnosis, nullā musculosā carnem habētibus, sed suā propriam. Viscera nimirū. N. 77. Vt est in uentre
        - Superiore, ἐν τῷ τῆς κεφαλῆς κύκλῳ, Cerebrum.
        - Medio, quem Νῶτον uocat, Pulmo & Cor.
        - Infimo, Hepar, Lien, Renes. Θώρηκα appellat, ἀπὸ τοῦ θωρήσσεσθαι, quòd perpetuo cibo & potu ueluti inebrietur. Veteres alioqui totū interstitium à capite ad pudenda thoracē dixere, quòd eā partem milites maximè armis tegerēt. Posteriores partem trunci mediam, in qua cor & pulmo. Gal. ad Glauconem.
    - Spermaticis & albis tum, N. 78.
      - Mollibus, ut sunt Venæ, Arteriæ, Nerui, Ligamēta, q̄bus ossa colligātur inter se.
      - Duris, Oßib⁹.
        - Namq; partes istæ singulæ & per se concauæ sunt, & insuper in commissuris mutuis suas ueluti θαλάμας, hoc est, loculos & penetralia habent, mucore plena. N. 79. Mucorē hunc appellat ἰχῶρα, è uulnere articuli promanantem. At com. de Principijs n. 89. σίαλον uocat, de Locis in homine n. 57. μύξαν. ὕπαφρον subspumosum, hoc est spumea materia plenum. ὑπόφορον cauernosum. Illud contenti, hoc continentis respectu.
- Nomen, scilicet cur ἄδηλα dicantur. Vide signum ✤

Cognitionem & aggreßionem & successum. Oportet enim in his morbis non minus, imò magis quàm in superiorib. illis, Medicū & ingenio & industria præditū esse. N. 71. Medicus artifex est, ergo non tantùm sensu, sed etiam recta ratione nititur. Proinde prius consultat de agendis, posterius agit. Atq; ita in hisce etiam se ἀναμάρτητον præstabit: quantum scilicet & ægrotantis natura, & natura morbi cognitu difficilis admittit: cùm prius cognoscere oporteat methodicè, quàm methodicè agere poßit. Vide signum F.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 41 sur 736

©BIUM

Ἄδηλα νοσήματα

- Intelligimus ratione Subiecti, quod sub sensum oculorum non cadit. N. 80.
- Non intelligimus ratione Artificis, ὅτι ἄδηλα κεκράτηκεν, quòd medici omnem curam & cognitionem subterfugiant: ἀλλ' εἰ δυνατὸν κεκράτηται, sed quantum licet & cognoscantur & curentur. N. 81. Declarat. Tantum licet, quantum concedit & natura
  - Aegri, hoc est mores: quoniam morbum occultum uel negligit, uel saltem non intelligit, neq; medico, ut maximè cupiat, occultum suum malum indicare potest. N. 82.
  - Medici, hoc est, artis methodus. N. 83. Declarat in specie. Nititur enim duobus κριτηρίοις, Sensu scilicet & Ratione: quorum utrunq; & laboris multi est, et lõgi temporis. N. 84. Et quidem
    - Sensus prior est, & maximè naturalis.
    - Ratio posterior, inprimis arte nititur: cùm, quæ oculorũ corporis obtutum effugiũt, mentis oculis apprehendere sit necesse. N. 85.

F. Ostendit, ergo cognitionem morbi impediri (& per consequens etiã operationẽ) non Medici culpa, sed culpa naturæ tum ægri tum morbi. Nu. 86. Per Naturam

- Aegri intelligit partim imperitiam, partim negligentiam eius, ob quam morbus in tempore neq; cognoscitur, neq; iudicatur. & ita fit, ut prius morbus ægrũ conficiat, quàm medicus auxiliũ ferre possit. Ostendit ergo Hipp. hanc ægri naturam, qui uel imperitia uel negligentia pereat, impedire medici ipsius tum
  - Cognitionẽ, quia nõ satis in tempore morbũ cognoscit, ab ægro non instructus. Deducit. Nam
    - Aeger occulto morbo laborãs, et solo sensu doloris & imbecillitatis se laborare animaduertens, morbũ hunc suũ cognoscere
      - Sensu nequit. N. 87. Videlicet neq; sensu
        - Visus per se.
        - Auditus ab alio, nisi ille medicus sit.
      - Ratione
        - Cupit. N. 88.
        - Neqt. Et hanc imperitiam æger ipsemet tum
          - Verbis detegit, quãdo Medico morbum suum narrans, non se scire, sed opinari inquit, talem uel talem affectionem esse: & propterea etiam cùm essentiam morbi exprimere nequeat, crebris similitudinibus utitur. N. 89.
          - Opere prodit, tali argumento:
            - Si æger morbum cognosceret, medici curæ se non committeret. N. 90. Consequentiã probat: Eiusdem enim artis est morbi causas effectrices & curatrices nosse. N. 91.
            - At non hoc.
            - Ergo nec illud.
    - Medicus ob hanc ægri imperitiam in cognoscendo tardior erit. Num. 92. Nam
      - Sẽsu nequit cognoscere nec
        - Visus, quia non fuit præsens.
        - Auditus, ab ægro imperito, ἐκ τῶν ἐπαγγελλομένων.
      - Ratione cogitur sensuum defectum supplere, & signa quædam alia, quibus in occulti morbi cognitionem ueniat, corradere. Vti mox docebitur.
  - Operationem, siue curationem, ut aggredi non ausit propter diuturnam morã iam desperatos. Vide signum G.
- Morbi intelligit Loci affecti obscuritatem, eamq; explicat, comparatione reliquarum artium factiuarum. Vide signum H.

G. In

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 42 sur 736

Morbus *occultus ſenſu primùm cognoſcitur à Medico.*

Sentiens *autem medicus morbum, cupit auxilium ferre.* N. 94.

Auxilium *ferre nequit, niſi morbum prius cognoſcat.* N. 95. *Cognitio enim conducit tum*

- Theoriæ, *ut prudenter, non temerè, uideatur ad morbum acceßiſſe.* μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ.
- Praxi, *ut benignè, non uiolenter, ut naturæ miniſter, non autem hoſtis, morbum aggrediatur.* ῥᾳθύμῃ μᾶλλον ἢ βίῃ.

Cognitio *temporis moram requirit: uti ex ſuperioribus conſtitit. Nam æger & antequam medico ſe committat, dolet, & poſtquam ſe commiſit: nequit tamen medico indicare malum ſuum. Proinde cogitur medicus alia ſigna corrogare, & ſua diligentia & arte ſupplere ægri uel negligentiam uel imperitiam.*

Eſſe *in Aegro. Videtur Reſolutione mutilata uti tali:*

In *hac temporis mora ægri natura à morbo uel*

- Non *ſuperatur, ſed, donec à Medico cognoſcatur, ualidè contra morbum pugnat. Cuius quidem morbi rectè cogniti curatio à Medico ſuſcipi poteſt atq; debet.* N. 96.
- Superatur, *aut propter ægri negligentiam medicum contemnentis, aut propter morbi celeritatem eundem anteuertentis.* Nu. 97. *Declarat. Nã quando morbi uehementia curationem*
  - Non *anteuertit, morbus non dicendus eſt Velox, etiamſi acutus ſit, quia æquè uelox eſt curatio.* N. 98.
  - Anteuertit, Velox eſt dicẽdus morbus. N. 99. *Anteuertit aũt, uel quia morbus in tempore cognoſci & curari*
    - Non *poteſt, quoniam in occultis partibus latens, tardè cognoſcitur: qui tamen, quatenus acutus, ne leuem quidem patitur moram.* διὰ τὴν σωμάτων φύσιν. N. 100.
    - Poteſt, *ſed propter ægri negligentiam morbi principium & augmentum negligitur in Acutis: in uigore demũ medici auxilium imploratur. In Chronicis, quo tardior eſt morbi motus, eo etiam negligentior æger.* N. 101.

Ergò *morbus occultus uel ob ægri negligentiam, uel ob morbi uiolentiam incurabilis redditur.*

G.
In Morbis deſperatis nõ aggrediendis ars medici non debet accuſari, quòd nolit id quod non poteſt: ſed natura corporũ, hoc eſt, ipſius ægri. N. 93. Declarat, & oſtendit cauſam, cur Medicus hoſce morbos non ſuſcipiat curandos,

Non *eſſe in Medico. Si homines iſti æqui eſſent cenſores, medicorum in occultis morbis tum*

- Aggrediendis *& curandis felicitatem magis admirarentur, in quibus artis præſtantia eximiè cognoſcitur, tum quoad cognitionem, tum quoad curationem, quòd tot impedimenta & ratione morbi & ratione ægri ſuperauerit.* N. 102.
- Non *aggrediendis prouidentiã minus reprehenderent, in quibus cognitioni tantùm locus eſt, non autem curationi: idq; ob ægri, non ob medici, culpam. Et econtrà eorum, qui deſperatos aggrediuntur, temeritatem damnarent, tantum abeſt, ut laudaturi ſint.* N. 103.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 43 sur 736

©BIUM

H.

Ostendit Hippoc. ex morbi natura curationis tarditatem prouenire, non autem à Medici uel imperitia uel pusillanimitate, licet non accedat ægri natura, hoc est, licet ille statim ad medicum accedat, & quantum potest malum suum indicet. Morbum autem intelligit, quatenus in corpore humano tanquam in subiecto occultas agit radices. Morbi profligatio Medici operatio est. Operari nequit nisi cognoscat. Cognitio multo eget tempore & labore. Quod ut demonstret, reliquarũ artium mechanicarum (nam & Medicina, quo ad operationẽ, mechanica esse uidetur: quæ respectu cognitionis philosophica est) comparatione utitur, & ἐγχείρησιν

Artium mechanicarum quarumuis facilem esse ait, si cum arte conferãtur medica: ueluti per Anthypophorã illis occurrens, qui hinc à simili argumentari potuissent. N. 104. Facilis est mechanica tum quo ad

Cognitionẽ materiæ, circa quam & cum qua operatur. μεθ' ὧν, καὶ ἐξ ὧν δημιουργεῖ. Nã

Subiectum est συνεπανόρθωτον, quod ab artifice ipso sensu cognosci potest, quale sit, tractabile néc ne: atq; etiam citra periculum tractari potest. Vt est Corium, Lignum, Metallum. N. 106.

Instrumentum, quo instructus artifex operatur (quod ipsum, licet impropriè, Materia quoq; dicitur mechanica, cùm alioqui ad Efficientem referatur) siue Naturale sit, ut ignis, siue Artificiale, ut malleus, incus, quando adest, poterit citra impedimentum artifex illud adhibere suo tempore. N. 105.

Operationẽ, ad quam concurrit tũ

Essentialiter, Modus adhibendi πῶς δεῖ, μὴ ὑπερβατῶς, ut quomodo & quo ordine decet & subiectum & instrumenta omnia tractentur. N. 107.

Accidentaliter, Tempus ipsum. Celeritas in operando, etsi non est semper necessaria, tamen semper laudatur. Calceus siue decem diebus siue una hora conficiatur, ex æquo erit calceus: sed huius artificis mora uituperabitur, illius promptitudo laudabitur. N. 108. ἀλλ' ὁμῶς προτιμᾶται, subintellige τὸ ταχύ.

Medicam difficilem esse ostendit tũ quo ad

Cognitionem, quam non nisi multo tempore & labore consequi potest. Γίστις χρόνιος. Nam ut N. 118. Concludit, ἕτερα πρὸς ἑτέρων καὶ ἄλλα δὶ ἄλλων ἐστὶ τά τε διϊόντα, τάτ' ἐξαγγέλλοντα. paucis multa complectens: nimirum & Signa, quæ cognitioni inseruiunt, τὰ ἐξαγγέλλοντα, & Instrumenta, quæ actioni, τὰ διϊόντα, quæ corpus peruadunt, in illud agendo. Variant autem tum respectu alterius, ad quod referuntur, ἕτερα πρὸς ἑτέρων: tum per se, materia nimirum & forma & efficiente suo, ἄλλα δὶ ἄλλων. Sic namque Instrumenta differunt & Respectu corporis cui adhibenda sunt, utputa uel toti uel parti: & Per se, quo ad materiã diuersam, quoad formam, quo ad efficientem, si scilicet uel ab ipsa natura, uel à medico adornentur. Signa itidem differunt primùm Respectu signati tum essentialiter considerati (secundùm materiam, alia thoracis, alia uentris: secundũ formã, uel intemperiei, uel uitiatæ compositionis) tum accidentaliter, præsentis, præteriti, futuri: salubris, insalubris: acuti, chronici: æstiui, hyberni morbi. Differũt item Per se, cùm uel ad Actiones læsas uel ad Paßiones immutatas referantur. Vide signum I.

Operationem. Nam quo ipsa πίστις χρονιωτέρα est, hoc est, quo plus tẽporis cognitio sibi uẽdicat: eo ipso ἐγχείρησις βραχυτέρα euadit, minusq; tẽporis curationi superest: ut nisi natura ægri sufficiat, quo ad morbus occultus rectè cognoscatur, prius æger morbi uiolentia pereat, quàm Medicus ad curandum accedere poßit, N. 119. Hunc sensum subesse ipsa docet methodus. Alioqui ad tritum illud accõmodari posset, βουλευτέον βραδέως, πρακτέον ταχέως: hincq; adeò aphorismus elici, πίστις χρονιωτέρα ἐγχείρησιν βραχυτέραν παρέχει. Morbus optimè, longo licet tẽpore, cognitus, breuiorẽ & expeditiorẽ utplurimùm curationẽ præstat. Corn. βραδυτέραν legit. Et tum sensus erit: Cognitio tarda tardã quoq; curationem facit: & uicißim cognitio uelox celerem quoq; curationem. Neq; enim nisi cognitus morbus curari ex arte potest.

I. Osten

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 44 sur 736

©BIUM

I. Ostendit hāc cognitionis difficultatem tū quo ad

- Subiectum, quod non est συνεπανόρθωτον. Nā cùm morbus interius in corpore lateat, sub sensum non cadat, neque cognosci queat τῇ δεινοψίῃ (id est, sensata inspectione. An ἢ τὸ δεῖνος ὄψις. an δεινότης ὄψεως? Quam suprà num. 81. uocat ὀμμάτων ὄψιν. Videntur autem ea, quæ parenthesi inclusa sunt, τὰ παῦτα π. ἰ. ὀρ. interpretationem δεινοψίης marginalem continere, quæ postea in contextum illata fuerit) sed ratione tantùm: & arte & tempore indiget, ut συνοφίας συνεργοὺς, id est, cognitionis subsidia ad actionem conferentia inueniat, Signa uidelicet. N. 109. Quæ considerantur tum
  - Simpliter, ut sunt symptomata & accidentia quæ sequuntur uel corporum
    - Formam, Actiones scilicet læsæ, quæ comitantur Facultates. Innuit per φωνῆς λαμπρότητα & βραδυτῆτα, ex una specie reliquas intelligens. N. 110.
    - Materiam: et quoad locū uel
      - In corpore manent, ut Qualitates mutatæ omnium generum, uisiles, auditiles, olfactiles, tactiles.
      - Extra corpus expelluntur, ut Exeuntia mutata, per quasuis partes, ῥεύματα, πνεύματα, quæ uel substantia, uel quantitate, uel qualitate à naturalibus differant. N. 111.
  - Respectiuè, respectu eius quod significant, ὧν σημεῖα ταῦτα. Nu. 112. Siue consideretur signatū ipsum
    - Essentialiter tum
      - Materialiter. Sic cognoscuntur ex signis tum Morbi quarumuis partium, tum Symptomata, tum Causæ.
      - Formaliter. Sic uel sunt Salubria uel Insalubria uel Neutra signa.
    - Accidētaliter, respectu tēporis. Sic signa alia sunt rerū
      - Præteritarū, ἀναμνηστικά.
      - Præsentium, πεπονθότων, Diagnostica.
      - Futurorum, παθεῖν δυναμένων, Prognostica.
- Instrumentum, quo utendū est ad morbi profligationem. Instrumentorum cognitio non simplex nec unius est generis, ex Intentionibus & Indicationibus & Coindicationib. curatiuis pendens, & Ἀνάγκας inueniens, quibus natura cogatur cōtra morbum insurgere. Nam signis certis instructus artifex curationem aggredi uidetur, hoc est, naturā (quæ sola morbos curat) ἀναγκάζειν, ut coacta faciat ea, quæ alioqui spōte uel
  - Nō facit. Sic V. G. quando signis quibusdam cognoscitur aliquid quod fieri debet, & à natura tamen non fit: indicatur medico naturam ad id agendum esse incitandam. Quando ipsa οὐκ ἀφίησι per se, remedijs oportunè adhibitis ἐς τὸ μεθιστάναι excitanda erit, ut unà cū medicamēto suū faciat officium. Num. 113. Quando igitur signis deprehendit
    - Materiam morbificam in corpore, Pituitam puta crassam, abundare, sic ratiocinatur. Quod crassum est, incidendum uenit. Incisio autem fit à calore incidente. Calor alimentis consimilem facultatem habentibus excitatur. Ergo crassus humor incidentibus alimentis præparandus. Atque ita per Resolutionem instrumentum ipsum, quo uti debet, colligit. N. 114.
    - Symptoma, Anhelationem scilicet, ægrum molestare, Resolutione similiter inuenit instrumentum. Anhelus est spiritus, quia non est liber. Non liber, propter thoracis repletionem ab humore factam. Humor iste à calore incidendus, à spiritu euacuandus. Spiritus tum alijs, tum cursu & ascensu arduo promouetur. Ergò Anhelatio cursu & ascensu arduo curabitur. N. 115. Metaphora à iudicijs sumpta. Anhelatio accusat hominem de morbo interius latente. Ars oportunis remedijs cogit ἐκκατηγορέειν, accusationem omnē consumere, & ab ea deinceps desistere: cùm curato morbo etiam symptomata tollantur.
  - Facit, sed diminutè & imperfectè facit (quod est ἀνίεσθαι, remissam, debilē, languidam esse.) Sic V. G. quando signis quibusdam intelligit naturam tentare euacuationem, sed auxilio indigere: auxilium ad id accommodandum colligit. Nam si excretionem moliri intelligatur per
    - Sudores (ex uaporatione calida per uniuersum corpus facta) sudorē cientibus uti monetur. N. 116.
    - Vrinam (ex ijs quæ per uesicam excernuntur coniectura sumpta) diuretica exhibenda cōijcit: quorum calore ea quæ, calorē febrilem in corpore fouent, eliquentur, eliquata expellantur. N. 117.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 45 sur 736

©BIUM

K. Concludit disputationem præsentem, & paucis repetit certaminis atque probationis præcedentis tum

- Materiã, hoc est, Quid hactenus demonstrauerit: nimirum Medicinam artem esse certam tũ respectu morborum
  - Εὐδιορθώτων, qui etsi facili negocio curari possunt, non tamen temerè, sed methodicè à Medico curantur: & non minor in his ars est (λόγος οὔπορος εἰς ἐπικουρίην) quàm in curatu difficilibus. N. 120. Superius uocauit οὔδηλα νοσήματα, à cognitionis facilitate.
  - Οὐκ εὐδιορθώτων, curatu difficilium. Superius uocauit ἄδηλα νοσήματα, à cognitionis difficultate. Hosce igitur morbos si Medicus artificiosa coniectura deprehendat esse
    - Incurabiles, cum certa desperatione, ut Celsus loquitur, prudenter eos non aggreditur. N. 121. sed Prognosticis relinquit. Quod 2. Aphor. comment. 29. Gal. repetit. Celsus libro 11. cap. 9. prudentis medici esse interpretatur, eum qui seruari non potest non attingere, nec subire speciem eius ut occisi, quem sors ipsius peremit. At humanitatis & naturæ occultæ potentiæ memor Auicenna, etiam deploratis, ita uolentibus, adesse iubet, et simulatione saltẽ prodesse, uel conualituris, ut si præter omnem spem interdum euadant, naturæ motus adiuuetur: uel morituris, ne inhumanitatem medico obijciant, sed uoluntate eius perspecta, mortem, quæ nulla humana ope effugi potuit, æquiore ferant animo.
    - Curabiles, sine certa desperatione, curandos suscipiet, & in eorum cura ἀναμάρτητον sese præstabit, nullum errorem committendo. N. 122.
- Formã, hoc est, Quomodo demonstrauerit. Πίστις siue probatio, quòd medicina sit ars, & ars uera, duplex est (prout etiam duo sunt Medici κριτήρια, Ratio & Sensus) altera διὰ
  - Λόγων, διανοητικὴ, rationibus ueritatem demonstrans. Quæ Ἀπόδειξις appellari propriè potest, & respectu eius qui discit, ἀκρόασις, cùm auditu percipiatur. Talem nos in hoc commentario sumus amplexi. Nu. 123. Sed hæc ipsa rursus duplex est. Altera Rationibus instructa, altera Similitudinibus. Illa erga doctos, discendæ artis cupidos, hac erga idiotas (quibus γνωστὰ λέγειν oportere, sequente comment. n. 12. asserit, eosq; com. Præceptionum n. 127. λόγους ἐκ μεταφορῆς διαζηλοῦσθαι ait) utendum.
  - Ἔργων, αἰσθητικὴ, uiuis exemplis ueritatem ostendens. Quæ Ἐπίδειξις hîc propriè uocatur ab Hippoc. & respectu eius qui discit, αὐτοψία, cùm inspectione oculari nitatur. Paulo antè δεινοψίη. Eam sensuum testimonio nitentem ueri medici, non tam bene dicere quàm bene facere soliti, studiosè amplectuntur, ut hoc modo idiotis, non uerba sed facta considerantibus, artis certitudinem demonstrent. N. 124.

HIPPO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 46 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.
De Veteri medicina.

VOTQVOT[1] de medici A na dicere aut ſcribere aggreſsi, fundamentũ ſuæ diſputationis aut calidũ, aut frigidum, aut humidũ, aut ſiccum, aut quodcunq; tandem aliud ſuppoſuerũt, adeoq; compendij ſtudio idẽ principiũ cauſæ morborũ atq; mortis in uniuerſum uel unũ numero uel duo conſtituerunt: ut in multis quæ dicunt manifeſtò erraſſe deprehendantur: artis tamẽ nomine potiſsimũ reprehendendi ueniũt, quæ reuera eſt, qua omnes præmaximis utũtur, cuiuſq; peritos artifices ſummopere colũt.[2] Sunt aũt opifices alij uiles, alij longè præſtãtes.[3] Quòd ſanè, ſi nulla eſſet B omnino medicina, neque uel obſeruationes uel inuenta aliqua extarent, neutiquam contingeret: ſed omnes æqualiter eius ignari & imperiti eſſent, caſuq́ue omnia ægrotorum negocia gubernarẽtur.[4] Nũc uerò res aliter ſe habet, & quemadmodũ reliquarũ omnium artium opifices multum inter ſe differunt, tum manu, tum mẽte,[5] ſic etiã in medicina.[6] Quapropter non cenſeo ego ipſam ſuppoſitione indigere, uelut ea quæ ſunt obſcura & dubia, de quibus ſi quis dicere conetur, eũ neceſſe eſt ſuppoſitione uti.[7] Velut ſi quis de meteoris, aut de ſubterraneis dicat, C eorũq; ſcientiam profiteatur, tñ neq; dicenti, neq; audiẽtib. manifeſtũ ſatis fuerit, uera ſint nẽcne. Neq; n. datur quid tale, ad quod rationes omnes referendo, certa ſcientia haberi queat.[8] Medicinæ autem iam olim omnia inſunt,[9] & principium & uia inuenta eſt, per quam & multa & præclara longo tẽpore inuenta ſunt, & reliqua deinceps inuenientur, dummodo quis idoneus fuerit, & iam inuentorum ſcientia inſtructus, hinc ad reliqua inueſtiganda procedat.[10] Quicunq; uerò his omnib. reiectis ac reprobatis, alia uia aliaq; D forma inquirere conatur, ut quàm maximè ſe quid inueniſſe glorietur, fallitur tamen atq; fallit. Neq; enim id fieri poteſt.[11] Ob quas autem cauſas fieri nequeat, ego demonſtrare conabor, docens ac oſtendens artem exiſtere: ex quo deindè palàm fiet, impoſsibile eſſe aliquo alio modo inueniri.

[12] Videtur autem mihi eum, qui de hac arte dicturus ſit, uulgo ac plebeis hominibus quàm maximè nota dicere oporte-

ΚΟΣΟΙ[1] ἐπεχείρησαν πε- A
ρὶ ἰητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν
ὑποθέσιν σφίσιν αὐτοῖσιν
ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ, ἢ
μὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ
ξηρὸν, ἢ ἄλλ' ὅ, τι αὖ ἐθέλω
σιν,[2] ἐς βραχὺ ἄγοντες, τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτίης [2] εὖ βραχ-
τοῖσιν ἀνθρώποισι τῶν νούσων τε καὶ τοῦ θανά- χέϊ
του, καὶ πᾶσι τὴν αὐτὴν, ἢν ἡ σύνο ποθέμενοι·
ἐν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσι λέγουσι καταφανέες
εἰσὶν ἁμαρτάνοντες· μᾶλλον δὲ ἄξιον μέμψα-
σθαι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ἣ χρέωνταί τε πάντες
δὴ τοῖσι μεγίστοισι, καὶ πρῶτοι μάλιστα τὰς
ἀγαθοὺς χειροτέχνας.[2] εἰσὶ δὲ δημιοεργοὶ οἱ
μὲν φλαῦροι, οἱ δὲ πολὺ διαφέροντες.[3] ὅ- B
περ, εἰ μὴ ἦν ἰητρικὴ ὅλως, μὴ δ' ἐν αὐτῇ ἔσκε
πλέον, μήτ' εὑρεῖν μηδὲν, οὐκ ἂν ἦν· ἀλλὰ πάν-
τες ἂν ὁμοίως αὐτῆς ἄπειροί τε καὶ [b] ἀνεπιστή- [b] ἀνεπίσκε-
μονες ἦσαν, καὶ τύχη πάντα τὰ τῶν καμνόν- πτοι
των διωκεῖτο.[4] νῦν δ' ἐχέτως ἔχει, ἀλλ' ὥσ-
περ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων παντοῖοι δημιερ-
γοὶ πολὺν ἀλλήλων διαφέρουσι τὴν χεῖρα καὶ τὴν
γνώμην,[5] οὕτω δὴ καὶ δὴ ἰητρικῆς.[6] διὸ οὐκ
ἠξίουν ἔγωγε κοινῇ αὐτέων ὑποθέσιν δεῖ-
σθαι,[7] ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα, C
περὶ ὧν ἀνάγκη, ἢν τις [c] ἐπιχειρέῃ λέγειν, ὑ- [c] ἐπιχειρέη
ποθέσεσι χρῆσθαι.[7] ὁ περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ
γῆν εἰ λέγοι τις, καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν
αὐτῷ τῷ λέγοντι, οὔτε τοῖς ἀκούουσι δῆλα ἂν
εἴη, εἴτε ἀληθέα ἐστὶν, εἴτε μή· οὐ γὰρ ἔστι πρὸς ὅ,
τι χρὴ ἐπαναφέρεσθαι τὸ σαφές.[8] ἰη- D
τρικὴ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει,[9] καὶ ἀρ-
χὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημέ
να πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὑρηται, ἐν πολ
λῷ χρόνῳ, καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἢν τις
ἱκανός τε ὢν, καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων
ὁρμώμενος ζητέῃ.[10] ὅστις δὲ πάντα ἀποβα-
λὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ, καὶ
ἑτέρῳ σχήματι ἐπιχειρέει ζητέειν, καὶ φήσει τι
εὑρηκέναι, ἐξηπάτηται, καὶ ἐξαπατᾷ τε.[11] ἀδύ-
νατον γάρ.[11] διὸ ἃς δὲ ἀνάγκας ἀδυνάτου, ἐγὼ
πειράσομαι ἐπιδεῖξαι, λέγων καὶ δείκνυς τὴν
τέχνην ὅ, τι ἐστὶν· ἐκ δὲ τούτου καταφανὲς ἔσται,
ἀδύνατα εἰόντα ἄλλως πως εὑρίσκεσθαι.

[12] μάλιστα δέ μοι δοκέει, περὶ τούτης δεῖν
λέγοντα τῆς τέχνης γνωτὰ λέγειν τοῖσιν δημό-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 47 sur 736

©BIUM

τησιν.[13] ἐ γὰ περὶ ἄλλου τινὸς ὅτε ζητέειν προσήκει, οὔτε λέγειν, ἢ περὶ τῶν παθημάτων, ὧν αὐτοὶ οὗτοι νοσέουσιν.[14] αὐτοὺς μὲν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν παθήματα καταμαθεῖν, ὥστε γίνεσθαι καὶ παύεσθαι, καὶ δι' οἵας προφάσιας αὔξεσθαί τε καὶ φθίνειν, ἰδιώτας ἐόντας, ἐ ῥᾴδιον· ὑπὸ ἄλλου δ' ἀκούσαντα καὶ λεγόμενα, ἄπιστος.[15] ἑκὰς γὰ ἕτερον ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος ἀκέων τῶν ἑαυτῷ ξυμβαινόντων.[16] εἰ δέ τις τὰ τὰ ἰδιωτέων γνώμης ἀποστάξεται, καὶ μὴ παρόντας τοὺς ἀκούοντας, ἅτε οὐκ ἐόντες ἀποστάξεται.[17] καὶ διὰ ταῦτα ἔν γε δὴ δεῖται ὑποθέσιος.

[18] τὴν γὰ ἀρχὴν οὔτ' ἂν εὑρέθη τέχνη ἡ ἰητρικὴ, οὔτ' ἂν ἐζητήθη (ἐδὲν γὰ αὐτῇ ἔδει) τοῖσι κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ προσφερομένοισιν, ἅπερ ὑγιαίνοντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, εἰ μὴ κατ' ἄλλα διαιτωμένοις ξυνέφερε, καὶ μὴ οὗ ἕτερα τούτων βελτίω.[19] νῦν δ' αὐτὴ ἡ ἀνάγκη ἰητρικὴν ἐποίησε ζητεῖσθαί τε καὶ εὑρεθῆναι ἀνθρώποισιν, ὅτι τοῖσι κάμνουσιν ταὐτὰ προσφερομένοισιν, ἅπερ οἱ ὑγιαίνοντες, ἐ ξυνέφερεν, ὡς ἐδὲ νῦν ξυμφέρει.[20] ἔτι δ' ἄνωθεν ἐγωγε ἀξιῶ ἐδ' ἂν τῶν ὑγιαινόντων διαιτάν τε καὶ τροφὴν, ἣ νῦν χρέονται, εὑρεθῆναι, εἰ ἐξήρκει τῷ ἀνθρώπῳ ταὐτὰ ἐσθίοντι καὶ πίνοντι βοΐτε καὶ ἵππῳ, καὶ πᾶσιν ὁκόσοι ἄνθρωπου, οἷον τὰ ὁκόσα τῆς γῆς φύομενα, καρπούς τε, καὶ ὕλλα, καὶ χόρτον,[a] οἱ δὲ τούτων τε καὶ τρέφονται, & αὔξονται, καὶ ἄπνοοι διάγουσιν, ἐδὲ προσδεόμενοι ἄλλης διαίτης.[21] καί τοι τὴν ἀρχὴν ἐγωγε ἀξιῶ καὶ τὸν ἄνθρωπον τοιαύτῃ τροφῇ κεχρῆσθαι· τὰ δὲ γε νῦν διαιτήματα εὑρημένα, τετυχημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγονέναί μοι δοκέει. ὡς γὰ ἔπασχον πολλά τε & δεινὰ ὑπὸ ἰσχυρῆς τε καὶ θηριώδεος διαίτης σώματα, & ἄκρητα καὶ μεγάλας διαφορὰς ἔχοντα ἐσφερόμενοι, οἷάπερ ἂν καὶ νῦν ὑπ' αὐτέων πάσχοιεν, πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι περιπίπτοντες, καὶ διὰ ταχέος θανάτοισιν ἥσσον μὲν οὖν ταῦτα τότε εἰκὸς ἦν πάσχειν, διὰ τὴν σωμάτων ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε, καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀθανεστέρην φύσιν ἔχοντας ὑπολυθῆναι εἰκὸς· τοὺς δὲ τούτων ὑπερέχοντας, πλείω χρόνον ἀντέχειν. ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων οἱ μὲν γὰ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται, οἱ δὲ μὴ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν.[22] διὰ δὴ ταύτην τὴν χρείην, καὶ οὗτοί μοι δοκέουσι ζητῆσαι τροφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ εὑρεῖν τοιαύτην, ἣ νῦν χρώμεθα.[23] ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πτίσαντες τἄλφιτα, καὶ καταλέσαντες, καὶ διασήσαντες, καὶ [b] φορύξαντες, καὶ ὀπήσαντες, ἀπετέλεσαν ἄρτον.[24] ἐκ δὲ γε τῶν κριθέων μάζαν, ἄλλα τε συχνὰ πε-

[a] ἐ

[b] φρύξαντες

re.[13] Neque enim de alio quopiam uel quærere, uel dicere conuenit, quàm de affectionibus, quibus affliguntur.[14] Ipsos quidē igitur suas ipsorū affectiones cognoscere, quomodo oriantur ac desinant, & quibus occasionibus augescant ac deficiant, quum idiotę sint, non est facile: uerùm ab alio inuentas ac proditas, procliue.[15] Nullius rei alterius enim libentius quisq; recordatur, quàm eorū quæ sibijpsi accidisse audit.[16] Si quis autem ab idiotarum cognitione remota dixerit, neq; in præsens audientes persuaserit, ille etiā deinceps in eo, quod maximè uerum est, persuadendo periclitabitur.[17] Et propterea fundamento alio opus non habemus.

A omnigenas ſpecies oportet (eaq; propter & criſes & numeri temporum in talibus multum poſſunt.) [121] At hæc omnia perpeti minimè omnium conuenit calido aut frigido, cùm neq; putreſcere, neq; craſſeſcere queant. [122] Quod ergo munus utriuſque dicemus? Attemperatio ipſorum propria eſt, [123] tum uerò etiam in ſe mutuo agendi facultate habent: [124] quandoquidem nulli alij permixtum calidum, deſinit eſſe calidum, quàm frigido: nec permutatur ab alio frigidū, quàm à calido. [125] Reliqua omnia in homine, quæ to pluribus miſcentur, tanto mitiora ac meliora fiunt: & tum demū homo omniū optimè diſpoſitus eſt, ubi concoquit, & in quiete B eſt, neq; ullus in corpore humor cæteris excellētior apparet. [126] Et de his quidē uideor mihi abundè demonſtrationem feciſſe.

[127] Porrò Medici quidā, itemq; Sophiſtæ dicūt, quòd impoſsibile eſt medicinā cognoſcere eū, qui non norit quid ſit homo, & quomodo primùm factus & cōpactus ſit. [128] Ego uerò hæc talia, ſiue à ſophiſta, ſiue à medico quocunq; tandem de natura uel dicātur, uel ſcribantur, minùs eēſeo medicæ arti conuenire quā pictoriæ. [129] Illud uerò affirmo, de natura aliquid manifeſtum ac euidens cognoſcere, non aliunde cōtingere, quā ex medicina: [130] idq; ipſum tū demū condiſci poſſe, ubi qs medicinā totā rectè cōprehēderit.

[131] Enimuerò eouſque cognitionis multi C uidentur peruenisſe, ut ueluti ſenſu cognita narrare poſsint, quid ſit homo, & ob quas cauſſas naſcatur, & reliqua exactè. [132] Atqui mihi neceſſarium eſſe uidetur, ut omnis medicus de natura ſciat, & omni ſtudio annitatur, ut cognoſcat (ſi modò aliquid eorū, quæ fieri debent, rectè præſtare uelit) quidnam ſit homo, reſpectu eorum quæ comeduntur ac bibuntur, & quid cuiq; ab unoquoq; contingat & accidat: nec ſimpliciter tantùm exiſtimare, quòd malum edulium ſit caſeus, (dolorem enim affert repletio ex ipſo) ſed etiam ſcire, quem dolorem afferat, & propter quid, & cui parti intra hominem exiſtēti incōmo- D dus exiſtat. Quandoquidē multa alia & eſculenta & poculenta, quæ natura mala ſunt, hominē tamen non eodem modo afficiunt. [133] Exempli cauſa, Vinū meracū, ſi multum bibatur, hominē aliquo modo debilē reddit, & omnes qui uiderint hoc fatētur, & cognoſcūt hāc eſſe uim uini, & uinū cauſſam eſſe: quinetiā in quas hominis partes maximè agat nouimus. [134] Talē pinde ueritatē in alijs quoq; apparere uolo. [135] Ergo caſeus (cuius argumento uti cepi) non omnes homines lædit, [136] ſed ſunt qui ex ipſo repleti, ne tantillum quidem offendantur, imò gracilibus mirabiliter conferre deprehenditur. [137] Sunt autem alij, qui eo ſumpto malè ſe habent, nec facilè concoquunt. [138] Horum igitur naturæ differunt. [139] Differunt autem ſecundùm hoc, quo-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 58 sur 736

quoniam id, quod in corpore eſt caſeo contrarium, à caſeo excitatur & commouetur, in ijs, quibus eiuſmodi humor multus in corpore exiſtit: & quanto potentior hic redditur, tanto peius illos habere rationi conſentaneum eſt. [140] Quòd ſi tori humanæ naturæ inimicus eſſet, omnes utiq; læderet. [141] Eam ergo differentiam ſi quis nouiſſet, non incurreret profectò, neque patereturiſta. [142] In refectionibus porrò conualeſcentium ex morbis, inſuperq; in longis ægritudinibus, multæ conflictationes oriuntur, partim ſua ſponte, partim à quibuslibet adhibitis. [143] Noui autem medicos multos, non minus quàm idiotas, qui ſi quid ægri die aliqua nouaſſent, puta ſi lauiſſent, aut deambulaſſent, aut quid non præſcriptum comediſſent, etſi hæc adhibuiſſe quàm omiſiſſe præſtaret, cauſam tamẽ nouæ exacerbationis in prædictorũ aliquod referre, ueram quidem cauſſam ignorantes, & interdum id, quod maximè conferebat, damnantes. [144] At hoc neutiquam facere oportet, ſed ſcire, quid balneum intempeſtiuè adhibitũ operetur, quid item fatigatio & laſſitudo. Nunquam enim eadem afflictio uel ab his, uel à quouis alio prouenit, neq; etiam ex repletione, neque ex cibo tali uel tali. [145] Quòd ſi quis ignoret, quomodo hæc ſingula ſe habeant ad hominem comparata, is neque cognoſcere poterit quæ ab ipſis fiunt, neque ijs rectè uti.

[146] Cæterùm præter hæc cognoſcere mihi uidetur oportere, quæ affectiones homini ex facultatibus ac potentijs, quæ item ex figuris adueniant. Quod dico tale eſt, Facultatem intelligo, humorum ſummas uires ac robur noſſe. Figuras autem dico, quæ in ipſo homine inſunt. [147] Aliæ enim partes [a] cauæ ſunt, & ex amplitudine in arctum coactæ, aliæ [b] expaſſæ, aliæ [c] ſolidæ & [d] rotundæ, aliæ [e] latæ & [f] penſiles, aliæ [g] extentæ, aliæ [h] longæ, aliæ [i] denſæ, aliæ [k] raræ & ſucculentæ, aliæ ſpongiformes ac [l] molles. [148] Quæ igitur ex his uerbi cauſa trahere ad ſeſe allicereque humiditatem ex reliquo corpore maximè poſſunt? Num [m] cauæ & expaſſæ, an [n] ſolidæ & rotundæ, aut [o] cauæ & in arctum ex amplitudine coactæ? [149] Equidem puto eas, quæ ex [p] cauitate & amplitudine in arctum ſunt coactæ. [150] Quod ipſum ex manifeſtis forinſecus conditcere oportet: [151] partim quidem, quòd aperto ore nihil ſanè humoris attraxeris: ubi uerò labra foras produxeris, contraxeriſque, ac compreſſeris, inſuperque fiſtulam admoueris, facilè ſanè attrahes quicquid uoles. [152] Partim uerò quòd cucurbitæ, quæ corpori adponi ſolent, ex amplitudine in anguſtiam coarctatæ in hunc uſum factæ ſunt, ad trahendum uide-

A κξ ξπο· ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πλέμιον τυρῷ, ὑπὸ τούτου ἐγείρεται τε καὶ κινέεται, οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέον ἐνέων, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τοσούτους μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. [140] εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακὸν, πάντας ἂν ἐλυμήνατο. [141] πῶς δὲ εἴ τις ἐδοίη, οὐκ ἂν πάθοι. [142] τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, τῇσιν ἐκ τῶν νέσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νέσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπεραπάξιες, αἱ μὲν ὑπὸ ταυτομάτου, αἱ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν προσεπεγχυθέντων τῶν τυχόντων. [143] οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἢν τύχωσι πρὸ τῆς ἡμέρης ταύτης τι κεκαινουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἕτερον, τοῦτο δὴ πάντα βέλτιον προσενεγκεῖν ἢ μὴ, ἐόντος ἧσσον τοῦ αἰτίου τουτέου τινὶ αἰτιηθέντας, τὸ μὲν ὄφελος ἀγνοοῦντας, τὸ δὲ συμφορώτατον, οὕτως τυγχάνοντες, ἀφανίσαντες. [144] δεῖ δὲ οὐ, ἀλλ' εἰδέναι, τὸ λουτρὸν ἀκαίρως προσφερόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. ἐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τοιέων, οὐδὲ ἑτέρου, οὐδέ γε ὑπὸ πληρώσιος, οὐδέ γε ὑπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. [145] ὅσις οὖν τοῦτο μὴ εἴσεται, ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς.

[146] δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ τοῦτ' εἰδέναι, ὅσοι τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ὑπὸ δυνάμιων ἔρχεται, καὶ ὅσα ὑπὸ σχημάτων. λέγω δὴ τὸ ξυν. δυνάμιν μὲν εἶναι, τῶν χυμῶν εἰδέναι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχύς. σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. [147] τὰ μὲν γὰρ κοῖλά τε [a] καὶ ἐξ ὀρέος εἰς στενὸν ἐσι συνηγμένα, τὰ δὲ [b] καὶ ἐκπεπταμένα, τὰ δὲ [c] στερεά τε καὶ [d] στρογγύλα, τὰ δὲ [e] πλατέα καὶ [f] ἐπικρεμάμενα, τὰ δὲ [g] διατεταμένα, τὰ δὲ [h] μακρὰ, τὰ δὲ [i] πυκνὰ, τὰ δὲ [k] μανάτε καὶ τεθηλότα, τὰ δὲ [l] σπογγοειδέα καὶ ἁπαλά. [148] τοῦτο μὲν ἑλκύσαι ἐφ' ἑωυτὸ καὶ ἐπισπάσασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ [m] κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ [n] στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ [o] κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ ὀρέος συνηγμένα, δυνατώτατ' ἂν μάλιστα; [149] οἶμαι μὲν γε τὰ τοιαῦτα εἰς στενὸν συνηγμένα ἐκ [p] κοίλου τε καὶ ὀρέος. [150] καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. [151] τοῦτο μὲν γὰρ, τῷ στόματι κεχλιωμένος, ὑγρὸν οὐδὲν [a] ἀναπάσεις· [b] περιμυλλιόσας δὲ καὶ συσείλας, πίεσάς τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥηϊδίως ἀναπάσεις ἂν, ὅτι θέλεις. [152] τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι [c] προβαλλόμεναι ἐξ ὀρέος εἰς στενώτερον ἐσκευασμέναι πρὸς τοῦτο τετεχνέαται,

[a] ἀναπάσεις
[b] περιμυλλιόσας. περιμυλλιάς
[c] προβαλλ.

©BIUM

πρὸς τὸ ἕλκειν ἀπὸ τῶν σαρκῶν, καὶ ἄλλα παραπλήσια· ἄλλά τε πολλὰ τοιαῦτά ἐστιν. [153] τῶν δὲ ἔσω τοῦ ἀνθρώπου φύσις καὶ σχῆμα τοιοῦτον, οἷόν τε, καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρα γυναιξί. [154] καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει, καὶ πλήρεά ἐστιν ἐπακολουθούσης ὑγρότητος ἀεί. [155] τὰ δὲ κοῖλα[q] καὶ σκεπαμώδεα, ἀπορρυείσων μὲν οὐ ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων, ἀπαράσιτο δὲ οὐχ ὁμοίως. [156] τὰ δὲ σπερεὰ [r] καὶ στρογγύλα ὅτ' οὐκ ἀπαράσιτο, ὅτ' οὐκ ἀπορρυείσων ἐδέξαιτο. βεβολιδωμένοι τε γὰρ οὐκ, καὶ οὐκ ἔχοι ἔδρην, ἐφ' ἧς μένει. [157] τὰ δὲ [s] σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον πλεύμων, καὶ μαζοὶ, προσκαθεζόμενα μάλιστα ἀναπίοι, καὶ σκληρωθέντα καὶ αὐξηθέντα ὑγρότητος προσγιγνομένης ταῦτα μάλιστα. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο ἐν κοιλίῃ ἐνεῖναι τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε βιάζεται, οὐδὲ ἡ κοιλίη † τὸ ὑγρὸν καὶ [a] ἐξαγγίζοι· ἀλλ' ὅταν [b] πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν, τὰ [t] κενὰ καὶ [u] ἀραιὰ καὶ τὰ σμικρὰ πάντα, καὶ αὐτὰ [u] ἀραιά τε καὶ [x] μαλθακοῦ [y] σκληρός τε καὶ [z] πυκνὸς ἐγγίνεται, καὶ ὅτ' ἐκπέσῃ, ὅτ' ἀφίησι. τούτων δὲ πολλὰ διὰ τὴν φύσιν τοῦ σχήματος. [158] ὅσα δὲ φύσιν τε καὶ αἰτιήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι [aa] κοίλοισί τε καὶ [bb] εὐρυχωρήσεσιν, οἷον κοιλίῃ τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιέειν. [159] ὅτι γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ ἅτως ὥστε στῆναι, ἀλλ' ἔχει μεταβολάς τε καὶ κινήσις, ἀνάγκη ὑπ' αὐτέων καὶ ψόφον καὶ καταφανέας κινήσιας γίνεσθαι. [160] ὅσα δὲ [cc] σαρκώδεά τε καὶ [dd] μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τοιούτοισι νάρκας τε καὶ πληρώματα, [c] οἷα [d] ἀποσφαγῆσι γίνεται. [161] ὅταν δὲ ἐγκύρσῃ [ee] πλατείῃ τε καὶ [ff] αὐτικάμπτῳ, καί τι πρὸς αὐτὸ ἀντιπέσῃ, καὶ φύσει ἔτι τύχῃ μήτε [gg] ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥστε δύνασθαι αὐτέχεσθαι τῆς βίης, καὶ μηδὲν κακὸν παθέῃ, μήτε [hh] μαλθακόν τε καὶ [ii] ἀραιὸν, ὡς ἐκδέξασθαί τε καὶ ὑπεῖξαι, [kk] ἁπαλόν τε καὶ [ll] πεπηλὸς, καὶ [mm] ἔναιμον καὶ [nn] πυκνὸν, οἷον ἦπαρ· διὰ μὲν τὴν [oo] πυκνότητα καὶ [pp] πλατύτητα, αὐθέκτικέ τε καὶ οὐκ ὑποείκει· φύσει δὲ ὑποδεχομένη, αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται, ἐς [e] ὁρμὰς μάλιστα πρὸς τὸ [qq] ἀντιπῖπτον· διὰ δὲ τὴν [rr] ἁπαλότητα καὶ τὴν [ss] εὐαιμότητα οὐ δύναται ἄνευ πόνων εἶναι. καὶ διὰ ταύτας τὰς προφάσιας ὀδύνας τε ὀξύτατα ἐς [f] πυκνότατα πρὸς [f] τοῦτο χωρίον γίνονται, ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. [162] γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς, ἧσσον δὲ πολλόν. [tt] διάστασις [g] μὲν γὰρ φρενῶν [uu] πλατείη ἐστὶ [xx] ἀντικαμπὴ, φύσις δὲ [h] ὑδρωδεστέρη [yy] τε καὶ [zz] ἰσχυροτέρη, διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι. γίνονται δὲ καὶ περὶ ταῦτα καὶ πόνοι, καὶ φύματα. [163] πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ

A uidelicet & eliciendum ex carne: uti etiam multa alia eiusce modi dantur. [153] Sunt autem in ipso homine partes natura & figura tales, uesica, & caput, & uterus in mulieribus: [154] quæ manifestissimè attrahunt, semperq; plenæ sunt attracta humiditate. [155] Cauæ econtrà & expassæ [q] figuræ, influentem quidem humorem maximè omnium susceperint, non autem similiter attraxerint. [156] Solidæ autem [r] & rotundę, neq; attraxerint, neque susceperint: quãdoquidem dilabitur humor, & non habet sedé ubi maneat. [157] Spongiformes [s] uerò & molles, uelut lien, pulmo, & mammę, ea quæ in proximo sunt maximè ebibunt, duræq; fiunt ac augescunt hæ partes humore accedente. Non enim, si in uentre insit humor, & exterius etiam humor cõtineatur, ipse uenter humorem illum singulis diebus euacuare poterit: sed cùm uiscus imbiberit & susceperit in sese humorem, loca omnia [t] uacua & [u] rara, quantumlibet parua, adimplentur: & uiscus, quod [u] rarum & [x] molle erat, [y] durum ac [z] densum euadit, & neque concoquit, neque dimittit. Proinde hæc patitur propter figuræ naturam. [158] Quæcunque autem flatum & torsiones excitant in corpore, ea in [aa] cauis ac [bb] amplis partibus, ueluti uentre ac pectore, strepitum ac sonitum facere solent. [159] Etenim cùm non sic repleant ut stent, sed transmutationes & motus habeant, necesse est, ut ab ipsis & strepitus & manifestæ commotiones fiant. [160] Quæcunque uerò [cc] carnosæ sunt & [dd] molles partes, in ijs torpores & repletiones contingunt, ut in iugulatis apparet. [161] Cæterùm, quum inciderit flatus in [ee] latum corpus ac [ff] renitens, & aliquid ipsi restiterit, idq; natura fuerit neq; ita [gg] forte, ut uiolentiam eius sustinere, nihilque mali pati queat, neque ita [hh] molle & [ii] rarum, ut excipere ac cedere queat: sed [kk] tenerum & [ll] succulentum & [mm] sanguineum, ac [nn] densum, uelut hepar: [oo] propter densitatẽ quidem ac [pp] latitudinem resistit ac non cedit, flatus uerò subiens augescit ac fortior euadit, & aduersum id, quod [qq] reluctatur maximè, fertur: propter [rr] teneritudinẽ autẽ & [ss] sanguineitatem absq; doloribus esse non potest. Et propter has causas dolores acutissimi ac frequentissimi circa eum locum contingunt, suppurationesque ac tubercula plurima. [162] Fiunt etiam circa septum transuersum uehementes dolores, sed multo minores. [tt] Distentio enim septi transuersi [uu] lata est, & [xx] renitens, natura autem [yy] neruosior & [zz] robustior, quapropter minus dolore affligitur. fiunt tamen & dolores & tubercula circa ipsum. [163] Multæ uerò etiam aliæ

καὶ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 60 sur 736

©BIUM

aliæ & extra & intra corpus figurarum ſpecies ſunt, quæ magnoperè inter ſe differunt, ſecundùm affectiones quas inferunt tum ægroto tum ſano: cuiuſmodi ſunt capita [aaa] parua aut [bbb] magna, colla [ccc] tenuia aut [ddd] craſſa, [eee] longa aut [fff] breuia, uētres [ggg] longi aut [hhh] rotundi, pectoris & coſtarum [iii] latitudines aut [kkk] anguſtiæ, & alia infinita: quæ omnia noſſe oportet, quatenus differant, quo cauſſas ſingulorum cognitas probè obſerues.

[164] De facultatibus autem humorū perſpectum habere oportet, quid ſinguli ipſorū in homine facere poſsint, quemadmodum etiam prius dictum eſt, [165] quasq; cognationes inter ſe habeant. [166] Quod dico tale eſt: Si dulcis humor in aliam ſpeciem mutetur, non quidem alijs commixtus, ſed ipſe deſciſcens à ſua natura priore, qualisnam primùm fiat, amarus, an ſalſus, an acerbus, an acidus? Sanè acidus humor omnium maximè incommodus fuerit, reliquis aliquantum commodis exiſtentibus, ſiquidem dulcis omnium commodiſsimus exiſtit. [167] In hunc modum ſi quis inquiſitione diligenti ea, quæ extrinſecus offerenda ueniunt, cognoſcere poſsit, poterit ſemper ex omnibus id, quod optimum eſt, eligere. Optimum autem eſt, quod lōgiſsimè ab incōmodo abeſt.

A καὶ ἔξω τοῦ σώματος εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει πρὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέοντι καὶ ὑγιαίνοντι. οἷον κεφαλαὶ [aaa] σμικραὶ ἢ [bbb] μεγάλαι, τράχηλοι [ccc] λεπτοὶ ἢ [ddd] παχέες, [eee] † μακροὶ ἢ [fff] βραχέες, κοιλίαι [ggg] μακραὶ ἢ [hhh] στρογγύλαι, θώρηκος καὶ πλευρέων [iii] πλατύτητες ἢ [kkk] στενότητες, καὶ ἄλλα μυρία· ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ἢ διαφέρει, ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς τηροίης.

† νῶτα

[164] πρὸς δὲ δυνάμιων χυμῶν, αὐτέων τὲ ἕκαστος ὅ, τι δύναται ποιέειν τὸν ἄνθρωπον, ἐσκέφθαι, ὥσπερ καὶ πρότερον εἰρέατο, [165] τὰς συγγενείας ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας. [166] λέγω δὲ τὸ ποιῆσαι, εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος ἦν, ποῖόν τι ποιέει, εἰ πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στρυφνὸς, ἢ ὀξύς; † ἆρα ὀξὺς χυμὸς αὐτεπιτήδειος, [2] πρόσφορον αὖ τῶν λοιπῶν, μάλιστα εἴη, εἴπερ ὁ γλυκὺς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. [167] οὕτως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιον δέ ἐστι, τὸ πρόσω τάτου ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

† ἢ

[2] πρόσφορον

IN

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

HIPPOCRATIS. Fœtus genuinus, parēti ſuo ſimilis, tum quo ad philoſophiæ genus, tum quo ad organa quibus utitur, quo ad λέξιν ſcilicet & τάξιν.

DE VETERI MEDICINA. ab Aeſculapio inuenta, à poſteris eius per manus uelut ad Hippocratem uſq; tranſmiſſa. Quam uti ueram, certam & conſtantem, contra nouæ cuiuſdam methodi inuentores defendit. Libro de Arte, artem medicam in genere contra imperitos & plebeios defenderat: hoc uerò commentario artem medicam Aſclepiadeam contra nouos iatroſophiſtas tuetur, Gorgiæ Leontini & Poli diſcipulos, uti Turnebus ſuſpicatur. Secundum proinde locum inter Prolegomenon commentarios huic aſſignamus. Veterem medicinam chirurgicam fuiſſe, ex Platonis 3. de Rep. diſcimus: ex Homero quinetiam, qui Podaliſirium & Machaonem Aeſculapij filios à medica manuum opera commendat. Nimirum cùm propter frugalem uictum uel raris morbis internis conflictarentur homines, uel tanquam ignotis & diuinitùs immißis abſq; ope interimerentur: morborum tantùm externorum, ui externa inflictorum, curam ſuſcipiebāt. Proinde eodem loci Plato auctor eſt Aeſculapium inter nos morbos non attigiſſe, nimirum quia ualetudinarijs, qui & ſibijpſis & alijs oneri eſſent, mori ſemel quàm ſæpius præſtare arbitrabatur. An uerò, quos curare non poterat, hoc prætextu ab ope petenda deterrebat, ne artis uix dum ex incunabulis egreſſæ impotentiam fateri cogeretur: An potius morbi interni ob uictus frugalitatem tūc temporis rariſſimi erāt: quòd ſi uerò quidam ijs corriperentur, cùm id uitio naturæ eueniret, incurabiles habebantur? Deinceps autē accreſcente ſenſim ingluuie & otio, morbi interni etiam aduentitij graſſari cepere, quorum curationem medici ſuſcipere ſunt auſi, ut naturæ opem ferrent. Quemadmodū enim ex malis moribus bonæ leges ſunt natæ: ita ex hominum intemperantia nō tantū morborum numerus accreuit, uerumetiam eorundem curandorum methodus Aſclepiadea pomœria ſua latius produxit. Neq; uerò apud priſcos tantùm hæc Medicæ artis temporum diſtinctio extitit, uerumetiam apud Romanos, quos primùm ab V. C. an. D C medicos chirurgos è Peloponneſo accepiſſe ſcribit Plinius: nec prius quàm luxus Remp. inuaſit Clinicis Romæ locum fuiſſe. Multitudo enim Iurecoſs. & Medicorum malè conſtitutam Rempub. arguit, ut eſt apud Platonem: cùm illa quidem animos, hæc corpora ciuium malè affecta eſſe indicet.

Nomen, q̄ ſit & qualis libri inſcriptio. Videlicet

COMMENTARIVS præſens duobus modis conſiderādus eſt, nimirū quo ad

Subiectum, Methodi nimirum medendi ueræ defenſionem, falſæ confutationem. Vide ſignum AA.

Rē ipſam. De Veteris medicinæ methodo, uerá ne ſit illa & conſtās, an nō, contra nouæ cuiuſdā methodi authores hoc libro agit Hippocrates. Diuidi poteſt totus liber in

Procœmium, quo docilē reddit lectorē, attentū & beneuolū, oſtendens Diſputationis huius tum

Modū ſiue Formā. Oportere nimirū de Methodo artis medicæ controuerſa diſputare

Ex ijs quæ nota ſunt ſenſui etiam idiotis. Ratiocinatio talis:

Quale eſt ſubiectum medicū, talis eſt demonſtratio medica.

At ſubiectum medicum eſt ſenſui idiotarum expoſitum, nimirum quòd morbo affectum ſit. Morbi τὸ ὅτι, ſenſu aſſequuntur. N. 13.

Διότι, cùm per ſe nequeāt, Medici enarratione diſcunt. Nu. 14. Medicus ergo ſi quidē ſenſui afferat

Conſentanea, facilè & libenter intelligunt. N. 15.

Diſſentanea, non admittūt neq; credūt: cūq; in uno mētientē deprehēdāt, reliqua etiā quæ uera ſunt in ſuſpicionem rapiunt mendacij. N. 16.

Ergò ſenſui expoſita eſſe debet demonſtratio, & idiotis nota, ut ſenſus iudicio de ijs poßint ſententiā ferre. N. 12. Com. de Principijs n. 2. λοιπὸν ἀρχὴν ὑποθέσθαι iubet γυμνάσιον περὶ ἰητρικῆς. Eandem ob cauſam ſimilitudinib. crebrò utuntur medici, ut quod per ſe non uident, parabolarum ueluti ſpeculo inſpecto idiotæ aſſequantur. Proinde in Præceptionibus eos λόγους ἐν μεταφορᾶς διαζηλοῦσθαι inquit.

Non ex ijs quæ ignota ſunt idiotis, & præſupponuntur tantùm ab ijs qui uolūt uideri docti, N. 17. Et mox connectit Tractationē ſequentē.

Tractationem. Vide ſignum BB.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 62 sur 736

©BIUM

Medicinæ ueram methodum docere & propagare, falsam uerò confutare & coercere, Medici boni est officium.

Omnis ars methodum suam naturæ subiecti accommodare debet.

Si Medicina non esset ars, hoc est, quòd nihil in ea uel quæsitum, uel inuentum esset à priscis, nulli in ea artifices essent uel boni uel mali, sed fortuitò ab omnibus administraretur. N. 3.

At Medicina est ars. Deducit huiusce modi epilogismo:

Medicinæ uera methodus naturæ subiecti correspondere debet. Probat tali prosyllogismo:

At uerò sunt in ea boni & mali artifices. N. 2. Confirmat similitudine reliquarum artiũ:

Quemadmodum in reliquis artibus differunt inter se artifices tum secundum γνώμην, hoc est, cognitionem, tum secundũ χεῖρα siue exercitationem artis, alij scilicet periti, industrij, alij imperiti & ignaui. N. 4.

Ita quoq; in arte medica differũt medici periti ab imperitis. N. 5.

Ergò Medicina est ars.

Ergò Medicina methodum suam naturæ subiecti accommodare debet.

AA. Ne cõtendendi potius, quã ueritatem inquirẽdi studio hoc suscepisse uideatur, tali uidetur ratiocinatione niti:

At methodus Neotericorũ, quam ex suppositione deducunt, non est uera methodus: ueterum autem Asclepiadarũ methodus, quæ suppositione caret, quãq; illi damnant, uera est methodus. N. 1. Ostendit:

At methodus medicorum

Neotericorum, quam ex suppositione deducunt, non respondet naturæ subiecti. Declarat:

Quodcũque subiectum sub sensum

Non cadit, sed sub rationem tantum, eius methodus per hypotheses explicanda est. Qualia sunt quæ in sublimi, aut in terræ uisceribus fiunt. N. 7.

Cadit, illius methodus hypothesi carere debet, cùm ad sensum sint reuocanda omnia. Omittitur, utpote ex priori nota.

At Medicinæ subiectum sub sensum cadit etiamnum, & olim etiam tale fuit, quale nunc est. N. 8.

Ergo Medicinæ methodus hypothesi carere debet. Num. 6.

Veterum, quæ nulla suppositione nititur, sed sensata demõstratione, respõdet naturæ subiecti.

Ergò methodus medicorum

Veterum uera est, per quam & pleraque inuenta sunt artis præcepta, & porrò etiam, quæ desunt, inueniri possunt. N. 9.

Neotericorũ falsa est & sophistica, qua nec inuentum quicquam est, nec inueniri quicquam potest. N. 10. Et decipiuntur ipsi, & decipiunt alios.

Ergo methodum Neotericorum hypothesi nitentem cõfutare, ueterum uerò docere, medici boni officium erit, et per consequens etiam nostrum, qui Aesculapij sumus posteri. N. 11.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 63 sur 736

©BIUM

BB. De Methodo medica agit tũ

- Καταφατικῶς, ueteris Medicinæ methodum uerã & constantem esse ostendendo, in ijs, quæ similia & amica eßẽt corpori, inueniendis & adhibẽdis: quæ dissimilia & inimica, auferendis. Hinc Plato in Symposio Medicinã definit scientiã esse τ̃ τοῦ σώματος ἐρωτικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν. Et quidẽ in
  - Genere sic argumentatur:
    - Si eadem uictus ratio omnibus hominib. quomodocunq; affectis, ægris siue sanis, ex æquo conduceret, methodus diætandi ab initio nec quæsita, nec inuenta fuisset, cùm nihil ea opus esset. N. 18.
    - At nunc non eadem uictus ratio ægris & sanis conducit. N. 19.
    - Ergò methodus diætandi ab initio quæsita fuit & inuenta.
  - Specie deducit & declarat. Διαιτητικὴ Methodus alia
    - Sanorum, quæ Medicinæ pars est reipsa, uulgo tamen non uidetur ad medicum pertinere, sed ad Coquum aut Gymnasten. μὴ ὁμολογουμένως ἰητρικὴ. Com. de Flatibus n. 22. famem morbum facit, eiusq; curam per alimentum medicinam esse profitetur uniuersim: multo ergo magis si sanitati accommodetur. Vide signum C C.
    - Aegrorũ. Quæ circa ægrorũ diætam uersatur ars, ὁμολογουμένως ἰητρικὴ est, non plebeia, non gymnastica, sed omnium confeßione medicorum propria. N. 32. (ἢ καὶ ὄνομα καὶ τ. ἑ. εἰ κρατεῖν legere malim.) Hanc explicat tum in
      - Genere, ostendens
        - Qd' sit diætandi quædam ars, tali ratiocinatione:
          - Si eadem alimenta ægris & sanis conferrẽt, nullus ab initio medicam diætandi methodum uel inuestigasset uel inuenisset. Nu. 33. Declarat signo. Nam etiamnum hodie ij Barbari, qui ex uoluptate metiuntur diætam sanorum æquè ac ægrorum, medicinam uel nullam esse putant, uel certè contemnunt. N. 34.
          - At non eadem alimenta ægris ac sanis conferunt. Id quod ipsa docet experientia, N. 36.
          - Ergò medica diætãdi ægros inuenta est methodus. Nu. 35. tũ quo ad alimenti
            - Quantitatem, loco Multi Paucum exhibere.
            - Qualitatẽ. Quib. etiã paucus cibus solidus erat molestus, præparatione hũc debiliorem & ægro cõuenientiorẽ reddidere, partim id qd' noxiũ erat auferendo, partim id quod utile erat præparando, & ad uires caloris natiui accõmodando. Quod ipsum in medicamẽtis quoq; fieri quotidiana docet experientia, sed præsertim chymica: quæ ut inuegetabilib. & animalib. elegãs est, & popularis: sic in metallicis lõgè operosior, q, ea spiritus & succos habeãt comparatione corporis humani, in qd' agere debẽt, crudißimos quidẽ, sed coctiõis tolerantißimos et efficacißimos. Sed ad rẽ. Cibo igitur solidiori, et ob idipsum molesto, primi illi diætetici substituerũt partim
              - Cibũ humidũ. Ροφήματα, Sorbitiones: cibũ solidum paucum aquæ multæ miscẽtes et coquentes.
              - Potum. Γόματα, cibi solidi substãtia in liquorẽ cõuersa potabilem.
        - Qualis sit ars, nimirum eadẽ quæ prior illa, ex ijsdem deducta fontibus. Nu. 39. Methodus ista ægrorũ diætæ si cũ sanorũ diæta cõferatur, atq; consideretur
          - Per se, & ut rectè agit, sic sanorũ diætæ similis est, cũ studeat utraq; conuenientẽ uictũ homini adhibere, quẽ superare poßit natura, in sano quidẽ natura ualida ualidũ, in ægro uerò debilis debilẽ. Neq; alio differunt, quàm quòd sani uictus una est latißima methodus, ægri uerò multiplex, eaq; arctißima, uti paulo pòst ostendemus. N. 37.
          - Respectu errorũ, qui utrobiq; contingunt, tantò erit magis necessaria diæta ægrorum, quo plus nocumenti ex sanorũ uictu humano percipiunt ægri, quàm sani ex uictu belluino. Cõfert inter se Aegrũ morbo exili laborantẽ, & Hominẽ mediocri sanitate fruentẽ: quorũ hũc ex cibo brutis familiari minus detrimẽti accipere asserit, q̃ illũ ex uictu hominib. tantũ sanis cõueniente. Vt hoc signo ostẽdat, non in genere tantũ differre uictũ hominũ à uictu belluarũ: uerũ etiã in specie ægrotãtib. alijs aliã atq; aliã diætã cõferre uel officere. N. 38. Aegros hinc colligimus triũ ordinũ. Aut .n. morbũ sentiũt ipsimet, ex functionũ læsione uel uehemẽti, qđ hîc ἄφορον & χαλεπὸν νόσημα dicitur, uel remissa, & σύνθες dicitur: aut nõ sentiũt, sed medicus solus ex signis agnoscit qđ Neutrũ posteriores uocarunt. Lego, ἀλλ' ὃ μήτε αὐτέῳ τῷ νοσεῦντι μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι.
        - Specie. Vide D D.
- Αποφατικῶς. Vide EE.

CC. Me=

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 64 sur 736

CC. Methodum diæteticen, ostendit partim

Quòd sit aliqua, ratiocinatione ex primo hominum uictu deducta. Idipsum in

Genere deducit:
- Si belluina uictus ratio conferret sanis hominibus, uti brutis, homines primi uictum mansuetiorem non inuestigassent, nec inuenissent. N. 20.
- At belluina uictus ratio, qua primos homines usos esse supponimus, hominibus nõ contulit: cùm ab ea quidem minus propter consuetudinem, quàm nunc, læderentur, læderentur tamen omnino, alij certè manifestius, qui imbecilliori erant natura præditi, alij obscurius, qui robustiore. Nam cùm alimentum assumerent crudum, & calori concoquenti contumax, in magnas cruditates & morbos & mortem etiam incidebãt. N. 21.
- Ergò homines primi uictum mansuetiorem inuestigarunt & repererunt, quo nunc utimur. N. 22.

Specie declarat. Præparatio externa uaria, internæ præparationi uiam ueluti facit, ut calor facilius concoquat ea, quæ humanæ naturæ per multiplicem præparationẽ domestica sunt reddita. N. 25. Et quidem

Panis ex tritico fit. N. 23. Huius præparatio
- Prima, tum quia
  - Substantia noxia aufertur per Macerationem & corticis Purgationem.
  - Humor superfluus tollitur Torrefactione.
- Secunda, quòd
  - Molitur.
  - Cribratur.
- Tertia, quia
  - Subigitur.
  - Assatur.

Maza ex hordeo. N. 24. Cuius præparatio
- Prima. Secũda. } Vt & Panis.
- Tertia, quia
  - Coquitur.
  - Assatur.
- Quarta, quo ad usum. Quia dura maza & sicca, minus potest comedi: ergo uino uel aqua maceratur (ut in 2. de Diæta) quo ad
  - Substantiam, uti molliscat.
  - Qualitatẽ, ut minus exiccet.

Qualis sit, artificiosam scilicet esse, & artis propriam. Nã quo ad

Sanitatem, Medicinæ propriã esse. Et quidem

Reuera medicam esse:
- Quod morbos prohibet, eius inuentio est medica.
- At hæc diæta prohibet morbos. N. 27.
- Ergò eius inuentio est medica. N. 26.

Opinione hominum medicam non uideri, sed plebeiã. Causam affert:
- Cuius functionis omnes sunt periti, illa arte carere, neque ex ea artifices denominari posse uidentur. N. 29. Vetus nimirum hæc artium fuit maiestas, ut non nisi initiatis communicarentur, uel uiua uoce, quos ἀπόῤῥητος dixere, unde Cabala Hebræorum nomen habet: uel scripto, sed eo obscuro, quo profanum uulgus arceretur, & solis intelligentibus arcanum communicaretur. Ipsa nimirum prostitutio artibus & auctoritatem, & propter contemptum efficaciam quoque suffurari uidetur. Flagris proinde digni sunt, qui artium arcana exoteris temerè patefaciunt: uti propter inuidiam meritò reprehendi, qui ne initiatis quidem communicare uolunt.
- At coquinariæ omnes ex æquo periti sunt, necessitate ipsa uel inuitos ad cultum illius impellente.
- Ergò neq; artis esse, neque artifices ex ea denominari uidentur. N. 28. Epanorthosi corrigit. Vt quammaximè propter usum communissimum, ipsis etiam mulierculis familiarem, praxis coquinaria despiciatur: reuera tamen prima eius inuentio artificiosissima fuit, & eiusdem theoria etiamnum artifice digna: olim certè, antequam innotuisset, honestissima habita, ut nec Helenam, nec Achillem, nec cæteros heroas apud Homerum munia illius obire puduerit. N. 30.

Robur, Gymnasticæ artis propria est, quæ eadem methodo utitur, licet fine diuerso. N. 31. Itaq; mirum non est, Herodicum gymnasten medicinam Pædagogicam, ut Plato 3. de Repub. ait, instituisse, eam scilicet, quæ corporum ualetudinem non tantùm exercitijs, sed & uictus ratione certa tueretur. Etsi ex libro tertio de Diæta intelligi potest, Hippocratis potius id inuentum fuisse, sed theoricum, quod reliqui deinde ad usum traduxere gymnasticum.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 65 sur 736

©BIUM

DD. Ratio cinatio talis est:

- Si in ægrorum diæta unica tantùm ratio esset peccandi, per excessum scilicet, facilis etiã & simplex esset methodus, certò sibi persuadens se errare nõ posse (πολλὸν τὸ ἀσφαλέος περιλαμβάνοντας. Ασφαλὲς, Casui & errato non obnoxium, ἀπὸ τὸ μὴ σφάλλειν. cuius pedissequa est securitas, sed non perpetua) nimirũ ut excessum semper fugiat, defectum uerò per omnia amplectatur. N. 40.
- At nũc non minus in defectu quàm in excessu peccari potest. N. 41. Ostẽdit tum
  - Per se, ex methodi similitudine. Quam quidem
    - Vniuersim tali resolutione deducit:
      - In diætandis ægris opus est μέτρῳ. N. 42.
      - Μέτρον istud non aliunde, quàm ex affecti corporis sensu desumi debet. N. 43.
      - Sensus autem cùm à peculiari natura & consuetudine ægri pendeat, rarò exactè à Medico cognosci potest. N. 46.
      - At quod rarò exactè cognosci potest, cognitu difficile est.
      - Ergo methodus diætandi ægros cognitu difficilis est. N. 44.
    - Singillatim declarat per inductiones, exemplo medicorũ tũ
      - Doctorum, qui etsi in diætando non semper rectè agunt, (nam & ipsi sunt homines) attamen rarò & in paruis tantùm errant. Neque tam reprehendendi propter pauca quæ delinquunt, quàm laudandi & cõmendandi propter multa, quæ rectè faciũt. N. 45.
      - Indoctorũ, qui & frequenter errãt, & in maximis. Simili declarat. N. 47. Cuius
        - Protasis. N. 48. Sicuti gubernatores malidum
          - Serenitas est, non uidentur differre à peritis.
          - Tempestas ingruit, tum ostendũt suam imperitiam.
        - Antapodosis. N. 49. Ita et Medici indocti in morbis
          - Leuibus & chronicis latent malè agentes.
          - Grauibus & acutis suos tegere nequeũt errores.
  - Accidentaliter, ex erroribus qui utrobiq; contingunt: per syllogismũ:
    - Si sani ex diæta inconsueta læduntur, tàm in excessu quàm in defectu, multò magis ægri. N. 50. Connexi probatio post assumti declarationem demum ponitur in hunc modum:
      - Quæcunq; debilior est natura, facilius & promptius læditur à lædentibus. N. 60. Sic enim etiam ex sanis, quò quisq; debilior est, eò facilius à diætæ peruersiõe noxã sentit. N. 61. ἀσθενὴς dicitur is qui debilis est, hoc est, à causis morbificis prõptè læditur, uel natura, etsi alioqui sanus sit, ὁ ὑγιαίνων: uel morbo, qui ægrotat, ὁ ἀσθενέων. Qui si inter se conferantur, ut in genere debilitatis conueniunt, ita differunt, quoniam æger ἀσθενέστερος est, cùm uehementius ab ijsdem causis lædatur.
      - At æger debilior est quàm sanus. N. 62.
      - Ergo æger promptius læditur. N. 63.
    - Sed sani ex diæta inconsueta læduntur. Vide signum ✠
    - Ergò multo magis ægri.
- Ergò Methodus nec facilis est nec simplex. At iccirco tamẽ non oportet dicere, esse nullam, & ueterem Medicinam plane repudiare. N. 64.

✠ Osten-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 66 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 67 sur 736

©BIUM

EE. Confutat ergo mendacium Neotericorum quorundam sui temporis (multos etiam nostro tempore, si reuiuiscat, ijs planè similes reperturus) qui artē medicam ex hypothesi tradebant, nimirum Hominem ueluti massam quandā primarum qualitatum esse, & secundùm illas & ægrotare & rectè ualere. Nu. 65. Animum igitur aduertite, quotquot uel primis qualitatibus ad fastidiū usq; & insectationem aliorum omnia tribuitis: uel secundis ita indulgetis, ut primas ceu pilas inanes è re medica, cū totius antiquitatis indignatione, ueritatisq; iactura, expellatis. Ostēdit igitur Hipp. hypothesin istam inutilem esse, tū quo ad

- Praxin siue Operationem medicam: Methodum namq; illorum curatiuam à uetere diuersam, prædicta hypothesi nitentem, penitùs ἀμέθοδον esse. Ex Calido et Frigido, Humido et Sicco corpus illi humanum constituunt, & ex ijsdem quoq; ægrotare & sanari uolunt. N. 66. Hoc supposito, ostendit. Hip. theoriam primarum qualitatum sub Medici practici considerationem uel
  - Non cadere, per ἔντασιν. Ratiocinatio talis esse uidetur:
    - Quod primariò neq; lædit, neq; iuuat corpus humanum, sub artis medicæ considerationem primariò non cadit.
    - At primæ qualitates nec lædunt nec iuuant primariò. Ostendit:
      - Si homo caliditate aut frigiditate læsus ægrotaret, contrariarum qualitatum adhibitione curaretur.
      - At non curatur contrariorum qualitatum adhibitione. Declarat exēplo. Supponatur Homo aliquis natura imbecilliore præditus
        - Aegrotare propter cruditatem ex cibo multo & robusto aßūpto. N. 67.
        - Curādus. Quomodo curabit? N. 68. Atq; duce experiētia
          - Non curatur simplici qualitate cōtraria, ut illi somniāt. N. 69.
          - Curatur uictu contrario. N. 70. Vide signum FF.
      - Ergo neq; frigiditate aut caliditate ægrotat.
    - Ergò primæ qualitates sub medici considerationem primariò non cadunt.
  - Cadere, nihil tamen ad curationem facere, per ἀντιπαράστασιν:
    - Si qualitates primæ ad curationem conferrent, uel absolutè uel coniunctim cum secūdis qualitatibus conferrent.
    - At uerò ad curationem conferunt neq;
      - Absolutè, qa nulla talia sunt absolutè calida uel frigida. N. 84. Ostendit:
        - Nulla ex ijs quæ nos habemus alimenta & medicamenta, absolutè calida sunt aut frigida, sed simul dulcia, amara, acria, salsa, austera, acerba, insipida. Sapores profectò, ut etiā colores, etsi corpori similari toti insint per omnia, in substantia tamen peculiari uidentur consistere: quæ cùm à reliquo corpore etiam per artem extrahi queat, tantoperè laudatas illas eccrises chymicas constituit, naturalium separationum, quæ in corporibus animaliū quotidie fiunt, æmulas. Vt proinde optima Coctio in corpore à calore fiat ualido, purū ab impuro subtiliter separante: & optimus is sit Coquus, qui chylum alimentarem naturæ humanæ inimicum, ignis & aquæ beneficio auferre, uel saltem attemperare nouit: & optimus Iatrochymista, qui χυμὸν medicamentorum purum elicere, uim eiusdem impedientia remouere, hebetantia & infringētia citra molem admiscere potest. Sic uini spiritus mole exiguus est qui inebriat, à reliquo auulsus corpore, ut in uentriculo naturali, sic etiā in artificiali. Sic scamonio uis ignea, opio uis narcotica, in impuriore corpore utraq; posita, demitur.
        - At omnia quæ illi habent alimenta & medicamenta, eadem sunt cū ijs quæ nos habemus. N. 85.
        - Ergo nulla illorum medicamenta aut alimenta absolutè uel calida sunt uel frigida. Corollario cōfirmat. Nā neq; demonstrare possunt
          - Rationibus, sed ὡς ἀναπόδεικτον sumunt tantùm hoc esse calidum, illud frigidum. N. 86.
          - Sensu, quód nam tale sit, quādo ægro præscribunt alimenta, aut medicamenta. Itaq; coram ægro sese ridiculos in præscribenda diæta ostendent. N. 87.
      - Coniunctim, cū alijs qualitatib. Præsupponimus, sensu iudice, calidū aliud acerbū, aliud insipidū (quæ differentia à saporib. sumitur) aliud ἄραδον ἔχον, hoc est, cum motu pulsatiuo coniunctū (sic cordis pulsationē à uehementi exercitio appellat Hesychius. Corn. Tenue uertit: cùm ἀραιὸν uel ἀραίως ἔχον fortaßis legeret) An ut innuat arteriarū pulsationē? cuius causam com. de Locis in homine n. 31. in sanguinis calidi reciprocum motū refert. Quòd si nunc ex illorū sententia calidū sit adhibendū morbo, cùm illud secundùm qualitates secundas multorū sit generum, quódnam adhibebitur? N. 88. Vide signum GG.
    - Ergò ad curationem non conferunt. Mirorq; adeò, quomodo hi, qui hanc ponunt hypothesin, ægros secundùm hanc curaturi sint. N. 83.
- Theoriam siue Cognitionem. Vide signum LL.

FF. Con-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 68 sur 736

©BIUM

FF. Contrariũ uictum igitur quẽ nã quomodo statuemus? Aut enim secũdùm qualitates

- Primas, quæ ueluti formas sequuntur elementorum, ut illi uolunt. At hoc absurdum est, neque illi rationem harum qualitatum uel in ijs cibis, qui naturales sunt, uel qui arte parantur, afferre possunt. N. 71.
- Secũdas, quæ comitantur primas, seu potius primarum ueluti effectus sunt, cũq; illis tanquam formalibus collatæ, materiales cẽseri possunt, utræq; tamẽ tactui & gustui (q particularis quidam tactus est) subiectæ. Ostendit ergo de tali uictu tũ
  - Quòd lædat, sensus testimonio. Nam cibũ hunc obesse
    - Ego scio, sensu duce, cuius iam ductum sequitur ratio: argumento Panis, cuius differentiæ uariæ (de quibus lib. 1. de Diæta ex professo) coctionis quoque uarietatem magnam afferunt. N. 72.
    - Illi ignorant, sensu destituti. Quam ergo rationem cõsequentem inuenient? N. 73.
  - Cur lædat. Methdus hæc est à ueteribus ꝓmpta: Id hommi contnire, quod ab homine osset concoqui: quoon posset, homini nononuenire. in tanta olimxistimatione habita, uDeorũ inuẽtũ putaretur ꝓinde Triptolemus Ceri frumentum, Baccho carius uitis sationem aceptam retulit: uti Mnos leges Ioui, Numa Ageriæ nymphæ: & ut nodestiã Hipp. in nobiltate Asclepiadarũ dißimulanda intelligas, Aesculapius Apollini. N. 74. Ergo alimenta quatenus naturam hominis
    - Superãt, et excedũt, eatenus lædunt. Excessus autem alius in
      - Genere, secundũ qualitates
        - Non primas, secundùm calidum scilicet & frigidum. N. 75.
        - Sed secundas. N. 76. qualitatis cuiusque excessu. Vt quod inter dulcia est dulcißimum, inter amara amarißimum. N. 77.
      - Specie, ea omnia q̃ homini
        - Insunt. Humores omnium generum (τὰ ἐνέοντα) suis saporibus manifesti fiunt quòd corpori insint. Salsa & Insipida Pituita: Amara Bilis: Acida & Acerba Melancholia: Dulcis Sanguis. πλαδαρὸν Fluidum uertit Corn. quoniam πλάδος humiditatem excrementiciam significet. An Insipidum potius intelligit humorem, cùm infrà n. 88. illud τῷ στρυφνῷ opponat, quũ hoc laxet, illud constringat? N. 78. Et hi quidem humores
          - Mixti non lædũt, sed attemperati sunt. Nu. 79. Sic etiam lib. de Natura humana nu. 47.
          - Separati ꝑ ἀπόκρισιν lædũt. N. 80. Sic de Natura humana n. 48.
        - Non insunt, Cibus & Potus (εἰσιόντα, uel ἐμπεσόντα) Horum etiam excessus in aliqua qualitate secunda lædit. N. 81. Alimentum ἰσχυρὸν, quoniam διαφέρον, hoc est contrarium naturæ eius à quo assumitur: nempe quod in suo genere uel dulcißimũ est, uel amarißimũ, ut paulo antè n. 77. Tale autem est, quia ἄκρητον, non attemperatum aliorum commixtione.
    - Non superãt, sed ab ea superãtur, quæ hominis naturæ sunt familiaria, ut Panis & Maza, arte eò reducta, ut poßint superari, tum quo ad quantitatem debitam, tum quo ad qualitatem conuenientem. N. 82. τὸ ἰσχυρὸν alimentum hîc dupliciter sumit, actiuè quidem, quod à calore rectè concoqui nequit, sed illum uincit: paßiuè uerò, quod à calore concoquente euincitur, & in substantiam corporis conuertitur, ita ut & ἰσχὺς & αὔξησις corpori inde accedat. Etsi Cornarius uitandæ contrarietatis causa legat, οὐκ ἰσχυρόν.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 69 sur 736

©BIUM

G.G. Ostendit ergo Hippocrates, quãdo primæ qualitates cũ alijs cõiũctæ ad curationem adhibentur, tũc actiõis principatũ qualitatibus

- Primis nõ deberi, tum ἐκ τὰ τὸ
  - Οτι, tali ratiocinatione:
    - Si calidum acerbum & calidum insipidum diuersas habent facultates, non primæ, sed secundæ facultati in agendo principatus debebitur. Nam cùm cõueniant in prima qualitate, differunt tamen in secunda.
    - Atqui calidum acerbum & calidum insipidum, non in corpore tantùm humano, sed etiam in corio, in ligno, & quibusuis alijs corporibus, tum naturalibus tum artificialibus, contrarios effectus producunt, non quia sint calida uel frigida, sed quia sint acerba uel insipida. N. 89.
    - Ergò non Primæ, sed Secundæ qualitates in agendo principatum obtinebunt.
  - Διότι, cur qualitatibus primis non debeatur principatus. N. 90.
    - Quæ qualitates promptißimè & spontè naturæ sibijnuicem succedunt, non habent principatum inter morbificas, nec multam requirunt medici curam.
    - At calidum & frigidum promptißimè & spontè naturæ sibijnuicẽ succedunt, sic ut quodammodo immateriales esse uideantur. Quando .n. qualitates istæ
      - Mixtæ sunt simul in corpore, non lædunt, sed temperaturam constituunt. N. 91.
      - Separatæ sũt per ἀπόκρισιν, lædunt, & prõptißimè sibi inuicem succedũt, absq; ulla arte, naturæ solius ductu, tum in ægris, tum in sanis. Synchysis uerborũ adesse uidetur, Hipp. familiaris: καὶ λυπ. τὸν ἄνθρ. πρῶτον, διὰ τὰ χέος δι' αὐτὸ τοῦτο. N. 92. Amplificat hoc ipsum exẽplo tum
        - Sanorũ. Sanus
          - Hyeme refrigeretur lauacro frigido, uel ære, & pòst ueste indutus sub tectum se conferat, amplius incalescet, quàm si non refrixisset. N. 93.
          - Incalescat uel lauacro calido, uel igni, eademq; mox ueste indutus, qua prius, sub idem tectum se conferat, amplius perfrigerabitur, quàm si nunquam incaluisset. N. 94.
          - Aestate, æstu anhelus, uentilando frigus sibi conciliare nitatur, longè maiorem æstum percipiet, quàm si uentilationẽ non adhibuisset. N. 95.
          - Hyeme per niues ambulans refrigeratus noctu sub tectum se contulerit, ardorẽ & pruritum percipiet ingentem: quibusdam etiã pustulæ excitãtur. N. 96.
        - Agrorũ febricitantiũ foreum
          - Continua, πυρετῷ ὀξυτάτῳ, in quo rigorem leuem sequitur febris feruentissima. N. 97.
          - Intermittẽte, ὀξυτάτως ἰσχυρῷ, καὶ διὰ παύοντι δι' ὀλίγου. Nãque in
            - Paroxysmo, frigus excipit calor, & quo intensius illud fuit, eò etiã hic intensior, et qua in parte maximè frigus apparuit, in pedib. scilicet, in eandem partem incumbit sub declinationẽ omnis calor. N. 98 [a].
            - Απυρεξίᾳ, postquam calor febrilis cũ sudore omnino euanuit, longè facilius frigoris externi iniuriã persentiunt, quàm si nunquam febricitassent. N. 98 [b].
    - Ergò calidum & frigidum non habent principatum inter causas morbificas, nec multam requirunt medici curam. N. 99.
- Secundis deberi, quia hæ lædunt maximè, utpote corpulentiam habentes, & in subiecto perdurantes, præeunte ducenteq; calido & frigido. Vide signum HH.

HH. Se-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 70 sur 736

Obliquè, per Anthypophoram. Vide signum II.

Proponit. Ex ijs morbis, qui frequenter hominibus accidũt, & manifesti sunt, non occulti, huius rei argumenta desumi possunt. N. 102. Debere certè sensatas demonstrationes esse medicas, ut ab ipsis etiam idictis possint intelligi, suprà n. 12. docuit.

HH. Secundas igitur qualitates maximè hominẽ lædere ostendit partim

Directè, argumentis manifestis atque certis. ἐπίδειξιν hanc ex morborum historia

Sensu observatam historiam recitat. Nam si fluat humor per

Nares, tũ Coryza oritur. Describit ergo morbi

Naturã. Vel est

Materialis, ex humore pituitoso. Itaq;

Incipit, quãdo humor acrior solito redditus, ad eas partes fluit. N. 103. Lego, ὑγρὸν οὐγ. θ. τ. ὑγρὸν δὲ ἐ. πῦρ πλὼ χεραπεσφέρης. ὑγρὸν δὲ νῦν πλέω χρ. παρῆ, νῦν δὲ. ἐ χ.

Definit, quãdo humor mitior est redditus ꝑ coctionem. N. 104.

Non materialis, ex sola qualitate calida uel frigida. N. 105.

Curationem, per contraria. Eius qui est

Non materialis, per Alterationẽ primæ qualitatis lædentis. N. 106.

Materialis, per Cõcoctionẽ humoris lædentis. N. 107.

Pituitosi æ fluentis à cerebro ad partes exteriores. Et quidem

Oculos, Ophthalmiæ tũc

Incipiunt. N. 108.

Definunt. N. 109.

Fauces & Pulmones, inde Rauceдines, Anginæ, Erysipelata, Peripneumoniæ. Vti Com. de Flatib. n. 160. Brãchi exulcerati meminit. Hac tum

Incipiũt, quãdo humor influit. N. 110.

Definunt, quando humor concoctus est. N. 111.

Deducit. Humorũ ostẽdit potentiam secundùm qualitates secundas, exemplo humoris tum

Si morbi isti ex simplici qualitate prima ortum ducerent, ea alterata & ipsi tollerentur. Ratio. Quoniam morbus posita causſa ponitur, sublata eadem tollitur. N. 112.

Ratione sic colligit:

At morbi isti non tolluntur per alterationem, sed per coctionem. N. 113. θέρμιλὸν ἢ ψῦξιν ἐλλειπῆ uocat simplicem caliditatem uel frigiditatem, μὴ μετέχοσαν ἄλλης δυνάμιως, cuiusuis alterius qualitatis, puta uel acidæ, uel salsæ, uel acris expertem.

Ergo morbi isti non ex qualitatibus primis ortum ducunt, sed ex secundis.

Biliosi & Melancholici, quorum uterq; lædit δυνάμει suã, quam obtinet meritò secundarum qualitatum. N. 114. Vide signum KK.

Concludit. Pluribus argumentis aliorum morborum hæc ipsa demonstrari possent. Sed ueritatis studioso suffecerint prædicta. N. 126.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 71 sur 736

Aliorum obiectionem affert. Obijciat quis Febres continuas, in quibus leuiculum rigorem perpetuus & uehementißimus calor ſequitur: hincq; inferat, falſum eſſe quod dicimus, calorem frigoris remedium à natura ſuapte ſponte introduci, neq; multam medici curam requirere. N. 100.

II. Per Anthypophorã

Suam reſponſione & elenchũ adijcit. Quinimo hoc ipſo conuincitur, calorẽ frigori ſemper ſuccedere, nunc apertius, nunc obſcurius. Quòd uerò non ſemper æqualiter hoc fiat, ex eo cõuinci, ſecundas qualitates potius eſſe quæ lædãt, quàm primas: quandoquidẽ illæ, utputa corpulẽtæ & materiales, hærẽt, nec citò recedunt: hæ uerò uti ſecundis motũ dant & incrementũ, ita ſi pertinacius corpori inhærere uidẽtur, nõ per ſe, ſed propter coniunctionẽ ſecundarũ hoc euenit. N. 101. Eſt uerò hic locus obſeruatione dignus. Corpori noſtro ſuccos ineſſe ait Calidos & Frigidos: hoſq; ipſos rurſus uel Acidos, uel Amaros, uel Salſos, uel Inſipidos, uel Dulces. Itaq; ut quã maximè alibi quatuor humores principes ſtatuat, Dulcẽ Sanguinẽ, Acidam Melancholiã, Inſipidã uel Salſam Pituitã, Amarã Bilem: hiſce tamen ſuccenturiati ſunt innumeri propè alij: ex quorũ inſigni diuerſitate & incerta permixtione, mouẽte calore & frigore, morborũ uariæ ſpecies oriũtur. Com. de Flatib. Febris cauſam ſtatuit flatũ, qui corpus ſubeat. Subit aũt à materia aliqua naturæ contraria, & quidẽ corpulenta, excitatus, quæ uel in corpore uel extra corpus ſit, & flatũ hunc inimicum cordi cõmunicet. Ab hocce igitur flatu horreſcit primũ corpus, & refugiente calore ad ſuas metropoles frigus perſentit: mox uerò collectis uiribus contra illud inſurgens calor, æſtũ inducit. Vt proinde Continẽs cauſa materialis ipſius Febris ſit flatus, à materia qualicunq; excitatus: formalis, ipſa caloris concentratio & diſperſio. Antecedens uerò cauſa ſit ea, à qua flatus iſte ſiũ motus uel materiam uel motum obtinuit: ita quidem ut continens imitetur & exprimat naturã antecedẽtis cauſæ, à qua excitatur ſubſtãtia uel aerea ceu Spiritus inflammabilis, ut in Ephemeris: uel aquea, ceu Humor uapidꝰ, aut uappor humidus, ut in Putridis: uel terrea, cineris aut calcis inſtar, ut in Hecticis. Ergo utriuſq; cauſæ reſpectu Febrium differentiæ aſſignari poſſe uidẽtur. Nimirum quoniam per calorem à materia flatulenta ſponte naturæ irritatum cauſa febris Antecedens uel

Abſq; materia manifeſta. Sic in Hectica ſolidæ partes, igne febrili ſemel concepto, perpetuam incaleſactionẽ cordi quoq; communicant, & calcis inſtar alimento irrigatæ à cibo euaporant, ut tunc calor uideatur intendi. Hecticæ proinde à materia terrea & ſalſa, calci quid ſimile habenti, excitantur: quæ materia ſolidis infixa, iugi euaporatione cordi communicatur.

Abſq; intermiſſione, ſiue

Cum materiâ, cũ flatu ſcilicet putrido ad cor tranſmiſſo. Quemadmodum enim uidemus Cometas ab exhalatione iugi ab inferioribus elata ſuccendi atq; foueri: ita Febrẽ cõtinuã in corpore naſci uero ſimile eſt.

Non tollitur, ſed febris materiæ Continenti ſuminiſtrat modò

Cum intermiſſione. Etenim abſumta materia febris continente, antecedens in certo loco ceu foco collecta, ſtatas ſui motus habet periodos, tum à materiæ ipſius uel occulta ui, uel manifeſta craßitie & tenuitate dependentes, (unde Bilioſæ, Pituitoſæ, Melancholicæ exacerbationes) tum à ſitu foci, ſi uicinus cordi, uel remotus fuerit (unde illud, In uenis maioribus aut minoribus) tum à cõformatione eiuſdem, ſi uiæ ſint amplæ, ſi directæ, ſi multæ, per quas commodè emitti & exhalare queat (unde illud, Extra uel Intra uenas) Hincq; adeò propè innumeræ Febrium Intermittentium differentiæ oriuntur.

Haſce uocãt Febres Humorales, quãdo à materia antecedẽte fluida uapores ſimiles eleuantur, & cordi communicati, continentẽ materiam febris conſtituunt.

Tollitur, ſiue interna ſit, ſiue externa: qua ſublata, unà cũ paroxyſmo ceſſat etiã Febris. Ephemera dicitur, & ipſa multipiex non tam in ſpiritubus conſiſtens, quàm in materia tenuiore, facileq; diſſipabili.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 72 sur 736

KK. Biliosorũ & melancholicorũ morborum

Sensu obseruatam historiam enarrat. Namq;

Bilis multos & graues morbos & symptomata parit. N. 115. quæ quidem

Incidunt, quando à massa humorum bilis flaua secernitur, & eleuatur supra reliquos humores; neq; mixtione aliorũ diluitur. N. 117. Quã Exaltationẽ in medicamentis uocãt iatrochymistæ.

Desinunt, quando bilis attemperatur, uel excernitur, uel sponte naturæ, uel pharmaco exhibito. N. 116.

Melancholia grauissimas parit afflictiones: quæ

Incipiũt, quando bilis atra aucta secernitur à reliquis humoribus. N. 118.

Desinunt, quãdo extra corpus excernitur: uel intra corpus manens aut cõsopitur (κατασφιδῆ, quod prius erat μετίωρον, ut paulò antè n. 117.) & ebullitio eius cohibetur, aut certè mixtione reliquorum attemperatur. N. 119.

Ratione causam colligit, quæ omnibus in uniuersum morbis materialibus accõmodari potest. Alias igitur qualitates facit Agentes, Caliditatem scilicet & Frigiditatem (quibus famulantur Humiditas & Siccitas) quæ mouent & incitant & refrænãt alias, & proinde ἡγεμόνας καὶ παροξυνομένας n. 101. dicũtur, et insuper in se mutuo agũt: alias Patientes, πάσχοντας, quæ à prioribus illis motæ corpulentia sua maximè lædunt. Hæ Materiales, illæ Formales dici posse uidentur. Calidum igitur & Frigidum in corpore humano uires

Non habere magnas in morbis materialibus sic ostendit:

Morbi causa inter curandum maximè patitur, ut scilicet humor noxius immutetur concoquendo per attenuationem, incrassationem, expulsionem. Prouaria enim præparationis ratione & dies decretorij & crises ipsæ in censum ueniunt medicum. N. 120. Videtur ergo Hipp. humorũ motus tum in crisibus, tum in ipsis paroxysmis non ad primas, sed ad secundas qualitates humorum, utpote ad crassitiem, uiscositatem, acrimoniam, & similes, referre, secundùm quas facilius uel difficilius miscentur, attemperantur, excernuntur.

At Calidum & Frigidum minimè omnium patitur. Ratio. Non enim uel putrescere, uel concoqui potest. N. 121.

Ergo Calidum & Frigidum non est causa horum morborum.

Habere

Proponit. Agunt enim tum in

Alias qualitates humorum, eosq; commiscent, ita ut ex æquali inter se mixtione oriatur temperies. πρῶτος τε αὐτέων ἐγί. N. 122.

Seipsas mutuo, quoniã alterum alterius ueluti frænum est & remedium, cùm contrarium non nisi à suo cõtrario calido uel frigido possit ad temperiem reduci. πολλὸν πρὸς ἄλληλα καὶ ἔχουσι δύναμιν. N. 123.

Declarat. Agẽtium qualitatum ostendit prædictam

Δύναμιν. Nam quod suprà n. 90. docuit, calidum nullius alterius qualitatis, quàm frigidæ commixtione, superari potest: & econtra. N. 124.

Κρῆσιν. Vi qualitatum primarũ commiscentur inter se humores. Quando ergo commixtio æqualis est, nimirum ut nullus exuperet, tunc homo sese optimè habet. Quãdo uerò inæqualis est mixtio, ita ut unus aliquis exuperet reliquos, uel quantitate, uel qualitate sua, eius secretionẽ molitur natura à reliqua humorum massa: adeoq; bello ueluti intestino coorto, expellitur humor uel in corpore, de parte ad partem per fluxionem, uel extra corpus per euacuationem. N. 125.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 73 sur 736

©BIUM

LL. Theoriã seu cognitionẽ ueterũ medicorũ, præstãtiorem esse neotericorũ theoria, Hippoc. declaraturus, sententiam

- Neotericorum
  - Proponit. Quidam Medici & Sophistæ asserunt, Medicum fieri nullum posse, nisi subiectum Medicinæ, Corpus humanum scilicet, probè cognitum habeat, quid sit homo, quomodo genitus, ex quibus constet. N. 127.
  - Impugnat. Si corporis humani natura sumatur
    - Communiter, prout Homo est Ens naturale, sic aliena est hæc theoria à Medico: cùm naturæ humanæ consideratio non magis Medico quàm Pictori sit necessaria. Nam neq; pictor neq; statuarius bonus esse potest, nisi humani corporis, quod imitari uult, formam & membrorum omnium proportionem perspectam habeat: neq; uerò sartor bonus, nisi & crurum & thoracis dimensionem, quibus uestes accommodaturus est, norit: nec coquus bonus, nisi eius, cui cibos parare debet, non palatum tantùm, sed & ætatem & robur cognitum habeat, ut pueris lacticinia, adultis cibum solidiorem, alijs copiosiorem, alijs parciorem, nunc sæpius, nunc semel in die offerat. N. 128.
    - Propriè, hoc est, quatenus ad Medicinæ finem pertinet, Medici propria est, atq; ita propria, ut ex nulla alia arte quã ex arte medica cognosci poßit. Nam qualis res est, talis ab homine cognoscitur. Cognoscitur autem fine diuerso. Finis diuersus, diuersas constituit artes & scientias. Itaque quando dicimus naturam hominis medicè non nisi à medico cognosci posse, intelligimus non nisi quatenus ad medicum pertinet. N. 129. Id quod ei manifestum est, qui artem totam probè didicit, non in theoria tantùm, sed & in praxi uersatißimus. N. 130.
- Veterum, atque adeò suam interponit. Naturæ hominis cognitio
  - Communis ex naturali philosophia petenda est. Et sic multos uidere est, hominis naturam, quid sit, & ex quibus constet, ad unguem callentes, non tanquam Medicos, sed tanquam Physicos. N. 131.
  - Propria & Medico conuenientes, non ex philosophia naturali, sed ex ipsius Medicinæ penetralibus petenda est. Sic ergo Medico conuenit medica humanæ naturæ cognitio, tum secundùm
    - Formam, quatenus scilicet Sanabile est et Aegrotabile. Tale autem est respectu causarũ efficientium, quæ sanitatem & ægritudinẽ introducere possunt, à quibus diuersimodè afficitur, prout calor & spiritus in illa uicißim agunt & patiuntur. Vide signum M M.
    - Materiã, ut sciat naturã partiũ corporis humani, ex quib. cõstat. Partiũ corporis humani larga significatione dictarum natura duplex, ut et partes duplices, Mẽbrorũ scilicet figura, et Humorũ potentia. illa Conformatiõis, hæc Intẽperiei morbos facit: ex utrisq; mixta est, Solutio unitatis dicta. N. 146. Inuestiganda ergo natura partium
      - Cõsistentiũ, quæ Σχῆμα μελέων uocatur. Indagatur aũt quatenus à causis morbificis affici possunt. Et quidem partes cõsiderantur singulæ secundùm naturam hominis uel
        - Communiter, quatenus in omnibus hominibus partes singulæ eodem modo conformatæ reperiuntur. Vide signum N N.
        - Propriè, ut q̃libet parte quauis ab alijs hominib. diuersum q̃d uidetur habere. Sic & Intra et Extra corpus uariæ species σχημάτων, uariarũ affectionum et ægro et sano causam præbent. N. 163, Vtputa
          - Caput Magnum, Paruum.
          - Collum, Longũ, Breue.
          - Venter Planus, Rotundus.
          - Thorax Latus, Angustus.
      - Fluentium, Humorum, scilicet, quæ Δύναμις χυμῶν hîc appellatur. Inuestigationis ostendit
        - Modũ. Considerandi humores tum
          - Per se, quid quisq; humor poßit. N. 164.
          - Respectu mutuo, qualis sit humorũ inter se collatorum
            - Cognatio συγγένεια. N. 165. Mutatur humor quilibet in aliam speciẽ uel
              - Naturaliter, et σύγκρησις dicitur, commixtione reliquorum.
              - Præter naturam, & ἔκστασις dicitur, quãdo per ἀπόκρισιν separatus à reliquis degenerat in alios humores, in amarum, salsum, acerbum, acidum.
            - Vs⁹. N. 166. Nã uidetur
              - Cõmodissim⁹ esse Dulcis.
              - Incõmodissimus esse Acidus.
        - Finẽ siue usum. Vsus is est, ut corpori ea quæ conueniunt alimenta extrinsecus adhibere poßit. Conueniunt optima. Optima sunt, quæ ab eo, quod lædit, longißimè absunt. Nu. 167. Quod suprà n. 135. exemplo casei declarauit.

MM. Na-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 74 sur 736

©BIUM

MM. Naturæ hominis cognitionẽ Medicinæ propriam in

Genere proponit. Naturam uidelicet humanam, quatenus afficitur ab ijs, quæ extrinsecus ei offeruntur, tum alimentis tum medicamentis, cognoscendam esse à Medico, & secundum τὸ ὅτι, exempli causa, Quòd sic à caseo afficiatur: & secundum τὸ διότι, cur sic afficiatur, cùm multa alia sint alimenta, etiam ipsa mala, quæ tamen diuerso modo lædunt. N. 132.

Specie declarat, cùm alimentum lædat hominem ex naturæ humanæ proprietate. Ostendit argumento

Sanorũ. tum

Quòd lædat, exẽplo uini:

Quemadmodum uinum meracum copiosè sumptum, non modò quòd lædat, sed etiam cur & quas partes lædat, omnes sciunt. N. 133.

Ita quoque reliqua alimenta & potulenta omnia, non modò quòd, sed quomodo, & cur lædant, scire opus est. N. 134.

Cur lædat, nimirũ quia contrariũ est naturæ uel in uniuersum, uel saltem huic naturæ: exẽplo Casei. quẽ locum Plato lib. 1. de Legibus attingit:

Si caseus humanæ naturæ in uniuersum contrarius esset, omnes ex eo læderentur. N. 140.

At nunc non omnes ex eo læduntur. N. 135. Declarat: Quidam enim eo

Iuuantur, tum sani ut alimento, tum ægri attenuati, scilicet ut cibo medicamentoso. Num. 136.

Læduntur. Num. 137.

Ergò naturæ humanæ

Vniuersali non est contrarius.

Particulari est contrarius, quatenus inter se particulares naturæ differunt. N. 138. Differentiæ autem causa pendet ab humore, qui in corpore abundat, cui caseus inimicus est, & quem ingestus commouet & superari facit, aucto scilicet humore, qui contrarius est bili, pituita nimirum. Itaque prior est ἕλξις ὁμοίου: deinde λύπησις ἀνομοίοις, cùm natura, inæqualitatem hanc ægrè ferens, conturbetur. N. 139. Cuius quantitatem si nosset homo, à caseo non læderetur, quia uel eo penitùs abstineret, uel certè non præter modum illo uteretur. N. 141.

Conualescentium et Aegrorum, in quibus itidem cognoscendum est tum τὸ

ὅτι, quòd multi conflictus inter naturam & alimenta & morbum contingant. Nu. 142. Cornarius συμπαράξεις legit, Commotiones. Sed συμπαράταξις retineri potest, uox militaris, conflictus instructa acie factus. Etenim uarij oriuntur conflictus in corpore, uel sponte naturæ, id quod inimicum est expellere conantis, uel ab ijs quæ offeruntur: quæ si naturæ amica sint, ijs tanquam auxiliarijs contra morbum maiore impetu profligandum insurgit, sin uerò inimica, aut uincitur, aut in suas semetipsam metropoles colligens, interdum obsidionem perfert, interdum etiam eruptionem facit.

διότι:

Qui uires alimẽtorum & uictus ignorat, etiã effectus ignorabit, neque alimentis rectè poterit uti. N. 145.

At Medici neoterici ignorant uires horum. N. 143. Et malè quidem. Quod ex contrario suo notum esse potest. N. 144.

Ergò etiam effectus ignorabunt.

NN. Par-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 75 sur 736

©BIUM


NN. Partiũ cõformationẽ uariã
Proponit. Partes corporis humani diuersæ sunt. Materia ex qua constant semen est & sanguis mẽstruus. Quæ ex semine ortum habẽt, partes dicũtur Spermaticæ, tum duræ, tum molles: quæ ex sanguine, Carnosæ, σαρκώδεαι. sub cc. Harum singulæ rursus uel simplices & eiusdem generis, Similares proinde dictæ, uel mixtæ, quæ Dißimilares dicuntur, quædam magis, quædam minus carnosæ, neruosæ, membranosæ. ut sub YY septũ dicitur neruosum. Forma est ipsa temperatura. Ergo accidentia omnia (quæ hoc loco Nu. 147. præcipuè enumerat, & tamen in seq. quoq; meminit quorundam. nos literis ea signauimus, uti à numeris distinguantur) considerari poßint uel
Singillatim, & referuntur tantum ad partium uel
Materiã, ex qua constituuntur. Accidentia ergo quædam partibus cõueniũt tum
Formã, secundùm quam agere & pati apta nata sunt. Patiuntur ergo respectu
Respectu alio rũ corporum quæ cõtinẽt & locant. Cõtinere & locare corpora heterogenea uel
Substantiæ uel
Per se. Vide signum OO.
Potestate, non actu. Κουὰ, Vacuæ partes. sub t.
Actu. πληρέαι dici possunt, partes Plenæ. Ratione contẽtæ materiæ possunt subdiuidi, quã uel
Recipiunt in suã substantiam, utputa sibi familiarem & utilem. μέλεα τεθηλότα, quæ instar θήλυς siue mãmæ continẽt humorẽ utilẽ, ueluti efflorescentẽ. Siue illæ nũc respectu materiæ Densæ sint (ut hepar) siue Raræ. Nã sub k μανὸν γὴ τεθηλὸς habet (Cornarius πεχνόντα, Hiantes uertit: τεθηλὸς autem Floridum. ego succulentũ malim) & rursus sub ll & mm συκνὸν γὴ τεθηλὸς. Cõtinent aũt humorẽ uel ad
Suũ ipsius alimentum. Sic sanguinem continet Hepar. Μόριον οὖσα μορ. sub mm & ss.
Alterius utilitatẽ. Sic continent
Lac, Mãmæ.
Semẽ, Testes.
Oleosum humorem, παραγάται νεφροειδέες.
Aequaliter. Sic uel
Amplæ & capaces, σύριγγες & σύριγγοειδέα. sub bb.
Angustę et strictæ, στενά.
Complectũtur sua capacitate. Sic partes quædam excremẽtosam & inutilem substantiã continẽt, ut Inteſtina, Vesica. quædã utilem, ut Stomachus. Κοῖλαι dicuntur, Cauæ, sub a b m o p q aa. tum
Inæqualiter. Sic aliæ
Amplæ, & in angustũ desinentes. τὰ δοχηοειδέα & ἀ κοίλια εἰς στενὸν σωκγλύα. sub z & o & p.
Angustę, et in amplũ desinẽtes, τὰ κοῖλα γὴ ἐκπεπλακλύα, expassæ, sese dilatãtes, sub b & m & q.
Non sunt apta. Στερεὰ, Solidæ partes, tum in ipsa substantiã, tum in substantiæ medio. sub c & n & r.
Tangẽtis cui uel
Cedũt, partes Molles, μαλθακὰ. sub xx dd hh.
Non cedunt, Duræ, σκληρὰ, sub y.
Impetentis, cui uel
Renituntur, ἀντιπέκλυα, ἀντιτείνοντα. sub ff & qq & xx.
Non renituntur. μὴ ἀντιπέκλυα.
Lædentis, uel lædũtur
Facilẽ. Ἁπαλὰ, Teneræ: ut substantia Hepatis sub kk & rr. licet sit densa, tamen & tenera.
Difficulter. Ἰσχυρὰ, Robustæ partes, ut cordis substantia. sub gg & zz.
Coniunctim, quando diuersorum generum accidentia in uno eodemq; uiscere obseruantur, quæ uiscus alterum altero magis uel minus obnoxiũ reddunt ad patiendum. Hæc consideratio ex simplicibus illis accidentibus ueluti composita, cùm cuilibet uisceri conueniat, maximè est necessaria. Proinde in seq. illam adhibet. Sic enim
Vesica, Caput, Vterus, cauæ sunt partes, angustum habentes orificium.
Splen, Pulmo, Vbera, rara sunt & spongiosa.
Hepar latum, renitẽs, tenerum, floridum, sanguineũ, densum.
Septum transuersum, distentum, latum, renitens, robustũ.
Finis artis conducere ostendit. Vide signum PP.
OO. Acci-

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 77 sur 736

©BIUM

PP. Quemadmodum partis forma uariat, ita quoque eiusdem in agēdo patiendoue maior uel minor est facilitas à causis quibuscūq; morbificis, sed internis præcipuè, quarum Plato. 3. de Repub. Hippocratea imitatione duas principes statuit, Ρσύματα & Πνσύματα. Quædam igitur partes magis uel minus obnoxiæ sunt morbis ortis ex

- Humoribus. Partitione declarat. Partes corporis humore ex partibus
  - Remotioribus uel
    - Imbuuntur, aut
      - Attracto. Quænam ergo partes illæ? N.148. Syllogismo ostendit in hunc modum:
        - Quæcunq; partes corporis nostri cauæ sunt, & ex amplo uentre in angustum tendunt meatum, illæ naturaliter attrahunt. N. 149. Ostendit exemplo gemino. N. 150. Videlicet tum
          - Oris attrahētis humorē, uel immediatè uel p fistulam. N.151.
          - Cucurbitarum. N.152.
        - At Caput, Vesica, et Vterus, tales sunt. N.153. Adde tu Stomachum.
        - Ergo hæc maximè attrahunt. N.154.
      - Non attracto, sed transmisso aliunde & expulso, quem facilè suscipiunt propter conformationem suam. Tales sunt partes cauæ, ex angusto in latum desinentes. N.155.
    - Non imbuuntur. Partes uidelicet solidæ, non cauæ: rotundæ, non latæ: ut ferè sunt Musculi. Nam propter soliditatem humor recipi nequit: propter rotunditatem uerò humor affluens nequit inhærere. N.156.
  - Propinquis imbuuntur, quem facilè imbibunt, cùm raræ sint, & pertinaciter retinent, quia spongiosæ, & meatibus siue poris plenæ. Vt sunt, Mammæ, Testes, Splen, Pulmo. N.157.
- Flatibus. Nimirum tum
  - Cauæ & amplæ, ut est Thorax & Venter, uterq; flatibus obnoxius. N.158. Rationē reddit. Nā quia cauæ sunt & amplæ, flatum concipiunt facilè. Conceptus flatus reciproco motu sonitum edit & fluctuationem. N.159.
  - Solidæ, aliæ
    - Carnosæ, tum
      - Cedentes, musculosæ. Hæ flatu concepto & stuporem & repletionem percipiunt, id est, inflationem & palpitationem. οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται, qualis repletio & stupor in iugulatis euenit. N.160. Quid hoc? An laqueo suffocatos intelligit? An ἀποσχαδεῖσι legendum, à uerbo ἀποσχάζω uenam seco? Sic in primo de Morbis in pleuritide φλέβα ἐν τῇ χειρὶ ἀποσχάσαι iubet. Com. de Medico n. 81. uenam quæ secanda est uinculo iubet intercipere, ne ictum subterfugiat chirurgi, & interceptionem hanc κατάληψιν uocat. At in hac deligatione caro musculorum & intumescit, et torpida redditur, propter ea quòd sanguis interclusus incalescit, & in halitum resoluitur, neq; spiritus animalis neruis compreßis transmitti potest. & hæc uidetur esse νάρκη & πλήρωμα, quorū hîc meminit. Mercurialis ἐν τῇσιν ἀποσφαγῇσιν legendum putat, ut per ἀποσφαγὰς intelligamus glandulas, quæ ἐν τῇ σφαγῇ, in iugulo sunt, & huiuscemodi stupores & repletiones frequenter pati solent, propter iuges defluxiones.
      - Renitētes. Latēti diuisione deducit exēplū hepatis patiētis N.161. Partes renitentes aliæ
        - Angustæ.
        - Latæ, q̄ natura, hoc est, Tēperatura sua ad patiēdū uel
          - Non sunt promptæ, sed robustæ, ἰσχυρὰ.
          - Sunt prōptæ & debiles, quia calidæ & humidæ. ἁπαλὰ. & uel
            - Molles, & raræ, cedentes & recipientes.
            - Duræ & densæ, nec cedentes nec recipiētes. Eæ tamen rursus uel
              - Non efflorescentes, nullum in se continentes humorē, quem reliquis partibus, instar mammæ, communicent.
              - Efflorescētes, τεθηλότα, quæ instar uberum plenæ sunt aliqua materia, quam alijs communicēt: & uel
                - Exāgues, alia tamē materia plenæ. Sic Mammæ lacte, Testes semine turgent.
                - Sāguine repletæ. ut Hepar. Hoc qa
                - Densum & latum, renititur, neq; cedit.
                - Tenerum, & sanguine præditū, prōtè patitur. Hîc manifestè ἐναιμότητα ponit, quæ τὸ τεθηλὸς & τὸ ἔναιμον suprà positum simul complectatur.
    - Membranosæ, ut Septum. N.162. Hoc quia
      - Densum & latum, renititur & patitur.
      - Neruosum & robustū, minus prōtè patitur.

HIP-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 78 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
NOMOΣ
Lex.

MEDICINA omniũ artium præclariſsima eſt.[2] Verùm propter ignorantiã & eorũ qui eam exercẽt, & eorum qui temerè hos ipſos iudicant, omnium artiũ propè infima cẽſetur.[3] Qui quidẽ error ab hac potiſsimùm cauſa prouenire uidetur.[4] Soli nanq; Medicinæ nulla pœna in Reb. publicis ſtatuta eſt, præterquã ignominiæ: uerùm hæc nõ lædit eos qui eam ſibi familiarem habẽt.[5] Simillimi enim huiuſmodi Medici ſunt perſonis mutis, quæ in tragœdijs introducuntur.[6] Quemadmodum enim illi figuram quidem & habitũ ac perſonã hiſtrionum referunt, hiſtriones autem nõ ſunt: [7] ſic & Medici fama quidem & nomine multi, re autẽ & opere ualde pauci.[8] Quiſquis enim Medicinæ ſcientiam ſibi uerè comparare uolet, eum hiſce niti oportet, Natura, Doctrina, Loco ſtudijs apto, Inſtitutione à puero, Studio & Induſtria, atq; Tẽpore. Primùm [15] quidem igitur omniũ Natura opus eſt. Natura enim repugnante, irrita ſunt omnia. Eadem uerò uiam ad optima cõmonſtrante, artis Doctrina cõtingit.[16] Quam ipſam cũ prudentia ſibi comparare oportet, ita ut à puero Inſtitutio accedat, idque in Loco à natura ad diſciplinam accõmodato.[21] Amplius autem & Induſtriã adhibere oportet: eamq; ad multũ Tẽporis, ut ſcilicet diſciplina naturæ benignitate artisq; obſtetricatiõe ingenerata, oportunè & copioſè fructus ꝓferat.[22] Qualis enim eorũ, quæ terra producit, cõſideratio eſt, talis etiam Medicinæ cognitio. Natura enim noſtra, uelut ager eſt: Dogmata præceptorum, ueluti ſemina ſunt. Inſtitutioni à puero cum eo conuenit, quòd opportuno tempore ſemina terræ committere oportet. Locus autem, in quo diſciplina contingit, eſt uelut ambiens aer, è terra naſcentibus nutrimentum prębens. Studium autem, cultura eſt.[30] Tẽpus poſtremò hæc omnia corroborat, ut perfectè enutriantur.[31] His igitur ad artem Medicam allatis, & uera ipſius cognitione comparata, tandem pẽr urbes obambulando, non ſermone tantùm, ſed & opere Medicos haberi cõuenit.[32] Imperitia uerò malus theſaurus eſt, & infelix opulentia his qui eam poſsident, tum opinione ipſa, tum reuera, alacritatis & conſiderantiæ expers,[37] timiditatis & inconſiderãtiæ nutrix.

[39] Et

ΙΗΤΡΙΚΗ[1] τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἀποφανεσκέτη. [2] Δοκὲ δ' ἀμαθίλωτ τε χρεωμενίων αὐτῇ, ϛ τ εἰκῆ τὲς [2] τοισὶ δε κρινόντων, πολύ π [2] πίστις πασέων ἤδη τ τεχνέων δπολείπεται. [3] ἡ δ' τῶνδε ἁμαρτὰς τὰ μάλιστά μοι δοκέει ἔχειν αἰτίη τοιήδε. [4] θεσμιον γὰρ ἰητρικῆς μοιύης ἐν τῆσι πόλεσιν ἐόδεν ὥρισαι, πολὺ ἀδοξίης· ὥστη δ' ἁ πτρώσκει τὲς ἐξ αὐτέης συγκειμένυς. [5] ὁμοιότατοι γὰρ εἰσιν οἱ τοιοίδε, τοῖσι προεισαγομένοισι θεσσώποισιν ἐν τῆσι τραγωδίῃσιν. [6] ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν, καὶ σολὺ, καὶ θεσσωπον ὑποκριτὲ ἔχουσιν, ἐκ εἰσὶ δε ὑποκριτά· [7] ὕτω καὶ οἱ ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δ' πάγυ βαιοί. [8] χρὴ γὰρ, ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξωίσειν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶν δε μιν [b] δπίσολον ἡγέεσθαι· [b] ἐπήβολον [9] φύσι, [10] διδασκαλίης, [11] τόπε εὐφυέος, [12] παιδομαθίης, [13] φιλοπονίης, [14] χρόνε. [15] πρῶτον μὲν ἓν πάντων δεῖ φύσιος. [16] [c] φύσιος [c] ταύτης γὰρ ἀντιπεσαπτέσης, κενεὰ πάντα. [17] φύσι δεῖ εἰς τὸ ἄριστον ὁδηγέσης, διδασκαλίη τέχνης γίνεται. [18] ἣν μετὰ φρονήσι δεῖ θεραπηίσιος, [19] παιδομαθέα ἡμόμενον, [20] ἐν τόπω, οἰκείῳ εὐφυὲς θεὸς μάθησιν ἔχεν. [21] ἔπ δεῖ φιλοπονίῃσι θεσενέγκασθαι [22] ἐς χρόνον πυλὺ, [23] ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα, δεξίως τε καὶ εὐαλδέως τὲς καρπὲς ἐξενέγκηται. [24] οἰκὴ γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρέη, τοιήδε καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις. [25] ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, οἰκῖον ἡ χώρη. [26] τὰ δε δόγματα τῶν διδασκόντων, οἰκεῖον τὰ σπέρματα. [27] ἡ δε παιδομαθίη, τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν εἰς τὴν ἄρουραν. [28] ὁ δε τόπος, ἐν ᾧ ἡ μάθησις, οἰκῖον ἡ ἐκ τ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ ἡγομένη τοῖσι φυομένοισιν. [29] ἡ δε φιλοπονίη, ἐργασίη. [30] ὁ δε χρόνος, τοῦτο [d] ἐν- [d] ἐνισχύει ισχύσει πάντα, ὡς τραφθῶσι πλέως. [31] τοῦτο ὧν χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἐπεισενεγκαμένυς, καὶ ἀτρεκέως αὐτέης γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἤδη τὰς πόλιας φοιτεῦντας, μὴ λόγῳ μοῦον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητρὲς νομίζεσθαι. [32] ἡ δε ἀπειρίη, κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην· [33] καὶ ὄναρ, [34] καὶ ὕπαρ· [35] εὐθυμίης τε καὶ [36] εὐφροσύνης ἄμοιρος, [37] δειλίης τε καὶ [38] θρασύτητος τιθήνη,

[39] Ει-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 79 sur 736

©BIUM

39 δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει· 40 θρασύτης δὲ, ἀτεχνίην. 41 δύο γὰρ, ἐπιστήμη τε, καὶ δόξα· 42 ὧν τὸ μὲν ἐπίστασθαι ποιέει, 43 τὸ δὲ ἀγνοεῖν. 44 τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. 45 βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης.

A 39 Et timiditas qdē impotētiā, 40 incōsiderantia uerò ignorātiā artis arguit. 41 Duo.n.sunt, Sciētia & Opinio, 42 quarū illa scire facit, 43 hęc ignorare. 44 Cęterū res sacrę sacris hominibus communicantur: 45 prophanis id fas nō est, prius quàm scientiæ orgijs initientur.

IN HIPPOCRATIS NOMON.

DVO *ante omnia perpendantur. Tum cōmentarij huius*

- **Inscriptio:**
  - HIPPOCRATIS. *Dignus sapientia uiri, siue Rerum ueritatem, siue Instrumentorum spectes elegantiam,* λέξιν *scilicet &* τάξιν.
  - NOMOΣ. *Quemadmodū in Rep. ciuili Lex, præceptum est, uniuersale, ad omnes ciues pertinens, iusti & iniusti arbitra: ita in republica medica datur certa quædam Lex, canon atq; gnomon, hoc est, norma & regula, qua distinguūtur Medici ueri à fucatis, ijs præsidijs instructi, quæ ad perfectam Artis possessionem conferunt. Igitur de Artifice medico agit, eiusq; ideam explicat generatim respectu theoriæ. At respectu praxeos, sic personam eius sub Iurisiurandi formula instituit. Speciatim uerò de Tirone medico, Com. de Medico: de Professore artis, Com. de Elegantia & Præceptionum disputat.*
- **Scriptio** *siue Deductio. De Artis habitu et Artifice, hūc habitum comparāte, acturus, fundamētum sumit ex Relatorū loco. Artifex enim ab arte nomen habet, & ars est artificis ars. Ergo, quia Relatorum eadem est natura, distinguitur*
  - **Ars** *uera à falsa secundū Artifices. Medicina, inquit, artium omnium*
    - *Per se splendidissima & clarissima.* N. 1.
    - *Per accidens Vilissima, propter* ἀμαθίην *hominum: quam*
      - **Proponit.** N. 2. Ἀμαθίη *tum*
        - **Exercentium,** *qui eam infamant.*
        - **Iudicantium,** *qui eam irrident.*
      - **Declarat.** N. 3. *Namque &*
        - **Iudicantes** ἀμαθεῖς *sunt, quòd nullam pœnam statuunt Medicis malis, præterquam ignominiam: quæ tamen nebulonibus istis familiaris est, & ueluti cognata, & propterea ab ea non læduntur, neq; illam curant.* N. 4. ἐκ αὐτέης ἀδοξίης συγκειμένους *ait, quòd pluris faciant quæstum ex arte, quàm gloriam. Cùm econtra boni medici gloriam maximi faciant. Vti Com. de Elegātia colligere licet, item in* παραγγελίαις *n.* 37. *&* 48. *Ibidem certè n.* 58. ἐκ πόδος ὑψουμένους *uocat obscuros genere & uirtute medicos, &, ut infrà paulo pòst ait, planè* βεβήλους *& profanos. Com. eodem n.* 12. *&* 15. *pœnam Sophistis irrogari asserit* δήμευσιν *&* ἀναίρεσιν ἐκ πολέων, *proscriptionem & exilium tantùm, non capitale supplicium.*
        - **Exercentes** *nominetenus sunt Medici, non reuera. Declarat similitudine histrionum.* N. 5. *tali*
          - **Quemadmodum** *mutæ personæ, quæ in dramatis unà cum personis ueris introducuntur, habitum & uestitum histrionum habent, histriones tamen non sunt, cùm non agant, sed agentibus tantùm adsint & famulentur.* N. 6. *An fortè intelligit* παρεισαγωγὴν, *quando uel in fabularum medio, uel certè sub finem, introducuntur personæ diuersæ ab histrionibus fabularum actoribus: in comœdijs quidem Parodi, in Tragœdijs uerò Satyri, ut hac diuersitate spectatores fastidiosi delectentur?*
          - *Ita multi speciem præbent medicorum, reipsa autem medici sunt pauci.* N. 7.
  - **Artifex** *bonus à malo, Medici Asclepiadæ ab impostoribus, secundùm Artem ipsam. Vide signum* A a.

A a. Descri-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 80 sur 736

©BIUM

Essentialiter, in eo qui discit artem. Φύσις, sub qua ingenij bonitas, tum in genere, tum in specie procliuitas ad medicinam, comprehenditur. N. 9.

Accidentaliter, in loco. Τόπῳ δὲ φυὴς, id est, aptus ad medicam scientiam non tantùm præceptis, sed & opere ipso tradendam, ubi multitudo & uarietas ægrorum, & facilis inspectio. Est enim hæc loci cõmoditas, non artis, sed naturæ donum. N. 11. Proinde com. de Medico ad cognoscenda tractandáq; telorum uulnera barbaras sequi militias iubet. Et argutè Hispanus quidam gallici morbi curationem ex ipsius loco natali, ab ipsa usq; America, petendam esse coniectatus, Guaiaci usum in nostrum orbem traduxit.

Natura, siue Deo ingenerante. NATVRA considerator partim

Alijs, nimirũ uel ab

Homine docente. ARS dicitur. Considerator tum

Rerum cognitio, quam infrà uocat λόγματα τῶν διδασκόντων. n. 26.

Essentialiter, uti à docente in discentem fluit. Διδασκαλίη. N. 10. Huius appellatione comprehenditur &

Methodus, doctrinæ ita propria, ut nulla sine methodo doctrina posit esse.

Accidentaliter, in eo qui instituitur, ut is à prima pueritia in arte erudiatur. Παιδομαθίη. N. 12.

Proponit sex numero. N. 8. Præsidia tria præcipua, Natura, Ars, & Vsus. Ars & Natura homini aliunde aduenium, illa per doctrinam, hæc per generationem, siue ortum. Vsus uerò homini per se conuenit, & in eius potestate situs est. Gal. lib. de Cõstit. artis septem enarrat, cum Hippocrateis neutiquã differentia. Φύσις enim Hippocratea cõplectitur Ingeniũ & Veritatis studium. Διδασκαλίη Methodũ. Παιδομαθίη Educationem. Τόπος Præceptoris docti & experientis cõmoditatem. Φιλοπονίη Diligentiã. Χρόνος & Assiduitatem in discenda & exercenda arte. Cæterùm ad rẽ. Ex his præsidijs alia quidem Medicus sumit ab

Seipso, EXERCITATIONEM. Hæc motus est. Requiritur ergo in artifice tũ

Essentialiter, Φιλοπονίη, ut medica ἐγχειρήσεα delectetur: quæ delectatio diligentiam secum uehit: N. 13.

Accidentaliter, ratione temporis, Χρόνος, ut assiduus sit, & ab ineunte ætate ad extremam usque ætatem non intermittat. Laudantur iccircò medici senes. N. 14.

Bonum et Verũ, ex ijs præsidijs, quæ ad Artis perceptionem requiruntur. Et quidem

Ad. Describit ergo Medicum tum

Declarat. Vide signum Bb.

Concludit. Ergo boni Medici, hisce præsidijs instructi, ubi Artem ipsam solidè perceperint, eandem ad usum reuocabunt, & ex umbra in solem prodeuntes, in urbibus medicinam non tam disputando, quàm curando exercebunt. N. 31.

Malum & fucatum ex contrarijs uicijs, quæ Ignorantiam artis pariunt. Vide signum Cc.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 81 sur 736

©BIUM

Repugnante, frustrà Artem & Exercitationem adhibueris. N. 16.

Natura principatum inter hæc tria obtinet, & ut com. de Elegãtia n. 47. ἡγεμονικώτατον est. N. 15. Quæ quidem diuino beneficio unicuiq; nostrum à primo ortu implantatur: & Ingenium uulgò appellatur. Natura igitur

Non repugnante, sed ueluti manu ad id, quod bonum & uerum est, ducente, Artis doctrina obtinetur. N. 17. Nam ut com. de Arte n. 12. & seq. Artis ὀνόματα à naturæ ipsius ἔθεσι ortum suum trahunt, non e contrà. & com. de Elegantia n. 51. Naturã firmare Artem & cum Arte cõmiscerì inquit, ut Naturæ opera cognoscãtur. Idẽ in principio Παραγγελιῶν docet.

Docentem, plurimum conferet doctrinæ, si præceptor possit, sciat, uelit docere. Poterit, si Methodicus: Sciet, si Eruditus in arte: Volet, si uir erit Bonus. Conditiones hasce uel omittit Hip. quoniam hæ non Discentis sed Docentis tantùm propriæ sunt, & διδασκαλίης uoce insinuari uidentur, cùm Discens necessariò Docentem præsupponat: uel certè appellatione φρονήσιος comprehenduntur. N. 18. Maximè cùm paulò post n. 26. τὰ λόγματα τῶ διδάσκοντος requirat.

Ars siue διδασκαλίη, Naturæ æmula & expressa ueluti imago in mente humana, homini ab homine communicata, Naturam rudem dirigit atque perficit: ut, cùm Dij nõ omnia omnibus dederint, quod ingenio unius deest, artis alterius beneficio suppleatur. Denotat autem respectum Docentis erga Discentem. Ergo si consideres

Per se. Etenim

Discẽtem, plurimum cõferet disciplinæ facilitati et

Aetas ipsa, hoc est, ut iam inde à pueris occasionem habeat discendi, & παιδομαθὴς fiat. N. 19. Anticipatio enim hæc doctrinæ artem plurimum promouere potest. In παραγγελίαις n. 115. ὀψιμαθίης etiam suspicionem medico fugiendam præscripsit. Hinc ueteres olim medici, summi honoris loco, παῖδες ἰητρῶν appellabantur, quasi cum materno lacte artem imbibissent.

Locus in quo discit, qui disciplinæ sit aptus, non theoricæ tantùm, sed & practicæ. N. 20. Plurimum igitur refert ortu Asclepiadam esse, & inter Asclepiadas educari. Sic Plato quoq; inter cætera Dijs gratias agere solebat, quòd Atheniensis & ætate Socratis natus esset.

Bb. Declarat tum

Exercitatio Artem modò præcedit, & ἐμφυσιοβλύσα facit, ut usu & assuetudine quædam ueluti insitio artis fiat (hoc est quod com. de Elegantia n. 49. inquit, τὸ χρέω siue usum à natura doceri, ἐς τὸ ἀρχὴν λαβῶν, ut principium artis constituatur) modò sequitur, & ipso usu, Artis opera, Naturæ operum æmula ostendit. N. 23. Ad Exercitationem autem requiritur &

Laboris studium & alacritas. N. 21.

Temporis diuturnitas. N. 22.

Similitudine eorum quæ è terra nascuntur. N. 24. Namque

Ager est Ingenium humanum. N. 25.

Semen est Doctrina, quam præceptor discipulo communicat. τὰ λόγματα τῶν διδασκόντων appellantur, quoniam multis, & ijs quidem sapientibus, longa rerum obseruatione instructis, hæc uisa sunt. N. 26.

Tempus sementis est Aetas iuuenilis. ἡ παιδομαθὴς. N. 27.

Aeris ambientis constitutio, uitali Zephyro fata uegetans, est Locus disciplinæ medicæ conueniens, ut præcepta quæ per ἀκρόασιν hausit, exemplorum αὐτοψίᾳ confirmare possit. N. 28.

Agricolæ laborem refert industria & diligentia Medici. N. 29.

Tempus meßis uidetur esse, quando eousq; sub præceptoribus audiendo præcepta & spectando exempla progressus est, ut illorum imitatione dignos tam præclara institutione fructus edere queat. N. 30.

Cc. Nam

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 82 sur 736

©BIUM

Cc. Nam cùm uerus medicus tum per se sit talis, quia natura felici præditus est, et exercitationē quoq; diligentem adhibuit: tum ab alijs sit eruditus: fucatus econtrà malus est &

- Per se, propter Imperitiæ habitū, qui malus et perniciosus est thesaurus. N. 32. Declarat. Malus est thesaurus, propterea quòd is, qui hac ignorantia καθ' ἕξιν laborat, ut sunt sophistæ medici,
  - Opinione quidem sibijpsi persuadet se aliquid scire, & ueluti somniat. Proinde ὄναρ uocat. N. 33. Homer. Odyß. v. -ἐμὸν κῆρ Χαίρ', ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ὄναρ ἔμμεναι, ἀλλ' ὕπαρ ἤδη. Eustathius ὕπαρ interpretatur ἐναργῆ ὄψιν, quæ uigilantium est, ὕπνου scilicet ἄρσις somno sublato: ὄναρ uerò, τῶν ὄντων ἄρσιν, qualis est somniantium: & ut Plutar. lib. Quomodo quis sentiat in uirtute se profecisse, ait: τῶν ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥεμφομένων. Idem lib. contra Coloten, animam in hac uita οὐχ ὕπαρ ζῆναι, ἀλλ' ὀνείρασιν ὅμοια πάσχειν, inquit, post mortem demum ἀληθῆ βίον βιωσομένην. Hæc igitur falsa persuasio Sophistarum duo contraria mala nutrit atque fouet, nimirum
    - Timiditatem in administrando opere medico. N. 37. Ratio. Timiditas ista manat ex conscientia Ἀδυναμίης & Impotentiæ. N. 39.
    - Audaciam in aggrediendo siue suscipiendo opere. N. 38. Ratio. Nam audacia ista prouenit ob Ἀτεχνίην, siue Imperitiam, quia nesciunt distinguere morbos curabiles ab incurabilibus. N. 40. At hosce bonus medicus minimè suscipit, illos uerò susceptos feliciter curat. De quare com. de Arte. Cæterùm quia dicere quis potuisset, Quomodo Ἀτεχνίη in hosce cadit, cùm non minus artem profiteantur, & de arte disputare norint, quā boni Medici? Respōdet, cadere in illos umbram artis, non artem: illam ab opinione, hanc à scientia prouenire. Reperitur enim in animo humano cognitionis uniuersaliū duplex habitus, Ἐπιστήμη & Δόξα. N. 41. (Cui simile quid in Epistolis Hipp. extat, de somnio quod habuit circa ægrotantē Democritum.) Et habitus quidem
      - Verus, quando conceptus cum rebus cōsentiunt, Ἐπιστήμη dicitur, Scientia, Ars. Et hæc artificē reddit bonum, scientem. N. 42.
      - Falsus, quando conceptus à reb. dissentiunt, appellatur Δόξα, Opinio. Et hæc artificē reddit ignorantem atq; malū. N. 43. Cæterū quæ sequuntur, ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ποιεῖ τὸ ἐπίστασθαι, ἡ δὲ δόξα τὸ ἀγνοεῖν, uidentur è margine in contextum irrepisse. Nam in tanta breuitate uitiosa foret hæc tautologia. Proinde in Cornarij et Mercurialis codice obelisco notantur.
  - Reipsa uerò bonorum omnium expers est. Hoc uocat ὕπαρ. N. 34. Expers est, inquam, tum
    - Confidentiæ in suscipiendo opere, εὐθυμίης. N. 35.
    - Scientiæ in administrando opere, εὐφροσύνης. N. 36.
- Propter alios, quoniam à nemine eruditur. Causam huius reddit. Erudiuntur in arte medica sacra (propter inuentores Deos, uel certè deorū genere ortos, hoc est, dijs similes, uti com. de Vet. med. n. 74. ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος, com. de Elegātia n. 67.) ij tantū qui sacri sunt uel
  - Natura, Asclepiadæ. N. 44. At fuci isti & imperiti medici, ut ingenio, sic genere ignobiles sunt, ἐκ τῆς ἀδοξίης συγκείμενοι, uti suprà n. 4. & quod in παραγγελίαις n. 58. ait, ἐκ ποδὸς ὑψούμενοι.
  - Instituto, ut non genere, at certè ingenio Asclepiadis proximi, nimirum quibus φύσις & φιλοπονίη adest ad artem addiscendam. Hi etsi profani sunt, tamen sacris medicis adhibentur, initiati prius ijs scientijs, quæ Medicinæ uiam sternunt, & artis uelut ansæ sunt, de quibus com. de Elegantia egit. At Sophistæ medici, quia has artes contemsere, iccircò à medicis sacris sunt arcendi. N. 45.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 83 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΟΡΚΟΣ

Iuſiurandum.

ΟΜΝΥΜΙ [1] Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, [2] καὶ Ἀσκληπιὸν, [3] καὶ Ὑγείαν, [4] καὶ Πανάκειαν, [5] καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας ἵστορας ποιεύμενος, [6] ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. [7] ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην τὴν τήν ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν, [8] καὶ βίου κοινώσασθαι, [9] καὶ χρεῶν χρηίζοντι μεταδόσιν ποιήσασθαι. [10] καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι, [11] καὶ διδάξειν τὴν τέχνην τήνδε, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς. [12] παραγγελίης τε, [13] καὶ ἀκροήσιος, [14] καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος, μετάδοσιν ποιήσασθαι [15] υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, [16] καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος, [17] καὶ μαθητῇσι, [18] συγγεγραμμένοις τε, καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. [19] διαιτήμασί τε χρήσομαι, ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, κατὰ δύναμιν & κρίσιν ἐμήν· [20] ἀπὸ δηλήσιός τε καὶ [21] ἀδικίης ἐέργειν. [22] οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, [23] οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην ποιήσομαι. [24] ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. [25] ἁγνῶς δὲ καὶ [26] ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν, καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. [27] οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας· [28] ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε. [29] εἰς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, [30] ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης, [31] καὶ ἀφροδισίων ἔργων, [32] ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρῶν, [33] ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. [34] ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπηίης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄῤῥητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. [35] Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. [36] παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τουτέων.

ΑΠΟLLINEM [1] Medicũ, [2] & Aeſculapiũ, [3] Hygeám que ac [4] Panaceam iuro, [5] deosq́; ité deasq́; omnes teſtes uoco, [6] me hoc iuſiurandũ, & hanc ſtipulationẽ, pro uiribus & iudicio meo, integrè ſeruaturum. [7] Præceptorem, qui me hanc artem docuit, parentum loco habiturum, [8] uictum cõmunicaturum, [9] eaq́; quibus op⁹ habuerit grato animo impertiturũ: [10] eos item, qui ex eo nati ſunt, pro fratribus maſculis habiturum, [11] artemq́; hanc ſi diſcere uoluerint, abſq; mercede & pacto edoctu rum. [12] Præceptionis, [13] auditionis, [14] reliquæq́; totius diſciplinæ participes facturũ, [15] & meos, [16] & præceptoris mei filios, [17] & diſcipulos reliquos, [18] ſi prius ſcripto cauerint, medicoq́; iureiurãdo adſtricti fuerint: nullos præterea alios. [19] Victus rationẽ ægris præſcribã pro facultate & iudicio meo commodã: [20] ab omni noxa & [21] iniuria alienã. [22] Neq; uerò ullius interceſsione cuipiam uenenum propinabo, [23] neq; eiuſce rei conſiliũ ſubminiſtrabo. [24] Neq; mulieri peſſum corrumpendi fœtus ergò ſubijciam. [25] Caſtè deniq; [26] & ſanctè uitam reliquam, artemq́; meam inſtituã & excolam. [27] Nec uerò calculo laborantes ſecabo, [28] ſed artificibus hãcce artẽ profitentibus concedam. [29] In quaſcunq; autem domos ingrediar, ob utilitatem ægrotãtium intrabo: [30] ab omniq́; iniuria uoluntaria inferenda, & corruptione, quum alia, tum præſertim [31] uenereorum, abſtinebo: [32] ſiue muliebria, ſiue uirilia, [33] liberorúmue hominũ aut ſeruorum corpora mihi cõtigerint curanda. [34] Quæcunq; uerò inter curãdum uidero audieróue, aut etiam ad medendum non adhibitus in communi hominum uita cognouero, ſi quidem ea non efferre præſtet, tacebo, & tanquã arcana apud me cõtinebo. [35] Hocce iuſiurandum integrè ſeruanti, & non confundenti, contingat mihi & uita & arte felicitèr frui, & apud omnes homines in perpetuũ gloriam meã celebrari. [36] Tranſgredienti autem & peieranti, his contraria eueniant.

IN

©BIUM

IN HIPPOCRATIS OPKON.

HIPPOCRATIS, uel ipsiusmet, uel sectatorum eius.

Inscriptio: IVSIVRANDVM, quo obstringebãtur ij, qui artem medicam sub opt. præceptoribus hausissent, & ad eiusdem professionem accingerentur, ueluti è palæstra in campum, ex umbra in solem, in mediam scilicet hominum uitam ex literarijs prodscẽdi pulueribus. Et uerò iurisiurãdi huiusce præstiti fidem publica medicæ scholæ auctoritate confirmari solitam uero simile est. Ergo ut com. prior legem Theoricã, sic præsens Practicam legem religiosè confirmatam docere uidetur: qua initiati, hoc est, qui & præcepta didicissent, & exempla spectassent, suoq; iam marte hæc ipsa ad usum reuocare uellent, prius adstringerentur, quàm ad τὰ ἐποπτικὰ sacra exercenda aditus illis patefieret. Inter Isagogicos proinde com. locum quartum sibi uendicare posse uidetur.

CONsideranda duo: nempe

Scriptum ipsũ. Quod quidẽ constat

Propositione iurisiurandi

Formæ, seu modi iurans uolũtatis suæ certitudinẽ augustiore testimonio, omniq; exceptione maiore, confirmat, Deorum uidelicet tum

Proprioribus Medicis: puta

Apollinis primùm. N. 1. Eius scilicet, quem & Hospitalẽ & ἰήσιον & Medicum Vestales Romanæ appellabant: Elei Acesium: Athenienses Alexicacum: Limdij Λοίμιον, à depellendis tum alijs morbis, tum pestilentia præsertim. Vnde & nomen ipsum, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, quòd Pythona serpentem, hoc est, ex putredine natos morbos, suis sagittis conficiat. Vide Gyraldi Historiam deorum.

Aesculapij, Apollinis filij ex Coronide Phlegiæ filia. N. 2. Nã tres alioqui Aesculapios Cicero recenset, primum illum, qui speculum inuenerit, primusq; uulnus obligarit, quem Arcades colebant, Messenium ortu, Epidauri incolã, ubi & templum ei erectum. Alterum Mercurij F. fulmine percussum ob resuscitatum mortuum, Cynosuris sepultũ. Tertium Arsippi & Arsinoes, qui primus alui purgationem dentisq; euulsionẽ reperit, in Arcadia humatus. Trismegistus Aesculapium Aegyptium facit, medicinæ inuentorem, cui templum in monte Libyæ consecratum fuerit. At cur nulla hîc Pæonis mentio, quem deorum medicum facit Homerus, cùm Aesculapij tãtùm, ut hominis, meminerit? An quòd ab Apolline profecta medicina, Pæoni Deorum, Aesculapio Hominum causa concredita fuit? Vt proin de non tam Pæonis quàm Aesculapij hîc ratio fuerit habenda.

Filiarum Aesculapij. Plin. lib. 36. & Hermippus quatuor numerant Aesculapij filias, Hygeam, Aeglen, Panaceam & Iaso, ex Lampetia solis filia natas: quarum fratres fuere Podalirius & Machaon. Hîc duarum tantùm meminit, tanquam natu maiorum: quarum altera sanitati integræ præest, uti cõseruetur, Hygea scilicet. N. 3. altera eidem labefactatæ, uti restituatur, Panacea nimirũ. N. 4. Reliquæ duæ, natu minores, Iaso quidẽ Vtilitatem hominũ, qui sese medicis cõmisere, uidetur denotare: Aegle uerò Gloriã & existimationẽ, quæ medicũ comitatur. Quid uerò quòd filiarũ potius quàm filiorũ sacra hîc est auctoritas? An quòd per filios Aesculapij ipsosmet artifices medicos ingeniosa exprimere uoluit antiquitas: per filias uerò ea quæ in ipsis requirerentur Officia, quæq; eosdem consequerentur Ornamenta: quorum & adeptio & possessio Deorum benignitate obtineretur, confirmaturq;?

Communium, omnium aliorum. N. 5.

Materiæ, Quid iuret. Infrascripta omnia sese pro posse & nosse suo sacrosanctè obseruaturũ. N. 6. Nam cùm tria requirãtur in agendo, Posse, Scire, Velle: Voluntas reliquorũ duorum ueluti pedissequa est, cùm nemo sanæ mentis id uelit, quod neq; possit, neq; sciat: multi econtrà possint & sciant, quod tamen nolunt. Eo ipso ergo quòd iurat, Voluntatem suam explicat, non absolutè tamen, sed humanitatis suæ memor, κατὰ ἀνθρωπίνην καὶ λόγιον addit.

Enarratione eorum, quæ in Medico requiruntur, qui uel ortu uel instituto saltem Asclepiadeus sit. Vide signum A a.

Conclusione, coniunctam habente ἐπιφώνημα, testationi religiosæ semper addi solitam. Prædicta omnia

Seruanti religiosè uita in artis operibus uita dignis gloriosè traducenda, nõ inertis ocij silentio inuoluẽda, suppetat. N. 35.

Non seruanti, contraria eueniant omnia, ut uita indigno infamia obtingat dignissima. N. 36.

Aa. Ergo

©BIUM

Genere, parentum loco Præceptorem sibi futurum. N. 7.

Κτῆσιν, cùm eã ueluti per manus ab alijs acceperit, pro diuino munere gratias & habere & agere & referre debet immortales. Gratitudinem igitur erga præceptores iurat tum in

Specie. Namq; &

Ipsimet præceptori, tanquã patri, pia ἀντιπελαργώσει &
- Alimenta daturum. N. 8.
- Necessaria quæuis alia subministraturum. N. 9.

Genus eius, natos uidelicet ex eo liberos et nepotes, sese quo ad
- Reliqua, fratrum loco habiturum, ab eodem patre prognatorum, familiæ Asclepiadeæ futurorum columinum. N. 10. γένοι γὰρ οἵπερ παῖδες ἄρσενες, ut est apud Euripidem.
- Artis præcepta, gratis, absque mercede in præsens numerata, uel in posterũ pacta, ea cõmunicaturũ. N. 11. Gratis accepta, gratis reddenda. Sic ueteres illi, & quidem ethnici: quanto nobis, qui Christiani perhibemur, sanctiores & innocentiores?

Ad. Ergò quo ad artis quã p. fitetur

Rei, hoc est, Artis, quam docere debet, bona fide sese &

Præcepta uniuersalia traditurũ pollicetur (quæ prima pars est μαθήσει & λογικὴ) tum per
- Παραγγελίαν, hoc est, Præceptionẽ breuem & aphoristicam. N. 12.
- Ἀπόδοσιν, hoc est, Explicationem prolixam & diexodicã, legitimis auditorib. cõueniẽtẽ. N. 13.

Exempla singularia commonstraturum. Quæ quidem altera pars est μαθήσει, Διδακτικὴ. N. 14.

Præceptorũ, per Διδασκαλίαν. Quæ cùm posteritati quoque inseruiat, et artem mirificè propaget, eò dignationis peruenit, ut ab ea hodie Medici Doctores appellentur. Respectu igitur

Χρῆσιν, uersatur ea in communicatione artis

Personarum, siue eorum qui & Præceptis & Exemplis artis sunt erudiendi, si quidẽ considerentur

Materialiter, μαθηταῖς, discipulis legitimis, γνησίοις ἀκροατταῖς, Auditoribus scilicet et Spectatoribus artis perpetuis, non limimetenus eam salutantibus, ea sunt communicanda. Vt excludantur ἐξώτεροι & idiotæ, remedia quæ profuisse uident miro studio uenantes, citra rationẽ & artem. Quid ergo illis facias medicis, qui nõ tãtum præcepta, sed, quod & indignius est & periculosius, medicamenta profanis hominibus lingua produnt uernacula? Cæterum discipulorum duo genera constituit, ut alij quidem sint

Necessarij, necessitudine cõiuncti medico uel
- Naturali, Filij scilicet proprij. N. 15. Patres filijs olim artem tradebant, unde seruata appellatio, ut παῖδες ἰατρῶν diceren-tur, & quidem eleganti-oris tantum & liberalis medicinæ studiosi, quòd uel à patribus filij, uel à præceptoribus discipuli, filiorum loco habiti, artis præcepta accepissent. Vti econtrà illiberalis & sordida erat medicina, quam serui profitebantur, ex Platone 1. & 9. de Legibus.
- Voluntaria, Filij scilicet præceptorum. N. 16.

Non necessarij, sed adscitij tantum, qui sese fidæ institutioni commiserunt, siue illi ortu sint Asclepiadæ, siue instituto tantum. N. 17.

Formaliter, non temerè & illotis manibus ad sacra medica sunt admittendi: sed suum nomen prius apud scribam medicum professi, medicoq; sacramento adstricti, recipiendi. Quod quidem sacramentum ab hoc diuersum fuisse, non est dubium: cùm illud tironibus, hoc iam in arte proiectis conueniat. N. 18.

Exemplorum, per Ἐγχείρησιν, cuius utilitas minus latè patet, etsi fructus est maximus. Vide signum B b.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 86 sur 736

©BIUM

Vincantur. quæ Alimenta dicuntur. Iurat ergo se Alimentorum (quorum appellatione etiã reliquæ res, Non naturales uulgò dictæ, subintelliguntur) administrationem

Salutarem, quantum in se erit, procuraturum. N. 19.

Noxiã, hoc est, quæ damnum inferat, summo studio atq; fide fugiturũ: siue illa damnũ inferat

Per se, ἐπὶ δηλήσει, puta mortem, aut saltem morbum. N. 20.

Per accidens, ἐπὶ ἀδικίᾳ, quoniã iniuriæ oportunum reddit utentem. Qualem effectum præstant ea quæ mebriant, quæ uenerem stimulãt, quæ somnum inducũt, quibus improbos scelestè abuti constat. N. 21.

Patendo, & uel iis ut

Rerum, hoc est, artis operũ, in sanitate uel conseruanda, uel restituenda, per opportuna instrumenta. Quorũ alia in corpus agunt ab eo uicissim

Vincant, quæ Pharmaca et Medicamenta uocantur. Horũ usum

Noxium, ἄκος φέροντα, abiurat tum erga homines

Natos

Per se. Lethale pharmacum sese nemini daturum. N. 22.

(23.

Per alios. Nulli se uel auctorẽ uel cõmõstratorẽ uenẽni fore. N.

Nondum natos, sed in utero matris etiamnum latentes. Fœtus eijciendi causa nec consilium, nec medicamentum daturum. N. 24. Quomodo ergo com. de Natura pueri, psaltriæ abortum saltu septies repetito procurauit? Annon Hip. sed Polybi id factũ est, atq; scriptum? Cæterum ne de auctore disputemus, Hier. Mercur. lib. 4. Var. hist. cap. 10. ijs temporibus fœtus nondum animatos corrumpere, ne uitam adipiscerentur, legẽ fuisse uetitum ex 7. Polit. Aristot. cap. 16. probat. Quòd si id non spõte, nocendiue studio, sed petente domina, penes quam uitæ necisq; erat in seruam potestas, Hipp. fecit, neq; in seculi sui mores, neq; in legem suam peccauit.

Salutarem, ἄκος φέροντα, iurat. Qui philtris aliorũ pudicitiam, qui medicamẽtorum uel multitudine uel procrastinatione ægrorum opes uenantur, ut iniurij sunt erga alios, ita multò magis erga seipsos, amissa innocentia & iustitia, quibus solis beatitudo humana fulcitur. Promittit ergò pro uirili sua & suijpsius & artis suæ rationem se habiturum

Ἁγνῶς, ut semetipsum castum atq; purum conseruet ab omni non modò corporis, sed & animi libidine. N. 25.

Ὁσίως, ne quem artis suæ operib. quomodocũq; lædat. N. 26.

Bb. In medica ἐγχείρησει ratio itidẽ habenda tum.

Non patiẽdo, quæ organa chirurgica dicuntur. Horum usus multiplex est: sed alius medicis tũc tẽporis

Permissus, ijsdem, quibus priora duo instrumenta, conditionibus circumscribendus.

Nõ permissus, ipsa scilicet calculorum uesicæ sectio. Quã quidẽ Medic° Asclepiadeus

Ipsemet non aggreditur, ut periculosam admodum, & à scholæ suæ instituto alienã, & seruis potius quàm liberis hominib. dignã. N. 27. Quod ipsum eius ætatis consuetudini debetur, cùm Plato quoq; suo tempore, uti paulo antè diximus, Medicorum alios liberos, alios seruos fuisse testatur. Medicina una eademq;, si theoriam spectes: sin praxin, in uarias diducta artificum functiones. Quarum ut aliæ alijs magis uel minus frequentes aut quæstuosæ existunt, ita modò plures, modò pauciores, modò singulæ, unius artificis cura obiri possunt. In populosis urbibus sunt qui febres solas, qui ulcera, qui oculos, qui gallicũ tantùm morbũ tractẽt. Aegyptios singularũ corporis affectionũ singulos habuisse medicos, Herod. testatur. Vtq; Hip. ætate Lithotomia, quæ morbo morbum tolleret, ab arte iã fuit auulsa: ita post Hip. & Galenũ chirurgia reliqua, quodq; indignius & periculosius fuit, ipsamet pharmacopœia.

Alijs hoc ipsum ex professo agentibus committit. N. 28.

Personarũ, quibus cum medicus uersatur. Promittit igitur fidem medicam tum quo ad

Essentialem: Salutis causa thalamos & tecta ægrorum subiturum. N. 29.

Actionem

Accidẽtalẽ: Fugiturum oẽs occasiones tum

Reliquæ improbitatis qualiscunq;, auaritiæ præsertim in pacíscendo, exigendo, auferendo. N. 30.

Libidinis inprimis. N. 31. Et respectu

Sexus. N. 32.

Cõditionis. N. 33.

Cognitionem arcanorum: Quæ uel inter medendum, uel extra obseruarit, silentio digna, ea minimè euulgaturum. N. 34.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 87 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ

De Medico.

Ὁ μὲν γράμμα ἐστὶν [1]ἰητρῷ πρόσεσιν, [2] ἢ παράγγελμα, ὡς χρὴ καταστάζειν ἰητρεῖον.

[3] Ἰητρῷ μὲν εἶναι πρόσεσιν, ὁρίω † ὄψεως τε καὶ ὀσμῆς ἔχειν πρὸς τὴν ἀρχαίην αὐτῷ φύσιν. [4] ἀξιοῦσι γὰρ τῶν πολλῶν, οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα ἔτως, ὡς δεῖ, ἄν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. [5] ἔπειτα τὴν περὶ αὐτὸν καθαρῶς ἔχειν, ἐσθῆτι χρηστῇ, καὶ χρίσμασιν εὐόσμοις, ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπόπτως πρὸς ἅπαντα. [6] τοῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας.

[7] δεῖ δὲ τοῦτον σκοπέειν τάδε περὶ τὴν ψυχὴν σώφρονα, [8] μὴ μόνον τὸ σιγᾶν, [9] ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάντα εὔτακτον. [10] μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθή. [11] τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθόν. [12] τριτον δ' ὅτι, πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. [13] τὸ γὰρ πρόπετες καὶ τὸ πρόχειρον καταφρονεῖται, καὶ πάνυ χρὴ σιμὸν εἶ. [14] σκοπὸν δὲ δεῖ τῆς ἐξουσίης. τὰ γὰρ αὐτὰ πρὰξις αὐτέοις ἀπανίσω ἔχουσιν ἀγαπᾶται. [15] ὀχήμασι δὲ ἀπὸ μὲν πρόσωπα σώφρονα, [16] μὴ πικρῶς. [17] αὐθάδης γὰρ δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπος. [18] ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνιέμενος, καὶ λίην ἱλαρὸς, φορτικὸς καταλαμβάνεται. [19] φυλακτέον δὲ τὸ πρῶτον ἐκ ἥκιστα. [20] δίκαιον δὲ πρὸς πάσαν ὁμιλίην εἶναι. [21] χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικρύπτειν δικαιοσύνῃ. πρὸς δὲ ἰητρὸν, ἃ μικρὰ σώματα τοῖσι νοσέουσίν ἐστιν. [22] καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπιχειρήσας ποιέεται τοῖς ἰητροῖς· [23] καὶ πᾶσαν ὥρην ἐντυγχάνουσιν γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστα κτήμασιν. [24] ἐγκρατέως ἓν δεῖ πρὸς ἅπαντα ἔχειν ταῦτα. [25] τὴν μὲν ἐν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἔτω διακεῖσθαι.

[26] τὰ δὲ εἰς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι' ὧν ἐστιν εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς σκοπέον, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν αὔξεται. [27] τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῃ θεραπεύομενα, ὀχεδὸν μανθανόντων ἐστίν. [28] δεῖ δ' πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν τῇ οἰκίης. [29] ἔσω δ' ὅτι, ἐὰν μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸ παραγινόμενον ἐνοχλῇ, [30] μήθ' ἥλιος ἡ αὐγὴ λυπέῃ. [31] φῶς δ' τηλαυγὲς

Ἐοικε libro [1]de Medici dignitate agemus, [2]& præcepta officinæ Medicæ instruendæ trademus.

[3] Ad Medici quidem dignitatem facere putamus, ut quoad aſpectum bono colore, bonoq; ſit habitu præditus, quãtum natura eius ferat. [4] Vulgus enim exiſtimat, ſi qui non bene diſpoſitum corpus habeant, eos neq; alijs bene proſpicere poſſe. Deinde [5] mũditiei corporis eatenus ſtudeat, ut ueſtitu utatur decoro, & unguentis odoratis, minimè ſuſpectum aut ingratum odorem ad omnia habentibus. [6] Inde enim ægrotos iucundè affici continget.

[7] Poſtea animaduertere oportet, ut animo ſit prudens, [8] non ſolùm taciturnus, [9] ſed etiam circa reliquam uitam probè compoſitus. [10] Hoc enim ad opinionem & auctoritatem comparandam inprimis conducit. [11] Bonis etiam ac honeſtis moribus præditus ſit. [12] Atq; cùm talis fuerit erga omnes, inſuper & grauis & humanus eſto. [13] Promtitudo enim & ſtudium medendi quamuis ſummoperè conferant, ab ægris tamen contemnuntur, niſi grauitate & humanitate condiantur. [14] Videndum autem quando & quouſq; hæc locum habeant. Nam eadem apud eoſdem quandiu rara ſunt, in precio haberi cõſueuerunt. [15] Figurã faciei habeat meditabundam, ſed [16] citra amarulentiam, [17] ne ſuperbus uideatur, & homines odio habens: [18] aut ſi in riſum exolutus ſit, ac nimium hilaris, ſcurra iudicetur. [19] Hoc enim uitandũ eſt, ut ſi quid aliud. [20] Iuſtum autem ad omnem conuerſationem eſſe conuenit. [21] Nam cùm iuſtitia in omni uita ſummopere ſit opus: tum uerò in ijs, quæ nõ exigua cum ægris commercia habet medicus, uel maximè. [22] Nam & ægri ſeſe medicis ſubditos faciũt, [23] & medici omni ferè tempore, quo medẽtur, inter mulieres, uirgines, & ſupellectilem precioſam uerſantur. [24] Continẽter igitur ad omnia hæc ſe habere oportet. [25] Et animo quidem ac corpore ſic diſpoſitum eſſe conuenit.

[26] Porrò præcepta ad artem medicam pertinẽtia, quæ ſi obſeruet artifex eſſe uideatur, ab initio conſiderabimus, ab ijs à quibus primùm homo diſcere incipit exorſi. [27] Qualia ſunt ferè ea, quæ in officina medica curantur. [28] Ergo primùm quidem locum domus habere oportet talem, [29] ut neque uentus adipſum accedens moleſtus ſit, [30] neque ſol uel ſplendor infeſtet. [31] Lux enim ſplendida ut me-

©BIUM

medentibus non sit molesta, est tamen ęgrotantibus. [32] Talem proinde splendorem penitus fugere oportet, [33] per quem oculos ægrotare contingit. Et hocce quidem præceptum esto de luce. [34] Alterũ, ut nequaquam faciem splendori oppositam habeat. [35] Infestat enim uisum debilem. [36] Omnis autẽ occasio sufficiens est ad debiles oculos contur bandos. Luce itaq; hoc modo utendum est. [37] Sellæ æquales altitudine sint, quantum eius fieri potest, ut ægris sese medici dextrè accommodare queant. [38] Aeramento, excepris instrumentis, nullo utatur. [39] Ornatus enim illiberalis mihi esse uidetur, tali supellectile uti.

A λαμπρὸς τοῖσι μὲν θεραπεύεσιν ἄλυπον, οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς θεραπευομένοις ὑπάρχει. [32] πάντως μὲν ἓν τοιαύτῃ τ' αὐγὴν μάλιστα φυκτέον, [33] δι' ἣν ξυμβαίνει τὰς ὄψιας νοσέειν. τὸ μὲν ἓν φῶς τοιοῦτον εἶναι παρηγγελται. [34] τοῦτο δὲ, ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἕξει τῷ προσώπῳ τὰς αὐγὰς. [35] προσενοχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀσθενέως ἔχουσιν. [36] πᾶσα δὲ ἱκανὴ πρόφασις, ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς διαπαράξαι. τῷ μὲν ἓν φωτὶ, τοῦτον τὸν τρόπον χρηστέον ἐστίν. [37] τὰς δὲ διφρους ὁμαλὰς εἶναι τοῖς ὕψεσιν ὅσι μάλιστα, ὅπως κατ' αὐτὰς ὦσιν. [38] χαλκώματι δὲ, μηδὲν τῶν ὀργάνων, μηδενὶ χρήσθω. [39] καλλωπισμὸς γάρ μοι εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι.

B [40] Aqua adhibenda est ijs qui curãtur potabilis & pura. [41] Exterſorijs utendum puris ac mollibus: [42] ad oculos quidem linteis, ad uulnera uerò ſpongijs. [43] Hæc enim etiá per ſe ſola probè auxiliari uidetur. [44] Omnia autem inſtrumenta tractabilia ad uſum eſſe oportet, quo ad magnitudinem, grauitatem, ac tenuitatem. [45] Quæ uerò adhibentur, omnia conſiderare oportet ut conferãt, [46] maximè ſi circa ægram partem diu hærere debeant. Qualia ſunt ligamenta, & medicamenta, & lintea circa uulnus, & cataplaſmata, longiſsimo tempore circa ægrotãtes locos permanentia. [47] Cùm econtra ablatio horũ, refrigeratio, item ac mundificatio, & aquarum affuſio, pauco tempore abſoluantur. Quin-

C [40] τὸ δ' ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καθαρόν. [41] τοῖς μὲν ἐπιμάγμασι, καθαροῖς καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. [42] πρὸς μὲν τὰς ὀφθαλμὰς ὀθονίοις, πρὸς δὲ τὰ τραύματα σπογγιοις. [43] αὐτόματα γὰρ καὶ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. [44] τὰ δ' ὄργανα πάντα εὐήρη πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ, τῷ μεγέθει, καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. [45] τὰ δὲ προφερόμενα ἅπαντα μὲν χρὴ σκοπεῖν ὅπως σώσει, [46] μάλιστα δὲ, εἰ ἐν ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα δέ ἐστιν ἐπιδέσματα, καὶ φάρμακα, καὶ τὰ πρὸς τὸ ἕλκος ὀθόνια, καὶ τὰ καταπλάσματα. πολὺν γὰρ χρόνον ταῦτα πρὸς τοὺς νοσέοντας ἐστὶ τόπους. [47] ἡ δὲ μετὰ ταῦτα ἀφαίρεσις τούτων, καὶ ἀνάψυξίς τε καὶ πρόσκαθαρσις, καὶ τῶν ὑδάτων κατάντλησις, ὀλίγου τινὸς ἐστι χρόνου. [48] καὶ τί ποιῆσαι ὅταν χρὴ, μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαιρός τε, καὶ μὴ γιγνομένων, μεγάλην ἔχει διαφοράν.

D [48] Eſt autem propria & genuina medicinę deligatio, ex qua æger opem ſentit. [50] Maximè autem proſunt duo hęc in loco & tempore adhibita, comprimere uidelicet ubi oportet, & remiſsè deligare. [51] Ad horæ uerò tempus, quando integere oportet, & non, [52] uidendum inſuper eſt, ut neque leuiore, quàm par ſit, utare: ignarus atque dubius, utro horum ſit utendum [53] Concinnas autem deligationes, ad ſpectaculum comparatas, & nihil iuuantes, reprobare oportet. [54] Illiberales enim ſunt, & omnino ſcurriles: præter id quòd ſæpe etiam damnũ dederunt: [55] Quærit autem æger non ornatum, ſed auxilium. [56] Cæterùm in chirurgijs, quæ per ſectionem aut uſtionem fiunt, uelocitas ac tarditas æqualem laudem merentur. Eſt enim utriuſque uſus. [57] Nam in quibus per unicá ſectionem chirurgia abſoluitur, uelocem ſectionem facere oportet. [58] Quum enim contingat eos, qui ſecantur, dolere, id quod dolorem affert quàm minimo tẽpore adeſſe conuenit, hocque ipſum uelox ſectio præſtabit. [59] Vbi uerò multas ſectiones fieri neceſſe eſt,

D [49] ἔστι δ' οἰκεία διάδεσις ἡ ἰητρικὴ, ἀφ' ἧς ὠφελεῖται τὸ θεραπεύοντα. [50] μέγιστα δ' ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ἐστι χρηστέον, πίεσιν ὅκου δεῖ, καὶ ἀνειμένως διαδῆσαι. [51] πρὸς δὲ τὰς χρόνους τὴν ὥρην, ποτὲ δεῖ σκεπαστικῶς, καὶ μὴ, [52] σωφρονέειν ὅκως μὴ δ' ἀσθενῆ, λελήθως πότερα τούτων † συνεχῶς χρηστέον. [53] εὐρύθμους δὲ διαδέσιας καὶ ἰητρικὰς, μὴ δὲν ὠφελέοντας, ἐπιμωκᾶσθαι. [54] φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ παντελῶς ἀλαζονικὸν, πολλάκις τε βλάβην οἷσον τῷ θεραπευομένῳ. [55] ζητεῖ δὲ ὁ νοσέων οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον.

[56] ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν ὅσαι διὰ τομῆς εἰσὶν ἢ καύσιος, τὸ ταχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινέεται χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων †. [57] ἐν † αὐτῶν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν. [58] ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τοὺς τεμνομένους πονέειν, τὸ λυπέον μὲν ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι· τοῦτο δὲ ἔσται, ταχείης τῆς τομῆς γιγνομένης. [59] ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὰς τομὰς, βρα-

tar-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 89 sur 736

©BIUM

δεῖν χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. [60] ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ ποιέει τὸν πόνον καὶ πολλὸν· ὁ δὲ βραδὺς παλιπρὸν, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τῶν θεραπευομένων. [61] τὸ δ' αὐτὸ δὴ τῶν ὀργάνων λέγειν ἄν. [62] τοῖς σ[a]δὴ μαχαιρίοις ὀξέσι [b]δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν, οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως παραγγέλλομεν. [63] μέρη γάρ πνά ἐστι τοῦ σώματος, ἃ ἂν τάχει μὲν ἔχει τὸν ῥύμλον τοῦ αἵματος, καὶ κατασχεῖν ἐστι ῥηϊδίον. τοιαῦτα δέ ἐστιν, οἵτε κίρσοι, καί πνες ἄλλαι φλέβες. τὰς μὲν τοιὰς χρὴ εἶναι τῶν τοιούτων σινάς. [64] ἐὰν γὰρ οἱόντε τὸν ῥύσιν ὀλιγάκις κατασχῇ· ξυμφέρει δέ ποτε καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. [65] πρὸς δὲ τὰς ἀκινδύνους τόπους, καὶ ὅσ' ἂς μὴ λεπτὸν ἐστὶ τὸ αἷμα, πλατυτέροις χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι. [66] τὸ γὰρ αἷμα προδοῖτ' ἄν. ἄλλως δὲ, ἀδαμῶς. πάνυ δ' ἔστιν αἰσχρῶς, μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὅ, τι θέλει.

[67] σικύων δὴ δύο τρόπους εἶναι χρησίμους. [68] ὅπου μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνεστηκὸς πόρρω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχὺν, αὐτὸν δὲ μὴ γαστρώδη, προσμένειν τὸ πρὸς τὸν χεῖρα μέρος, μὴ βαρεῖαν. [69] τοιαύτην γὰρ ἕλκειν, ἕλκειν ἐς ἑαυτὸ ξυμβαίνει, καὶ τὰς ἀφεστώτας ἰχῶρας καλῶς ἀπεπάδειν πρὸς τὴν σάρκα. [70] τὸ δ' ὅπου πολλαχοῦ κατεσκεδασμένου τῆς σαρκὸς, τὸ μὲν ἄλλα παραπλήσιον, τὸν δὲ κύκλον μέγαν. [71] ἕτω γὰρ ἂν πλείστων μερῶν εὑρήσεις ἄγουσαν ἐς ὃν δεῖ τὸ λυποῦν τόπον. ἐὰν γὰρ οἱόντε μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ συναγομένης τῆς σαρκὸς ἂν πλείονα τόπον. [72] βαρεῖα δ' ἔστω, ῥέπειν καὶ ἐς τὰς ἄνω τόπους, κάτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν, καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰς νόσους. [73] τοῖσι μὲν ἤδη ἐφεστῶσι ῥεύμασι, καὶ μακρὴν ἀπέχουσιν ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων, οἱ πλατεῖς κύκλοι πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ τῆς ἄλλης σαρκός. ὅπισθεν δὲ ἐν ξυμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν εἰλκομένην νοτίδα τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι, καὶ τὰ μὲν ἐνοχλοῦντα ὑπολείπεσθαι, τὰ δ' ἀδλέα λυποῦντα ἀφαιρεῖσθαι. [74] μέγεθος δὲ σικύης τὸ χρήσιμον σκοπέεσθαι χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν. [75] ὅταν δὲ τομὴν ποιέειν, κάτωθεν δέχεσθαι. ([76] τὸ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τῶν χειρουργουμένων τόπων.) [77] ἄλλως δὲ ἀδλέα τὸν κύκλον τὸν ἐλκυσθέντα χρὴ καταιρέειν. [78] εὐτονωτέρη γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ πεπονηκότος. [79] μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις, ἐξ ἄκρης μὴ λίην σκοινοῖς. [80] ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται γλιχροὶ, καὶ παχέες· κίνδυνος δὲ ἔστιν ὑπολείπεσθαι τῆσι τομῆσιν, ὅταν σκαὶ τμηθέωσιν.

[81] τὰς δὲ ἐπὶ τῶν βραχίονων φλέβας τῆ-

A tarda chirurgia utendum eſt. [60] Velox enim actio continuum & multum dolorem inducit. Tarda econtra & intermittens, requiem aliquam his, qui curatur, exhibet. [61] Idem de inſtrumentis dici poteſt. [62] Gladiolis enim acutis ac latis uti, non in omnibus ſimiliter præcipimus. [63] Nam partes quædam corporis ſunt, quæ celerem ſanguinis fluxum habent, quem non facile eſt ſiſſere: ut ſunt uarices, & quædam aliæ uenæ. Proinde in talibus paruas ſectiones facere oportet. [64] Etſi enim fluxus per has, quàtum faris eſt, fieri nequit: conducit tamen aliquando à talibus uel tantillam ſanguinis detractionem facere. [65] Ad loca uerò non periculoſa, & circa B quæ non tenuis eſt ſanguis, latioribus gladiolis utendũ. [66] Sic enim ſanguis prodierit, aliter nequaquam. Valde autem turpe eſt, nõ conſequi à chirurgia id quod uelis.

[67] Cucurbitarum porrò duo modi commodi exiſtunt. [68] Quando enim fluxus procul ab extima carne compactus fuerit, circulum cucurbitæ paruum eſſe oportet, ipſámque non uentricoſam, ſed oblongam, qua parte ad manum uergit, neque grauem. [69] Quæ enim talis eſt, in directum trahet, & ſeroſos humores procul diſtãtes probè ad carnem attrahet. [70] Quando autem dolor per multam carnẽ diſperſus eſt, in reliquis quidem conſimilem cucurbitam eſſe oportet, C ſed circulum magnum. [71] Sic enim ex plurimis partibus id, quod dolorem facit, educi comperies ad locum conuenientem. Neque enim magnum eſſe circulum putant, ſi non ex pluribus locis caro comprehendatur ac contrahatur. [72] At ſi grauis ſit, pondere ſuo partes carnis ſuperiores comprimet, & ad ſubiectas ſiue profundas exprimet, & ſæpe morbum relinquet intactum. [73] Iam uerò fluxionibus incumbentibus & longè diſtantibus à carnis ſuperficie, amplũ magnique circuli multum humoris ex uicina carne ſana attrahunt. Contingit igitur humiditatem inde detractam apponi collecto in profundo ichori: & ea quidem quæ D infeſtant, relinqui: quæ uerò nihil moleſtãt, detrahi. [74] Magnitudinem porrò cucurbitæ oportunam, iuxta corporis partes, quibus admouere oportuerit, coniectare oportet. [75] Vbi uerò ſcarificare opus fuerit, plagas profundas facies ([76] oportet enim ſanguinem ex ſcarificatis locis profluere.) [77] Aut ſi id nõ licet, circulum attractum ſcarificare noli. [78] Caro enim affectę partis ſolidior eſt, & compactior. [79] Gladiolis incuruis, in ſummo non ualdè acutis, utendum. [80] Aliquando enim ichores uiſcoſi ac craſsi fluunt: ut periculum ſit, ne, ſi ſectiones paruæ fuerint, ſub illis ſubſiſtant & colligantur.

[81] Porrò uenas in brachijs funiculorũ apprehen-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 90 sur 736

©BIUM

prehenſionibus conſtringere oportet. [82] Caro enim ambiens in multis non arctè connata eſt uenę. Vbi aũt lubrica laxaq́; fuerit caro, ſectiones ſimul carnis & uenæ directæ fieri nequeunt: quandoquidem uena cute obtecta exundante, & ueluti expuente, ſanguinis fluxum impediri contingit, ut multis etiam propter hoc ipſum pus congregetur. Et ſic duo mala talis chirurgia inducet, ſecto quidem dolorem, ſecanti uerò multam ignominiam. [83] Idem in omnibus uenis ſecandis præceptum eſto. [84] Et hæc quidẽ neceſſaria ſunt in officina medica inſtrumenta, in quorũ uſu arti ſtudere debet diſcipulus.

[85] Volſellis autem tum dentium, tum uuarum, quilibet uti poteſt: cùm ſimplex illarum uſus eſſe uideatur.

[86] Porrò in tuberculis & ulceribus, eadem, quæ in quibuſuis alijs grauioribus morbis, obſeruanda. [87] Tubercula equidem cùm oriuntur deprehendere, maximè artificioſum habetur, [88] eademque diſſoluere, & collectiones ipſorum impedire. [89] Conſequens eſt, ea in conſpicuum & quàm breuiſsimum locum contrahere, [90] & compagem ipſam æqualem per totum tuberculum facere. [91] Vbi enim inæqualiter ſe habuerit, periculum eſt ne rumpatur, & ulcus ægrè curabile reddatur. [92] Exæquare autem oportet, ſimiliterque totum maturum facere, [93] & neque ante tempus aperire, [94] neq; ſinere ut ſponte rumpatur. [95] Quæ uerò ad maturitatem æqualiter perducere poſsint, in alijs libris ſunt tradita.

[96] Cęterùm ulcera quatuor progreſsiones habere uidentur. [97] Vnam in profundum, fiſtuloſa ſcilicet, item quæ ſanie plena ſunt, ac intus excauata. [98] Alteram in altum, quæ uidelicet carne ſuperexcreſcunt. [99] Tertia uia eſt in latitudinem, eorum quæ appellantur ſerpiginoſa. [100] Quarta uia eſt quæ ſola ſecũdùm naturam eſſe uidetur, [101] Coalitus ſcilicet. Et hæ quidem carnoſæ ſubſtantiæ affectiones ſunt in eo ipſo quod afficit cõuenientes. [102] Quarum quidem ſigna in alijs relata ſunt, [103] itemq; qua utendum ſit curatione. [104] Per quę autem uel id, quod coaluit, diſſoluatur, [105] uel quod carne excreſcente repletum eſt, [106] uel cauum redditum, [107] quódue in latitudinem iter fecit, [108] de his omnibus in alijs ſcriptis noſtris abundè dictum eſt. [109] Amplius uerò de cataplaſmatis ſic ſe res habet. Vbicunque linteorum quæ imponuntur uſum in morbo exquiſitum eſſe oportet, ipſi ſanè ulceri linteum quod apponitur accommodato, cataplaſmate uerò per ambitum ulceris utitor. [110] Nam hic cataplaſmatis uſus & artificioſus eſt, & multum prodeſſe poteſt. Videtur enim ulceri opitulari uis eorum quę circumponuntur: linteum autem conſtringere.

A σι καταλήψεσι χρὴ φυλάσσειν. [82] ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς συμπέφυκε τῇ φλεβί. τῆς γὰρ σαρκὸς ὀλισθηρῆς οὔσης οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. πλὴν γὰρ φλέβα σκεπαζούσῃ ξυμβαίνει καλυφθεῖσαν, καὶ πλὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος κωλύεσθαι, πολλοῖσι δὲ καὶ πύον ἀθροίζεσθαι. δοκεῖ δὴ δυσὶ βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη, τῷ μὲν τιμωρίαν πόνου, τῷ δὲ τέμνοντι πολλὴν ἀδοξίην. [83] τὸ δ' αὐτὸ κατὰ πασῶν παρήγγελται γίνεσθαι. [84] τὰ μὲν ἓν κατ' ἰητρεῖον ἀναγκαῖα ὄργανα, καὶ ὧν ἃ δεῖ τεχνίτην εἶναι τὸν μανθάνοντα, ταῦτ' ἐστίν.

B [85] ὀσθοπάχρηστα γὰρ καὶ εὐφυλάκρηστα χρῆσθαι τὸν τυχόντα ἐστίν. ἀπλὴ γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἶναι δοκεῖ.

[86] ὧδε δὲ φυμάτων καὶ ἑλκέων, ὁκόσα μειζόνων ἐστὶ νοσημάτων. [87] τὰ μὲν φύματα τεχνικώτατον ὑποπτεῦσαι, [88] καὶ διαλύσαι καὶ διαλύειν, καὶ τὰς συστάσεις αὐτῶν κωλύειν: [89] ἐχόμενον δὲ τούτων, ἐλλεῖν εἰς τὸν ὀπτικὸν τόπον, ὡς εἰς βραχύτατον, [90] καὶ πλὴν σύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τοῦ φύματος. [91] ἀνωμάλως γὰρ ἔχοντος αὐτοῦ, ῥαγῆναί τε καὶ δυσθεράπευτον τὸ ἕλκος κίνδυνός ἐστι γενέσθαι. [92] ἐξομαλίζειν τε χρὴ πάντα πανομοίως. [93] καὶ μήτε διαιρεῖν πρότερον,

C [94] μήτε αὐτόματον εἰῶ ῥαγῆναι. [95] τὰ δὲ σκοπέψαι διὰ μακροῦ ὁμαλῶς, ἐν ἑτέροις εἴρηται.

[96] τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πρόσοδους ἔχειν τέσσαρας. [97] μίαν μὲν εἰς βάθος. τούτων δ' ἐστὶ τὰ συρίγγωδη, καὶ ὅσα ὑπουλά ἐστι, καὶ ἔνθεν κεκοιλασμένα. [98] ἡ δ' ἑτέρη, εἰς ὕψος, τὰ ὑπερσαρκεῦντα. [99] τρίτη δέ ἐστιν εἰς πλάτος· τούτων δέ ἐστι τὰ καλεόμενα ἑρπητικά. [100] τετάρτη ὁδός ἐστιν, αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εἶναι δοκέει [a] κίνησις. [101] αὗται μὲν οὖν [a] ξύμφυσις

ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκός εἰσιν, πάσαι δ' [b] κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος. [102] καὶ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις σημεῖα δεδήλωται, [103] καὶ ἡ χρησίη ἐστὶν ὑπομελέα. [104] δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμενον διαλυθήσεται, [105] καὶ τὸ πληρούμενον, [106] ἢ κοῖλον γιόμενον, [107] ἢ πλὴν εἰς πλάτος πορείαν ποιέμενον, [108] πρόσεισιν ὧδε τετέων ἐν ἄλλοις εἴρηται. [109] ὧδε δὲ καταπλασμάτων ὧδε. τῶν ὑποπεπτεμένων ὀθονίων ὅκως ἂν ἡ χρῆσις κατὰ τοῦ νοσήματος ἀκριβὴς εἶναι δοκέῃ, ἐπὶ τῷ ἕλκει ἁρμόζειν τὸ ὑποπεπτεμένον ὀθόνιον, τῷ δὲ καταπλάσματι περὶ τὸ κύκλῳ τόπον τοῦ ἕλκεος χρῶ. [110] χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἐντεχνός τε ἐπιεῖσα ὠφελεῖν δυναμένη. ἐδόκει γὰρ τῷ μὲν ἕλκει βοηθεῖν ἡ τῶν περιπεπτεμένων δύναμις, τὸ δὲ ὀθόνιον φυλάσσειν.

©BIUM

σειν· τὰ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος, τὸ κατάπλασμα ὠφελέει. τὸ μὲν οὖν χρῆσιν αὐτέων εἶναι δεῖ τριαύτην. 111 περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ἐστὶ, καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν, παραλέλειπται δὲ τὰ τριαῦτα, ἐπεὶ † πλεῖον προῆκται τῆς κατ' [a] ἰητρικὴν ἐπιμελείας, καὶ πόρρω τοῦ τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστίν.

† ἐπὶ

[a] ἰητρεῖον

112 ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ κατὰ στρατιὴν γινομένων τρωμάτων χειρουργίη, περὶ τὸ ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. 113 ἐν τῇσι κατὰ πτόλιν διατριβῆσι βραχεῖα τίς ἐστιν τουτέων ἡ χρῆσις. 114 ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί. 115 ξυμβαίνει δὲ τὰ τριαῦτα πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίνεσθαι. 116 τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν, στρατεύεσθαι δεῖ, καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς· οὕτω γὰρ ἂν εἴη γε γυμνασμένος πρὸς ταύτην τὴν χρείαν. 117 ὃ δὲ εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τῶν γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεπορίσθαι, τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος καὶ τῆς πρὸς ταῦτα χειρουργίης. 118 τούτου γὰρ ὑπάρξαντος, οὐκ ἂν παραλίποιτο τρωματίας ἀγνοηθεὶς, ὅταν χειρουργῆται μὴ προσηκόντως. 119 μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ἐπιχειρείη. 120 περὶ δὲ τουτέων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστίν.

A gere: partibus denique extra uulnus circumsitis cataplasma prodesse. Talem proinde ipsorum usum esse oportet. 111 Iam uerò de temporum occasionibus, quãdo singulis horum utendum sit, & quomodo præscriptorum uires discere oporteat, in præsens relinquimus: maiorem nanq; in arte industriam requirunt, & eius tantùm, qui magnum iam in arte progressum fecerit, propria sunt.

112 His consequẽs est chirurgia uulnerum in militia acceptorum, in extractione potissimùm telorum. 113 Et in urbanis quidẽ congressibus modicus horum usus existit. 114 Rarò enim per omne tempus ciuiles ac hostiles expeditiones fiunt. 115 Sæpe autem ac frequentissimè circa externas militias fieri solent. 116 Qui ergo hac chirurgia uti uolet, eum militare oportet, & externas militias sequi. Sic enim usum sibi comparabit ad eiusmodi necessitatem. 117 Quod uerò circa hæc omnium maximè artificiosum esse uidetur, referam. Signa exquirere ac inuenire telorum in corpore existentium, maxima artis & chirurgiæ huc pertinentis pars existit. 118 Vbi enim hoc cognitum fuerit, non relinquetur uulneratus ex ignorantia neglectus, si quando aliter, quàm deceat, curari ceperit. 119 Solus autem is, qui signorum peritus est, hanc chirurgiam ritè aggredietur. 120 Verum de his omnibus alio loco egimus.

B

C

IN

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 92 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

Commentarius præsens suã habet

- **Inscriptionẽ:**
  - HIPPOCRATIS. Vti sol non excelsa tantùm palatia, sed humiles quoq; casas luce sua illustrat: ita Hippocrates quoq; non de sublimibus tantùm artis præceptis agit, sed etiam ad plebem chirurgorum se demittit.
  - DE MEDICO, subintellige futuro, h.e. de Tyrone medicinæ Asclepiadeæ & liberalis, à qua seruilis distat, secundùm Platonem primo & IX. de Legib. Nam cùm prisci Medici non tam internorũ morborum curam gererent, quàm externorum: hi autem, ut qui sub sensum potißimũ cadunt, & experientia nituntur, faciliores sint cognitu & administratu, quàm interni: iccirco discipulos primùm in chirurgia instituebant. Chirurgia igitur ueluti tyrocinium est Medicinæ: & commentarius præsens (cui quintum locum inter Prolegomena assignauimus) tanquam Isagoge tyronis chirurgi: cùm τὸ ὅτι, hoc est, quid agere debeat & spectare, rudi Minerua delineet. τὸ διότι interim ad alios libros pertinet, qui iam prouectis aliquousq; in chirurgia scribuntur. Proinde infrà n. 111. accuratam horum doctrinam non esse tyronis ait, sed eius, qui magnum iam in arte progressum fecerit.
- **Tractationem. Quam quidem**
  - Proponit, ut, de qua re sit acturus, cõstet. Tyronẽ medicum instruit, quibus in rebus rudimenta artis deponere debeat, & per has ueluti initiationes ad abstrusiora & sublimiora mysteria aditum sibi patefacere. Medicus artifex est, & certa requirit organa. Proinde commentarius præsens partim agit de ijs, quæ Tyro spectare debet tum respectu
    - Efficientis, in semetipso, quomodo seipsum ab ineunte ætate conformare debeat, ut Medici personam aliquando cũ laude gerere possit. Προστασίη ἰητροῦ, Præfectura Medica, Dignitas, Auctoritas, qua ægro præesse & imperare debet. N. 1. Quam ipsam seq. commentario uidetur σὺχημοσύνης nomine expreßisse. Obseruandũ autem, castrensi metaphora Προστασίην ἰητρικὴν propriè Medici esse, qui ægro præest. Sic in Præceptionibus n. 105. & paulo pòst, ἰητρὸν, inquit, προστατέοντα νούσου. Επιστάτης aũt uel is est, qui ægro adiungitur à Medico, ut com. de Elegantia n. 189. uel certè medicus medico in communi cura adiunctus. Sic in Præceptionib. τουτέων ὅποι αὖ ἐπιστατήσαιμι, inquit, si in morbo aliquo Empiricum curæ collegam haberem. Παραστάτης deniq; Adstantium quis & familiarium ægro appellari posset.
    - Instrumentorum, qua ratione Medicatrinam debeat instituere. Παραγγελίη τῆς κατασκευῆς τοῦ ἰητρείου. N. 2
  - Deducit. Præcepta dat tyrocinij tum quo ad
    - Medicũ. Hic quoad animum & quoad corpus ita sese iam à primis Medicinæ incunabulis cõponere debet, ut personã Medico dignã assuetudine sibi cõparet. Quẽadmodum N. 25. colligit. Hoc fiet, si rationẽ habeat tũ
      - Corporis, quo ad
        - Naturalẽ habitũ, uti bonus sit. Huius ponit τὸ
          - Οτι. Habitu sit Medicus σύχρώς τε καὶ σύσαρκος: corpore colorato et carnoso, quantum natura eius feret. Alius enim est bonus habitus melancholici, alius pituitosi, alius biliosi. In unoquoq; ergo genere tantum coloris & carnis requiritur, quantum temperies eius admittit. Comparatur autem habitus iste recta potißimum uictus ratione quo ad alimenta & exercitia. N. 3.
          - Διότι. Vt uel solo aspectu ægros in spem erigat ualetudinis recuperandæ. N. 4. Ne obijciatur ei tritum illud, ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.
        - Artificialem cultũ, in uestitu et unguentis. Quimos erat illius tẽporis hominũ. Huius τὸ
          - Οτι. N. 5. τὰ περὶ αὐτὸν καθαρῶς ἔχειν. Sic Mercurialis legit lib. 2. c. 20. Var. lect. Corporis cultus spectatur partim in
            - Excrementorũ ablutione, quo ad capillos, ungues, sputum, sordes cutis, quorum cura debet esse elegans, non affectata.
            - Ornamentorũ appositione, quo ad uestitũ, unguenta, & similia. Vestitu frugi utatur, & unguentis non ingratis ægro. Com. περὶ σὺχημοσύνης n. 19. & 20. Vestitum esse iubet σὺχήμονα καὶ ἀφελῆ. Ex hoc loco alter ille, com. παραγγελιῶν n. 101. explicandus.
          - Διότι. Vt ne ijs æger offendatur. N. 6. Mediocria nullis ægris molesta erunt. Fragrantißima uerò plerisque molesta, quia replent caput.
      - Animi, ut hic habitu probo instruatur. Vide signum I.
    - Medicatrinam. Vide signum II.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 93 sur 736

©BIUM

I. Virtus cõsideratur tum

Per se, tum

Διανοητικὴ, prudentia nimirũ, uirtutũ omniũ regina, cuius τὸ

Οὗ proponit. σώφρων esto, Prudens. N. 7. Prudentiã ostendet tyro, si fuerit quo ad

Dicta, Taciturnus, ut cuius sit alios potius audire, quàm loqui. N. 8. Com. de Elegantia n. 118. Medicum iubet μὴ πολλὰ λέγειν ἰδιώτην.

Facta, σύντονος πρὸς τὸν βίον, in omni reliqua uita compositus, incessu, sermone, aspectu, quiete, & similibus N. 9.

Δεύτερον addit. Plurimum enim hæc ipsa morum grauitas ad auctoritatem comparandam conducit. N. 10.

Ἠθικὴ. Sit ergo καλὸς κἀγαθὸς, Vir bonus in genere, qui affectibus suis frænum imponere norit. N. 11.

Respectu aliorũ quibus cũ uiuit. In conuersatione cum ægris medicus rationem habere debet tum

Corporis reliqui gestus atq; motus. Oportet esse σεμνὸν, grauem, & tamen etiam φιλανθρωπον, humanum. N. 12. Grauitas ista in sermone, in incessu, in administrandis remedijs requiritur. Quod ipsum magnanimi esse 4. Ethicorũ docet Philosophus. Addit

Causſam. Contrarij enim gestus etsi ad agendum uidentur cõferre ægro, ut promtius curetur, at medici auctoritatẽ eleuant: nimirũ τὸ προπετὲς (incessu ueloci uti in ægris uisendis, spõte accurrere, uel etiã uti uoceris gestire, seseq; ultro offerre) & τὸ πρόχειρον (remedia celeriter & absq; cunctatione ueluti extempore administrare.) N. 13. Multo maiorem interim reprehensionẽ meretur, qui tarditate & procrastinatione nimia & ægrorum salutem in dubium uocant, & semetipsos inhumanitatis damnant.

Modum. Videndum est, quando locus sit humanitati & grauitati, celeritati item & tarditati. σποπὸν ἐπὶ ἑκάστοις ἔχειν δεῖ. Nam pro uarietate personarum, tẽporis, conuersationis, morbi, qui inducias dat uel non dat, hæc ipsa moderãda sunt: ne si pari erga omnes humanitate utatur medicus, non tam humanus quàm adulator esse uideatur: sin grauitate pari erga quosuis, in arrogantiæ crimen incidat. N. 14. Verba sunt obscura. τὰ αὐτὰ πᾶσι πῶς αὐτοῖς σπανίως ἔχουσιν ἀγαπᾶτε. An hoc ipsum in Præceptionibus n. 102. alijs uerbis effert, διὰ γὰρ ἐναντίων ἀξιώσεων, διαβολὴν πέντε σὺ διὰ τῶν ὀλίγων, ἀνέχεσθε σύνεσιν? Accommodare oportet se ijs quibus cum uersatur. Modica delectãt. Nimia sunt odiosa. Sic Euripides in Cyclope, τὰ πειρᾶσθ' ἐν τῷ ἡδέως, ὦ ξένοι, ἥδιον ἔρχει, E cõsuetis noua sunt gratiora. Et in Oreste, μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Ergo consueta iucunda sunt, dũ rara sint, neq; sui frequentia fastidium pariant. Causam huius Aristot. 10. Ethicorum 4. affert.

Iucunditatis, quæ à uirtutibus ijs, quas Arist. ὁμιλητικὰς appellat, mutuanda est, à popularitate scilicet & urbanitate. Iucunditatis huius signa, tũ quo ad

Faciei mores, quæ animi speculũ est. Proinde sic componenda, ut &

Mediocritas retineatur, & meditabundi speciem habeat. N. 15. σύνεσις, mẽte sibijpsi constans, secundùm rationem potius quàm secundùm appetitum cogitationes suas instituens. An potius σύνεσις intelligit? ut, sit uultu benigno, placido, sublæto, non toruo, nec supra modum hilari.

Immoderatio fugiatur, tum quo ad compositionis faciei

Excessum, ne in acerbitatem degeneret. N. 16. Ratio. Acerbitas enim & austeritas hominem indicant αὐθάδη (cui sua tantùm placent) & μισανθρωπον (cui aliena omnia sordent.) N. 17. Sic etiam com. de Elegantia n. 116.

Defectum, ne risu & hilaritate nimia in scurrilitatis uitium incidat. N. 18. Scurrilitas aũt non minus quàm Acerbitas est fugienda, cùm auctoritatem medici plurimùm eleuet. N. 19. Si hoc in solo aspectu Hip. requirit, multo magis in reliqua conuersatione. Quid ergo ijs facias, qui dum quæstus causa Cyclopum mensas, domos & aulas consectantur, medicæ personæ obliti, nunc coqui, nunc obstetricis, nunc lasanophori personã, abiectißimo obsequiorũ genere, sibi circumponũt: sæpe etiam, quod indignius est, & ludionis, & colluſoris, & compotoris, & institoris, & uerò, si dijs placet, lenonis? O mores, ô tempora.

Aequitatis, quam Iustitia moderatur. Cuius ratio in primis est habenda, ut quæ medici existimationem plurimũ potest promouere. N. 20. Explicat tum Iustitiæ

Subiectũ siue materiã. Varia συναλλάγματα Medici cũ ægris habẽt. N. 21. Declarat in specie. Cõuersatur enim Medicus

Primariò, cum ipso Aegro, qui sese suamq; uitam eius fidei concredidit. N. 22.

Secundariò, circa Res ægri, in cuius ueluti familiam adsciscitur. N. 23. Ergo uersatur & inter

Mulieres et uirgines.

Opes maximi precij.

Formam. Oportet in hisce omnibus se continentẽ præstare. N. 24. Erga ægrũ fidus esto, non suspendendo morbũ, non auarè preciũ exigendo: Mulierũ & Virginũ pudicitiæ minimè insidiãdo: Opes nec clam nec palã attingendo. Ocularij nota est historia. Is cùm feliciter curato morbo præmiũ postularet: Extra quidẽ melius, at domi meæ multo pauciora quàm antè uideo, respõdit æger. Salsè medici rapacitatem in conuasanda supellectile accusans.

II. Me-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 94 sur 736

©BIUM

II. Medicatrinæ appellatione tanquã Loci cõplectimur locata omnia organa & instrumẽta artis. De quib. cum uaria poßint dari præcepta, alia tyronib. alia iam proiectis conuenientia, Hip. ea

Distinguit primùm, ne omnia adhibendorum instrumentorum præcepta hic qs explicari putet, nõ explicata reprehendat. Instrumẽta igitur alia conueniunt morbis

Externis, quibus medicus chirurgus manum admouet. De his in præsens tantùm se acturum profitetur: quòd morborum externorum curationem medici ueteres, non in ægrorum domibus, sed in suis tabernis, ὁ τῶν ἰατρείων, ubi instrumenta omnis generis præsto erant, administrarent. Ratiocinatio uidetur talis esse:

Eorum, quæ tyronibus conueniunt, hoc commentario tantùm præcepta dare cogitamus. N. 26.

At quæ in medicatrina fiunt chirurgica opera, tyronibus conueniunt. N. 27. More Asclepiadarum, qui discipulos prius manuũ operibus assuefaciebant, quàm ad methodum medicam admitterent.

Ergò eorum, quæ in medicatrina fiunt, operũ chirurgicorum præcepta hoc commentario tantùm dabimus.

Internis, quorum curam medicus non in taberna sua, sed in domibus ægrorum gerere consueuit. Et propterea Κλινικὴ dicta est hæc medicinæ tractatio, quòd non ὁ τῶν ἰατρείων, sed ὁ τὰς τῶν νοσούντων κλίνας uersaretur. De his nihil in præsentia, & præcepta horum non ad tyrones, sed ad prouectos tantùm in arte pertineant.

Aërem, ne VENTVS maiore ui per ostia uel apertas ualuas irrumpere poßit. N. 29.

Vniuersalia. τὸ πᾶν τῆς οἰκίης, locus TABERNAE. N. 28. Huius quæ cura tyroni sit habenda ostendit. Videtur autem more Græcorum loqui, quorum tabernæ uelis & parapetasmatis ita obducebantur, ut uentum & splendorem quantum necesse esset admittere possent. Ergo tyro medicatrinæ curam habens, obseruet

LVCEM & splendorem, solis præsertim, ne oculis, quibus cõmodare debet, incommodet. N. 30. Oculis inquã tum

Aegri. Fugiendus igitur splendor, ijs, qui capite uel oculis dolent, uel uigilijs & doloribus conficiuntur, inimicus & molestus. N. 31. Videtur tali ratiocinatione uti:

Lux oculos ægrorum offendẽs fugiẽda est.

At lux splendida oculos ægrorũ offendit. N. 33.

Ergò lux splendida fugienda est. N. 32.

Medici. Aegrũ luci opponat, ipse auersus intueatur. Syllogismus talis:

Quicquid oculos medici debiles offendere potest & perstringere, id declinandum est. Ratio: ea enim est oculorum teneritudo, ut quauis leuißima de causa afficiantur. N. 36.

At luci uultum obuertere, medici oculos perstringere potest. N. 35.

Ergò luci uultum medicus ne obuertat, sed auersus stet. N. 34.

Loca, duorum generũ. Alia quidẽ

Enarrat. Præcepta chirurgica alia dari possunt respectu

Rerũ, quibus chirurgus ad ægri salutẽ utitur. Videntur autẽ in uniuersum in duplici esse differẽtia: uel tanquam

Particularia, nirũ tũ

Δίφροι, SELLAE, in quibus homines locantur, hoc est, quibus inter curandũ & medici et ægri insident. Ergo æquales altitudine sellas in opere adhibendas chirurgico monet, ut medicus ægro se poßit accõmodare, ne in altiore demißioréue sella sedentis actio uel intendatur uel impediatur. N. 37. Sic si puer ueniat curandus, humiliore sella opus est, quàm si uir iustæ staturæ.

Σκεύη, VASA, ut capsæ, scrinia, hydrochoi, chernibes, haustra, & similia, quib. locãtur ea quæ ad usum faciũt medicũ, tã liquida quàm solida corpora. N. 38. Ratiocinationẽ subnectit. Elegantia enim ista nõ Asclepiadis, sed circũforaneis cõuenit, qui, quod arte nequeunt, luxu isto externo (in magna enim tum tẽporis dignatione eres habebatur) authoritatem sibi comparare student. N. 39.

Locata, quæcunq; talia, ut in usum chirurgicum uenire poßint, in duplici itidem differentia ex ipso usu. Vide signum III.

Administrationis. Vide signum IV.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 95 sur 736

©BIUM

III. Adhibentur enim uel ad

- Excremẽta & sordes auferendas, partim
  - Abluendo. Talis est AQVA. Hanc administrare iubet purã & potabilem, nõ putridam, non impuram. N. 40. Neq; uerò de aqua hic agit, quæ potui danda sit ægro, sed quæ in chirurgicos usus alios adhibetur. Id quod ex principio com. de Vsu humidorum intelligi potest.
  - Detergendo. Ἀποµάγµατα, ABSTERSORIA. Ostendit horum
    - Qualitatem. Munda & Mollia esse oportet. N. 41.
    - Materiam respectu partium & morborum uariantem. Nam oculis Linteа, uulneribus Spongiæ adhibendæ. N. 42. Causam affert. Hæc enim αὐτόµατα, sponte & sola, etiam sine medicamentis alijs, uidentur prodesse, unà cum abstersione etiam exiccando. N. 43.
- Vsũ quẽlibet alium præstandũ. Sic diuidere uidetur Instrumenta Medica rursus in
  - ORGANA, ut sunt Acus, Scalpra, Terebræ, Phlebotomi, Nouaculæ, Cucurbitæ, Spathæ, et similia, quæ cũ uiolentia in corp⁹ agãt. Hæc σύντονα esse debere monet, h. e. tractabilia, habilia, et ad usũ medicũ accõmodata, tum respectu medici, qui ijs utitur, tum respectu corporis ægri cui adhibẽtur. N. 44. Oportet ergo ut instrumenta eiusdẽ generis uaria habeantur. Eiusdem generis uoco, ea quæ & formam & usum habent eundem. Quæ rursus uel sunt
    - Similia penitùs, & numero tantùm differunt. Multa habeantur, quorũ usus frequentißimus & in multis eodem tempore esse consueuit.
    - Dissimilia. Dißimilitudo autem ista instrumẽtis accidit uel
      - Per se, secundũ
        - Substantiã: quoniam V. G. sunt
          - Metallica.
          - Lapidea.
          - Ossea.
          - Lignea.
        - Quãtitatẽ: respectu
          - Totius: Magna, Parua.
          - Partis, hoc est
            - Dimensionis
              - Longitudinis: Longa, Breuia.
              - Latitudinis: Angusta, Lata. Quod in Cucurbitis paulo pòst summoperè obseruandũ præcipit.
              - Profunditatis: Crassa, Tenuia.
            - Ponderis: Grauia, Leuia. Quod exẽplo Scarificationis in sequentibus patebit.
        - Qualitatem. Sic respectu Figuræ sunt alia Acuta, alia Obtusa.
      - Per accidens, respectu accidentis alterius, puta
        - Substantiæ. Vt
          - Oleo inuncta, uel pura.
          - Nitida, Aerugino sa.
        - Qualitatis. Si Calida, uel Frigida.
    - OBLATA, τὰ προσφερόµενα, quæ non ita uiolenter in corpus agunt, ut Instrumenta, sed mitiore quadam ratione. Præceptum dat tum respectu
      - Genere, ea tantùm adhibenda, quæ conferunt. N. 45. Superuacua omnia relinquenda.
      - Finis, ꝓpter quẽ adhibentur. Ergo in
        - Specie, cùm quædã sunt ex oblatis, quorũ oblatio
          - Permanet & inhæret diu parti affectæ, etiam absente medico, ut Fasciæ, Pharmaca, Lintea, Cataplasmata: In his præcipuè danda opera, ne quid frustra adhibeatur. N. 46.
          - Non permanet, neque diu inhæret parti affectæ, sed eo tantùm tempore, quo uel à chirurgo, uel ab alijs chirurgi iussu in ipso opere medico adhibentur: qualis est Linteorum ablatio, partis Refrigeratio, Perfusio, Detersio: In his aliquid frustra adhiberi minoris est noxæ. N. 47.
      - Accidentis. Quantum adhiberi debeant, plus an minus, diligenter animaduertendum. Nam utriusque usus tempestiuus plurimum commodi, intempestiuus plurimum damni affert. N. 48.

IV. Modus

©BIUM

IV. Mod⁹ administrandi organa consideratur ab Hippoc. partim respectu

- Instrumentorũ, quæ tractantur & adhibentur. Hæc duum diximus esse generũ, quòd in corpus agãt uel
  - Miti⁹, et προσφερόμενα appellantur. Varia sunt. Hic exempli causa de ἐπιδέσει sola agit, de Ligamentorum, Vinculorum, Fasciarum administratione. Επίδεσιν ergo aliam facit
    - Necessariam & medico dignam, cùm ad finem artis conferat, hoc est, ægro prosit. N. 49. Paucis absoluit ἐπιδέσεως tum
      - Species. Aliæ quo ad usum
        - Principes. N. 50.
          - Arcta & compressa.
          - Laxa & soluta.
        - Minus principes. Nu. 51. Nẽpe
          - Densa, quando pars non uincitur tantùm, sed etiã tegitur fascijs. Hoc uidetur esse, id quod ait, σκεπαστικῶς ἐπιδῆσαι.
          - Rara, quando deligandi tantùm, non tegendi causa adhibetur.
      - Accidens, Quantitatem scilicet: Oportere συνορῶν, unà perpendere, quando aliqua prædictarum deligationum utendũ est, multúmne an parcè ea sit adhibenda. Compressa enim & Laxa deligatio uel fortiter uel remissè possunt administrari. Similiter Densa & Rara. N. 52. An λεληθὼς ἐνίσχοι, ignorans hæsitãter, à uerbo ἐνίσχειν, inhærere. An potius ἐνιαχοῦ, interdum?
    - Non necessariã, quæ ornatus tantùm & elegantiæ causa adhibetur. σύρυθμον uocat, ob proportionem decorã: & θεητρικὴν, q̃ spectatu sit iucũda: cẽsetq; omnino repudiandã. N. 53. Causam subiungit:
      - Iuuamẽ petit æger à medico, non ornatum. N. 55.
      - At Deligatio ista nõ iuuat, sed ornat tantùm. N. 54.
      - Ergò Deligationẽ istam æger à Medico non requirit.
  - Violẽtius, & ὄργανα uidetur appellasse. Horũ q̃dam usum habẽt
    - Artificiosum, ἔντεχνον. Id q̃ ex N. 84. Collectione intelligi potest. Exẽpli causa affert organa, q̃ inseruiunt tum respectu
      - Partis affectæ, quæ aperienda est, certis ferramentis incidendo uel urẽdo. Cõsiderãda in his duo præcipit. Nimirum ut
        - Actionis celeritas uel tarditas sit debita. Viriusq; n. suo tẽpore usus est N. 56. Nam in quib. affectibus sectio unica
          - Sufficit, ea dexteritate præditus esto chirurgus, ut celerrimè eam perficiat. N. 57. Causam affert. Nam id quod molestum est ægro, quantum eius fieri potest, celerrimè amoliendum est. N. 58.
          - Non sufficit, sed plures faciendæ sunt, tardius incidere oportet, hoc est, non uno eodemq; tempore sunt administrandæ sectiones, sed tempus quietis interponendum. Et tamen illud quoque hic tenendum, ut quælibet sectio celeriter & expeditè fiat. N. 59. Causam reddit. Ne æger multiplicium sectionum dolore, eoq; continuato, exoluatur. N. 60.
        - Instrumẽti, quo actio obitur, forma sit conueniens. N. 61. Exẽpli causa adducit Gladiolos acutos et latos, quib. non ubiq; eodẽ modo uti licet. N. 62. Nam sunt quædam partes corporis, in q̃bus sectio fit
          - Cum periculo, quia subsunt uenæ & arteriæ magnæ (in quibus sanguis tenuis & feruidus continetur, qui semel data uia sisti difficulter potest) ut metuenda sit sanguinis nimia profusio (ut in sura, ut in cubito, & quibusdam alijs locis.) Hic ergo incisio facienda est angusta, ferro scilicet acuto. N. 63. Ratio. Etsi enim quantum oportet sanguinis non detrahatur, attamen idipsum, quod detrahitur, utile erit, si quidem sine periculo. N. 64. Oportet enim medicum non celeriter tantùm & iucundè, uerum etiam tuto curare.
          - Absque periculo, quia uenæ magni momenti non subsunt, neque arteriæ tenuem sanguinem continentes. Hic ergo gladiolis latioribus fieri incisiones possunt. N. 65. Ratio. Neq; enim metuendum est de sanguinis profluuio: insuper uerò sanguis crassus facilius per latas egreditur uias. N. 66.
      - Humoris noxij, qui è loco affecto uel etiã è corpore omnino educẽdus est. Vide V.
    - Non artificiosum & simplicem, ἄτεχνον καὶ ἁπλῆν χρῆσιν, ut quiuis ijs uti possit. Tales sunt σταφυλάγραι & ὀδοντάγραι, Volsellæ, & Columellæ ad dentium euulsionem. N. 85.
- Morborum, quibus instrumenta adhibentur. Vide signum VI.

V. Or-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 97 sur 736

V. Organa humoris eductioni inseruiẽtia duum sũt generũ. Videlicet

Cucurbitæ, quarum attractio totidem est generum. Altera

Simplex transpositio sine scarificatione, ut quod in profundo latet extrahat̃, uel qđ sparsũ est cõtrahatur. In genere Tractio dicitur. τὸ ἕλκειν & ἑλκύσμον νόσον infrà n. 77. Præcepta igitur dat cucurbitarũ nõ scarificatarum tũ respectu

Materiæ trahendæ. Sic duos Cucurbitarum applicandarum modos præcipuos esse ingt. N. 67. Alterũ quando humor, q̃ morbum facit, parti

Internæ profundæ impactus & infarctus est. Proinde cucurbitis extrahendus. τὸ ξυστραφὲν ῥεῦμα ἀναγκαῖον ἄνω πρὸς τὸ σαρκίον. In hoc igitur casu docet adhibendæ cucurbitæ τὸ

Διότι. Cur cucurbitæ os

ὅτι: quæ conditiones cucurbitæ esse debeãt. N. 68. Siue enim considerẽtur

Secundũ partes, sic oportet cucurbitæ

Os paruũ esse. Circulum breuem uocat. Et paulo pòst uidetur huic opponere circulum latum.

Ventrẽ quoad

Quantitatẽ, modicũ esse, nõ capacem, nec uentricosum.

Qualitatem, esse oblongæ formæ.

Tota, Põdere minimè grauẽ, sed leuẽ esse optet.

Paruũ, corpus nõ uentricosum, sed oblongum esse oporteat: Quoniã prodest. Nã si talis fuerit, humorẽ altius impactum pulcrè poterit in superficiẽ cutis extrahere. N. 69. Os enim angustũ in uentrẽ desinẽs oblongũ, ad extractionẽ aptũ esse, præcedenti cõmentario n. 151. signis quibusdã probauit.

Magnũ, siue latũ & amplũ esse nõ oporteat: Quoniã nocet. Nã os magnũ multũ subiectæ carnis cõtrahẽs, multũ etiã humorẽ in ea cõtentũ uel attrahit, & relinquitur materia morbũ faciẽs intacta (uoces obseruãdæ. Notis attrahitur, uapor salubris, quẽ cõ. de Arte n. 76. πνεῦμα uocat: at humor uitiosus, quẽ ῥεῦμα & ἰχὼρα, nõ attrahitur) uel non attrahit, sed loco motam ad se rapit partis subiectæ dolor. Videtur cõ rollarij loco hanc particulam infrà N. 73. Hip. subnexuisse. Confusa certè membra sunt. Nisi quis putet hæc uel transposita, uel certè contextui aliũndè inserta.

Externæ cutaneæ inhæsit, ita qdẽ, ut uarijs in locis dispersus sit. Cõtrahẽdus est igitur in unũ locũ. τὸ κατασχεδὸν ῥεῦμα τὸ σαρκὸς σωάγειν εἰς ὃν ὁλκὸν τόπον. In hoc pariter casu adhibẽdæ cucurbitæ docet τὸ

ὅτι: Oportere scilicet in cæteris cõditionib. cucurbitã superiori similẽ esse, nimirũ Nõ uentricosam, Oblongã: Leuẽ dissimilẽ uerò quoad os. Illa habebat os paruũ & angustũ: hæc os habere debet magnũ & amplũ. N. 70.

Διότι. Cur scilicet requirat in cucurbita

Oris magnitudinẽ. Talis. n. cucurbita multã carnis superficiẽ cõplectitur, eaq; contracta etiam humores dispersos in unũ cõtrahet. N. 71.

Leuitatem. Nam quæ grauis est cucurbita, superficiem pondere suo aggrauans, extractionis motum impedit, simul etiam coarctatis ipso pondere meatib. ad inferna magis exprimit, & recidiuæ præbet occasionem. N. 72.

Partis, è qua humor extrahi debet. Cucurbitæ magnitudo ex partis affectæ magnitudine æstimãda est. N. 74.

Cõposita cum Euacuatione, ut humor in superficiem extrahãt, simul etiã euacuetur. Fit per Scarificationẽ, τὸ κατατρέσαι. Præcepta dat cucurbitarũ scarificatarũ, præsuppositis ijs quæ prædicta sunt. Nã priusquã scarificatio fiat, Tractio per cucurbitas præcedere debet. Ratio igitur habenda tum

Sectionis, qñ et qualis sit facienda. Scarificatio

Profunda fieri debet, sic tamen ut subiectorũ uasorum ratio habeatur. N. 75. Causa. Vt sanguis expeditius fluat. N. 76.

Superficiaria fugiẽda est, neq; circulus carnis per cucurbitã excitatus leui incisione tantũ pertũdẽdus. N. 77. Causa. Est enim partis affectæ caro tũ per se cõpactior & solidior, propter humorẽ qui influxit eãq; distẽdit, tũ multò magis ꝑpter cucurbitæ attractionẽ (hoc uidetur innuere p uocẽ ἐντονώτερον) N. 78. Itaq; si leuis tantũ pertusio fiat, neq; humor in alto latẽs, propter pororũ cõstipationẽ euacuabitur, et dolor insup nouã attrahet materiã.

Gladiolorũ, quib. sectio administrari debẽt. Hi debẽt esse incurui, acie paulo latiore, ut plagæ hiantiores reddantur. N. 79. Causam affert à cõtrario. Nã si plagæ angustæ & subtiles fiant, ichores tenaces et uiscosi egredi nequeunt, sed sub cute hærentes suppurantur. N. 80.

Phlebotomi, q̃bus uenæ secantur ad emittendũ sanguinem. Præceptũ phlebotomiæ dat tum in uenis

Brachiorũ. Priusquã sectio fiat, oportere uinculo uenã intercipere. N. 81. Causam affert. Caro .n. in cõplurib. hominib. ita laxa est, ut uena, præsertim sanguine turgẽs, sub ea ueluti labatur, & feriẽtis chirurgi phlebotomo cedat. Licet igitur cũ carne uena quoq; pertũdatur, tamẽ quia scalpro educto partes singulæ ad suũ redeũt situ pristinũ, nec carnis orificiũ orificio uenæ exactè respõdet, eo fit, ut uena sanguinẽ qdẽ eructet, uerũ is carnis obiectu exire ꝓhibeatur, ideoq; sub cute collectus interdũ putrescit, & tũ medico infamiã, tũ ægro dolorẽ cõciliat. N. 82. Cor. ἐμφυσᾶσθαι, Insufflari, flatu repleri, quoniã sanguis cutem distẽdit. Sed ἐμφυσᾶσθαι quoq; tolerari potest, sanguinem ueluti expuere & eiaculari.

Reliqui corporis, illud ipsum. N. 83.

VI. Vi-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 98 sur 736

©BIUM

VI. Videtur ergo morbos externos chirurgi manum requirentes duũ facere generũ. Quòd etsi oẽs præter naturã sunt, tamen alij causam sui ortus habent

- Internam, Humorem scilicet, uel quantitate uel qualitate sua infestãtem, qui Φύματα, Tubercula, aut Ελκεα, Vlcera, facit. Et de parui quidem momenti Vlceribus & Tuberculis, quæ uel ab ipsa natura superari, uel à Medico facili negocio curari possunt, nihil in præsentia. Sed de ijs tantùm, quæ inter magnos & graues morbos connumerantur, præcepta chirurgo se daturum profitetur. N.86. Ergo quo ad
  - Φύματα, Tubercula (in genere sumpta pro quibuslibet tumoribus, ex quouis humore in quacunq; parte ortis, expellente natura materiam et suppurante) Chirurgi officiũ est,
    - Nascentia, humore adhuc affluente, ea
      - Deprehendere, ὑπειληφέναι. N.87. Quod Cognitionis & Προγνώσεως est officium.
      - Dissoluere, ne stipatus humor putrescat. Διαλύειν, καὶ σύστασιν ἀναλύειν. N. 88. Quod Curationis est munus.
    - Natis, postquã humor iã affluxit, naturæ conatum adiuuare, & σύστασιν ποιεῖν, partim
      - Extrahendo è profundo in superficiẽ, ita ut spaciũ, quãtum eius fieri potest, minimũ occupet. στέλλειν εἰς τὸν ἐπιφανῆ τόπον. N.89.
      - Adæquando. ἐξομαλίζειν τὴν σύστασιν τοῦ φύματος. N. 90. Adæquationis ostendit
        - Finẽ ex contrario. Nisi enim adæquetur materia humoris secundùm omnes suas partes, ulcus curatu difficile euadet, sponte perrupto humore, propter inæqualitatẽ materiæ. N. 91.
        - Modum. Adæquabitur cõcoquẽtibus. N.92. Horũ
          - Tẽpus, quãdiu sint administranda, mediocritate definit. Maturationi incumbendum, neq;
            - Plus quàm oportet, quo ad scilicet sponte rumpatur. N.94. Deformem enim cicatricem parit, & curatu difficili⁹ redditur ulcus.
            - Minus quàm oportet, ne priusquã maturus sit tumor aperiatur. N.93.
          - Materia, quæ sit, tum simplex tum composita, æqualiter concoquens, alijs in libris dictum est. N.95.
  - Ελκεα, intelligit nõ tantùm continui solutionẽ, uerum etiam disiuncti cõtinuationem, uti ex speciebus quatuor Vlcerum, quas affert, liquere potest. Vide signum VII.
- Externam qualemcunque, quæ in corpus humanum agat contundendo, frangendo, penetrando: & Τρώματα, Vulnera in uniuersum dicta, infligat. Etsi .n. ea propriè carnis sunt, tamẽ oßiũ quoq; in hũc censum uenire possunt. At hoc loco prætermißis reliquis, exẽpli causa de ijs tãtũ agit uulnerib. quæ in militia per sagittas inferũtur, et præter reliquã curã inprimis sagittæ extractionẽ postulant. N.112. Horũ cognitionẽ & aggreßionẽ alijs in libris se persecutũ ait: puta com. de Vulnerib. capitis: quorũ methodus ad quæuis alia telorũ uulnera accõmodari queat. N. 120. In præsentia uerò duo præcipuè capita attingit: nimirũ peritia horũ uulnerum
  - Quomodo acquiri debeat. Ex frequẽti inspectione & tractatione habitus comparabitur. Vulnera autem sagittis inflicta, chirurgo in
    - Vrbibus desidenti rarò se offerunt. N. 113. Desunt enim occasiones. Rarò enim in eadem urb uel ciuilia dißidia, uel obsidiones hostiles oriuntur, in quibus uulnera sagittis inflicta conspiciantur. N.114.
    - Castris degenti, & præsertim externas & barbaras sequenti militias (Barbari enim, Scythæ, Persæ, Medi, Aegyptij, id temporis sagittatores erãt maxima ex parte) crebro sese offerunt. N. 115. Ergo militet chirurgus, si horum cognitionem et tractationem assequi uelit. N.116.
  - Quæ sit præcipua & artificiosißima. Concurrunt hic duo, ut in quauis alia quorumuis morborum aggreßione: Vulneris à sagitta inflicti Cognitio, & eiusdẽ Curatio. At cognitionem curatione artificiosiorem esse
    - Asserit. N.117.
    - Declarat. Cognitio enim per signa, cõfertum ad Vulneris
      - Dijudicationẽ, Vtrũ ab alijs rectè, nec ne, tractatum sit & curatum. N.118.
      - Curationem. Solus enim is, q signorũ notitiam habet, curationẽ ipsam aggredi debet. N.119.

VII. Ελ-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 99 sur 736

©BIUM

VII. Ελκεα considerantur uel

- Per se. Sic
  - Differunt accidentaliter, ex ulceris motu, siue progreßione. N. 96. Locus obscurus est. Ελκος uocare uidetur Hipp. carnosæ partis exulcerationem: cui accidit, ut non uno modo partem infestet, respectu situs ipsius partis. Nam partes, quæ natura sua debebant esse
    - Coniunctæ & continuæ, disiunguntur, earumq; continuitas soluitur. Et hæc ἕλκεα omnia, quia manifestam continui solutionem habent, ipso sensu præter naturam esse cognoscuntur. Solutio enim continui accidit ulceri, ut moueatur secundùm partis
      - Altitudinem, uel
        - A' superficie ad centrũ, & Profunda corporis petat. εἰς βάθος, τὰ κοῖλα γενόμενα. Vt sunt Fistulæ, Sinus, Cãcri. N. 97.
        - A' centro ad circumferentiam & Altum petat. εἰς ὕψος. Cui ulceri accidit, ut postea, quam carne fuerit repletum, uel totum, uel parte quadam (unde paulo pòst πληρούμενον appellatur) caro in eo præter naturam excrescat: unde ὑπερσαρκέον dicitur. N. 98.
      - Latitudinem, & circa superficiẽ uertatur, et per Latum spargatur. εἰς πλάτος. Ερπιστικὰ. N. 99.
    - Disiunctæ, coniunguntur, & diuisio naturalis per partium concretionem tollitur. Hæc quarta uidetur ulceris progreßio, quæ uel cauitatis naturalis latera undiquaque carne opplet, uel disiunctas partes carne sana coniungit. Quam proinde n. 104. Ξύμφυσιν appellat. Sic quando anus, rima, præputium, digiti, in conformatione fœtus in utero concrescunt, uerisimile est ulcus præcedere, aut saltem quid ulceri simile, quandoquidẽ caro, quæ disiuncta esse debebat, limitibus suis ueluti sublatis, concrescit. Sic etiam extra uterum partes concrescunt, solutione unitatis præcedente, & facultate sanguifica carnem copiosiorẽ, quàm oportebat, suggerente. Ergò cùm quantitate tantùm carnis ulcus istud peccet, uidetur secundùm naturam esse uulgò, cùm priores illæ omniũ iudicio præter naturam esse censeantur. N. 100. Quidam amicorum hanc quartam πορείαν putat appellari κίνησιν, κατ' ἐξοχὴν, ad denotandum progressum εἰς μῆκος, secundùm longitudinem. At huic nõ respondet τὸ ξυμφυόμενον, quod paulo pòst ponitur: & ratio dubia erit, cur hanc solam secundùm naturam esse dicat Hipp. Præter id quòd ulcus in longitudinem porrectum, siquidem superficiem occupet, ἑρπιστικὸν erit, sin profundum petat κοῖλον euadet, ut sunt Fistulæ. Quòd si omnino retinenda est uox κίνησις, Coalitum partium naturalem, quòd nulla uideatur manifesta exulceratio præcedere, interpretabimur. Sed ξύμφυσις magis arridet: aut, αὕτη δὲ μόνη κατὰ ξύμφυσιν εἶ. κιν.
  - Cõueniunt, N. 101. quòd et
    - Subiectum habent idem, Carnem scilicet. Ξυμφοραὶ τῆς σαρκὸς appellantur, Affectiones carnosæ substantiæ.
    - Materiam, ex qua fiunt, habent eandem, Humorem uidelicet prauum, uel qualitate uel quantitate peccantẽ. Πᾶσαι κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος, subintellige, ἕνεκα. Verba obscura. τὸ ξυμφέρον uox est cognata τῇ ξυμφορᾷ: & propterea illud Causam materialem, quæ morbum facit, exprimere uidetur, hæc uerò Morbum ipsum tanquã effectum. Corn. τὸ ξυμφέρον, id quod conducit, interpretatur, & Curandi methodum eandem in his omnibus esse uidetur subintelligere. An potius legendum, πᾶσαι (αἱ ξυμφοραὶ) κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος: ut paronomasia ludat, Omnes hasce ulcerũ species in eo conuenire, quòd præter naturam sint (ut quàm maximè quarta species naturalis esse uideatur) eaq; propter eius quod iuuat expertes, noxiæ scilicet & corpori inimicæ. Quo sensu conuenientia horum non à materia, sed accidente noxa desumetur.
- Respectu Medici circa ulcera occupati. Vide signum IIX.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 100 sur 736

©BIUM

IIX. Vlcerum

- Cognitio *per signa habetur, de quibus alij libri sunt consulendi.* N.102.
- Curatio requirit
  - Methodum, *ad Intentiones & Indicationes curatiuas eliciẽdas, ut quid priore, quid posteriore loco sit agendum, constet. De qua itidem in alijs libris se egisse ait: ut qui secundùm Platonem primus inuentor methodi fuerit, cùm ante illum Empirica potius quàm Methodica ars à plerisque exerceretur.* N.103. *Liber de Vlceribus, qui extat, farrago est sententiarum & remediorum ad ulcera pertinentium, inter Aduersaria, non inter Commentaria Hippocratea connumerandus.*
    - *A' Σημειωτικῇ simul & Θεραπευτικῇ methodo tyronem Medicinæ consultò arcet, quòd ea non nisi perfecto medico conueniant, cuius tãquam imperatoris iussa & obseruare & exequi debet. Ex hoc fonte sensim posterioribus temporibus Chirurgia à reliqua medicina abstrahi cepit: cùm essent, qui semper tyrocinium artis tractare uellent, nec unquam ad altiora ingenium intendere: simulq; medici doctiores, ea quæ ab indoctis etiã tractarẽtur, eruditione sua inferiora esse censerent. Sic omnia fatis in peius ruere.*
  - Instrumẽta commoda, *quibus prædictæ ulcerum species tractari & ad sanitatem perduci possint. Breuiter igitur attingit tum*
    - Quæ *ulcerum remedia sint, considerata secundũ*
      - Materiam *singulis ulcerum speciebus conuenientem. Hanc alio loco explicatam esse,* N. 108. *asserit. Repetens autem prædictas species quatuor, quibus contraria remedia conferunt, alia diuisione quàm prius uidetur uti. Curatiuam indicationem cõmunem ponit, τὸ διαλύειν, id quod præter naturã est tollere: quæ communis indicatio singulis accommodata speciebus uariat. Vlcerum enim alia sunt, in quibus caro*
        - Augetur per
          - Concretionem *substantiæ partium, quæ disiunctæ debebant esse, siue cauæ sint, ut Anus, ut Sinus muliebris, quarum partium latera carne opplentur: siue non sint cauæ, sed contiguæ, quæ carneo uinculo connectuntur, ut Digiti. Remedia igitur talia sint, quæ τὸ ξυμφυόμενον possint dissoluere disiungendo, siue ferro id fiat, siue ἐμμότοις, siue causticis.* N. 104. *Neq; enim hîc de διαλύσει τῶν φυμάτων agit, de qua paulo antè egerat.*
          - Excrescentiam *carnis. Remedium esto tale, quod carnis abundantiam tollat, & τὸ ὑπερσαρκέον καὶ πληρούμενον castiget.* N.105.
        - Minuitur, *& aufertur ꝑ colliquationem, et erosionem, tum in*
          - Profundo. *Remedia adhibeantur, quæ cauitatem carne possint implere.* N.106.
          - Superficie. *Remedia requiruntur consolidantia.* N.107.
      - Formam. *Remediorum forma accidentalis, prout scilicet ab arte certo modo præparata adhibentur, uaria est. Hîc exempli causa meminit cataplasmatum ulceri administrandorum. Ostendit ergo tum*
        - Modum. *Linteo ulcus tegito, cataplasma circumcirca imponito.* N.109.
        - Causam. *Sic enim & ulcus à linteo contegitur, ne mordicetur à cataplasmate, et nihilominus tamen uis cataplasmatis ad ulcus ipsum ꝑtingit.* N.110.
    - Quando *adhibenda sint remediorum singula, & quomodo effectus illorum cognoscendus, huius non esse loci pertractare, cùm hæc non Tyroni (quem hîc instituere uult) sed prouecto tantùm in arte conueniant.* N.111.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 101 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ

De Elegantia.

ΟΥΚ[1] ἀλόγως, οἱ προσβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην,[2] ταύτην δὴ τὴν ἐν τῷ βίῳ. [3] αἱ γὰρ πολλαὶ, πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. [4] λέγω δὲ αὖτις, αἳ μηδὲν χρέος τῶν πρὸς ἃ ἀφελέουσι. [5] ληφθείη δ' ἂν τὰ τούτων μέρεα ἐς ἐκεῖνα. [6] ἢ ὅτι οὐκ ἀργείη, οὐδὲ μὴν κακίη; [7] τὸ γὰρ σχολάζον καὶ ἄπρηκτον, ζητέει ἐς κακίην καὶ ἀφέλκεται. [8] τὸ δ' ἐργητικὸς, καὶ πρός τι τὴν διάνοιαν ἐντεταμένον, ἐφειλκύσατό τε τῶν πρὸς καλλονὴν βίου τεινόντων ἑαυτοῦ τοὺς μηδὲν ἐς χρέος πιπτούσας ἀφελέξιας. [9] χαριεστέρη γὰρ καὶ πρὸς ἕτερον μοῦσα ἐς τέχνην πεποιημένη· [10] τέχνην δὲ πρὸς εὐσχημοσύνην καὶ δόξαν.

[11] πᾶσαι γὰρ αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείης καὶ ἀσχημοσύνης, καὶ κείνοισι μέτα δόξος τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται. [12] ἀλλ' εἴγε μὴ πρὸς ἀναγκαίην, δημεύεται. [13] νέοιτε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπτουσιν [14] ἀκμάζοντες δὲ δι' ἐντροπὴν ἰδρῶτας πάντας βλέποντες· [15] πρεσβύται δὲ, ἀφ' πικρὴν, νομοθεσίην τίθενται, ἀναίρεσιν ἐκ τῶν πόλεων. [16] καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐρχαζόμενοι ἔτι, μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες, [17] καὶ ἐν πόλεσιν αὐακυκλέοντες οἱ αὐτοί. [18] ἴσμεν δέ τις αὖ καὶ ἐπ' ἐσθῆτα, καὶ τρῆσιν ἄλλησι πρειγραφῆσι. κἠν γὰρ ἔωσιν ὑπερφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φαῦλοί τε καὶ μισητέοι τοῖσι θεωμένοισιν εἰσι.

[19] Τὴν δὲ ἐναντίην χρειὼ δεῖ σκοπέειν, οἷς ἡ δισλακτὴ κατασκευὴ, ἡ δὲ περιεργίη. [20] ἔκτε γὰρ πρόσβολης, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ εὐσχημοσύνης καὶ ἀφελίης, [21] ἡ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, [22] ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην, [23] τό τε σώφρονεῖν, [24] καὶ τὸ ἐν νῷ πρὸς ἑωυτὸν ἀφικέσθαι, [25] πρός τε τὴν παιδείην, [26] οἵτε ἐκάστῳ σχήματι χρῆται, [27] ἀλάλητοι, [28] ἀπερίεργοι, [29] πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας, [30] εὔτρητοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, [31] χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπλώσιας, [32] πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔσχολοι καὶ ὁμιλητικοὶ, [33] εὔκρητοι πρὸς ἅπαντας, [34] πρὸς τὰς ἀναγκαίας σιγητικοὶ, [35] πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας εὐθυμηματικοὶ καὶ [36] καρτερητικοὶ, [37] πρὸς τὸν καιρὸν εὔτρητοι καὶ

NON[1] sine ratione faciunt, qui sapiẽtiam ad multa utilẽ esse profitẽtur, [2] eam ui delicet, quæ in uita quotidiana uersatur. [3] Multæ enim ad superfluam tantùm curiositatem factæ uidentur. [4] Dico autem eas, quæ nullum usum earum rerum, de quibus disputant, ostendunt. [5] Harum autem partes ad illas referri debẽt. An [6] quòd ubi cessatio nõ est, neq; improbitas erit? [7] Ocium enim & ignauia improbitatẽ quærunt, & ad eam abstrahuntur: [8] uigilantia uerò & mens ad aliquid intẽta, trahũt ad se ipsas ociosæ sapientiæ inutiles disputationes, ueluti ornamenta & condimenta quotidianæ conuersationis. [9] Gratiosior enim sapientia etiam tunc apparet alijs, quando ad artem traducitur: [10] ad artem inquam, elegantia & gloria instructam.

[11] Nam quæcunq; artes nec turpi lucro inhiãt, nec inelegãtes sunt, illæ methodo quadam arti accommodata constant. [12] Nisi aũt ars innocenter exerceatur, proscribitur. [13] Adolescentes enim rerum imperiti disciplinæ artificum improborum sese committunt. [14] Vbi adoleuerint, præ pudore anteactæ uitæ sudores emittunt, illos aspiciẽtes. [15] At postquam ad senectutem peruenerint, præ amarore decretum in illos promulgant, ut exurbibus pellantur. [16] Hi enim sunt qui acroases faciũt, garrulitate sua imponẽtes, [17] ijdemq; per urbes circumuagãtur. [18] Cognouerit aũt quis eos ex ueſtitu & alijs circũstantijs. Nam quãto splẽdidius ornati incedũt, tãto magis fugiẽdi sunt, & à cõspicientib. odio habẽdi.

[19] Qui uerò contrario modo se gerunt, eos uidere & cum ijs uersari utile est, quibus non est excogitatus apparatus, neq; superfluitas. [20] Ex ueſtitu enim cognosces, eiusdemq; elegantia ac frugalitate, [21] non ad superfluitatẽ comparata, [22] sed potiùs ad bonã existimationem, [23] tum eruditionis, [24] tum uirtutis, [25] & ad peregrinationẽ. [26] Sed & quo ad reliquum uitæ cultum, [27] nec diffluentes sunt, [28] nec curiosi: [29] difficiles in dissimilium cõuersatione, [30] appositi ad responsiones, [31] graues erga resistentes, [32] ad sui similes solertes & familiares, [33] temperati erga omnes, [34] ad obiectiones taciturni, [35] in respondendo acuti [36] & tolerantes, [37] in occasione cognoscenda

©BIUM

dâ & arripienda prudentes,[38] in uictu frugales[39] & paucis contenti,[40] patientes in occasione expectãda,[41] ad sermones expediti,[42] nihil abiq; demonstratione proferetes,[43] pura oratione utentes,[44] gratijs delibuti,[45] pro gloria ex his orta depugnates,[46] animorũ purgationẽ è certa demõstratione prouenientẽ ueritatis studio libẽter admittentes.

[47] Dux autem prædictorum omnium Natura est.[48] Nam si hęc affuerit his, qui artibus animum applicant, per omnia prædicta penetrare poterũt.[49] Vsus enim qui doceri per se nequit in sapiẽtia & eidem adiuncta arte, docebitur per naturam,[50] ut artis principiũ habere queat.[51] Quinetiam natura defluit & commiscetur cum sapientia, ad cognoscendum ea quę ab ipsa natura facta sunt.[52] Cùm ecõtra plurimi eorum, qui de utrouis horum dicere instituerunt, eo ipso uincãtur & aberrẽt, quòd non utrouis, sed alterutro tantùm instructi, demonstrationem facere sunt aggressi.[53] Neq; enim si quispiam secundùm orationis ueritatem tantùm expẽdat aliquid, naturæ ueritas illi respondere poterit.[54] Deprehenduntur itaq; hi non consimili cum illis uia progredi.[55] Quapropter ueritate exuti, omnem induũt improbitatem ac ignominiam.[56] Elegãs est enim ex opere, quod quis per experientiam didicit, manans oratio.[57] Quicquid enim artificiosè factum est, ex ratione prolatũ est ac productũ.[58] Quicquid autem artificiosè dictũ est, nõ item factũ, methodi inartificialis argumentum existit.[59] Nam opinari quidẽ, nõ aũt facere, ruditatis & imperitiæ signũ est.[60] Opinio enim cùm aliàs, tum quam maximè in medicina, crimen quidem ea nitentibus, mortẽ uerò eius opera urentibus affert.[61] Nam cùm ob scientiam ser monum uniuersaliũ persuadeãt sibijpsis, sese ipsum quoq; artis opus singulare nouisse, quẽadmodũ aurũ adulterinũ igni examinat, sic ipsorũ ignorãtia hac professione coarguitur.[62] Neq; uerò alicuius est usus ad intelligentiam cognatæ naturæ:[63] cùm, quàm uerax sit cognitio, ipse finis indicet.[64] Aliorũ ediuerso artem & tempus ipsum facilem ac peruiã facit,[65] & alijs item in consimilem uiam incidẽtibus occasiones manifestas exhibet.

[66] Quapropter singula prædicta reassumere oportet, & sapientiam transferre ad medicinã, & medicinã uicissim ad sapientiam.[67] Medicus enim philosophus, est deo similis.[68] Neq; uerò multa est inter ipsas differentia.[69] Nam omnia quæ ad sapientiam requiruntur, insunt ipsi medicinæ:[70] argenti uidelicet contemptus,[71] auersatio,[72] uerecundia,[73] habitus submissus,[74] auctoritas,[75] iudiciũ,[76] quies,[77] reprehẽsio,[78] puritas,[79] sententiarum elocutio,[80] cognitio ad uitã utilium ac necessariarum purgationũ,[81] fuga mercimonio-

A καὶ λημμαπικοὶ,[38] πρὸς τὰς τροφὰς εὔχρηστοι
[39] καὶ αὐτάρκεες,[40] †παρομονητικοὶ πρὸς καιρὸν †πρὸς παρομονὴν, [41] πρὸς λόγους αὐγοὶ,
[42] πρὸς τὸ †παραδειχθὲν ἀνφέροντες, [43] εὐεπίῃ χρώμενοι, [44] χάριτι ἀλειφθέντες, [45]
δόξῃ τῇ ἐκ τουτέων διϊσχυριζόμενοι, [46] ἐς ἀληθείην πρὸς τὸ †παραδειχθὲν ὑποτελματιζόμενοι.

[47] ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τουτέων ἁπάντων τῶν προειρημένων, ἡ φύσις. [48] καὶ γὰρ
B οἱ ἐν τέχνῃσιν, ἢν προσῇ αὐτέοισι τοῦτο, ἅπερ πάντων τουτέων προαγορεύωμεν τῶν προειρημένων. [49] ἀδίδακτον γὰρ τὸ χρέων σοφίη, καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προτεθεμένη, διδαχθῆ, [50] εἰς τὸ ἀρχὴν λαβεῖν. [51] ἡ δὲ φύσις καταῤῥύῃ καὶ κέχυται τῇ δὲ σοφίῃ, ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος πιθόμενα. [52] καὶ
γὰρ ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κρατηθέντες, οὐδαμῇ πω ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι πράγμασιν ἐς [a] δεῖξιν. [53] ἐπὶ τῷ οὖν τις αὐ- [a] σύνθεξιν
τέων ἐξεπάζῃ [b] τε πρὸς ἀληθείην τῶν ῥήσει πεφυκότων, οὐδαμῇ τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χωρήσει. [54] εὑρίσκονται γοῦν οὐχὶ †παραπλησίως ὁδὸν ἐκείνοισι πεπορευμένοι. [55] διόπερ ὑποτρομεόμενοι, τῷ πάσῃ ἀμφισύνῃσι καὶ ἀτιμίῃ. [56] καλὸν γὰρ ἐκ τοῦ
C διδαχθέντος ἔργου λόγος. [57] πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ἐκ λόγου ἀνῳχέχθη. [58] τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δείκτικὸν ἐνῴκηται. [59] τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πεῖραν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. [60] οἴησις γὰρ, †μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίη μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει. [61] καὶ †καὶ
γὰρ ἢν ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἰηθῶσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθείς, τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε. [62] †καίτοι γε τοιαύτη ἡ θεώρησις ἀπαρηγόρητον εἰς σώεσιν ὁμολόγιον.
[63] ὡς †ἔστιν εὐθὺ, τὸ πέρας ἐδήλωσε, γνῶσις. †δὲ
[64] τῶν δὲ ὁ χρόνος καὶ τὴν τέχνην [c] εὐοδέα κατέδειξεν, [65] [d] ἢ τοῖσιν ἐς τὴν παραπλησίην οἷμον ἐμπίπτουσιν τὰς ἀφορμὰς δηλους ἐποίησε. [c] εὐοδέα [d] καὶ

[66] διὸ δεῖ ἀναλαμβάνοντα τὰ προειρημένων ἕκαστα, μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν, καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην. [67] ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. [68] πολλὴ γὰρ διαφορὴ ὅπῃ τἄλλα. [69] καὶ γὰρ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην ἐν ἰητρικῇ πάντα. [70] ἀφιλαργυρίη, [71] ἀνῳρόπη, [72] ἐρυθρίησις, [73] καλαστολὴ, [74] δόξα, [75] κρίσις, [76] ἡσυχίη, [77] ἀπάντησις, [78] καθαριότης, [79] γνωμολογίη, [80] ἕδησις τῶν πρὸς [e] βίον χρησίων ἐς ἀναγκαίων [f] καθαρσίων, [81] ἀπεμπό- [e] βίου [f] καθαρσίων

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 103 sur 736

©BIUM

λησις,[82] ἀσφαλισμονίη,[83] ὑπερoχὴ θεία. A
[84] ἔχουσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίλν, [85]
πρὸς βαυαυσίλν, [86] πρὸς ἀπλησίλν, [87] πρὸς
ὀπιθυμίλν, [88] πρὸς ἀφαίρεσιν, [89] πρὸς ἀναι-
† ἡ σχίλν ἐνισχεῖν. [90] αὕτη γὰρ † γνῶσις τῶν προ-
σόντων, [91] καὶ χρῆσις τῶν πρὸς φιλίλν, [92] καὶ
ὡς ἐοικότως τε πρὸς τέκνα, [93] πρὸς χρήματα.
[94] τοῦτο μὲν ἔν ὀπιστεινωνὸς, σοφίη τις, ὅτι καὶ
τοῦτο τὸ πλεῖστον ὁ ἰητρὸς ἔχει. [95] καὶ γὰρ μά-
λιστα ἡ περὶ θεῶν εὐσέβεια ἐν νόω αὐτῇ ἐμπλέκε
ται. [96] ἐν γὰρ τοῖσιν ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐν συμπτώ-
μασιν εὑρίσκεται τὰ πολλὰ πρὸς θεῶν ἐντίμως
κειμένη ἡ ἰητρική. [97] οἱ δ' ἰητροὶ θεοῖσι περιπε-
χωρήκασιν. [98] ἓν γὰρ οἶδ' ὅτι πλεῖστον ἐν αὐτέῃ τὸ σθε-
ναρὸν ἐστίν. [99] ἐν γὰρ ἔστι πολλὰ μὲν μεταχει-
ρέονται, [100] πολλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτοῖσι
δι' ἑωυτῶν. [101] ἃ δὲ καταπολεμεόμενα νοῦσα ἡ
ἰητρικὴ, ἐντεῦθεν περέχει. [102] τίς γὰρ ὁδὸς τῆς
ἐν σοφίῃ, ὥδε. [103] καὶ γὰρ αὐτοῖσιν ἐκείνοισιν. [104] ἕτω δ' οὐκ οἴονται, ὁμολογέουσιν ὧ-
δε [105] τὰ περὶ σώματα παραγιόμενα, [106]
ἃ δὴ διὰ πάσης αὐτῆς πεπόρθται, [107] μεταπ-
οιχηματιζόμενα, ἢ [108] μεταπιέμενα· [109] ἃ
δὲ μετὰ χειρουργίης ἰώμενα· [110] ἃ δὲ βοη-
θούμενα, [111] θεραπεύομενα, [112] ἢ διαιτώμε-
να. [113] τὸ δὲ κεφάλαιωδὲς ἔσω, εἰς τὠὐ
τῶν ἔσηνσιν.

[114] ὄντων οὕτω τοιούτων τῶν προειρημέ- C
νων ἁπάντων, [115] χρὴ τὸν ἰητρὸν ἔχειν τινὰ εὐ
τραπελίλν παρακειμένην. [116] τὸ γὰρ αὐστηρὸν,
θυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νο-
σέουσι. [117] τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα,
μὴ πολλὰ φαίνονται τῶν τοῦ σώματος με-
ρέων, [118] μὴ δὲ πολλὰ λεχλωδύμενον τοῖσιν
ἰδιώτῃσιν, ἀλλά τ' ἀναγκαῖα. [119] νομίζει γὰρ
τοῦτο βίη εἶναι ἐς [a] πρόσκλησιν θεραπίης. [120] a πρόκλη
σιν
ποιέειν δὲ κάρτα μηδὲν ἀθελέργως αὐτέων, [121]
μὴ δὲ μετὰ φαντασίης.

[122] ἐσκέφθω δὲ τοῦτο πάντα, ὅκως ἢ σοι D
προκατηρτισμένα ἐς τὠὐτοῦ, ὡς δέοι.
[123] εἰ δὲ μὴ, ὅπῃ τοῦ χρέους ἐπορέγη ἀεὶ δή.
[124] μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ τοῦτο, μετὰ
πάσης κατασολῆς, [125] σὺν ψηλαφίῃ, καὶ ἐγ-
χρίσι, καὶ ἐγκαταντλήσι, [126] πρὸς
τὠὐρυθμίλν τῶν χειρέων· [127] σὺν πλυμά-
των, σὺν ἀπλιωῶν, σὺν ὀπιδέσμων, σὺν τῶν
ἐν καταστάσι, [128] σὺν φαρμάκων, ἐς τραύ-
ματα, καὶ ὀφθαλμικὰ, [129] καὶ τετέων τὰ πρὸς
τὰ ὠῶα, ἵν' ᾖ σοι προκατηρτισμένα, [130] ὄρ-
γανά τε καὶ μηχαναὶ, καὶ σίδηρος ὁ ἐξῆς.
[131] ἡ γὰρ ἐν τουτέοισιν ἀπορίη, ἀμηχανίη καὶ
βλάβη ἐστίν. [132] ἔστω δέ σοι ἑτέρη παρέξοδος
ἡ λιτοτέρη πρὸς τὰς ὀπαδημίας, ἢ διὰ χειρέων. b συνδενε
γάτη
[133] ἡ δ' [b] εὐχερεστάτη, διὰ μεθόδων. [134] ἐπεὶ γὰρ

niorum,& [82] superstitionis, [83] præeminentia
diuina. [84] Habent enim quæcunq; requiruntur ad obseruandã auersandamq; intẽperantiam, [85] garrulitatem, [86] insatiabilitatẽ, [87] cõcupiscentiam, [88] rapinas [89] ac impudentiã. [90] Eius enim propria est cognitio aduenientium, [91] & usus eorũ quæ ad amicitiã pertinẽt, [92] & quomodo erga liberos [93] ac pecunias se gerere oporteat. [94] Quatenus igitur horum omniũ particeps est medicina, sapientia quædam est, & pleraq; horũ etiã medicus habet. [95] Scientia profectò de dijs penitissimè animo ipsius implexa est. [96] Cumq; in alijs affectibus & symptomatis medicina erga deos ualde reuerenter se habere comperitur: [97] tũ
B uerò medici dijs locum dant, [98] numenq; omnia regens in medicina minimè superfluũ & otiosum esse animaduertunt, [99] & in ijs morbis quos ipsimet aggrediuntur, [100] & in ijs quos per se absque sua opera superari uident. [101] Quotquot enim medicina uincit, Deorũ ope uincit. [102] Nã & medicinæ uia secundùm sapientiam, Deorum est munus: [103] & remediorũ efficacia ab ijsdẽ pendet. [104] At hoc alij non credunt, [105] cùm in cõfesso sint, sensuq; percipiant, ea quę circa corpora fiũt, [106] partim per omne genus remediorum, [107] trãsformando aut [108] transmutãdo: [109] partim per chirurgiam: [110] partim auxiliando [111] medicamentis, [112] aut uictu. [113] Et tamen summa horum eò redit, ut Dij esse cognoscantur.

[114] Quũ igitur prædicta omnia tali modo se habeant, [115] conuenit ut medicus facilitatẽ quandam sibi adiunctam habeat. [116] Austeritas enim apud sanos pariter & ægros cõuersationi inimica est. [117] Maximè aũt cauere debet, uti ne in ipso opere multas corporis partes ostendat, [118] neq; cum idiotis multa fabuletur, præterquã necessaria. [119] Alioqui coactus ab ignorãtia hoc facere uidebitur, ut loquacitate hac ineptæ suæ curationi subueniat. [120] Quæcunq; aũt aget, nec perfunctoriè nimis nec [121] curiosè agat.

[122] Instrumenta omnia cõparet, uti in prõtu sint præparata sic uti decet. [123] Sin minus, instãte necessitate semper egebit. [124] Procurare aũt oportet in medicina cũ omni submissione [125] ea quæ spectant ad frictionẽ, illitionẽ, [126] perfusionẽ, cum manuũ concinnitate: [127] Item lineamẽta uulsa, splenia, uincula, ea quæ pro tẽporis constitutione requiruntur, [128] medicamenta tum uulneraria, & ocularia, [129] tum ea quæ ad singula genera pertinent, uti parata sint: [130] similiter organa, & machinæ, & deniq; ferrum. [131] Nam horũ penuria & impedimentum affert & pernicié. [132] Sit aũt tibi alter apparatus simplicior & expeditior, ad peregrinantis usum instructus, isq; manu medici præparatus. [133] Expeditissimus autẽ per methodi rationem confectus. [134] Neque

enim

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 104 sur 736

©BIUM

enim fieri poteſt ut Medicus omnia præparā A
do percurrat.[135] Memoria igitur probè tene-
to medicamentorū tū ſimplices facultates,
tum deſcriptiones (ſi modò in animo tibi eſt
morborū curatio) & horū modos, quotupli-
citer, & quomodo in ſingulis ſe habeant.[135]
Hoc enim principium eſt in medicina, & me
diū, & finis.[137] Præparata quoq; tibi ſint ma-
lagmatū genera ad ſingulos uſus.[138] Potio-
nes iterū quæ incidere poſſunt, ex deſcriptio-
ne præparatę iuxta genera.[139] In prōtu ſint &
quæ ad medicamenta purgantia pertinent,
ſumpta de locis cōgruis,[140] & parata eo quo
conuenit modo, iuxta genera & magnitudi-
nes,[141] ut ueruſtate ferre poſſint: recentia ue
rò iuxta temporis occaſionē: & alia item iux B
ta eandem rationem.[142] Ex quorū omnium
præparatione hoc cōmodi cōſequeris, ut ad
ægrotū ingreſſus, animo neutiquā fluctues,
quum in promtu adſint ſingula, ad id, quod
faciendum eſt, accommodata.

[143] Priuſquam uerò ad ægrum ingrediaris,
fac ſcias quid agendū ſit.[144] Multa enim non
deliberatione longa, ſed celeri auxilio indi-
gent.[145] Itaq; de euentu per experientiam
priùs cognito præmonere oportet.[146] Eſt e-
nim hoc glorioſum, & facilè cognoſci poteſt.
[147] In ingreſſu uerò meminiſſe cōuenit &
ſeſſionis,[148] & ſubmiſſionis,[149] amictus cō-
poſiti,[150] auctoritatis,[151] breuiloquētiæ,[152] ut
nihil cum perturbatione facias,[153] aſſeſſus,[154] C
diligētiæ:[155] cōtradictionis ad ea quæ occur-
runt:[156] ad tumultus qui oboriuntur conſtan
tiæ in ſeipſo,[157] in turbis coercēdis ſeueritā-
tis,[158] promtitudinis deniq; ad miniſteria.[159]
Neq; interea primi apparatus obliuiſcere.[160]
Alioqui ut quàm maximè reliqua citrā erro-
rē fiant, quæ ad promtitudinem comparan-
dam præcipiuntur, irrita tamē erunt omnia.
[161] Ingreſſu ad ægrotū crebro utere,[162] in-
quire diligēter,[163] erroribus ob morbi muta-
tionēs obortis occurre.[164] Faciliùs enim co-
gnoſces,[165] ſimulq; expeditior eris.[166] Inſta-
bilia enim ſunt, quæ in humidis cōſiſtunt: &
iccirco facilè & à natura & à fortuna trāſmu-
tantur:[167] ita quidem ut non obſeruatæ mu- D
tationes futuræ, inter curandum ſæpe præoc
cupent & interimant, cùm in promtu nō ha-
beat medicus auxilium.[168] Multa enim con-
currunt, quæ ſimul mali aliquid inferunt.[169]
At quod ſingillatim ſecūdùm cōſequentiam
fit, illud & obſeruatu & curatu facilius eſt, ad
experientiam quinetiā accommodatius.[170]
Obſeruare aūt oportet ęgrotorum quoq; er-
rores, per quos multi ſæpe decepti ſunt, in aſ
ſumendis his quæ exhibētur.[171] Quando qui
dem exoſas potiones accipientes, aut purga
tionibus, aut alia curatione uſi, pereunt.[172]
Quod factū non ad ægrorū confeſsionē exa-
minatur, ſed ſoli medico culpa imputatur.
[173] Con-

οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὸν ἰητρόν.[135] ἔστω δέ
σοι εὐμνημόνευτα φάρμακά τε καὶ δυνάμεες
ἁπλαῖ, καὶ ἀναγεγραμμέναι, (εἴπερ ἄρα ἐ-
στὶν ἐν νόῳ καὶ τὰ τῶν νούσων ἴησιος) καὶ οἱ
[2] τουτέων τρόποι, ὁσαχῶς, καὶ ὃν τρόπον πε- [2] τουτέων
ρὶ ἑκάστων ἔχουσιν.[136] αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἰητρικῆ, καὶ μέση, καὶ τέλος.[137] προκατα-
σκεύαζε δέ σοι καὶ μαλάγματων ὑγιέα,
πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας.[138] πτήματα τε-
μνειν δυνάμενα, ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμέ-
να πρὸς τὰ ὑγιέα.[139] προετοιμάζου δὲ καὶ
τὰ πρὸς φαρμακείλιν ἐς τὰς καθάρσιας εἰ-
λημμένα ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων,[140] ἐ-
σκευασμένα εἰς ὃν δεῖ τρόπον, πρὸς τὰ ὑγιέα,
καὶ τὰ μεγέθεα,[141] ἐς παλαίωσιν μεμελετημέ-
να· τὰ δὲ προσφατα ὑπὸ τὸν καιρὸν· καὶ
τἄλλα κατὰ λόγον.[142] ἐπὶ δὲ ἰσῆς πρὸς
τὸν νοσέοντα, τουτέων σι ἀπηρτισμένων, ἵνα
μὴ ἀπορῇς, εὐθέτως ἔχων ἕκαστα πρὸς τὸ πι-
νόμενον.

[143] ἴσθι δέ γινώσκων, ὁ χρὴ ποιέειν, πρὶν
ἐσελθεῖν.[144] πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ,
ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν πραγμάτων.[145]
προδιαγέλεσθαι οἷῶ χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ
τῆς ἐμπειρίης.[146] ἔνδοξον γὰρ καὶ εὐμαθές
[147] ἐν δὲ τῇ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέ-
δρης,[148] καὶ καταστολῆς,[149] φειστολῆς,[150]
ἀνακυλίσεως,[151] βραχυλογίης,[152] ἀπε-
ρεγκοπιησίης,[153] προσεδρίης,[154] ἐπιμελείης,
[155] ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντώμενα,[156]
πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους εὐστα-
θίης τῆς ἐν ἑαυτῷ,[157] πρὸς τὰς θορύβους ἐπι-
σκήξιος,[158] πρὸς τὰς ὑπουργίας ἑτοιμα-
σίης.[159] ἐπὶ τετέοισι μέμνησο παρασκευῆς
τὴν πρώτης.[160] εἰ δὲ μὴ, τὰ κατ' ἄλλα ἀλλάπω-
τον, ἐξ ὧν παραγγέλεται εἰς ἑτοιμασίην.

[161] εἰσόδου χρέο πυκνῶς,[162] ἐπισκέπτεο ἐπι-
μελέστερον,[163] τοῖσιν ἀπατεομένοισιν ἐπὶ τὰς
μεταβολὰς ἀπαντῶν.[164] ῥᾷον γὰρ ἔσῃ,[165] ἅ-
μα δὲ εὐμαρέστερος ἔσῃ.[166] ἄστατα γὰρ τὰ
ἐν ὑγρῇσι· διὸ καὶ εὐμετάπτωτα ὑπὸ φύσιος
καὶ ὑπὸ τύχης.[167] ἀβλεπτηθέντα γὰρ τὰ κα-
τὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἐφθασαν ὁρμή-
σαντα καὶ ἀνελόντα· οὐ γὰρ ἦν τὸ ἐπικουρῆ-
σον.[168] πολλὰ γὰρ ἅμα τὰ πίπτοντά τι χαλε-
πόν.[169] τὸ γὰρ καθ' ἓν κατ' ἐπικελέυσιν εὐ-
θετώτερον καὶ ἐμπειρότερον.[170] ἐπιτηρεῖν δὲ
δεῖ καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν καμνόντων, δι' ὧν
πολλοὶ πολλάκις διεψεύσαντο, ἐν τοῖσι προσφέρ-
μασι τῶν προσφερομένων.[171] ἐπεὶ τὰ μισ-
θὰ πτήματα λαμβάνοντες, ἢ φαρμακεύόμε-
νοι, ἢ θεραπεύόμενοι, ἀπῆρέθησαν.[172] καὶ
αὐτῶν μὲν οὐχ ὡς ὁμολογίαν τρέπεται τὸ
πιηθὲν, τῷ δὲ ἰητρῷ τὴν αἰτίαν προσῆψαν.

[173] ἐσ-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 105 sur 736

©BIUM

173 ἐσκέφθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ περὶ ἀνακλίσεων. 174 ἃ μὲν αὐτέων πρὸς τὴν ὥρην, 175 ἃ δὲ καὶ πρὸς τὰ γένεα. 176 οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐς θρόνους, 177 οἱ δὲ ἐς καταγείους καὶ σκοτεινοὺς τόπους. 178 πάντα ἀπὸ ψόφων, 179 καὶ ὀσμέων, μάλιστα δὲ ἀπὸ οἴνου (χειρωτέρη γὰρ αὕτη) φυγεῖν δεῖ καὶ μεταπηδέναι. 180 πρήσσειν δὲ ἅπαντα ταῦτα ἡσυχῇ, 181 εὐκαλέως, 182 μετ' εὐφυΐης τὰ πολλὰ τὸν νοσέοντα ἐπικρυπτόμενον, 183 ἄδολα χρὴ παρακελεύονται ἱλαρῶς καὶ εὐδιεινῶς, 184 σφέτερα δὲ ἀποτερπόμενον, 185 ἅμα μὲν ἐπιπαλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ [a] συντάσεων, 186 ἅμα δὲ παραμυθέεσθαι μετ' ἐπιστροφῆς καὶ [b] ὑποδοχῆς, 187 μηδὲν ἐπιδεικνύντα τῶν ἐσομένων ἢ ἐνεστώτων αὐτέοισι. 188 πολλοὶ γὰρ δι' αἰτίην ταύτην ἐφ' ἑκάτερα ἀπεώθησαν, ἀπὸ τὴν πρόρρησιν τὴν περιημένην τῶν ἐνεστώτων, ἢ ἐπεσομένων.

189 τῶν δὲ μαθητευόντων ἔστω τις ὁ ἐφεστὼς, 190 ὅκως τοῖσι παραγγέλμασιν οὐ πικρῶς χρήσηται, 191 μισῇ δὲ ἐπουργίην τὸ παροξυνθέν. 192 ἐκλέγεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων ἤδη τοὺς ἐς τὰ τῆς τέχνης εἰλημμένους, 193 προσδοιῶσί τι τῶν ἐς τὸ χρέων, 194 ἢ ἀσφαλέως προσενεγκεῖν, 195 ὅκως τὸ ὂν ἀφαιρήσεται μηδὲν λανθάνῃ σε. 196 ἐπιτροπὴν δὲ τοῖσιν ἰδιώτῃσι μηδέποτε δίδοις μηδενός. 197 εἰ δὲ μὴ, τὸ κακῶς πεπτωκὸς ἐς σὲ χωρήσει τοῦ ψόγου. 198 ἐὰν δὲ μήπω ἀμφιβόλως ἔχῃ, ἐξ ὧν τὸ μεταπεσὸν χωρήσει, καὶ οὐ σοὶ τὸν ψόγον προσιάψει, καὶ τυχὸν δὲ πρὸς τὸ ἡμέτερον ἔσται. 199 πρόλεγε οὖν τοῦτο πάντα ἅπασι τοῖσι μαθήμασιν, οἷς καὶ τὸ ἐπιγνώσεσθαι πρόκειται.

200 τιμίων δ' ἐόντων, τῶν πρὸς εὐδοξίην καὶ εὐχημοσύνην, τῶν ἐν τῇ σοφίῃ ἐπιστήμῃ, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τέχνῃσι, 201 χρὴ τὸν ἐπιτηδεύοντα διειληφότα τὰ μέρεα, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, 202 περιευνύμενον πάντοτε τῷ [c] ἑτέρῳ 203 ἀφιλοτιμέεσθαι φυλάσσειν, 204 καὶ παραδιδόναι πιέζεσθαι. 205 εὐκλεᾶ γὰρ ἐόντα πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἀφυλάκτως. 206 οἵτε δι' αὐτέων ὁδεύσαντες, δόξασι πρὸς γονέων καὶ τέκνων. 207 καὶ τινες αὐτέων μὴ πολλὰ γινώσκωσιν, ἀπ' αὐτέων τῶν πεπραγμάτων ἐς σοφίσιν καθίσαντες.

[a] συνάσεων
[b] ἐπιδ.
[c] ἑκατέρῳ

173 Considerare uerò oportet ętiã ea quæ circa decubitus fiunt, 174 & secundùm anni tempus, 175 & secundùm genera. 176 Quidã enim in altis, 177 quidã in subterraneis ac tenebrosis locis decumbunt. 178 Errores quoq; circa sonos, 179 & odores, maximè uini, qui omniũ deterrimus est, fugere ac emendare oportet. 180 Porrò omnia hęc placidè, 181 expeditè, à medico administrãda: 182 nimirum ut in ipso opere pleraq; ægrũ cælet: 183 quæ uerò oportet hilari ac sereno uultu iubeat: 184 à proprijs quinetiã cupiditatibus illum auertat, 185 partim cum seueritate & uehementia increpando, 186 partim cum conuersione & susceptione consolando: 187 non tamen ut quicquã futurorum aut præsentiũ ipsi indicet. 188 Multi enim propter hanc causam in utrãlibet partem compulsi sunt, propter prędictionem scilicet præsentium aut futurorum.

189 Sit aũt ex discipulis aliquis præsens, 190 ut æger præceptis citra amarulentiam obediat, 191 & quod mandatum est effectũ sortiatur. 192 Deligendi aũt ex ipsis ij, qui iam in arte progressum fecerunt, 193 ut uel ea, quę oportet, adhibeant, 194 uel securè offerant, 195 néue interea dum abes quippiã te lateat. 196 Idiotis uerò nunquam quicquã procurandum cõmiseris. 197 Alioqui eius, quod malè factũ est, culpa tibi imputabitur. 198 Econtra, si non sit ambiguũ, ex quibus nam id; quod methodo tractatum est, procedat, & tu ab omni calumnia liber eris, & id, quod ægro prętèr sententiam euenerit, generi morbi imputabitur. 199 Proinde hæc omnia prædicito in ipso opere ijs, quorum hæc scire interest.

200 Cùm igitur prædicta omnia, ad bonam existimationem & elegãtiam, tum in sapientia, tum in medicina, tũ in qualibet arte alia conferant: 201 oportet medicum mutuari partes eas quas diximus, 202 & ubiq; elegantiæ amictum sibijpsi quidem 203 eas conseruãdo obseruare, 204 alijs uerò communicando operari. 205 Hæc enim sunt, quæ propter sui splẽdorem ab omnibus hominib. coluntur. 206 Et qui per hæc incedũt, acceptam à maioribus gloriã ad posteros propagãt. 207 Atq; ut quidam ipsorũ non multa doctrina prædĩti sint, ipsarum tamen rerum assiduo usu intelligentiam consequuntur.

IN

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 106 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. Dignus sanè & doctrina & uirtute uiri liber.

Inscriptio, quæ talis est:

ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ. Explicãda nocis

Notio. Εὐσχημοσύνη ἀπὸ τοῦ σχήματος. τὸ σχῆμα infrà n. 28. appellat animi dispositionem siue affectionem, uel natura insitã, uel arte studioq; cõparatã: animæ inquã, tum eius quæ rationis

Expers est, cuius σχήματα Mores sunt, ἤθη ab Arist. dicti, qui usu & assuetudine comparantur: τρόποι ab Isocrate: tum

Interni: ut est Lætitia, Confidentia, Formido, Beneuolentia, Truculentia, Blanditia, & similes.

Externi, ueluti notæ & indicia internorum. Nam quia corporis ministerio animus utitur, propterea animi mores & affectiones in corpore, præsertim in facie, tanquam in speculo relucent. Vt est Erubescentia, Pallor, Taciturnitas, Clamor, Stupor, Grauitas incessus & orationis.

Particeps est, cuius σχήματα sunt tum

Philosophica διανοητικὴ, ut ita dicã, inueniẽdi, iudicãdi, docendi, defendendi, exercendi facultas tum

Theoricã ueritatẽ rerum

Naturalium.
Mathematicarum.
Diuinarum.

Practicam uirtutem

Politicam.
Oeconomicam.

Organica ὀργανικὴ, per uiuam uocem aut scriptionẽ animi cõceptus interpretandi. Facultas alia

Simplex, uel

Grammatica.
Logica.

Cõposita cum ornatu,

Rhetorica.
Poetica.

CONsiderãtur hîc duo, uidelicet

Significatio. De εὐσχημοσύνη agit hoc com. Hippocrates, de Ornatu decente (Iul. Cæsar Scaliger Moderationẽ interpretatur) hoc est, de Elegãtia, siue de Persona decora (quã extrinsecus sibi Medicus superinduit, uti solent in scenis histriones, & propterea infrà n. 202. uerbo περιστέλλεσθαι, superuestiri, utitur) atq; adeò de proba morũ cõformatione: in genere primùm de ea, quæ in quãuis cadit artificẽ: mox in specie de ea, quæ medico conuenit, ut sit εὐσχήμων, decorus, elegans, ornatus (Proinde inter com. Prolegomenõ quinũ locũ liber iste tenebit.) Quemadmodũ enim formosæ mulier, si natiuæ formæ artis insuper cultũ adhibeat, uenustior redditur: ita quoq; Medicus si artis suæ, quã theorematis ueris apprehẽdit, usu & exercitatione confirmauit, morum insuper honestatem & exotericam philosophiæ facultatiũq; logicarũ cognitionem superaddat, εὐσχημονέστερος erit, b.e. elegantior & ornatior, quodq; n. 4. inquit, χαριέστερος, gratiosior & acceptior, et n. 24. εὐδοξότερος, celebrior, & in maiori apud omnes existimatione, & secundùm Platonem 1. & 9. de Legib. ἐλευθέριος, liberalis (à seruili medicina, quæ tyrannidẽ in ægros, empiricè imperando, nõ philosophicè persuadendo, exercet, longè alienus) τῷ τοῦ φιλοσόφου ἐγγὺς (philosopho simillimus) & ex 3. de Repub. λαμπρὸς ἀσκληπιάδης, scitus & elegans Asclepiada. Hic est Dogmaticus uerus, à Galeno tantoperè laudatus, utrique cruri, Rationi scilicet & Experientiæ, Elegantiam extrinsecus petitam superaddens. Hæc est ueri medici Idea, ad quam quo quis accedit propius, eo melior iudicari debet. Com. de Medico n. 3. προσασίλων ἰητρῶν, Auctoritatem, Dignitatem & Excellentiam medici uidetur appellasse. At in παραγγελίαις n. 120. σύμβουλον. Hodie certè Excellentiæ titulus Medicis Doctoribus tribuitur: olim uerò χαρίεντες ἰατροὶ dicebãtur, ab ea gratia, quam apud homines ob eruditionẽ & uirtutẽ (quib. artis peritiã et industriã ueluti cõdiebãt) promerebantur: & Arist. ipse paßim χαρίεντας medicos uocat, qui præter artis suæ peritiã literaturã insuper reliqua & uirtute nõ mediocriter sint tincti: & ut unũ inseruiat omnib. illic elegantẽ Medicũ incipere, ubi Philosophus naturalis desijt, profitetur. Quod ipsum symbolicè ueteres exprimere uoluere. Apollo Medicus (uti Augur Theologorũ, ita Νόμου iurecõsultorũ) Musarũ nouẽ Parnaßi & Heliconis solitudinẽ incolẽtium ductor in mediã hominum uitam, manu dextra tetnas gestat Gratias, Aglaiam cum maiestate uenerandam, Thaliam cum humanitate amabilem, Euphrosynẽ cũ decore prudentẽ: quo ternario uniuersam εὐσχημοσύνην Medicam uidentur antiqui expreßisse. Respectu personarũ, quib. cũ uersatur, esto Grauis & Humanus: respectu Modi conuersandi, & Probitatem morũ & Eruditionẽ omnẽ, quæ extra artẽ est, sibi circũponere studeat. Hasce Gratias dextra prætentãs sese hominib. insinuat: ut Pythonem serpentem, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι dictũ, à putrescẽdo, hoc est, ut morbos, quorũ maior pars ex putredine ortũ habet, arcu et sagittis, quas sinistra gestat, cõficiat.

Commentarius ipse. Vide signum A.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 107 sur 736

©BIUM

A. De σὺχημοσύνῃ, de Elegantia & Ornatu Hippocrates disputationem

- Persequit, uniuersim primò, mox in specie. Quemadmodum enim libro de Arte, in genere primùm, Artem omnē ueram esse, deinde in specie Medicinam artem esse ueram ostendit: ità hic primò communem ornatum omnium artium, mox peculiarem ornatum medicum declarat. Agit igitur in
  - Genere de Elegantia & ornatu omnium artium & artificum, ut hinc melius species ipsa, Ornatus uidelicet medicus, intelligatur. Omnis ars, cuius finis non in ueritatis tantùm cognitione, sed in eiusdem exercitatione consistit, præter uniuersalium præceptorum theoriam, & particularium Exemplorum praxin, quæ duo Artis propria sunt munia, extrinsecus quoq; petitam σὺχημοσύνην requirit. Ostendit proinde Hip. σὺχημοσύνης huius
    - Naturam, partim respectu
      - Finis, quoniam utilis est ad artium exercitationem, non quidem per se, sed propter artificem quem commendat. Duæ sunt animi partes. In utraq; præter propriam artis speciem, adscititia & peregrina species reperitur: illa artificē bonum esse et uideri facit, hæc gratiosum insuper efficit. Vide signum B.
      - Formæ, à qua σὺχήμονες & ἀχήμονες denominantur artifices. Vide signum C.
    - Acquisitionem, quomodo cōparetur. Vide signum F.
  - Specie, de Elegantia artis medicæ. Vide signum H.
- Concludit. Cùm ex his, quæ dicta sunt, cōstet, ad Existimationē & Ornatum tum Philosophicum tum Medicum, multa uariaq; requiri: N. 200. uela tandem contrahentes, dicimus, σὺχημοσύνης
  - Materiā ex media philosophia peti, tā theorica, quàm practica. N. 201. Sic enim suprà quoque n. 5. inutiles disputationes philosophiæ, artium exercitationi adiungendas præcepit.
  - Formam in eo consistere, ut Medicus hac ueluti superuestiatur: N. 202. (Εὐχημοσύνην enim hic, intelligit per uocem ἑτέρην. Cuius ueluti germana soror est altera illa, σὺδοξίη) eaq; utatur tum quo ad
    - Seipsum, ut decorū personæ suæ custodiat, medico philosopho dignum. διατηρέοντα φυλάσσειν, pro φυλάττοντα διατηρέειν. N. 203.
    - Alios, quibuscum medicæ praxeos causa uersatur, operam illis suam decorè & officiosè locando, ornatumq; illis suum fructuosè communicando. παραδιδόντα ποιέεσθαι, pro ποιήμενον παραδιδόσθαι. N. 204.
  - Finē
    - Primarium esse σὺδοξίην, quæ ueluti umbra corpus lucēte sole, σὺχημοσύνην comitari solet. Vti econtrà medicorum malorū primarius finis est lucrum, gloriæ nullam rationem habentium, neque ignominiam metuentium, ex qua ortum suum duxere. quod in Νόμῳ n. 4. asseruit. Nam qui hoc ornatu erunt instructi, gloriosi erunt & gratiosi tum
      - Politicè, in exercenda arte apud quosuis homines, etiam peregrinos. N. 205.
      - Oeconomicè, etiam extra artis exercitationem, parentibus suis atq; liberis, acceptam à maioribus gloriā ad posteros suos propagando. N. 206. An tacitè gentis Asclepiadeæ nobilitatē insinuat? quā com. de Lege, n. 44. sacram appellare minimè dubitat. Plato 1. & 9. de Legib. Medicos sui temporis facit duplices, Seruos & Liberos: & illos quidem experientia tātùm niti, & quæstus causa absq; ratione mederi: hos uerò ratione simul & philosophia instrui, nec maiore lucri quàm gloriæ studio teneri, suisq; per ordinem liberis artem liberalem communicare.
    - Secundarium esse σύνεσιν. Vt enim ab eruditione nō usq; adeò sint instructi, attamen ornatus iste externus auctoritatem illis comparabit, cuius commendatione à multis in precio habebuntur, & methodi defectum ipsa Experiētia supplebunt. Tale quid N. 207. dicere uidetur.

B. Erit

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 108 sur 736

©BIUM

B. Erit igitur altera σὺσχημοσύνη quo ad

- Cognitionem Veritatis, ex philosophia & philosophiæ organis petita. Quam σὺσχημοσύνην fortè Theoricam appellare possumus. Veritas alia sub Rationem, alia sub Sensum cadit. Et hæc quidem illius ueluti obstetrix: illa huius ueluti ductrix. Illius habitus est Sapientia, et in Veri contẽplatione acquiescit. Huius uerò habitus Ars est, & in Boni exercitatione & acquisitione occupatur. Mutuas sibi interea operas præstant, ut neq; Sapientia sine Artis usu celebrari, neq; Ars sine Sapientiæ cognitione excellere queat. Proinde etiam apud poetas Vulcani ministerio Pallas sapientiæ dea è Iouis cerebro prosilit. Vtriusque coniunctio uerum bonumq; facit artificem, cùm alium, tum præsertim medicum. Εὐσχημοσύνην igitur Hippoc.
  - Sumit ex aliorum auctoritate, procœmij loco enunciatum hoc supponens: Qui sapientiam ad multa utilem esse dicunt, rectè sentiunt. N. 1. Quasi dicat, Rectè illi, qui non in sola contemplatione positam arbitrantur sapientiam, sed ad usum uitæ quotidianæ illam reuocant.
  - Declarat ex sua sententia. Enunciati ergò superioris ueritatẽ declaratione partium eius ostẽdit: nimirum
    - Subiectum distinguendo. Σοφίαν intelligimus non otiosam, sed negociosam, quæ scilicet ad artem certam, uitæ quotidianæ inseruientem, accommodatur. Hoc est, quod ait, τὴν ἐν τῷ βίῳ. N. 2. Explanat. Σοφία enim, hoc est, uel Rerum omnigenæ philosophiæ subiectarũ, uel Instrumentorum philosophiæ, Orationis nimirum atque Rationis, cognitio uniuersalis
      - Per se quidem inutilis est, quando ad nullũ refertur usum uitæ quotidianæ. N. 4. Et sic ociosa & superflua uidetur esse, & nugacitas quædã sophistica potius, quàm sapiẽtia. N. 3.
      - Per accidens utilis euadit, si ad uitæ quotidianæ usum referatur. ληφθείη δ' ἂν τουτέων μέρεα ἐς ἐκεῖνα. N. 5. Sapientia per se inutilis, si artibus accõmodetur uitæ quotidianæ inseruientib. utilis euadit. Sic ferè etiam Socrates apud Xenophontẽ eò usq; Geometriæ incumbendum putabat, dum quis posset suos à uicini agris distinguere. Idem de cæteris.
    - Prædicatũ uerè subiecto inesse cõfirmãdo. Ergo utilitatis
      - Causam
        - Proponit. Quia non otiosa est σοφία artibus accõmodata, idcirco neq; inutilis est. N. 6.
        - Declarat. Sapientia enim
          - Otiosa & sponte sua improbitatem quærere uidetur, & ad eandem uel inuita pertrahi. N. 7. Est enim otiũ uitiorũ mater, cùm uirtutis energiæ, ad quam homo creatus est, plane sit cõtrarium.
          - Negociosa, ad certum usum uitæ properans, eas etiam, quæ per se inutiles esse uidẽtur, disputationes, ornatus causa artib. circũponit. N. 8.
      - Modum
        - Proponit. Sapientia uniuersalis arti particulari adhibita utilis euadit, non quo ad ipsam artem, quòd necessaria sit ad eius constitutionem, sed quo ad artificem, quoniã per hanc gratiosus redditur apud homines. Hoc sibi uidetur uelle: χαριεστέρη καὶ πρὸς ἕτερον (apud alios uel, si usum intelligas, aliorum utilitatis causa) ἐς τέχνην πεποιημένη (sub Artis habitu in mediam hominum uitam introducta.) N. 9.
        - Declarat. Gratiosior redditur, ex Artis habitu assumto, non quouis, sed elegante & honorato. Nu. 10. Nam quæcunq; ars σὺσχημοσύνην
          - Habet, hoc est, gratiosa est & accepta, liberalis, ingenua, non sordida, non lucri cupida: illa insuper habet methodum τεχνικὴν, id est, Vniuersalem rationem à σοφίᾳ petitam, & certo usui accommodatam: propter quam tamẽ non gratiosa, sed erudita tantùm appellari meretur. N. 11. Μέθοδος τεχνικὴ, uniuersalis ars, ad actionẽ omnia referẽs. Vti n. 58. μέθοδος ἄτεχνος, uniuersalis ars, ad actionem nihil faciens.
          - Non habet, hoc est, non est gratiosa, illa ut nõ minus habeat methodũ quã prior illa, attamẽ ornatu caret et gratia, & propterea uitæ humanæ minus accõmodatur. Sic uidem⁹ multos doctos uiros doctrinæ suæ nullũ fructũ ferre, quia hac σὺσχημοσύνῃ destituuntur.
  - Possessionem Virtutis. Vide

Virtus

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 109 sur 736

Virtus non uerbis & præceptis, ſed exẽplis & actionib. declaratur et eluceſcit. Proinde εὐχημοσύνη Practica (ſic enim ſi placet nũcupetur) non in eo, ut de uirtute diſputetur, ſed ut ſecundũ uirtutẽ uiuatur, poſita erit. Vſus huius eſt nõ quo ad artẽ, ſed quo ad artificẽ, quẽ cõmendat, atque promouet. Oſtendit ex cõtrario. Artifex. n. ut maximè peritus ſit artis, & inſuper etiã Elegãtia theorica inſtructus: niſi tamẽ eruditionẽ atq; peritiã uitæ innocẽtia ueluti ſacroſanctã reddat, nõ modò negligitur, uerũ etiã proſcribitur, ut iuuentutis corruptor & deceptor. N. 12. Declarat. Nã ſi q̃ artifices periti fuerint et docti, uerũ im, pbi, illos diſcipuli

- Iuuenes, rerum imperiti, ſirene eorum decepti, libenter audiunt, familiariter cum ijs uerſantur, ab ijs quinetiam, ſpe fidelioris inſtitutionis, ſeſe corrumpi patiuntur. N. 13. Tale quid uidetur hoc loco tectis uerbis, pro ſua modeſtia, ſignificare.
- Viri facti propter flagitioſam uitam abominantur & deteſtãtur, non tam ſapientiæ, quam ab illis hauſere, fructu gaudentes, quã pudicitiæ iacturã lugentes, ſic ut præ pudore anteactæ uitæ cõſpectis ſophiſtis, ſuis olim præceptorib. ſudorẽ emittãt. N. 14.
- Senes, poſteaquam ad Remp. acceſſerint, decreto facto è ciuitatibus uti peſtes & corruptelas iuuentutis exterminant. N. 15. In Νόμῳ n. 4. malis medicis ſolam ἀλοξίλου pœnæ loco irrogari conqueritur. Sic Anytus in Platonis Menone.

C. Εὐχημοσύνην declaraturus, dignã uero artifice, philoſophiæ ſtudijs pulcrè inſtructo, contrariam ἀχημοσύνῃ, ſophiſtis peculiarem, priore loco enarrat. Tranſitus redditur obſcurior, propterea q̃, ſi phraſin ſpectes, connectitur hæc pars cũ præcedente. Ergo

Ἀχημοσύνη ſophiſtica, partim in exceſſu partim in defectu elegãtiæ philoſophicæ ſpectatur, tam theoricæ, quàm practicæ. Sophiſtæ igitur à philoſophis internoſci poſſũt partim quo ad

Mores quos habent tum in

- Locis publicis docendo, & acroaſes faciendo. ἀγοραῖοι ἐργαζόμενοι. N. 16. In Παραγγελίαις certè n. 109. ἀνρόασιν ποιήσασθαι uero medico indignum eſſe dicit. Sunt ergo ſophiſtæ medici quo ad doctrinæ
  - Modum, βαύαυσοι, quoniam apparatu uerborum ſplẽdido utuntur, rhetoricis fucis penitus delibuti, cùm parum ſolidæ ſubſit eruditionis.
  - Subiectum, ἀπατέοντες: uel quia mendacia pro ueritate obtrudũt, uel quia ueritatem quidem docent, at non eius propagandæ cauſa, ſed lucri, gloriæ aut uoluptatis ergò. Decipiunti/gitur diſcipulos tum magnificis promiſsis lactando, quibus ſatisfacere nequeunt: tum exemplo ſuo mores illorum corrumpendo.
- Ciuitatibus, ultrò citroq;, ſtipante diſcipulorum caterua, deambulando, & per urbes etiam circumuagando, ut plures alliciant auditores. N. 17. Plato in Sophiſta uenatorem ait eſſe ſophiſtam ſtultorum & opulentorum adoleſcentum.

Veſtitum cultumq; corporis reliquum: cùm authoritatem, quam innocẽtia & eruditione nequeunt, ſplẽdore ueſtium & anulorum, comitatu item ſeruorum & diſcipulorum ſibi comparare nitantur. N. 18. Ariſtophanes certè propterea uoce dithyrambica medicos σφραγιδονυχαργυροπώτας per ludibrium uocauit.

Εὐχημοσύνη philoſophica eſt, philoſophis conueniens. Philoſophi ueri ἐν διαλεκτικῇ ἐπιστημονικῇ, ὀξὺ πδευτικὸν habẽt. N. 19. tum in

Veſtitu elegantes, ſed tamen ſimplices & frugales. N. 20. Explicat. Veſtitus enim philoſophicus

Eſt

- Non eſt ſuperfluus, non ſumptuoſus. N. 21.
- Honeſtus, & elegãs, πρὸς σύνεσιν. N. 22. hoc eſt conueniens uiro
  - Docto, animi potius ſapientiæ, quàm corporis cultui dedito. τὸ σύνεσιν itaque ad intelligentiam theoricam hoc loco refert. N. 23.
  - Bono & prudenti, affectuum impotentiam rationis fræno cohibenti. Vnde genus omne uirtutis. Intelligentiam practicam hiſce uerbis exprimi puto, πρὸς τὸ σὺν νῷ πρὸς ἑαυτὸν διαιτᾶσθαι. N. 24. Ex ueſtitu certè animi mores iudicari cõſueuêre.
- Expeditus, peregrinationi accõmodatus, ſua ſimplicitate & frugalitate. Πρὸς τὴν πορείαν. N. 25. Infrà n. 132. πρὸς τὰς ἐπιδημίας habet.

Moribus honeſti, in quocunq; uitæ genere. Οἵτι ἑπάστῳ ἤθεσι πιθανοί, εὐήθεις ſcilicet. N. 26. Simili phraſi com. de Medico n. 15. uſus eſt, ἤθεσιν ἀπὸ πρόσω σώφροσι σύνεσιν eſſe iubens. Vide ſignum D.

D. In

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 110 sur 736

©BIUM

D.

In bonis artificibus ornamenta requiruntur uaria. Quæ ut sine ordine recensentur, ita in ordinem redigi posse uidentur: q. quædam à uirtutib. petantur

Theoricis, nimirũ quo ad

Res ipsas, Philosophiæ omnis cognitio non uulgaris: ἐς ἀληθείαν πρὸς τὸ ὑποδεχθὲν ἀποτελματιζόμενοι, ueritatis causa ab ignorantiæ cœno repurgati, secundùm ea quæ ratione & sensu demonstrantur. N. 46. Paucis uerbis philosophiæ in uniuersum & finem, qui Veritas est: & formam, Demonstrationem scilicet λογικὴν & ἀποδεικτικὴν: & effectum, Scientiæ nimirũ possessionem & Ignorantiæ fugam, expressisse uidetur. Ἀποτελματίζειν est, τελμάδια, siue sordes & inquinamenta depurgare: cùm τέλμα locus sit palustris & cœnosus.

Organa, quib. res inueniuntur & explicantur, ut sint πρὸς λόγους ἀνυσοί, Potentes in orationibus tum loquendo tum ratiocinãdo. N. 41. Instructi sint ergo præsidijs logicis tum

Simplicibus quo ad

Orationem, Grammatica. Εὐστόμως χρώμενοι. N. 43. Purè loquantur, non plebeio more, non barbaro. Etsi enim oratio nihil ad morbi profligationem faciat: facit tamen ad ægri persuasionem & confidentiam. Si coquus cibos sapidos præparare norit, officio suo rectè fungitur. In eodem tamẽ quis æquo animo sorditiem & immunditiem ferat?

Rationem siue Methodum, Logica. πᾶν τὸ ὑποδεχθὲν ἐκφέροντες. N. 42. Quæcunque proferunt, cum ratione proferant. Vt enim bonus pictor secundùm artem omnia facit, etsi opera sua ab idiotis tantùm & picturæ ignaris spectanda sciat, non illorum, sed artis suæ minister: ita quoque medicus omnia secundùm methodum administrat, tanquam omnium artis operum rationem ipsi naturæ eiusq; principi Deo redditurus.

Mixtis, quæ scilicet & Orationis & Rationis simul curam habent. χάριτι διατιθέμενοι. N. 44. χάριτας ista artifices reddit χαρίεντας, propter ornatum orationis & rationis numerosum, partim

Sine metro. Hanc χάριν Rhetorica suppeditat. Qua Gorgias apud Platonem, dialogo de Rhetorica, ita triumphat, ut fratri suo medico seſe anteponere non uereatur. Idem certè Plato primo de Legibus medici ingenui munus esse testatur, docere ægrotantem, & non prius imperare, quid sit faciendum, quàm docendo persuaserit id fieri expedire. Et ut quàm maximè Empirici iccircò reprehendant Dogmaticos (uti 9. de Legibus) cùm non docere, sed sanare ægrum oporteat: at non docent, ut doctum per se reddant, sed propter aliud, ut edoctus promtius pareat. Memorabilis est uox Aristotelis ad Medicum, medico more imperantem, quæ facienda essent: Parebo, inquit, lubẽs, sed more philosophico: si non tantùm ut credam, uerumetiam ut uera hæc esse sciam demõstrando effeceris.

Cum metro. Hanccè χάριν Poetica submiſtrat. In παραγγελίαις n. 111. poetica acroasi medico interdicit. Sed aliud est poeticè de medicina loqui, aliud medicinam charactere poetico tradere, uti Nicander, Philo, Andromachus fecêre.

Practicis, tum abijs, quæ spectantur in parte animæ rationis

Cõpote. Sic unica uirtus est διανοητικὴ, Prudẽtia. Cuius usus potißimum occasione dicendi agẽdique consistit tum

Præsente cognoscenda & apprehendenda. πρὸς παιρὸν σύνθετοι καὶ λημματικοί. N. 37.

Absente expectanda patienter atque uigilanter. ὑπομονητικοὶ πρὸς καιρὸν, πρὸς ὑπομονὴν. N. 40. An ὑπομονητικοὶ omisso, πρὸς καιρὸν, πρ. ὑπ. cũ ἀνυσοί cõstruenda? An πρὸς ὑπομονὴν σύνεσιν subintelligendã? Expectãt oportunitatẽ: nec importuni sunt expectãdo.

Experte, sic uariè sunt uirtutes ἀθρόως, & considerantur uel respectu

Habentis, qui uirtutis habitu perficitur. Vide signum E.

Aliorũ, quibuscum æqualiter uel inæqualiter uiuunt. Iustitia, æqualitatis huius moderatrix, nõ reipsa, sed respectu tantùm differt à uirtutibus ethicis supradictis. Eapropter Iustitiæ hìc non meminit, sed ex prædictis subintelligi uult. Com. de Medico, n. 20. δίκαιον πρὸς πάσαν ὁμιλίαν medicũ esse præcipit: & in Iureiurando idipsum sacrosanctè pollicetur.

E. Mode-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 111 sur 736

©BIUM

E. Moderatur uirtus animi affectus brutos tum quo ad Voluptatem aut dolorem prouenientem ex obiectis quæ

Confidentiam & Diffidentiam. Fortitudo. Hac præditos ex ſpecie appellat καρτερικὸς. N. 36. Qui tum aliàs, tum præſertim ueritatis propugnandæ cauſa contra ſophiſtas alacritatem ſuam oſtendunt.

Circumſtant hominem. Vtputa ex

Inſunt hominis corpori, ex Voluptate ſcilicet alimentari et uenerea. Temperantia. Πρὸς τὰς τροφὰς σώφρονες, Quo ad alimenta frugales. N. 38. Veneream continentiam pudoris cauſa reticet.

Diuitijs, Liberalitas. Αὐτάρκεες, Paucis contenti, non auari in petendo, exigendóue. N. 39.

Honoribus. Magnanimitas. Honoris per ſe contemptor eſt artifex: at propter uirtutem, cuius comes eſt gloria, pro ipſo honore etiam decertare paratus eſt. δόξῃ τῇ ἐν τετέων (nimirum ex rectè dictis atq; factis) διαφερόμενοι. N. 45. Auita certè & propria etiã gloria nituntur Aſclepiadæ: uti ecõtra fucati medici δι' ἀδοξίην σύγκειντ', ignobiles & genere & uirtute. Sicut in Νόμῳ n. 4.

Conuerſatione quotidiana: quam

Tollit, uel ſaltem felle & uenenò tingit, Ira, Diſſenſio, Lis, Inimicitia. Virtus eſt πραότης, Ira moderatio, pari ſeueritate & clementia inſtructa. Sint igitur medici, erga eos qui deliquerunt, & quorum uel dicta uel facta aliter quàm oportebat ceciderunt, ſeueri rigidiq;. χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπαθείας. N. 31.

Conciliat, ſouet, conſeruat partim reſpectu

Rerũ, Veritas, Candor, Integritas, omni ſimulatione & diſſimulatione reiecta. Virtus eſt φιλαλήθεια, tũ in reb.

Propriis. ἀληθεύοντες, qui nec dictis nec factis ſua ultrà quàm decet extollunt, prædicant. N. 27.

Alienis. ἀπερίεργοι, qui non curioſi ſunt, non πολυπράγμονες, in obſeruandis cenſendiſue aliorum dictis aut factis. N. 28.

Perſonarum Iucũditas, in ſeria ſimul & ludicra conuerſatione. Hanc moderatur εὐτραπελία, Vrbanitas, illam Popularitas. Reſpectu igitur

Perſonarum quibus cum cõuerſatur, in

Genere quidem, εὔκρητοι πρὸς ἅπαντας, humani, populares, affabiles. N. 33. Com. de Medico. n. 12. πᾶσιν ἡμῖν σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον eſſe iubet.

Specie, erga eos, qui ſibi ſunt

Diſſimiles, utputa erga plebeios, et quoſuis alios exoteros homines, minimè facilem ſe præbet in conuerſando, ſed grauitatem ſuam retinet, ne familiaritas nimia contemtum pariat. Hoc uidetur uelle, quando inquit, ἀπειροὶ πρὸς τὰς συναυτήσιας, ſcilicet τῶν ἀνομοίων. N. 29. Ἀπειρότης iſta σεμνότης eſſe uidetur. Vt quando infrà mediocrem iubet μὴ πολλὰ λεσχηνεύειν τοῖσιν ἀλιώτησιν. At com. de Medico n. 15. χρῆμασι ἀπὸ προσώπου συόντων, μὴ ἀπειρῶς, eſſe oportere ait: uultu compoſito ad humanitatem, neutiquam tetrico. ἀνθάδης μὲν μηδένα εἶναι, καὶ μισάνθρωπος. ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνιέμενος καὶ λίαν ἱλαρὸς, φορτικὸς ὑπολαμβάνεται.

Similes, præbet ſeſe facilem in contrahenda ſimul & conſeruanda amicitia. πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔτροχοι καὶ ὁμιλητικοί. N. 32.

Modi conuerſandi, ſic in ueritate

Docenda, expeditos & faciles eſſe oportet, & interrogantibus alijs appoſitè reſpondere: εὐθέτως πρὸς ἀποκρίσιας. N. 30.

Defendẽda dũ aduerſa rijs

Auſcultant, patiẽtes ſint & modeſti: πρὸς τὰς ἀκροάσιας σιγητικοί. N. 34.

Reſpondent, prudentes ſint & cogitabundi. πρὸς τὰς ἀποκρίσιας σύνθετα μηματικοί. N. 35.

F. Tria

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 112 sur 736

©BIUM

F.

Tria sunt omnium artium, scientiarum, habituum comparandorum conseruandorũq; præsidia. Ex his ipsis duo aliunde nobis adueniunt, alterum diuina sorte ingenitum, φύσις, Natura: alterũ humana comparatum institutione & doctrina Σοφίη, Ars uidelicet. Tertium propriũ est & domesticum, τὸ Χρέος, siue ut in παραγγελίαις n.3. et 31. τρίβη, & n. 132. χειροτριβίη, Vsus scilicet & Exercitatio. Hoc constituto, σύσχημοσύνην prædictam totidem modis acquiri supponit: atque adeò trium istorũ uires cõparatione mutua tum

Proponit. Natura inter hæc tria principatum obtinet. N. 47. Hac enim instructi artifices, σύσχημοσύνην supradictam facili negocio assequentur. N. 48. Suppeditat autem hæc homini tum quo ad

Animum, ingenij acumen in inueniendo, iudicando, docendo, discendoq;: quod in Lege Hipp. habet n. 17.

Corpus, Sanitatem, pulcritudinem, robur, ceu satellites & apparitores σύσχημοσύνης. Quorum paucis meminit com. de Medico n. 2. Hoc loco non attingit, quoniam naturæ, non artis, propria sunt.

Declarat. Natura igitur tũ

Exercitationis circa singularia dux est et magistra. τὸ χρέ & enim

Per se doceri nequit, in philosophia & arte, siue seorsim & singillatim considerentur, siue coniunctim, ut mutuas scilicet sibi inuicem tradunt operas, & philosophia quidem artem reddit elegantem, ars uerò fructuosam philosophiã. Hoc uidetur sibi uelle inquiens, ἔν τε σοφίη καὶ ἐν τέχνῃ προσθεμένῃ. N. 49. Doceri autem nequit, propter infinitatem singularium, quorum singula peculiarem habent rationem, ab alijs diuersam.

Per accidens doceri potest, quatenus experiundo, naturæ exempla obseruans eodem modo sese habentia innumera, unam eandemq; rationem circa singularia uersandi deprehendit, quatenus cõmuni natura participant: quæ communis naturæ obseruatio, principium Artis euadit, κατὰ τὸ ὅτι scilicet: uti alterũ principiũ est κατὰ τὸ διότι. Hoc est quod ait, διδαχθῆ εἰς τὸ ἀρχὴν λαβεῖν. N. 50. Sic etiã in Præceptionibus n. 7. ἐκ περιπτώσιος τὴν ἀρχὴν λογισμὸν sumere ait: et n. 11. φύσιν, inquit, διδαχθῆναι: in Lege n. 23. Exercitationis beneficio Artem & ἐμφυσιωθῆναι, & καρπὸς ἐξενέγκειν testatur.

Artis circa uniuersalia occupatæ fundamentum est atq; basis: uti econtrà Ars Naturæ perfectio & complementum. Ex singularibus enim multis naturæ operibus extra intellectum hominis eodem modo se habere per Exercitationem deprehensis, Vniuersale colligitur ab hominis intellectu, quod Artis principium euadit. N. 51. ἡ φύσις κατερρύη (an κατέρρυται, demittitur, defluit, à καταρρύω, cui paronomasticôs respondeat id quod sequitur κέχυται. an κατερύεται, deducitur, uel καταρρίζοῦται, confirmatur à Sapientia) καὶ κέχυται τῇ σοφίῃ (miscetur ipsi Sapientiæ, eiusq; placita & axiomata assumit) ἐς τὸ εἰδ. τὰ ἀπ' αὐ. τ. φ. π. (non nugacitatis causa, sed ut ipsius naturæ opera singularia ex uniuersalibus scientiæ præceptis rectius cognoscantur.) Ostendit exemplo hominum, qui cùm duo habeant κριτήρια, Rationẽ uniuersalium, & Sensum singularium indagatorem, Arti uniuersali Experientiam Naturæ singularis, & uicißim Experientiæ singulari Artem uniuersalem uel

Non cõiungunt, seseq; ineptos & inutiles præbent, ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι: nimirum tum artifices qui experientia destituũtur, tum empirici, qui arte carent. N. 52. τὰ πράγματα uocat res ipsas, quæ sub sensum cadunt: uti etiã in Præceptionibus. n. 11. Vide signum G.

Coniungũt. Et hæc coniunctio utilis est tum

Per se, ad artis eius, in qua uersantur, perfectionem & absolutionem. Artem horum & peritiam expeditã reddit tempus ipsum. Nam quo diutius in singularibus exercentur, eò certius methodi uniuersalis ueritatem cognoscunt. N. 64. Obseruanda uox σύνοδίη. Cui opponitur ἀνοδίη, de qua in Præceptionibus, n. 15.

Per accidens etiam alijs artificibus, ut huius exemplo discant & ipsi rationi experientiam coniungere. N. 65. Vt enim Plato 12. de Legibus, Mens cum pulcerrimis sensibus coniuncta, & in unum redacta, salus singulorum & est & appellari debet.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 113 sur 736

©BIUM

G. Resolutione deducit artificũ experientia carentium ineptiam, in hũc modum:

- Quicunque artifex solis præceptis instructus est, illi experientia singularium naturæ operum ignota erit. N. 53.
- Cui experientia naturæ ignota est, ille uia non naturali artem didicit. N. 54.
- Qui uia non naturali artem didicit, ueritate exuitur.
- Porrò ueritate exutus, improbitatem & ignominiam omnẽ induit. N. 55. Quòd autem ueritatis neglectus causa sit
  - Ignominiæ, ostendit à contrario. Veritas enim (quando uniuersalis ars cum singulari experientia consentit, & ratio sensui adstipulatur) laudem parit & gloriam. N. 56. Ad artem enim concurrunt duo, ποίησις singularium exemplorum, & ῥῆσις uniuersalium præceptorum. Ergo τὸ τεχνικῶς
    - Ποιηθὲν, ab uniuersali ratione Artis, imitatione Naturæ parentis, profluxit, ita ut ῥῆσιν quoq; necessariò subesse oporteat τεχνικήν. N. 57.
    - Ρηθὲν, uniuersale præceptum, μὴ ποιηθὲν δὲ, quod ipso usu demonstrari in singularibus nequit, methodum ἄτεχνον subesse indicat, hoc est, artem futilẽ & mendacem & nugacem. N. 58. Causam subiungit. In artibus enim nõ opinari tantùm, & uniuersalium cognitionem habere oportet: sed multo magis agere, & in singularibus exerceri. Opinio sine actione & præceptorum ueritatem reddit suspectã, & uerò etiã inutilis euadit. N. 59.
  - Improbitatis, ostendit tum in
    - Genere. Opinatio sola, nulla nitens experientia, cùm alijs in artibus, tũ præsertim in arte medica, & artifici ea utenti (καὶ ἀχρημένῳ) criminosa, & eius opera indigenti (καὶ χρεομένῳ. At in Νόμῳ n. 2. χρεόμενον facit medicum, qui artem exercet) perniciosa est. Itaq; absolutè mala & inutilis censeri debet. N. 60. Infrà n. 131. duobus uerbis effert, ἀμηχανίη, inquiẽs, & βλάβη ἐστὶν: illa quo ad artificem, hæc quo ad ægrũ. Idem in Præceptionibus n. 14. & seq.
    - Specie. Opinatio enim damnosa est & inutilis tũ quo ad artis
      - Exercitationem singularẽ. Similitudine ostẽdit. N. 61.
        - Quemadmodum aurum probum ab adulterino opera ignis secernitur.
        - Ita ars uera à sophistica per exercitationẽ dignoscitur. Sophistæ n. seipsos οὐ λόγοις πείσαντες, opinando potius, q̃ experiẽdo ueritatem consequi student. In Præceptionib. n. 3 uocat λογισμὸν πιθανὸν, & n. 13. πιθανὴν ἀνάπλασιν λόγου. Com. de Vet. med. n. 49. medicorum errores exemplo gubernatorum declarat.
      - Cognitionem uniuersalẽ. Cognitio enim uniuersalis à singulari pendet. At quia singulariũ nullã habet sensu duce experientiam, nec uniuersalia ratione rectè cognita habebit. ἀπαρηγόρητον εἰς σύνεσιν ὁμογενέσιν, Cognitio uniuersalis, experiẽtia carens, inutilis est ad intelligentiã cognatam, naturæ scilicet operũ singulariũ. N. 62. Probat. Inutilẽ cognitionẽ esse indicat ipse finis: quoniã scilicet ad opus accedẽs suo conatu frustratur. Synchysis in contextũ uidetur irrepsisse: ὡς δ' οὐθὺ ἡ γνῶσις, ἐδήλωσε τὸ πέρας. N. 63. Animaduertendũ aũt, duo hic considerari, tũ Res, quæ cognoscũtur, singulares & uniuersales (quarũ hæ Mentis humanæ sunt, illæ Naturæ: utriusq; auctor Deus, propterea συγγενεῖς dici possunt) tũ Cognoscendi modũ, Sensu quidẽ singulares, Ratione uerò uniuersales. Effectus harũ ῥῆσις, siue Methodus uniuersalis, quæ τέχνην cõstituit: illarũ ποίησις, quæ Experientiã parit. Sub finẽ certè huius com. σύνεσιν ἐν τῶν πραγμάτων comparari experiundo asserit.
- Ergò quicunq; artifex solis præceptis instructus est, experientia destitutus, loco ueritatis improbitatem, loco gloriæ ignominiam metet. Subintelligitur.

H. De

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 114 sur 736

©BIUM

H. De σὺχημοσύνη medica agit Hipp. tum respectu sui

- Ortus, quoniã mutuatur illã à philosophia. Id ipsum igitur
  - Proponit. Oportet medicinam philosophiæ, & econtrà philosophiam medicinæ accommodare, & alteram in alterius agros quasdam ueluti colonias ducere. N. 66. Ratio. Meditus enim philosophus Deo similis euadit, & philosophia personam propè diuinam medicinæ circumponit. N. 67. Com. de Vet. med. n. 74. diætæ inuentum propter sui præstantiam in Deos auctores relatum fuisse perhibet. Plato lib. 1. & 9. de Legibus duplicem medicinam facit: alteram Empiricam, quæ etiam in seruos cadit, ἄνευ λόγου: alteram Philosophicam, μετὰ λόγου, quæ liberis tantùm hominibus & ueris Asclepiadis conuenit: cuius artificem ἐγγὺς τοῦ φιλοσοφεῖν εἶναι dicit, philosopho affinem atq; similem.
  - Declarat. Affines sunt inter se philosophia & medicina: ꝓpterea σὺχημοσύνην quoq; eandẽ habere uidẽtur, uel certè non multum differentem. N. 68. Probationem tali uidetur cõprehendisse syllogismo:
    - Quæcunque artes philosophia participant, illæ uidentur philosophiæ quædã particulares esse, & per consequens personam & ornatum philosophicum induunt.
    - At medica ars philosophia participat: cũ quæcunque philosophiæ insunt, medicinæ uideantur inesse. N. 69. Enumeratione id ostendit. Medicinæ enim inseruit non modò physica & mathematica cognitio, Theoricæ philosophiæ propria, quæ Doctum præstat medicũ: sed etiam ethica exercitatio, quæ philosophiæ Practicæ conuenit, & Bonum efficit medicum: eaq; bonitas ad σὺχημοσύνην præsentem unicè confert. Requiritur ergo in Medico tum philosophica
      - Cognitio. Hoc uidetur uelle inquiens, εἴδησις περὶ τῶν πρὸς τὸν βίον χρηστῶν καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων. N. 80. Philosophiæ munus est, etiam secundùm Platonem, animum purgare tum ab
        - Ignorãtia. Hoc præstat Theorica philosophia, physica, mathematica, diuina.
        - Improbitate. Hoc præstat practica philosophia, ethica, politica, œconomica.
      - Actio, tum in
        - Turpitudine uitiorũ fugienda, partim respectu
          - Suijpsius. Fugit ergo in
            - Corporis uoluptatibus ἀκολασίαν. N. 84.
            - Diuitijs & honoribus tum
              - Præsentibus, ἀπληστίην. N. 86.
              - Absentib. ἐπιθυμίην. N. 87.
            - Conuersatiõe quotidiana, sophisticam
              - Garrulitatẽ, quã βαναυσίην uidetur appellare. N. 85.
              - Impudentiã, ἀναιδείην. N. 89.
          - Aliorum, Iniustitiam, quæ tum in alijs tum præsertim in Diuitiarum ablatione conspicitur. Fugit ergo ἀφαίρεσιν. N. 88.
        - Honestate uirtutis amplectenda. Vide signum I.
    - Ergò ars medica uidetur philosophia quædam particularis esse. N. 94. Conclusionẽ exemplo uno declarat. Medicina enim multa, quæ uulgò sunt ignota, uel etiam sapientibus dubia, cognitione singularium explicat & enucleat. Sic Physica multa Medicus certius & euidentius demonstrare potest, quàm ipsemet philosophus, propter singularem exercitationem circa corpus humanum. Proinde com. de Veteri medicina n. 129. inquit, Certitudinem rerum naturalium, non aliunde melius, quàm ex arte medica cognosci. Pari ratione etiam metaphysica dubia Medicus explanat. Exempli causa, dogma de Deorum prouidentia & cura circa res humanas, non minus obscurum & difficile, quàm controuersum, adducit Hippocrates, & in eo præ cæteris sincerè pieq; medicum philosophari ostendit, uerbis adeò obscuris, ut Delio natatore uideamur opus habere: periclitemur tamen. Vide signum K.
- Vsus in quotidiana artis exercitatione, secundùm quam & χειροτέχνης & χειρώναξ ἀγαθὸς alibi appellatur, sub signo L.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 115 sur 736

©BIUM

I. Conuenit igitur medico

- Prudentia tum in
  - Loquendo. Γνωμολογίη. N. 79. Vt sententias ueluti oracula uideatur proferre. Propterea cõmendat infrà n. 151. βραχυλογίαν.
  - Iudicando. Κρίσις N. 75. Iudicium acre tum in suis tum in alienis actionibus & passionibus dijudicandis.
- Fortitudo tum respectu
  - Quorumuis aliorum bonorum uel malorum, quibus confidere uel terreri possumus. ἀσυχίη, Quies & Tranquillitas animi. N. 76. Infrà n. 152. ἀταραξιοκοινοιν commendat.
  - Superstitionis. ἀδαιδαιμονίη. N. 82. Non timeat deorum iram, aut fortunæ instabilitatem, tanquam tyrannorum: certus de eo, quòd rectè & secundum artem agenti, Dij omnes & Fortuna ipsa amica est, uti com. de Arte n. 26. docuit. Sic com. de Sacro morbo superstitiosam medicinam damnat: & de Insomnijs similiter.
- Temperantia. λαθαρειότης. N. 78. Mundities, Puritas tum in uenereis & alimentis: tum etiam in corporis cultu & uestitu. Sic com. de Medico, n. 5. uocem λαθαίρειν ad uestitum & odores transfert.
- Liberalitas. Non inhiare pecuniæ tum in
  - Genere. ἀφιλαργυρίη. N. 70.
  - Specie, in opere medico. ἀπεμπόλησις. N. 81. Non pacisci cum ægro lucri causa. Verùm ægri salutis causa pacisci licet, ut in Præceptionibus n. 31. & seq.
- Magnanimitas in honoribus tum contemnendis tum honestè asserendis. Δόξα. N. 74. Talis est αὐθαιρεσίη, de qua n. 150. Auctoritas erga ægros.
- Seueritas in reprehendendis & obiurgandis aliorum moribus. Ἀπαύτησις, Obuiam itio. N. 77. Sic n. 155. αὐτιλήξις πρὸς τὰ ἀπαυτώμενα.
- Veritatis studium. De seipso sic uti decet sentiat. Ergo &
  - Excelso sit animo præditus, omnia humana infra se posita putet, excellentiâ diuina se uerum Asclepiadam ostendat. ὑπεροχὴ θεῖα. N. 83.
  - Humilis sit quo ad artis opera, ut nullius eum pudeat. λατυπολὴ, Demissio. N. 73. Sic n. 124. explicare uidetur λατυπολίη circa frictiones, illitiones, deligationes, & similia, quæ uidentur opera seruilia esse.
- Popularitas. Ad quam pertinet turpitudinis fuga tum in
  - Alijs. Ἐντροπὴ, Auersatio. N. 71.
  - Seipso. Ἐρυθέμησις, Erubescentia. N. 72.
- Iustitia tũ respectu
  - Personarum, quid & quantum tribuere oporteat in
    - Genere quibus suis hominibus, cum quibus conuersatur. N. 90.
    - Specie ijs, quibuscum intercedit necessitudo
      - Vrbana, utputa Amicis. N. 91. Φιλίαν hîc intelligo ethicã. Nã physicæ amicitiæ cognitio, eorum scilicet quæ corpori sunt amica uel inimica (quorum fortassè respectu Eurymachus medicus in Platonis Symposio Medicinàm definiuit esse ἐπιστήμην τῶν σώματος ἐρωτικῶν) non tam Elegantiæ medicæ, quàm ipsius Medicinæ pars est.
      - Domestica, v. g. Liberis. N. 93.
  - Rerum: quomodo affectum esse oporteat erga res alienas, utputa erga Opes. N. 93.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 116 sur 736

©BIUM

K. De Dijs igitur

Medici piè & religiosè sentiunt, planéque persuasũ habent, Deos esse, & rerũ humanarũ curã habere. N. 95. Cur ita sentiãt, argumenta habent duo: alterum petitũ à morborum

Cognitione. Medicus .n. Deorũ potentiã in multis morbis & symptomatis infligẽdis animaduertit. N. 96. Proinde Numen ipsum nec inane, nec otiosum esse reipsa deprehendit. Nã ut maxime per causas intermedias & ueluti instrumẽtales Dij morbos immittant, & propterea uideatur superfluũ, ad causas illas primas morborũ ortum & successum referre: attamen in naturæ operib. & accidentijs considerandis, Deũ naturæ principẽ & auctorẽ agnoscere, non modò non otiosum, sed & necessarium esse putat medicus. N. 98. Nõ .n. quia naturales sunt causæ morborũ, Deorum nullam esse potentiã: sed quia Deorum est in morbis potentia, iccirco naturales causas, per quas agunt, considerari debere, & uerè & piè iudicat. Id quod auctor com. de Sacro morbo pluribus confirmat.

Curatione. Medicus enim in curãdis morbis Deorum potentiam agnoscit. Hoc uidetur uelle quando ait, ἱητροὶ θεοῖσι παραπαιχωρήκασιν, Dijs locũ dant medici. N. 97. Morborum id diuisione ostendit. Sunt enim (quemadmodum com. de Arte docuit) alij morbi quos medicus curandos

Suscipit. Nu. 99. In his ergo artem suã cũ felici successu exercet, & se morbos superare nõ nisi Deorũ ope profitetur. Nu. 101. Declarat: A' dijs enim sibi suppeditari agnoscit tum agendi

Methodũ. τὶς γὰρ ὁδὸς ἐν σοφίη, ἤδη. hoc est, Methodum artis, rei ueritate stabilitam, non intellectus figmentum esse medicus arbitratur, sed Naturæ expressum simulacrum. Dij enim methodi exempla in singularibus Naturæ operibus ostenderunt, quorum diligenti obseruatione Intellectus humanus methodi utiuersalis præcepta constituit. N. 102. An οἶδε legendum? Vide quæ in hanc sententiam lib. 1. de Dieta n. 147. & seq. de φύσει & νόμῳ deorum atq; hominum ingeniosè dicuntur.

Instrumenta. καὶ γὰρ αὐτοῖσιν ἐπιόσιμα. N. 103. Nã ipsismet Dijs auxiliãtibus, & remediorum uires promouentibus, uel saltem non impedientibus, morbos curabiles medicus curandos suscipit. At medicus sophista felicem euentum suæ arti, non Dijs adscribit: infelicem uerò euentum Dijs, non sibi: ut in Παραγγελίαις n. 122. & 123.

Non suscipit, uel quia sunt ex sua natura incurabiles, uel quia curabiles sunt, at propter medici absentiam à sola natura curantur. Nam quod com. de Arte n. 32. & seq. asseruit, Multi sine medico sanati sunt, nulli tamen sine medicina. Vt enim medicum artificem non adhibuerint consultò, fortuitò tamen inciderunt in medicamenta salutaria. Vtrouis igitur modo explicari potest id quod ait, πολλὰ δ' ἂν καὶ προσπεσόντα αὐτοῖσιν ἀπώλεσεν ἑωυτόν. N. 100. In his aũt morbis, si curentur, fortunã deprehendere licet, h.e. Deorum benignã prouidentiam, qui fortuitò subministrarũt miseris ægris remedia. Si non curentur, Deorum itidem prouidentiam iustã, qui uel remedia, uel uires remediorum ægris denegarunt.

Quinis alij, tam plebeij homines (qui nil, nisi quod sensu deprehendunt esse putant) quàm philosophi (qui ea tantũ, quæ rationis suæ perspicacia assequuntur, credere uolũt) minus piè & religiosè sentiunt. N. 104. Quando enim Medici causas eorum quæ circa corpus fiunt (N. 105.) tum

Secũdas, afferũt, cupidè illas plebeij & sapiẽtes etiam amplectũtur, tũ quo ad medicinæ

Effecta. Operatur medicus circa corpus humanum, partim ea quæ præter naturam se habent

Euacuando, μετασχηματίζων. N. 107. Videtur enim hìc, ut com. de Arte uetere, n. 146. σχήματα intelligere membrorum conformationẽ. Erit igitur μετασχηματίζειν, de membro in membrũ, è corpore extra corpus educere.

Alterando, μεταποιῶν immutando qualitates. N. 108.

Instrumenta. Quando uidẽt medicos in morbis uti instrumẽtis uel

Omnibus, diæta scilicet, pharmacia & chirurgia, ἃ δὴ καὶ πάσας αὐτὰς περέχουσιν. N. 106.

Alíquib⁹. Aut enim intercedit opera

Externa Medici, non naturæ. Chirurgia propriè, τὰ μετὰ χειρουργίης ἰώμενα. N. 109.

Interna Naturæ, cui medicus subsidium fert, & ad agendum impellit. Itaque τὰ βοηθούμενα uocat hoc loco. N. 110. Sunt aũt duũ generũ. Quædã in corpus agentia ab illius natura

Superantur, ut sunt Alimenta, τὰ διαιτώμενα. N. 112.

Non superantur, sed superant illam, Pharmaca dicuntur, τὰ φαρμασσόμενα. N. 111.

Primas introducunt, & illis secundarum effecta attribuunt, plebeij quidẽ hoc ambitiosè ab illis fieri suspicãtur, auctoritatis ergò: philosophi uerò superstitioni idipsum tribuũt, quod tamẽ reuera basis est & fundamentum omnium medicorum operum. N. 113. ἡ ἕδρησις τῶν τέων, scilicet θεῶν. Qua uoce etiam paulo antè n. 95. usus est.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 117 sur 736

©BIUM



M. Instru-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 118 sur 736

©BIUM

M. Instrumentis medicum instructũ esse oportet, eorumq; εὐπορίην habere, ne ad ægrum ingressus, in ἀπορίην incidat, incertus quid facere debeat. N. 142. Εὐπορίης huius

- Species enarrat. Παρέξοδος ἰατρικὴ, apparatus medicus duum generum ab Hip. constituitur. uti Com. de Flatib. n. 11. medica munera diuidit in φλαῦρα et σπουδαῖα. Apparatuũ alius
  - Manuum, διὰ χειρέων, n. 132. h. e. Externus & mechanicus, manuũ ministerio cõfectus. Et hic rursus uel
    - Copiosior, quem domi suæ in officina medicus instructiß. habere debet, ne si uno instrumentorũ genere careat, is defectus & ἀμηχανίην medico, et ægro βλάβην pariat. N. 131. Quod suprà n. 60. alijs uerbis protulit, αἰτίην medico, ὄλεθρον ægro. Ex ijs quæ com. de Medico docuit, diuiditur in
      - Oblata, Προσφορόμενα. Præparationis horũ ratio habẽda: siue consideren tur
        - Per se. In promtu sint igitur Linamenta carpta, Splenia, Vincula, τὰ ἐκ καταστάσιος (Ea quæ annus suppeditat. An naturæ munera intelligit, Aquam, Lucem? uti com. de Medico) Medicamenta deniq; ipsa. N. 127.
        - Respectu morborum, quibus adhibẽtur, tum in
          - Specie, respectu partium affectarũ. Sic com. de Medico n. 41. reliquarũ partiũ ulceribus Spõgias adhibet, Oculis Lintea. N. 128.
          - Genere, quando morbus per se cõsideratur. V. G. in genere ad pus remouendũ Detersorijs opus est: ad continendum, Vinculis: ad irrigandum, Aqua. N. 129.
      - Organa. Cuiusmodi sunt, Machinæ, Ferramenta omnis generis. N. 130.
    - Frugalior, λιτοτέρη, simplicior, quo inter peregrinandum utetur, quando itineris longinquitas impedimenta multa circumferre prohibet. N. 132.
  - Mentis, διὰ μεθόδων, hoc est, Internus, methodo in certas classes digestus. Et hunc quidem comparatione prioris illius, qui διὰ χειρέων fit, εὐχερεστάτην esse ait, expeditißimũ, promtißimum, abundãtißimum, operi medico accommodatißimũ. N. 133. Rationem affert. Nam cùm fieri nequeat, ut propter miram singularium morborum & corporum uarietatem, medicus parata habeat semper conuenientia medicamẽta: ratione tamen instructus & methodo, hunc defectum succedaneo & uicario aliquo supplere poterit. N. 134.
- Modum declarat. Etenim quo ad apparatum
  - Internum siue methodicum, Memoria tenere oportet medicamentorum tum simplicium uires, tum cõpositorum descriptiones, ut scilicet & modum præparandi, & effectum, quem in corpore præstant, optimè norit. N. 135. Methodus enim hæc pharmacorũ & primas & medias & ultimas partes in opere medico sibi uendicat: hacq; instructus, ex tẽpore & simplicia inuenire, & composita describere poterit. N. 136. Simili ratione Demosthenes Actionem primas, secundas, tertias partes officij oratorij complere asseruit.
  - Externum & mechanicũ (quã προκατασκευὴν uidetur hic appellare n. 137. & n. 159. παρασκευὴν πρώτην. respectu scilicet methodi, quæ hãc sequi, dirigere & complere solet) præparationem certam requirunt medicamenta omnia: Exempli causa, tum ea quæ adhibentur
    - Exterius. Vt sunt μαλάγματα, quæ molliẽdi uim habent: N. 137. Ex una specie reliquas etiam subintelligit.
    - Interius. V. G ea quæ faciunt ad humorum
      - Præparationem & alterationem. Vtputa Potiones incidendi uim habentes, ex descriptionibus suis componendæ: quas Αναγραφὰς hic uidetur appellare, & tacitè innuere, non magis memoriæ, quàm aduersariæ schedæ in his fidendum, cùm errare facillimum sit. N. 138.
      - Euacuationem, in quibus omne erratũ grauius esse solet, hæc &
        - Legenda sunt locis oportunis. N. 139. Ergo etiam tempore & modo conueniente. de quibus in epistola ad Crateuam quædam: si modò ea Hip. est.
        - Paranda rectè, tum respectu
          - Finis, propter quem adhibentur, ad euacuandum scilicet humorem peccantem. Ergo consideranda humoris euacuandi tum qualitas, bilis sit, an pituita: tum quantitas, multus sit an paucus. hanc μέγεθος, illam γόνος uidetur appellare. N. 140. An potius morbi genus & magnitudinem intelligit?
          - Temporis, quando adhibentur. Quædam enim parantur ut conseruari poßint ad tempus aliquod, ἐς παλαίωσιν: quædam conseruari nequeunt, sed dum recentia tantùm sunt, in usum ueniunt. Atq; ut uires sæpe diuersæ sunt uetustorum & recentiũ, ita quoque præparandi ratio uariat. N. 141.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 119 sur 736

©BIUM

N. Ευσχημοσύνην medicā operi accommodatam in specie persequitur, & mores conuenientes medico enarrat tum

- Antequā accedat ad ægrum. Medicus accessurus ad ægrū, præcognoscat prius Historicè ex adstantiū, qui symptomata obseruare sensu duce consueuerunt, sermonibus, quo morbi genere laboret æger. ut in Παραγγελίαις n. 22. Qua agnitione præsupposita, alia cognitio porrò requiritur, nimirum, ut eius curæ, quæ adhibenda est, cognoscat tum
  - Instrumenta oportuna, Quid sit agendū, & quomodo, per methodū generalē & particularē. N. 143. Rationē addit. Quidā enim morbi, ut puta acuti, deliberationē longā non admittunt, sed præsens & expeditū postulant remedium. Vt, nisi prius norit medicus, quid agendū, citius morbus ægrum perimat, quàm medicus consiliū agēdi expediat. N. 144. Sic etiam in παραγγελίαις n. 37. Obseruandum aūt Συλλογισμὸν hîc uocari consultationē medicam: quam in Præceptionib. n. 81. κοινολογίην, et n. 129. ξύλλογον θεραπηΐης uocat. Βοηθείην uerò infrà n. 158. & 167. ὑπουργίην appellat, in παραγγελίαις n. 132. χειροτριβίην.
  - Euētum, utrū morbus salubris sit futurus, an exitialis. Illū namq; aggredi temerariū est atq; stultū (ut com. de Arte docuit) hunc uerò aggredi cōuenit, ut tamen scias, bonine moris sit an mali. Hæc præcognitio usu & experientia potißimum comparatur, eaq; per prædictionem adstantibus quoq; communicanda. N. 145. Ratio. Plurimum enim auctoritatis medico conciliat prædictio ista generalis: nec difficilis est cognitu ei, qui in methodo morborum experienter uersatus est. N. 146.
- Postea quā ad ægrum accesserit. Et quidem mores medici apud ægrum Hippocrates
  - Semetipsum, respectu
    - Ornatus et decori. Reqritur ergo quo ad
      - Sessionem
        - Καθέδρη, Vt ingressus ad ægrum sedeat. Quod grauitatis est. N. 147.
        - Προσεδρίη, Vt ægro aßideat, neq; uel fœtorem, uel sordes, uel contagium declinet. N. 153.
      - Sermonem, Βραχυλογίη, Ne garrulus sit & loquax. N. 151. Suprà n. 79. uidetur γνωμολογίην uocasse, & n. 118. uetat colloquium cum idiotis.
      - Vestitum, περιστολή, Vt corpus tegat. N. 149. Sic etiam suprà n. 117.
    - Officij sui. Sic igitur conuenit medico secundùm artē operanti tum respectu
      - Suijpsius in agendo
        - Demissio, siue Humilitas, Καταστολή, ne pudeat illum etiam sordida & seruilia opera, dum sint medica, subire. N. 148.
        - Diligentia, ἐπιμελείη. N. 154.
        - Constantia tū quo ad
          - Opus ipsum, Ne quid trepidè agere uideatur. ἀταρακτοποίησις. N. 152.
          - Tumultus, qui ab ægro & adstantibus excitantur, Animi præsentia, σύστασιν πρὸς τοὺς ὄχλους. N. 156.
        - Prōptitudo manuū, ἑτοιμασίη πρὸς τὰς ὑπουργίας. N. 158. Suprà n. 126. σύρυθμίην manuum commendauit. ὑπουργίην & hîc & paulo pôst n. 167. & 182. ipsam aggreßionem siue ἐγχείρησιν medicam uocat, oppositam medicæ methodo, ut singulare uniuersali. Sic suprà n. 143. συλλογισμὸν opposuit τῇ βοηθείῃ, consultationem auxilio. Pro instrumenti autem uarietate rursus ὑπουργίη ista in χειρουργίαν, δίαιταν & φαρμακείαν subdiuidi potest, uti suprà n. 109. & sequenti.
      - Instrumentorum, per quæ operatur, σύπορίη siue παρασκευὴ ἡ πρώτη, de qua superius egimus. N. 159. Ratio uerbis obscuris & mutilis comprehensa. Nam ut maximè in reliquis omnibus, quæ ad promptitudinem requiruntur, inculpatum se præstet medicus: nisi tamen in promptu sint instrumenta agendi, irritus erit omnis conatus. N. 160.
  - Absolutè & sine ordine recenset. Videntur autem alij medico conuenire quo ad
    - Alios, quibuscum uersatur, tum in eo, quod fieri ab ijs
      - Debet, iubendo. Hæc uidetur appellari ἀνακυρίωσις. N. 150.
      - Non debet, reprehendendo, siue illud ad ægri curam
        - Pertineat. Sic ergo errores occurrentium obiurgabit. ἀντίλεξις πρὸς τὰ ἀπαντώμενα. N. 155.
        - Non pertineat. Sic turbas & tumultus aßistentium, ut metum, gemitum, ploratum, cachinnum, discursionem, seuerè obiurgabit. ἐπίπληξις πρὸς τοὺς θορύβους. N. 157.
  - Accommodat operi medico. Vide signum O.

O. Ergo

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 120 sur 736

©BIUM


Cognoscendo. Vide signum P.
Semeiotikum partium
Corpus siue Manuũ operationẽ, Agilitati, ut expeditè agat quæcunq; agẽda sunt, potißimũ in opere chirurgico. εὐχαλέως. N. 181. Adeoq; inter agendũ pleraq; occultet ægrũ instrumenta: aggreßionem ipsam prius absoluat, quàm æger putet incepium. N. 182.
Agẽdo. Actio cognitionem sequitur. In hac studebit medicus quoad
Animũ, Trãquillitati, nõ tã suæ (sic. n. suprà n. 152. ἀτυφαντοποιησιν cõmẽdauit) quã ipsi⁹ ægri. ἀσύγχως. N. 180. In Præceptionib. n. 25. uidetur hãc ἀρμαχὸ ϝυναυocare. Ex hoc loco uidetur Plato ea desumsisse, q̃ primo de Legib. medico liberali tribuit, τὸ ἐπισκοπεῖν obseruare, τὴν δοκιμασίαν, ab ægro & adstãtib. inquirere, τὸ διδάσκειν et συμπείθειν, docere et persuadere, τὸ ἐπιτάττειν denicq;, imperare eq̃d faciendũ sit. Hoc. n. regij est medici, cũ ratione iubere. Tyrãni ecõtra, imperare tãtũ, cui est pro ratione uolũtas. Ergo medicus ea quæ ægrum
Non oportet uel omnino uel parte aliqua
Oportet facere, hilari & sereno uultu præcipiat, iubeat, commonefaciat. N. 183.
Facere, ab ijs auertat eius cupiditates. N. 184. Sic in Præceptionibus n. 92. iubet medicũ hortari ægros bono esse animo, nec nimiũ præcipitanter sanitatem desiderare. Auertet autem partim
Seuerè in primis obiurgãdo eius pusillanimitatẽ, timiditatẽ, ingluuiem, & nisi pereat, mortem aut miseriam minitando. N. 185.
Blandè, uicißim consolando, erigendo, pollicendo etiam, modò pareat, fẽlicem euentum. N. 186.
Scire, ea occultet, neq; uel in præsens, uel in futurũ agenda aut patienda indicet, si talia sint, quæ fastidiũ aut meiũ incutere poßint. N. 187. Causam reticentiæ subiungit. Ne æger propter prædictionem talem metu perculsus, ad alterutrum extremũ declinet: ut uel repudiata omni medicina calamitosus uiuere, uel ob morbi mediciq; carnificinã uitam cum morte cõmutare malit. N. 188. In Præceptionibus certè n. 35. & 93. animi affectus in ægro studioſè prohibendos docet, quòd curæ plurimum officere poßint.
Administratione, medicus illã rectè, & ut artis est, obibit tũ per
O. Ergo quoad medicationis
Alios. Ergo si quid rectè curatũ uolet per alios, id
Committet discipulo sum uni. N. 189. Explicatium
Vsum. Vt propter discipuli præsentiã, diligentius præsentiusq; &
Officiũ. Adhibeat, qui iam aliquousq; in arte progressus est. N. 192. partim ut quo ad
Aegerrimandatis medici pareat. N. 190. Videtur hæc παραγγελία appellari.
Adstantes suo fungantur munere. Hæc uidetur πρόσταξις esse. N. 191.
Actionem ipsam ea quæ ab adstantibus præstari
Non possunt, discipulo committat. προσδιδόναι τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον. N. 193.
Possunt, sed nè id præstare uelint periculũ est, discipulo securitatis causa credat. ἀσφαλέως προσσυγκεῖσθαι. N. 194.
Cognitionẽ, discipulo diligẽter & morbi mutationes & ægrorum errores obseruante, medicum nihil plane eorum quæ in suã contingunt absentia lateat. N. 195. διάγνωσις intelligit uel absentiam medici ab ægro, uel interualla morbi, de quib. suprà n. 163.
Non committat alicui plebeio. N. 196. Causam addit. Alioqui delicta plebeiorum in medici caput redundabunt. N. 197.
Euentũ, ea utetur prouidẽtia, ne eius quod præter spẽ euenerit culpa in medicũ referatur. Cõsequetur id prædictione futurorũ, nõ apud ægrũ (hoc. n. paulo antè n. 187. uetuit) sed apud astãtes, nõ quosuis (nãq; n. 118. cum plebeis non oportere multa cõferre monuit) sed eos tãtùm, quorum hæc scire interest: utputa apud cõiuges, parẽtes, amicos. N. 199.
Videtur talis subesse ratiocinatio:
Medicæ curationis euidentia & certitudo medicum ab omni infamia liberat, & infelicem morbi euentum naturæ morbi imputat. πρὸς τὸ γενόμενον τὸ νόσου ἔργον. N. 198. Non deorũ iræ, sed morbi malignitati, quã medicus præcognouit & prædixit, morbi euentus imputatur. Vti econtra qui in præcognoscendo & prædicendo delinquunt, infamiam subeunt uel ueneficij uel negligentiæ.
At prædictio curationẽ methodicã certã facit et euidẽtẽ. Πρόγνωσις prima est: hãc sequitur Πρόρρησις, utraq; medici propria. Ἐπίγνωσις est adstantiũ, qui cũ per se nequeãt cognoscere quid sit futurũ, à medico docẽtur & admonentur. Itaq; medicus Prometheus esto, adstans Epimetheus.
Ergo prædictio medicum ab infamia liberabit.

P. Osten-

©BIUM

- P. Oſtendit ergo
  - Quomodo cognitio haberi poßit. Præcipit igitur
    - Frequenter uiſitandum ægrum. ἐεόδλῳ χξέο πυκνῶς. N.161.
    - Diligenter obſeruanda ſigna omnia. Ἐπισκέπτεο ἐπιμελέστερον. N.162.
  - Quòd cognoſci debeant à Medico tum
    - Morbi mutationes, ut ijs, quæ propter morbi mutationē perperàm poßēt adminiſtrari, in tē pore occurrant, in ipſo etiā, ſi detur, tēporis articulo. N. 163. Ergo
      - Cognoſces melius, ſi (quod modò præcepi) frequēter & diligenter uiſites. N. 164.
      - Ages expeditius, & ſuccurres ægro melius. N. 165. Cauſam affert. Nā morbi materiales propter motum humorū inconſtantes ſunt, & propterea facilè tam à natura, quàm à caſu & principio externo mutari poſſunt. N. 166. Et quidem
        - Natura mouente, dum medicus abeſt, & remedium non adeſt, non præuiſus à medico humoris motus inter curandum, ægro nocebit. N. 167. Nam ut maximè humor ſit inconſtans, attamen copioſiùs influens per id tempus, quo medicus abeſt, & ſedem figens in mēbro principe, mortem inferre poterit. N. 168.
        - Arte motum humoris ſingulis momentis obſeruante, dum frequenter ægrum uiſitat medicus, eum citra damnum & expectare & excipere conuenienter poterit. τὸ γὰξ καθ' ἕν κατ' ἐπανόξθωσιν συνεστώτερον τῷ ἐμπεφυκότι. Nam quod ſingulari obſeruatione conſequenter facta deprehenditur, tantò facilius in integrum reſtitui poteſt, quo melius per experientiam fuerit cognitum. N. 169.
    - Ægrorum uel
      - Errata quæ cōmittūt in aſſumēdis ijs quæ à medico præſcribūtur, ſeq; adeo ipſos & medicū quoq; decipiunt. N. 170. Nam errores iſti circa diætam aut pharmaciam commißi
        - Ægro mortis afferunt periculum: ut quando ingrata & exoſa pocula purgantium pharmacorū, aut quorumuis aliorum medicamentorum, uel non ſumunt omnino, uel non totum ſumunt. N. 171.
        - Medico infamiam afferunt, cùm non in ægri peccatum, ſed in medici imperitiā culpa conferatur à plebeijs. N. 172.
      - Incommoda, quæ illis tū propter alias cauſas extrinſecas, tum præſertim propter locū in quo decūbunt euenire poſſunt. Ergo obſeruabit medicus τὰ πρὸς αὐτὰ παλίσσωρ, h.e. ea quæ ægris damna contingunt ratione loci in quo decumbunt, ut ea uitare & fugere iubeat ægros. N. 173. Nā & hæc admonitio ad εὐθυμοσύνην pertinere uidetur. Incommoda igitur habitationum alia ſunt
        - Communia, τὰ πρὸς τὴν ὥρην, ſecundùm anni ſiue aeris ambientis conſtitutionem, quo ad uentos, calorem, frigus, humiditatē, ſiccitatē. Nam qualiſcunq; habitatio fuerit, generales haſce impreßiones ſuſcipit, quædā magis, quædā minus. N. 174.
        - Propria cuiq; loco, τὰ πρὸς γένεα, ſecundùm locorum differentias, hoc eſt, differentem ſitum. N. 175. Nam habitationes ratione ſui ſitus aliæ lædūt ægrum quo ad ſenſum
          - Viſus, cùm quædam ſint loca in quib. ægri decumbunt
            - Sublimia, alta, lucida. θοίνην hīc uocat, ἀπὸ τῦ θορεῖν, quaſi θορόνην. An hi ijdem cum Thoris Latinorum? N. 176. Quæ ut melancholicis conueniunt, ita phreneticis inimica ſunt.
            - Humilia, ſubterranea, tenebroſa. N. 177. Hæc contrario modo ſe habent.
          - Auditus, propter ſtrepitū, qui in uicinia exauditur, hominū, brutorū, aquarū, molarū, & ſimiliū. N. 178. In παραγγελίαις n. 151. hunc habet aphoriſmum, Κατάδυσις λύπέει, Vociferatio affligit.
          - Odoratus, odoris ipſius tum fragrantia (utputa uini, ſi prope cellam uinariam decumbat: aut aromatum, ſi uicina ſit ſeplaſia) tum fœtore, ut ſi cloaca ſit propinqua, aut coriaria officina. N. 179.

HIP-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 122 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ

Præceptiones.

EMPVS[1] eſt, in quo occaſio eſt. Occaſio uerò, in qua tempus exiguum. [2] Medela tempore, aliquando etiá occaſione cõtingit. [3] Oportet igitur eum, qui hæc norit, non magis ratiocinationi ueriſimili inniti in medendo, quàm exercitationi cũ ratione. [4] Ratiocinatio enim memoria quædam eſt, componẽs ea quæ ſenſu ſunt percepta. [5] Hic enim cùm primam perpeſsionẽ externã ſuſtineat, ut deinde ueluti delegator ſpecies rerũ, quæ ſenſui ſubijciuntur, ad cogitationem trãſmittat, ab imaginatione euidenter comprehenditur. [6] Illa uerò frequenter ſuſcipiens ab imaginatione, quibus, quando, qualiter, eademq; obſeruans, & in ſeipſam reponens, recordatur. [7] Collaudo quidem igitur etiã ratiocinationẽ, ſi quidem ex ſenſata obſeruatione principiũ ſumat, [8] & deductionem ex apparentibus methodicè faciat. [9] Si enim ex his, quę apertè fiũt atq; ſunt, ratiocinatio principium ſumpſerit, [10] in cogitationis poteſtate ineſſe deprehenditur, ab ipſis ſenſibus ſingula mutuatis. [11] Proinde ſtatuẽdum eſt, naturam à multis ac omnigenis rebus moueri ac doceri, neceſsitate quadã. [12] Cogitatio aũt à natura ſumens, uelut dixi, poſterius ad ueritatem perducit. [13] Si uerò nõ ex euidẽti obſeruatione, ſed ex probabili tantùm rationis figmento procedat, [14] ſæpe grauem & moleſtam inferet affectionem: [15] præter id quòd tales inuium iter ingrediuntur. [16] Etſi tolerabile adhuc malũ uideretur, ſi mercedem tantùm auferrent hi, qui medicinę opera malè adminiſtrant. [17] Nunc uerò ægrotis, nulla ſua culpa, quibus non ſufficiẽs eſſe uidebatur uiolentia morbi, niſi medici quoque imperitia accederet, pernicié afferunt. [18] Et de his quidem hæc dicta ſatis ſint: nimirũ quòd neque ijs tantùm, quæ ſola ratione cõcluduntur, niti oporteat, neq; ſola operis oſtẽſione. [19] Fallax enim eſt & ad errorẽ procliuis affirmatio, quæ fit cum nugacitate. [20] Quapropter & uniuerſa ea, quę fiunt, cognoſcere oportet, & circa eadem ſingillatim uel maximè exerceri, ſi quis facilem ac inculpatum habitum, quem medicinã appellamus, ſibi comparare uolet. [21] Valde enim magnam utilitatem afferet, tũ ægrotantibus, tum horum artificibus.

[22] Neque tamen interea uel ab idiotis cognoſcere,

ΧΡΟΝΟΣ[1] ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρὸς καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος ὁ πολύς. [2] ἄκεσις χρόνῳ, ἔστι δὲ ἡνίκα καὶ καιρῷ. [3] δεῖ γε μὲν τοῦτο εἰδότα, μὴ λογισμῷ τῷ πέρι πιθανῷ προσέχοντα ἰητρεύειν, ἀλλὰ πειρῇ μετὰ λόγου. [4] ὁ γὰρ λογισμὸς, μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. [5] ἐφαντασιώθη γὰρ ἐναργέως ἥτε αἴσθησις πρώτη καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. [6] ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτε, καὶ ὁκοίως, ταῦτα τηρήσασα, καὶ ἐς ἑωυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. [7] ξυγκατατίθεμαι μὲν ἔν καὶ τὸν λογισμὸν, ἢν περ ἐκ πειθοῦς ποιῆται τὴν ἀρχὴν, [8] καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. [9] ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ἐπιτελεομένων ἢν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, [10] ἐν διανοίης δυνάμει ὑπάρχων εὑρίσκεται, περιεχομένης αὐτῆς ἑκάστοτε ὑπὸ ἄλλων. [11] ὑπολητέον ἔν, τὴν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ παντοίων πρηγμάτων κινηθῆναί τε καὶ διδαχθῆναι, βίης ἐούσης. [12] ἡ δὲ διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα, ὡς πρόσθεν, ὕστερον εἰς ἀληθείην ἤγαγε. [13] εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, [14] πολλάκις βαρείην καὶ ἀπαρλὴν ἐπήνεγκε διάθεσιν. [15] οὔτοι δὲ ἀοδίην χειρίζουσι. [16] πρὸ γὰρ ἀὴν ἦν κακὸν, ἦν τὰ ἐπιχείρια ἐνομίζοντο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημουργέοντες [17] νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῦσι τῶν καμνόντων, οἷσίσιν οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τοῦ νοσέειν βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι τῇ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίη. [18] δεῖ μὲν ἔν τε τούτων ἄλις ἔστω διειλεγμένα, τῶν δ' ὡς λόγου μούνου ξυμπεραινομένων μὴ εἶη ἐπαύρασθαι, τῶν δὲ ὡς ἔργου ἐνδείξιος. [19] σφαλερὴ γὰρ καὶ εὐπρόσωπος ἡ μετ' ἀβολεσχίης ἰοχύρησις. [20] διὸ καὶ καθόλου δεῖ ἔχεσθαι τῶν γινομένων, καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐλαχίστως γίγνεσθαι, ἢν μέλλῃ ἕξειν ῥηδίως καὶ ἀναμάρτητον ἕξιν, ἣν δὴ ἰητρικὴν προσαγορεύομεν. [21] κάρτα γὰρ μεγάλην ὠφελίην προσποιήσει τοῖσί γε νοσέουσι, καὶ τοῖσι τουτέων δημιουργοῖσιν.

[22] μὴ ὀκνέειν δὲ καὶ παρὰ ἰδιωτέων ἰσ-

ρέειν,

©BIUM

ρέειν, ἤν τι ὀνήσειε ξυμφέρον, ἐς καιρὸν θερα- A
πίης. [23] ἕτω γὰρ ὀνήσεω τὴν ξύμπασαν τέ-
χνην ἀναδεικνῦσθαι, ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τοῦ
[a] ταυτὸ τέλους τηρηθῆναι, καὶ εἰς [2] πᾶσι ξυναυλι-
σθῆναι. [24] προσέχειν δὲ δεῖ πρὸς τὴν τῶν
ὡς ἐπὶ πολὺ, [25] καὶ μετ' ὠφελίης καὶ ἡρεμαιό-
τητος μᾶλλον, [26] ἢ ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης
τῆς μεταπηδήσιος.

[27] χρήσιμος δὲ καὶ ποικίλος τῶν προσφε-
ρομένων τῷ νοσέοντι καὶ ὁ προσορμος. [28] ὅτι
μόνον τι προσενεχθὲν ὠφελήσει, οὐ γὰρ ἰσχυ-
ρήσιος δεῖ. [29] πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς πε-
ριστάσιας καὶ μεταβολὰς μονὴ τινὶ προσκαθίζει.

[30] πραινέσι δὲ καὶ τῷ ἐπισταμένῳ τὴν B
τῆς θεραπίης. [31] ἐὰν γὰρ ἄρξαι [b] περὶ μισθα-
[b] πρὸς τοὺς
ἰατρούς
ρίων ([32] ξυμβάλλει γάρ τι καὶ τῷ ξύμπαντι)
[31] τῷ μὲν ἀλγέοντι τοιαύτην ἀμφοίσιν ἐμπαιή
σεις, τὴν ὅτι οὐκ ἀπολιπὼν αὐτὸν πρῶσι. [33]
μὴ ξυνθέμενος δὲ, καὶ ὅτι ἀμελήσεις, καὶ
οὐκ ἐπιμελήσεις τινὰ τῷ πυρέσσοντι. [34] ἐπιμελεῖ
σθαι δεῖ ἐν πᾶσι τρόποις μισθοῦ. [35] ἄρχεσθαι
γὰρ ἡγεόμεθα ἐνθυμήσιος ὀχλεομένου τὴν τοι
[c] τοῦ
αὐτοῦ
αὐτὴν. [36] πολὺ ἦ μᾶλλον, [c] ἐν ὀξέι νοσήματι. [37]
νόσου γὰρ ταχύτης καιρὸν μὴ διδοῦσα ἐς ἀνα-
φορὴν, οὐκ ἐπιτρέπει τὸν καλῶς ἰητρεύοντα
ζητεῖν τὸ λυσιτελὲς, ἐχέθυμον δὲ δόξης μᾶλλον.
[38] κρέσσον ἐν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλε-
θρίως ἔχοντας προμύσσειν. [39] καίτοι ἔνιοι νο- C
σέοντες ἀξιοῦσι, τὸ ξυνοπτεπὲς καὶ τὸ εὐδηλον
προκρίνοντες. [40] ἄξιοι μὲν ἀμελίης, ἀμύτροι
γε κολάσιος προκρίνοντες. [41] διὸ τετέοισιν ἀν-
τιπάλη ἐκτὸς †μεταβολῆς ὀπὶ σίλε πρῶσο-
μένοισι. [42] τὶς γὰρ ὦ πρὸς θεὸς διὸς ἀδελφισμέ-
νον ἰητρὸς, ἰητρεύει πίστει ἢ ἀπειρσύνῃ. [43] ὥς-
τε ἐν δεκτῇ ἀνακρινέοντας πᾶν πάθος, δεῖ ὑ-
ποθεάσθαί τινα ξυμφέροντα ἐς θεραπίην, ἀπο-
θεραπεῦσαί τε τὸν νοσέοντα, καὶ μὴ παρεδρεῖν.
[44] τῆς δ' ὀπικαρπίης, μὴ ἄνευ τῆς ὀπισθυ-
μίης ἐπὶ μάθησιν ὀπιθυμίης. [45] παρακελ-
λόμην δὲ, μὴ λίην ἀπανθρωπίην ἐσάγειν,
ἀλλ' ἀποβλέπειν ἔς τε πλοῦσίην καὶ οὐσίην, D
[46] ὅτι δὲ πολλάκις, [47] ἀναφέρων μνήμην εὐ-
χαριστίης πρότερον, [48] ἢ παρεοῦσαν εὐδοκι-
μίην. [49] ἢν ἦ καιρὸς ἔσῃ χορηγίης, ζώοντί τε ἐόν-
τι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπιρκέειν τοῖσι τοιού-
τοισιν. [50] ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ
φιλοτεχνίη. [51] οἵνοι γὰρ νοσέοντες, ἠθημένοι
τὸ πρὶν ἑωυτοὺς πάθος μὴ ἦον ἐν ἀσφαλείῃ, καὶ
τῇ τοῦ ἰητροῦ ὀπιεικείῃ εὐδοκιμέουσι μεταλ-
λάσσοντες ἐς ὑγιείην.

[52] εὖ δ' ἔχει νοσεόντων μὲν ὀπιστατέειν, ἕ-
νεκεν ὑγιείης· [53] ὑγιαινόντων δὲ φροντίζειν, ἕ-
[d] ἑωυτῶν. ὑγιαζόντων
νεκεν ἀνοσίης· [54] φροντίζειν καὶ [d] ὑγιαινόντων,
ἕνεκεν εὐχημοσυνης.

[55] οἱ

gnoſcere cũcteris, ſi quid cõferre uiſum fue- A
rit ad curationis oportunitatẽ.[23] Sic enim ar-
bitror uniuerſam artem cõmonſtratã fuiſſe,
eò quòd in unoquoq; ſingulari perfecta ob-
ſeruatio facta ad uniuerſalẽ reuocata fuerit
rationẽ.[24] Attendere igitur oportet obſerua
tioni, quæ plerũq; ſe offert,[25] & ei potius quę
cum utilitate ac mãſuetudine ſit,[26] quàm cũ
pollicitatione aut excuſatiõe ſiniſtri euẽtus.

[27] Vtile eſt autem & eorum, quæ ægroto of
ferenda ſunt, uarietatẽ prædefinire.[28] Non e-
nim aſſeuerare oportet, quòd unum aliquid
ſolũ exhibitũ proderit:[29] cùm omnes affe-
ctiões, propter multas caſuũ circũſtantias ac
mutationes, mora quadã diutiore inhæreãt.

[30] Iam uerò & ſequens conſideratio digna B
eſt de qua admoneare.[31] Si à mercede paci-
ſcenda inceperis ([32] quod ipſum uniuerſo ne-
gocio cõducere poterit)[31] ægroto cogitatio-
nem inijcies quòd ipſum non ſis deſerturus.
[33] Si non paciſcaris, quòd ipſum & neglectu-
rus ſis, & quæ in rẽ præſentẽ neceſſaria ſunt
non indicaturus.[34] Curare igitur oportet de
conſtituenda mercede.[35] Noxiam enim pu-
tamus eſſe hanc ægroti cogitationem, tum
aliàs,[36] tũ præſertim in morbo acuto.[37] Mor-
bi enim celeritas tẽpus non permittens con
uerſioni, non iubet bonum medicum quę-
rere ſuam utilitatẽ, ſed potiorem exiſtimatio-
nis ſuæ rationem habere.[38] Itaq; melius eſt à
morbo liberatis exprobrare, quàm lethaliter C
affectos emungere.[39] Iam uerò ægroti quidã
medicorũ operam requirunt, hoſpitij ius &
facilem mali depulſionẽ cauſantes:[40] digni
iccirco qui negligantur, non tamen qui affli-
gantur.[41] Proinde his in mari inconſtantiæ
fluctuantibus, ſicuti decet, occurre.[42] Qui-
cunque enim uerus eſt medicus, is per Io-
uem fide magis quàm rigore in medendo u-
tetur.[43] Quare in principio totam affectio-
nem indagare oportet, & quædam ſuggere-
re oportuna ad curationem: ęgroq; ad finem
uſq; adeſſe, & non negligere.[44] Porrò mer-
cedem ne exigito, abſq; præparante ad diſci-
plinã cupiditate.[45] Hortor quinetiam ne ni- D
mia ſeueritate uaris, ſed & ad abundantiam
& ſubſtãtiam ægri reſpicias.[46] Quandoq; ue
rò etiam gratis cures,[47] uel ob gratitudinis
memoriã,[48] uel obpręſentẽ exiſtimationem.
[49] Quòd ſi occaſio exercendæ liberalitatis ſe
rendæue opis ſe obtulerit, uel peregrino, uel
egeno, hiſce talibus maximè opituleris.[50] Si
enim affuerit erga homines amor, aderit etiã
amor erga artẽ.[51] Vſq; adeo ut ægrorũ aliqui,
licet ſentiant morbũ ſuum lethalem eſſe, ta-
men propter medici probitatẽ ac humanita-
tẽ, ſibi perſuadeãt,[51] ſe ſanitati reſtitui poſſe.
[52] Conuenit aũt ægrorum quidem curã ha
beri cauſa ſanitatis:[53] at ſanorum, uti ne ęgro
rent:[54] quinetiam cauſa elegantiæ.

[55] Cæ-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 124 sur 736

©BIUM

55 Cæterùm qui in profundo ignorátiæ artis uersantur, prædicta minimè percipiunt. 56 Nam quum minimè sint medicorũ nomine digni, 57 artis dedecora, 58 eximo ad summũ repentè euecti, 59 fortunæ mancipia, 60 à diuitibus quibusdã ægrotis incremẽtum acquirũt. 61 Vtriq; igitur propter successum gloriãtes, 62 & in deterius dilabentes, 63 deliciãtur, 64 artem, cuius ratione dare nec uolunt nec possunt, negligentes: 65 ob quã tamen bonus medicus excellit, & collega artis appellatur.

66 Medelas enim inculpatas 67 facilè perficiens, 68 in nullo horũ peccarit, ne in summa quidem facultatis inopia. 69 Non enim fraudulẽtus est ut improbi. 70 Qui quidem ad curationem accedunt, 71 affectionem magni no minis captantes, 72 uitantes aliorum medicorum superinductionem, 73 laudantes suam curã cũ insectatione alienæ in medendo imperitiæ. 74 Vicissim ægri morbo pressi natãt in utraq; improbitate, 75 tum quòd accuratã artis curam non amplectũtur ad finem usq;. (76 remissio enim morbi magnũ interdum ægroto solatium præbet: 77 ut licet sanitatẽ affectent, eorundem tamen remediorũ usum semper admittere nolint, medicũ suæ cupiditati in medicamentis uariandis obsecundare gestiẽtes) 78 tum quòd opulentia carẽtes, ob morũ improbitatem orant primò medicum, mox uerò ingrati euadunt: 79 ut quàm maximè opulentia sua medicos sibi cóciliare queant, & sani esse cupiant, circa mercedẽ tamen difficiles sese præbent, quæstus ex fœnore aut agricultura cessantis prætextu, cùm tamẽ interea fructum inde percipere supersedeant. 80 Sed de huiusmodi submonitione hæc sufficiant. Remissio enim & intensio ægrotãtis, medicã administrationẽ moderant.

81 Nec uerò indecorè se ille geret medicus, qui in rei præsentis angustia circa ægrum aliquẽ, imperitia præsertim tenebras offundente, alios quoq; accersiri iusserit, quo ex cómuni consideratione res circa ægrum inquirantur ac cognoscantur, & illi cooperatores fiãt ad auxilij ferendi facultatem. 82 Nam in afflictionis inuasione, augescente affectione, ob cósilij inopiã, plurima ad rem præsentẽ opportuna effugiunt. 83 In eiusmodi igitur occasione animo sibi cóstet. 84 Nunquã enim ego id exterminio dignum duxero, quod artis esse iudicatur. 85 Neq; tamen de hoc ipso contentiosè disputandũ, 86 ne derisui sese exponant. 87 Hoc enim iureiurando affirmare possum, uerum medicum ratiocinãdo nihil unquam ex inuidia uel maleuolẽtia prolaturum: 88 alioqui imporés uidebitur. 89 Nam qui forensem quæstũ sectantur, his ferè moribus præditi esse solent. 90 Neq; uerò malè hoc institutũ est: 91 cùm omni copiæ, inopia insit.

92 Cæterùm præter iã dicta omnia magnũ argu-

A

B

C

D

55 οἱ μὲν οὖν ἐόντες ἐν βυθῷ ἀτεχνίης, τῶν προλελεγμένων οὐκ ἂν αἰσθάνοιντο. 56 καὶ γὰρ οὗτοι ἀΐδητοι ἐόντες, 57 ἔλεγχοι, 58 ἐκ πολλοῦ ὑψούμενοι, 59 τύχης γε μὴν ὀλέομενοι, 60 ἰητρίνων εὐπόρων [a] καὶ σοφῶν οὐσίην ἀναλαμβάνοντες. 61 ἑκάτεροι δὴ τοῦτο τυγχάνουσιν ἐνεόντες, 62 καὶ διαπίπτοντες. δὴ τὸ χεῖρον, 63 καταχλιδοῦσι, 64 καταμελετῶντες τὴν τέχνης ἀνυπεύθυνα, 65 ἐφ' οἷς ἂν ἰητρὸς ἀμεμφὴς ἀκμάζοι ὁμότεχνοι καλέομεν.

66 ὁ δὲ τὰς ἀκέσιας ἀναμαρτήτους [67] ῥηϊδίως ἀπιτελέων, 68 οὐδὲν τουτέων παραβαίνει οὐ παντὶ παντὸς ἐστὶν ὡς ἐν ἀδικίῃ. 70 πρὸς γὰρ θεραπηίην [71] ἄλλοτε γινόμενα, σκοπέοντες διάθεσιν φθεγγώδεα, 72 φυλασσόμενοι ἑτέρων ἰητρῶν ἐπεισαγωγὴν, 73 αἰνοῦντες ἐν μισοπονηρίῃ βοηθήσιος. 74 οἵτε νοσέοντες αἰνώμενοι, νήχονται δὴ ἑκατέρῃ μοχθηρίῃ, 75 μὴ ἐγκεχειρημένοι ἑωυτοὺς ἐς τέλους τῇ ἐν τῇ τέχνῃ πλείονι θεραπηίῃ. (76 ἄνεσις γὰρ νούσου πινος κάμνοντι παρέχει μεγάλως ἀλεωρήν. 77 διὸ δεόμενοι τὴν ὑγιεινὴν διάθεσιν, οὐκ ἐθέλουσι τὴν αὐτὴν χρῆσιν αἰεὶ προσδέχεσθαι, ὁμοιοῦντες ἰητροῦ ποικιλίῃ.) 78 πολυτελείης γὰρ διαπορέουσιν οἱ νοσέοντες, κακοτρόπῃ προσκυνεῦντες καὶ ἀχαριστέοντες. 79 χρωτυχεῖν δυνατοὶ δ' ἐόντες εὐπορέειν, διαντλίζοντες περὶ μισθαρίων, ἀτρεκέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶναι, ἕνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης, ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν. 80c πε [c] περὶ σημ. ρασμασίης τοιαύτης ἄλλοις ἔσω. ἄνεσις γὰρ καὶ ἐπίτασις νοσέοντος, διπνέμλωσιν ἰητρικὴν κέκτηνται.

81 οὐκ ἀσχήμων δὴ, οὐδ' ἤν τις ἰητρὸς στενοχωρέων τῷ παρεόντι δή τινι νοσέοντι, καὶ ἐπισκοπόμενος τῇ ἀπειρίῃ, κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν, ἕνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἰσορρόπου τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ σωτερμοὺς γνώσεσθαι ἐς εὐπορίλω βοηθήσιος. 82 ἐν γὰρ κακοπαθίης παρεδρίῃ, διπτεύοντες τῷ πάθεος, δι' ἀπορίλω τὰ πλεῖστα ἐκκλίνουσι τῷ παρεόντι. 83 ἀρρήτεον ἔν ἐν καιρῷ τοιούτεω. 84 οὐδέποτε γὰρ ἐγὼ τοιοῦτο ὀρεύμαι, ὅ τι [d] ἡ τέχνη κέκρικε. 85 περὶ τούτου μηδέποτε φιλονεικέειν, 86 προσκυρέοντας ἑωυτοῖσι καταγελάσεσθαι. 87 ὁ γὰρ ἂν μετ' ὅρκου ἐρέω, οὐδέποτε ἰητροῦ λογισμὸς φθονήσειεν ἂν ἑτέρῳ. 88 ἀκισλνὸς γὰρ ἂν φανείη. 89 ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἀγχιστεύοντες ἀγοραίης ἐργασίης, πρήσσουσι τοιαῦτα εὐμαρέως. 90 καίτοι γε οὐδὲ ψεύδεος καταγινόμενοι. 91 πᾶσι γὰρ εὐπορίη, ἀπορίη ἔνεστι.

92 μετὰ τουτέων δὲ πάντων, μέγα ἂν τεκ-

[a] ἐπ. ἀπαιδ

[d] τῷ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 125 sur 736

©BIUM

μήλιον φανείη σὺν τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, ἐπὶ τοῖς καλῶς ἰητρεύουσι συμπροθυμίη τοιαύτης μὴ ἀποστείη, κελεύων τοῖσιν νοσέουσι, μηδὲν ὀχλεῖσθαι κατὰ λιμένιον, ἐν τῷ ἀποβλέπειν ἀφικέσθαι ἐς καιρὸν σωτηρίης. [93] ἡγεόμεθα γὰρ ἀχρηστίλιν, [94] ἢ προσκατόμενός γε ἐς λιμαρτήσει. [95] αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες λιὰ τὴν ἀλγεινὴν λιάθεσιν ἀπονοσέοντες, ἑωυτούς τε μεταλλάσσουσι τῆς ζωῆς. [96] ὁ δ' ἐγκειρισμένος τὸν νοσέοντα, ἐὰν ἀποβλέψῃ τὰ τῆς τέχνης ἐξευρήματα, σώζων οὐκ [a] ἀλλοίλιν φύσιν, ἀποίσει τὴν παρεοῦσαν ἐπικαρπίλιν, ἢ τὴν παραυτίκα ἀπιστίλιν. [97] ἡ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου εὐεξίη, φύσις τίς ἐστι φύσει περιπεπλεγμένη, κίνησιν οὐκ ἀλλοτρίλιν, ἀλλὰ λίλιν τὲ εὐαρμοστοῦσαν, πνεύματί τε, καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ, πάντη τὲ καὶ πάσῃ διαίτῃ, καὶ τοῖσι ξύμπασι διημιουργημένη. [98] ἢν μή τις ἐκ γενετῆς ἢ ἀπ' ἀρχῆς ἔλλειμμα ἔῃ. [99] ἦν δ' αὖ ἡμιτύ τι, ἐξιτήλου ἐόντος, πειρᾶσθαι ἐξομοιοῦν τῇ ὑποκειμένῃ. [100] παρὰ γὰρ φύσιν τὸ μινύθημα, καὶ λιὰ χρόνου.

[101] φυκτὴ δὲ καὶ τρῖψις ὑπερπλίλων, λιὰ προσκύρησιν ἀκέσιος. [102] ὀδμή τε περιέργος. [103] λιὰ γὰρ ἰκανὴν ἀξιωσίλιν, λιαβολὴν κέκτησαι· λιὰ δὲ τὴν ὀλίγιλιν, εὐσχημοσύνλιν. [104] ἐν γὰρ μέρει, πᾶν ὀλίγον· ἐν [b] πᾶσι, ἱκανός.

[105] εὐχαριστίλιν δὲ οὐ προαιρέω· ἀξίην δὲ ἰητρικῆς προσεσίης.

[106] προθέσιος δὲ δι' ὀργάνων, [107] καὶ σημαντικῶν ὑποβολίξιος, [108] καὶ τῶν τοιουτοτρόπων, μνήμλιν παρλῶαι.

[109] λιὸ δὲ καὶ εἵνεκα ὁμίλου θέλης ἀκρόασιν ποιήσασθαι, [110] οὐκ ἀγκλεῶς ὑποθυμέεις· [111] μὴ μέντοι γε μετὰ μαρτυρίης πιστικῆς. [112] ἀδιωλαμίλιν γὰρ ἐμφαίνει φιλοπονίης. [113] ἀπαρνέομαι γὰρ ἐς χρῆσιν, ἑτέρλιν φιλοπονίλιν μετὰ πόνου ἰσταμένλιν, διὸ ἐν ἑωυτῇ μοιρίῃ αἵρεσιν ἐοῦσαν χαλίσασαι. [114] πρεπούσην γὰρ κηφίλιν μετὰ παραπομπῆς ἐπιμοκοπίλιν.

[115] εὐκτὴ δὲ καὶ λιάθεσις, ἐκτὸς ἐοῦσα ὀλιμαθίης. [116] παρεόντων μὲν, ἀδὲν ὑπιλλέει· [117] ἀπεόντων δὲ, μνήμη ἀνεκτή.

[118] γίνεται τοῖνυν πύμμαχος ἀτυχίη, [119] μετὰ [c] λοιμένης νεαρῆς, [120] ἀφροντιστεῦσι εὐπρεπίης, [121] ὁρκισμοῖς τε, [122] καὶ ἐπαγγελίη, [123] ὅρκοις τὲ πυμμιγεῖσι, θεῶν ἕνεκεν, [124] ἰητρὸν προσκτέοντος νόσε, [125] ἀναγνώσιος ξυνεχέης, [126] κατηχησίός τε ἰδιωτέων φιλαλυσέων, [127] λόγως ἐκ μεταφορῆς λιαζηλουμένων, [128] καὶ †πεινὴ νόσῳ καταπρέω ξυνηθροϊσμένων.

[129] τῶν

a ἀλλοιῶν

b πᾶσι

c λοιμίνης

argumentum ſolidæ artis fuerit, ſi quis rectè medicãs, ægros hortari nõ deſinat, ne nimiũ angantur animo, dũ ad ſalutis tempus peruenire feſtinant. [93] Hanc enim cogitationẽ noxiã eſſe putamus: [94] & hoc uetans nõ errabit. [95] Nam cùm ægroti propter triſtẽ affectionẽ deſperãtes, ſeipſos uita interdũ priuent: [96] ſi is qui ægrũ ſibi cõmiſſum habet, artis inuenta demõſtrauerit, ſui ſcilicet muneris eſſe, cõſeruare, non aũt immutare naturam, præſentem potius confidẽtiæ fructũ, quàm diffidentiæ damnũ ab ægro reportabit. [97] Hominis enim bonus habitus natura quædam eſt, naturæ circũpoſita, motũ non alieno, ſed ualde conſentiens quo ad ſpiritũ, & calorem, & humorũ cõcoctionem, undiquaq; & uniuerſimtũ uictus ratione, tum reliquis omnibus cõpoſita ac conſtructa: [98] niſi cuipiam ex natiuitate, aut ab initio defectus aliquis obtigerit. [99] Quem tamen ipſum, ſi quidẽ exilis ſit, ſubiectæ naturæ aſsimilare conandũ erit. [100] Præter naturam enim eſt id quod imminutũ eſt, & rempore indiget.

[101] Iam uerò & ſudariorũ uſus fugiendus, ne auctoritati medici aliquid detrahat: [102] itẽq; odor affectatus. [103] Vt enim propter multã peregrinitatẽ in calumniã incides: ſic ex modica elegantiã tibi cõparabis. [104] Non ſecus atq; in parte aliqua dolor exiſtẽs, modicus eſt: in toto, multus.

[105] Gratiam aũt, qua hominibus cõplaceas, non tollo: digna enim eſt medici perſona.

[106] Adminiſtrationis itẽ inſtrumentorum, [107] & indicationis eorũ quæ ſignificant, [108] & eiuſmodi rerum, memoriam adeſſe oportet.

[109] Quòd ſi adſtantiũ cauſa uelis acroaſim facere, [110] ut rem parum laudatã inſtituis, ſic cauere debes, [111] ne id cũ teſtimonio ac oſtentatione poetica fiat. [112] Impotentiã enim ſtudiosè ſuſcepti laboris oſtẽdit. [113] Ab uſu namque artis eius, quæ per ſe ſola gratioſam habet electionẽ, reijcio induſtriam quãuis aliã, multo præſertim labore conſtantẽ. [114] Imitaberis enim fuci inanẽ laborẽ cũ oſtẽtatione.

[115] Optanda eſt & eiuſmodi diſpoſitio, utĩ ne quis iam grandis natu ad diſcendũ acceſſiſſe uideatur. [116] Quam ipſam ut præſentium ſola inſpectio non efficit, [117] ſic abſentium recordatio non parum promouet.

[118] Incidit ecõtra æger in calamitatẽ omnigenam, quandocunq; medicus [119] peſtilentia iuuenilis temeritatis correptus, [120] decori negligẽs, tum [121] in definiendo, [122] & pollicẽdo, [123] tũ in iureiurando interponendo, reſpectu deorũ [124] morbo præeſt. [125] negligens inſuper aſsiduã inſpectionem: [126] ignarus præterea, quomodo idiotæ tumultuãtes ſint inſtruendi, [127] ſi quando translatos ſermones efflagitant, [128] &, priuſquam morbum rectè cognoſcat, ad audiendum congregantur.

[129] Quo

©BIUM

129 Quorum ipsorum ut quàm maximè collega essem, non tamen de curandi ratione cũ illis consultarem, sed confidẽter eos auxiliũ ferre iuberẽ. 130 Cognitionis enim elegantis sciẽtia apud hosce dispersa reperitur. 131 Atq; ut necessariò sint indocti, posteaquã præceptorũ cognitione destituuntur: assero tamen exercitationẽ eorundem fructuosam esse. 132 Quis enim præceptorũ uarietatẽ se uerè cognoscere posse speret, citra exercitationis cõstantiam? 133 Quapropter hoc unũ moneo, dicẽtibus quidem istis aures præbendas, operantium autem errores reprehẽdendos esse.

134 Contractæ diætæ ne diu insistas. 135 Aegrotantis enim diuturnã concupiscentiã magis accendit. 136 Indulgentia econtra morbũ prorogat. 137 Si quis cæco obsecundet ultra quã oportet, uelut res horrẽda caueri debet, 138 & gratia fugienda, per quã cõcordia perit.

139 Aeris repentina turbatio uitanda est.

140 Vigor ętatis omnia habet gratiosa: Decrescens uerò ætas, uice uersa.

141 Obscuritas linguæ fit 142 aut propter affectionẽ, 143 aut propter aures: 144 ut si, priusquam priora enunciarit, alia adijciat, 145 aut si prius, quã id quod mente cõcepit eloquatur, alia insuper cogitet. 146 Quæ citra affectionẽ uisibilem appellatam contingit, ea illis maximè, qui artium studio tenentur, accidit.

147 Aetas paruo existente subiecto plurimum aliquando potest.

148 In morbo tranquillitas, longitudinem significat. Iudicatio uerò est morbi solutio.

149 Exilis causa curationem impedire potest, si quid circa partem affectam intempestiuè contingat.

150 Quandoquidem affectio per cõsensum à tristitia inducta uexat, quædam sanè partes per alterius consensum uexantur.

151 Vociferatio affligit.

152 Propter uehementem laborem indulgentia.

153 Locus amœnus ad sanitatẽ cõmodus.

A 129 τῶν μὲν οὖν τοιουτέων ὅποι ἂν καὶ ἐπιστατήσαιμι, οὐκ ἂν ἐπὶ θεραπηίης ξυλλόγου, αἰτήσαιμι δ' ἂν θαρσαλέως † βούσθην. 130 ἱστορίης γὰρ εὐσχήμονος σύνεσις ἐν τουτέοισι διεσπαρμένη. 131 τουτέων οὖν δι' ἀνάγκην ἀξυνέτων ἐόντων, παρακελεύομαι χρησίμην εἶναι τὴν τριβὴν, μεθ' ὑστέρησιν δογμάτων ἱστορίης. 132 τὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ δογμάτων μὲν πολυσχεδίην ἀτρεκέως ἐθέλειν ἱστορέειν, μήτε χειροτριβίης ἀτρεμεότητι; 133 διὸ παραινέω, τουτέοισι λέγουσι μὲν προσέχειν, ποιέουσι δὲ ἐγκόπτειν.

134 ξυνεσταλμένης διαίτης μὴ μακρὴν ἐγχειρέειν. 135 τοῦ κάμνοντος χρονίην ἐπιθυμίην ἀνίστησι· 136 καὶ ξυγχωρίη ἐγχρονίη
B νούσου. 137 ἥν τις προσέχη τυφλῶ † τὸ δέον, ὡς μέγας φόβος φυλακτέος. 138 καὶ χάριν, δι' ἧς ἑνότης.

† παρὰ

139 ἠέρος αἰφνιδίη ταραχὴ φυλακτέη.

140 ἀκμὴ ἡλικίης πάντα ἔχει χαρίεντα· ἀπόληξις δὲ τοὐναντίον.

141 ἀσαφίη δὲ γλώττης γίνεται, 142 ἢ διὰ πάθος, 143 ἢ διὰ τὰ οὔατα· 144 πρίν τε πρότερα ἐξαγγεῖλαι, ἕτερα ἐπιβαλεῖν, 145 ἢ πρὶν τὸ διανενοημένον εἰπεῖν, ἕτερα ἐπιδιανοεῖσθαι. 146 τὸ μὲν ἄνευ πάθους ὁρατοῦ [a] λελεγμένου μάλιστα ξυμβαίνει φιλοτεχνοῦσιν.

[a] λελογισμένου

C 147 ἡλικίη, σμικροῦ ἐόντος τοῦ ὑποκειμένου, δύναμις ἐνίοτε πάμπολυς.

148 νόσου ἀταραξίη, μῆκος σημαίνει. κρίσις δὲ, ἀπόλυσις νόσου.

149 μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται, ἢν μή τι περὶ τόπον [b] καίριον πάθη.

[b] κύριον

150 διότι ξυμπάθησις ὑπὸ λύπης ἐοῦσα ὀχλέει, ἐξ ἑτέρου συμπαθείης τινὲς ὀχλεῦνται.

151 καταύδησις λυπέει.

152 φιλοπονίης κρατερῆς ὕπο, παραίτησις.

153 ἀλυώδης τόπος ὀνησιφόρος.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 127 sur 736

IN HIPPOCRATIS ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΣ.

IN commentario istoratio habenda tum

Inscriptionis. ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. Idem de hoc, quod de præcedentib. commẽtarijs, esto iudiciũ. Videtur aũt prouecta iã ætate ab eo scriptus esse, & de industria tũ uocũ obscuritate, tum sententiarũ breuitate oracularis stylũ grauitatem imitari uoluisse. Quod ipsum multo pòst Lycophron in Alexandra quoq; sua secutus est.

ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ. In ὅρκῳ specíes μαθήσιος facit παραγγελίαν & ἀπόδοσιν, illam breuem, hanc prolixã docẽdi formulã. Intelligo igitur παραγγελιῶν nomine in præsens Præceptiones, quibus medicũ instruit, ad artẽ ipsam tum acquirendam, tum exercendã. Latius proinde patet com. iste, quàm com. de Elegantia. Hìc enim præcepta in uniuersum dat, Medico tum per se tum per accidens inseruientia, siue ex ipsa Arte siue aliunde petantur: illic uerò de solo ornatu aliunde petito, ex philosophia scilicet, agit. Com. de Medico n. 2. & 26. τὰ ἐς ἰητρικὴν παραγγέλματα tradit ex professo, cæterùm non prouecto in arte, sed tyroni duntaxat conuenientia. Distinguitur aũt cõmentarius præsens in partem priorem, quæ præcepta in genere tradit, tum acquisitioni, tũ exercitationi artis conferentia: & in posteriorẽ, quæ cõtinet præcepta in specie, tũ cognitionis, tũ operis medici, cæterũ imperfectè, seu quia casu truncatus est liber (huc enim Aphorismi plerique referri possent) seu quia consilio Hippocratis id factum est, qui exempla tãtùm producere uoluit præceptorum deinceps describẽdorum: quæ præcepta ex pleriſq; alijs com. petita in unum ueluti corpus aliquando redigerentur. Et hic è Prolegomenis ultimus est ordine Commentarius.

Tractationis. Præcepta dat Medico utilia, alia quidem Generalia, de Artis ipsius tum

Qui artem acquirit, siue inueniat per se, siue discat ab alio, duobus illum περιττοῖσιν niti oportere ostendit resolutione: Vide signum I.

Aquo ars acquiri potest medica in dupli ci sunt hi ipsi differentia. Alij quidem artis

Acquisitione. Ex Platonis Alcibiade, uel ipsi inuenimus, uel ab alijs discim⁹. Duæ igitur hìc cõsiderãdæ psonæ, qui acq rit, & a quo acq ritur. Respectu ergo eius

Expertes Idiotæ, qui cùm eadẽ habeãt περιττόματα, quæ habẽt ipsi artifices, licet per artẽ et methodũ non exculta, Obseruationes interdum præclaras proferũt, quibus ut ipsi propter artis imperitiã uti nequeant, at medicus tamẽ illorũ historias ad usum reuocare poterit. Ergo præceptum

Proponit. Ab Idiotis morborum historiam & progressum cognoscere, si præsens nõ fueris, nec discipulũ inspectorẽ dũ abes habueris (quod com. de Elegãtia n. 189. præcepit) ne negligas: tantum abest, ut ea quæ solo sensu comprehendi possunt, diuinare coneris. quod uulgò faciunt ἰατροὶ χρημαύτεις. N. 22.

Confirmat ratione. Ars. n. principium ex singularium obseruatiõe, à diuersis etiã idiotis facta, cepisse uidetur. Quas deinde obseruationes, in multis singularib. eodem modo sese habentibus, sensu duce perfectè cognitas (ἔκβασιν τέλος uocat, quod suprà n. 9. συναγέως ἐπιτελούμενον, cuius euentus certus est & minimè dubius) uiri magno præditi ingenio, rationis beneficio, ad canones reduxere generales, & ex ijs principia siue axiomata artis constituêre. ξυναγωγὴ εἰδῶν, in unum ueluti stabulum eiusdẽ generis greges cõpellere. N. 23. Hanc primã artis fuisse cõstitutionẽ, com. de Veteri medicina demõstrauit.

Partícipes, Artifices nimirum medici. Ergo ab his

Particularia exẽpla cognoscenda in opere medico, tum respectu

Vniuersalia præcepta discenda. Omittitur, tanquam ex præcedentibus nota propositio.

Subiecti. Præcipit igitur eorũ potißimũ morborũ πάθη πλῆσαι siue experientiæ attendendum, qui ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ grassari & hominibus accidere solẽt. N. 24. Nã cùm singulariũ omniũ historias impoßibile sit discipulũ obseruare, at obseruẽtur tamẽ ea quæ in frequẽtiorẽ usum ueniũt.

Efficiẽtis. Iubet igitur περιπλῆσαι medicorũ

Εὐχημόνων potißimum intuendam, qui & modestè & feliciter sine iactãtia & superbia mederi consueuerunt. Hoc uidetur sibi uelle ὠφελίη & ἀρεμαύτης. N. 25.

Ἀχημόνων & sophistarum minus esse curãdam, qui minus feliciter, semper certè immodestè cõsueuerũt mederi, superbè pollicendo, & cũ garrulitate, si qd siniſtrè eueniat, excusando. Hæc uidetur ἐπαγγελίη siue pollicitatio esse ante curam, & ἀπολογίη siue excusatio μετὰ πρόξιος post curã. N. 26. Hoc idẽ infrà n. 123. et 124.

Exercitatione. Vide signum III.

Specialia. Vide signum, IX.

I. Reso-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 128 sur 736

©BIUM

Medicæ artis munus præcipuum est ἄκεσις, medicatio. Vti com. de Arte n. 19. ostendit.

Medicatio autẽ indiget interdum tempore, interdum occasione: illo potissimum in chronicis, hac in acutis morbis. N. 2. Declarat. Tempus intelligo, in quo est occasio: Occasionem uicissim, in qua inest tempus breue. N. 1.

I. Resolutio talis est:

At temporis et occasionis cognitio λογισμῷ et τριβῇ, Ratiocinatione simul & Exercitatione perficitur. N. 3. Demonstrat partim à cognitionis huius

Causis, quas syllogismo uidetur complecti. Vide signum II.

Effectu siue euentu medendi. Methodus uniuersalis præsupponit Ephodum particularẽ: illa Ratiocinatione, hæc Experientia nititur. Videtur sanè Hip. res distinctas distinctis nominibus efferre, & ἐφοδον μεθόδῳ opponere uoluisse. Ergo methodica cognitio, quæ ab οὐσαργεῖ ἐφόδῳ

Incipit, & in eandem desinit, medico gloriam, & ægro salutem parit. Omittitur hoc membrum, utpote quod ex suo contrario potest intelligi.

Non incipit, neq; in eandem desinit, μέθοδός ἐστ ἄτυχος, medico quidem infamiam, ægro mortem concilians: ut com. de Elegantia n. 58. & 60. docuit. Hoc loco N. 13. uocat λογισμὸν ἐπιθανῆς ἀναπλάσεως λόγε; hoc est, non ex manifesta experientia, sed ex probabili tantum rationis figmento ductam ratiocinationem (sic etiam com. de Elegantia n. 61. inquit, λὼ ἑωυτὸν ἐν λόγοισι πεσόντες, ὀνιθῶσιν ἐλκύσαι ὄργον τὸ ἐν μαθήσι) eiusque noxas duas tum

Propo nit. Affert enim

Aegro interdum grauem et pernicioſam affectionem. N. 14. Quod com. de Elegãtia n. 60. ait, ὄλεθρον τοῖσι χρεωμένοισιν ἐπιφόρεα. & n. 131. βλάβλιν uocat.

Medico ἀνοδίλιν, errorem & perturbationem. N. 15. Quod com. de Elegantia, n. 60. ait, ἀτίλιν τοῖσι μεχανιδίοισι.

Confert inter se. Cùm duplexma lũ hinc promanet, alterũ quidem est

Exiguum & ueluti accidentariũ tantum, quòd medicus loquacitate & magnificis promißis pecunias ab ægris extorquet, & ex illorum credulitate quæstum facit. N. 16. Ἐπιχέρεα uidetur appellare munera, quæ medicis dantur. Pollux & Suidas ἐπίχειρα mercedem opifici debitam uocant. Cur uerò exiguum malum appellatur? An quia sanitatis spem & opinionem medici ægris auro uendunt, rem nihili pro re nihili? Itaq; exile damnum est, quod ægri patiuntur secundùm fortunas, si conferatur cum eo quod patiuntur quo ad uitam ipsam.

Magnum, & uelut essentiale, quòd medicus morbo, qui per se ægrum extinguere non poterat, sua imperitia fomitem addit. N. 17. νεῦ δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῦσι τὴν παμνύσιν. subintellige id quod suprà dixerat, αἰτιαρλὶν ἐπιφέρεσι διαθέσιν.

Ergo medica ars

Non sola ratiocinatione τὸ παθόλου συμπεραίνεσθαι, nec sola experientia νοῦ τὸ ὄργου οὐδὲξεται τὰ παθέκαστα μενατ debet. N. 18. Ratio. Etenim lubrica est & ad errorem procliuis ἰηχύρησις μετ' ἀδολεσχίης, Affirmatio non ueritate rei nitens per experientiam cognitæ, sed imaginatione solùm nugaci constãs. N. 19. Vti econtra rudis est & artifice indigna experiẽtia rationis expers.

Sed & ratiocinatione τὰ καθόλε comprehendere debet, & experientia τὴν γιγνομένων, singularium scilicet, cognitionem acquirere. N. 20. Ratio. Nam hæc coniunctio utrorumq; & ægro & medico maximam utilitatem affert. N. 21.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 129 sur 736

©BIUM

Quorum natura coniuncta est, eorundem quoq; cognitio coniuncta esse debet.

II. Ratiocinationi tali uidetur uti:

Proponit. Λογισμὸς est recordatio quædam, componens ea quæ sensibus percepta sunt. N. 4.

At Ratiocinatio & Experientia naturas habent coniunctas. Ostendit id per Ratiocinationis definitionem. Quam

Declarat. Duo sunt enim in homine περὶ τήρησιν, Ratio et Sensus: in quorum utroq; & λῆψις & φυλακὴ perpendi debet, Acquisitio & Conseruatio speciei, quæ cognoscitur. Proinde cognitio altera

Αἰσθητικὴ: cuius duæ sunt ministræ, Sensus & Phantasia, quarum illa species sensibiles recipit, hæc ueró easdem custodit. N. 5. Quatenus ergo species

Recipitur, sic προπαθὴς Sensus est, primam impressionem specierum sensibilium percipiens, cùm sentire sit quoddam pati.

Conseruatur, sic αὐτοπτικὸς euadit Sensus, quoniã species sensibilis in phãtasia ueluti in thesauro conseruatur, & ad διάνοιαν transmittitur. Hoc igitur modo αἴσθησις erit quædam ueluti αὐτοπτικὴ siue transmißio ad διάνοιαν.

Διανοητικὴ, cuius duæ sunt ministræ, Cogitatio & Memoria: hæc species intelligibiles cõseruat, illa suscipit. N. 6. Quatenus ergo species intelligibilis

Suscipitur, sic διάνοια dicitur παραδεκτικὴ τοῦ uniuersale enũciatum, ex multis singularibus per sensum subministratis, per phantasiam obseruatis, collectum. Et hæc si conferatur cũ sensus προπαθείᾳ, iure ἀντιπροπάθεια appellari poterit: quoniã species intelligibilis, quæ mouet διάνοιαν, eius speciei sensibilis, quæ sensum mouit, ueluti simulacrum est. Iam quoniam ex multis singularibus per inductionem colligitur, ξωντίθεσθαι dicitur: & διάνοια ipsa ξωνθετικὴ erit, & opus ipsum ξώνθεσις.

Conseruatur, sic διάνοια dicitur τηρεῖν & καταθέσθαι & μνημονεύειν, conseruare & in thesauro memoriæ reponere. Quæ conseruatio μνήμη propriè dicitur. Sic igitur διάνοια erit καταθετικὴ siue μνημονευτικὴ, & opus ipsum κατάθεσις siue μνήμη.

Ergo Ratiocinatio & Experiẽtia simul coniunctæ esse debent, mutuásq; sibi inuicem operas tradere, ad ueritatem cognoscendam & exercendam. Ita quidem ut

Λογισμὸς uniuersalis &

Incipiat ab Experiẽtia singulariũ, ἐκ πολλῶν τοιούτων τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν. N. 7. Quid per πρόληψιν intelligendũ sit (quã primã speciem experiẽtiæ posteriores Empiricos fecisse, Gal. de Sectis ostẽdit) explicat: nimirũ τὰ συναργέως ἐπιτελούμενα, quæ ipso sensu uera esse deprehenduntur, per inductionẽ colliguntur, & characterem τὸ καθόλου accipiunt. N. 9. Ergo primum munus λογισμοῦ est Inuentio, inuenire uniuersalia per inductionem è singularibus. Itaq; de Elatib. n. 224. inquit τὰ μαθήματα καὶ τὰ ἀναγνωρίσματα esse ἐθίσματα.

Definat in experientia singulariũ. τὴν κατάφορὴν ἐν τῇ φαινομένῳ μεθοδεύειν, hoc est, ratiocinationem methodicam ex & in ijs, quæ sensu apparent, confirmet. N. 8. Sic enim λογισμὸς in potestate erit ipsius διανοίας, ut pro libito possit methodo uti, uniuersalia singularibus applicando. N. 10. An potius uult, Conceptũ ueritatẽ οὐ διαφέρει tantum esse, quatenus scilicet reb. naturalibus extra intellectũ per διάνοιαν potest accõmodari? Cùm ecõtra rerũ ueritas actu siue ὑπάρξει sit, necessitate ipsius φύσεως substrata. Itaq; secundũ munº est λογισμῦ, Methodus, iudicare uniuersalia per inductionẽ in singularib.

Τριβὴ singularis &

Incipiat à λογισμῷ, cùm ratio sensus ministerio utens obseruet in multis uarijsq; reb. singularibus naturæ motum, & ex hoc motu ad naturæ cognitionem ueluti manu ducatur: cùm ijs, quæ uno eodemq; modo fiunt, causam communem & uim quandam fatalem inesse sit uerisimile. Naturam inquit moueri à multis & uarijs πράγμασι (quæ com. de Arte n. 12. uocauit ἕδλεα) hoc est naturæ motum in multis singularibus obseruari. N. 11. Sic etiam com. de Elegantia n. 16. τὸ χρήσιμον & ἀδίδακτον per se, doceri per naturæ spectacula posse, ait. & 1. de Diæta n. 148. νόμον hominum ipsam φύσιν deorum imitari profitetur, cùm prius de Necessitate rerum naturalium in utroq; regno, Iouis nimirum & Orci, multa tam præclara quàm obscura disputasset.

Definat in λογισμῷ, cùm διάνοια ex rerum singularium natura naturam colligit uniuersalem, & id quod in multis singularibus uerum esse deprehendit, in omnibus uerum esse colligit. Et hæc altera est Veritas conceptuum, qui sunt in nostro intellectu, uti prior est rerum, quæ sunt extra intellectum. N. 12. Infrà certè n. 132. λογμάτων ἰσχὺς ἀπρεπείαν, Præceptorum ueritatem, per χειροτριβῆς ἀπρεμέτητα, hoc est, Vsus certitudinem & experientiam comparari & ueluti confirmari inquit.

III. Præ-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 130 sur 736

©BIUM

III. Præcepta quæ ad usum artis, ad praxim scilicet medicã cõferunt, uaria proponuntur ab Hipp. Respectu personarum diuidi posse uidentur. Medicus qui agit, Aeger in quem agit, & Adstantes, apud quos uel cum quibus agit, considerari debent. Vt ergo reipsa simul sunt, ita quoq; consideratione simul erũt: adeóque impoßibile sit unius sine altero mẽtionem facere: sed ex eo quod ueluti subiectũ cõsideratio nis statuitur, diuisio sumenda. Præceptorum igitur medicorum alia accommodantur

- Aegro, quatenus æger ex his, quæ medicus
  - Offert ægro, alimentis & medicamẽtis, tanquam instrumentis operationis, uelox aut tardum percipit iuuamen: adeoq; remediorum diuturno usu offenditur, & propter imperitiam uno solo opem sibi ferri debere arbitratur. Nam cùm proprium sit ægri, nihil diu pati: si uno remedio utare, pluribus, si pluribus, uno utendum postulabit. Præceptum igitur quo ad remediorum copiam
    - Proponit:
      - Oportet, iam statim ab initio, definire, Morbum uarijs opus habiturũ remedijs. N. 27. Videtur autem primum καὶ expungendum, ut legatur, χρήσιμος δὲ ποικίλος.
      - Non oportet affirmare, etsi ita sit futurum, Morbum uno solo remedij genere cessurum. N. 28.
    - Confirmat ratione. Nã siue morbi sint
      - Chronici, propter diuturnitatem & stabilitatem (μονὴν uocat) uaria accidentia & mutationes frequentes habent. Proinde etiã uaria remedia respectu symptomatũ morbiq; temporum requirunt. N. 29.
      - Acuti, & pauciorib. opus habeant remedijs, uel quia non profundas egerunt radices, uel quia exiguo tempore durant: tamen non oportet, unum solum remedij génus præfiniẽdo, uel curationis auctoritatem imminuere, præsertim apud diuites & opulentos, uel si quid fortuiti accidat, instrumentum cõueniens hac præfinitione subtrahere. Omittitur.
  - Exigit ab ægro, utputa à stipendijs & mercede, bonam malámue de Medico opinionẽ concipit. Ergo præcipere quoq; oportet aliqd de Mercede exigẽda uel non exigenda. N. 30. Theoria siue præceptio ista diuiditur partim respectu
    - Morbi. In morbo igitur
      - Chronico, qui dat inducias, de mercede pacisci, confert toti curationi. N. 32. Proindenõ ob lucrum proprium, sed ob ægri utilitatem paciscendũ esse ratiocinatione tali explicat:
        - Aegrũ medico diffidere, inutile est, ipsiq; curationi plurimum officit. N. 35. Com. de Elegantia n. 184. seriò monet, Aegrum ab affectibus proprijs remouendũ esse: & præclarè Plato in Charmide Zamolxidis illud Thracum regis atq; dei celebrat, cuius ignorantia plerique Græcorum medicorum decipiantur: Vti oculi sine capitis, & caput sine totius cura sanari nequeunt: ita neque corpus sine animo: adeoq; primam curam animi certis incantationum uocibus, hoc est, præclaris sermonibus instituendam esse, per quos animo ægri tẽperantia ingeneretur.
        - At si medicus de mercede iam inde ab initio
          - Paciscatur, Opinionem ægro præbebit, quòd eum non sit deserturus, mercede ueluti hamo detentus: quin potius quantocyus poterit, curationem ad finem perducturus. N. 31.
          - Non paciscatur, Suspicionẽ ægro inijciet, quòd eũ uel sit desertur⁹, uel certè curationẽ ipsam longiore tempore protracturus, nec remedia oportuna fideliter administraturus, adeoq; ex morbi longitudine maiorẽ quæstum, licet nullum pactum intercedat, captaturus. N. 33.
        - Ergo medicum de mercede non pacisci, noxium est: & econtrà de mercede pacisci, ægro salutare. N. 34.
      - Acuto, qui nõ dat inducias, an de mercede paciscendum sit, dignũ maximè est consideratione. N. 36. In acutis de mercede pacisci nõ debet medicus, neq; respectu
        - Suijpsius, ne cùm morbi occasio præceps sit, dum mercedem captat, & ut æger ad meliorẽ mentem conuertatur expectat, curandi oportunitatem amittat. Potiorem suæ existimationis & officij, in ægro non relinquendo, rationem habeat, quàm priuati commodi. N. 37.
        - Aegri. Satius enim est ægrum ingratum futurum conseruare humaniter, cùm postea ingratitudinem ei medicus sua cũ laude poßit obijcere, quàm eundẽ ingratitudinis metu deserere crudeliter. N. 38.
    - Aegri. Vide IV.
  - Medico. Vide V.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 131 sur 736

©BIUM

Ægri tales digni sunt, propter tam peruersam de arte opinionem, qui negligantur: nō tamen digni qui à medico, humanitatis ergò homines quosuis complectente, derelicti, pœna mortis afficiantur. N. 40.

Medicus dignus nō est, qui cum improbis improbus euadat: quin potius ægris ἐπὶ σάλου μεταβολῆς πορευομένοις, in mari inconstantiæ contrarijs uentorum turbinib. agitatis (quandoquidem cupiditate uitæ ampliſsimè pollicentur ab initio, uoti compotes facti præ auaritia ingrati euadunt atq; perfidi) ipse suam opponet constantiam, et ἀπαραξίλυν, pecuniæ contemtu & humanitate & artis studio ceu firmiſsimis anchoris nitentē. αὐτιτείνεσθαι, uoce castrensi, in diuersa acie consistere. N. 41. An ad Castoris & Pollucis ignes tempestate in alto iactatis felices atq; salutares alludit: cùm ecò trà exitialis Helenæ sidus certam perniciem afferat? Quid si legatur, μετὰ βολῆς. quòd sicuti nautæ profunditatē maris bolide pertentant, sic ægri improbitate & impudentia hacce suæ animū medici, ueráne an simulata philosophia sit instructus. Ne ergo tantillæ pecuniæ causa probitatis suæ existimationē prodat medicus, sed magnificentiam suam auaritiæ opponat ægrorum. Eodem fere sensu legas, μετὰ βόλῳ, hoc ueluti rete Medici probitatem captantium. Causam subiungit, Iouis opt. max. religiosa obtestatione stabilitā, in re maximè seria, quamq; unicè persuasam omnibus esse cupit: qua formula etiam infrà n. 87. utitur: Nimirū uerus medicus idem & fidus & humanus est. Quod com. de Elegantia & de Medico plurib. explicauit. φιλαδελφιμόν uocat uel respectu artis (quem paulo pòst n. 50. φιλοτέχνον, at n. 65. ὁμότεχνον appellat, quoniā non lucri spe, sed artis studio, quæ sanitatis ergò hominib. data est, medicinā exercet) uel respectu artificū, medicorū scilicet Asclepiadarum, quibus si non genere, saltem professione coniunctus, & quòd in Lege n. 44. habetur, ἱερὸς est, ὁ βέβηλος, sacræ artis mystes, non profanus & exoterus. An uerò ad illud quod in Iureiurādo est alludit, Præceptorum filios fratrū loco habēdos? Vt proinde ueri medici, tanquam ab eodem genere oriundi, eaq; de causa ἀδελφοὶ ἰατρῶν, Filij medicorū passim à Platone nuncupati, fratres inter se uideantur esse. Addit: ὥσπερ ἡ ἀτιμαμύνη. In curando magis fidē sequitur, ut ægrū hominē seruet: quàm rigiditatem, ut ingratū hominem; & propterea indignum cui bene fiat, derelinquat. N. 42. Ἀτιμαμύνη uox à reb. quæ difficulter concoqui possunt, ad implacabilem animi duritiam translata. Hunc fortè locum ueluti interpretans Plato lib. 1. de Rep. ἀνεμβὴ ἰατρὸν σωμάτων ἄρχοντα εἶναι ait, ἀλλ' ὃ χρηματιστήν, & alibi hoc ipso medicum ingenuum à seruili distare, quòd hic imperare tantùm norit, tyranni instar (quæ ἀτιμαμύνη est) ille cū ratione etiā persuadere, regio patrioq; more (quæ πίστις est, ἀπὸ τοῦ πείθειν deducta.)

Nolente, sæpe etiam repugnante, et medici operam sibi uel propter ius hospitij, uel propter curæ facilitatē aut humanitatem deberi contendente. N. 39. Horum igitur mores & morbum iam ab initio cognitum habere oportet, & cum fide & diligentia illis ad finem usq; adesse. N. 43. Rationē affert. Namq;

Exigit, & pacisci tur, ægro uel

IV. Ratione habita ægri, medicꝰ interdū mercedem

Volētē, & nō repugnāte, sed medico p opera et labore satisfacere parato. Hic ergo medicus decorū obseruabit, ut se philosophum nō sophistam esse ostendat, tū quo ad mercedis

Χρῆσιν, siue Vsum. Fructus ex arte percipiat, nō propter opes, quòd ijs delectetur: sed propter artem, cuius tum addiscendæ tum exercendæ instrumenta sunt opes ipsæ. Hoc sibi uidentur hæc uerba: τῆς ἢ ἐπικαρπίης (scilicet μὴ ἐπαυρέσθαι) αὖσον τῆς ἐπιθυμίης (ὃ χρηματισμός, ἀλλ') ἐπισπουδαίσιος πρὸς μάθησιν (πρὸς τὴν τέχνην.) N. 44. Sic Isocratē narrant cum lacrymis stipem à discipulis accipere solitum, & seriò conqueri, quòd Egestas arti liberalissimæ & ab omni quæstu remotis. necessitatem hanc imponeret. Nisi quis ἐπιθυμίαν intelligat respectu discipulorum, Mercedem accipiendam coram discipulis, ut lucri dulcedine allecti, maiore cum alacritate arti incumbant. At hoc ipsum medico philosopho indignum, qui tales esse uolet discipulos, qualis ipse est.

Κτῆσιν, siue Acquisitionem & acceptionem. In Mercede petenda uel accipienda ne sit ἀπαύθρωπος, ne auarè & iniquè, præterquam humanitas patitur, stipem exigat. Etsi enim artis præstantiæ, nullis muneribus, quantumuis ampliſsimis, dignè satisfieri posit: attamen artifex uti necessitatem suam respiciens mercedem exigit, ita non minus ægri necessitatem respiciat, τὴν πλουσίων καὶ οὐσίαν, hoc est, & abundantiam facultatum & facultates ipsas. Nam si V. G. Plato & Socrates diuitijs sunt pares, quo ad οὐσίαν: Socrates tamen, quia familiam alit & liberos habet, plurib. eget, & propterea minus diues iudicari debet, q̄ Plato cælebs. Nisi πλουσίους appellatione bona mobilia, οὐσίας uerò immobilia, Hip. intelligere uoluit. Tū uerò in paciscenda mercede interdū petax esto, ut ægro maiorē confidentiā curationis iniiciat, eiusq; animū erigat (apud astantes interim sui consilij rationē seorsim explicet.) At in exigenda eādē minimè importunus esto. Vulgò constat, medicos operā suā magno locantes, ipsa salarij magnitudine auctoritatem acquirere. Qua ueluti esca & illecebra uti, improbi est hominis. Eandem uerò confidentiæ causa adhibere, prudēti eidemq; uiro probo conuenit. N. 45.

Non exigit ab ægro, sed gratis curat, aut saltem non paciscitur, sed ægri arbitrio permittit. Vide signum ☙

☙ Non

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 132 sur 736

©BIUM

Gratitudinis ægri, quam satis iam antè perspectam habet. Sic enim amici mutuas præstant operas, non fœnerandi beneficij, sed beneuolentiæ declarandæ causa. N. 47. Aristot. 9. Ethicorum amicitiæ secundum utilitatem contractæ species facit, ἀθετὸν aliam, in qua nulla talionis fit mentio, sed gratitudini eius qui accipit, tota committitur: aliam νομικὸν, in qua apertè illud, quod retribui debet, exprimitur. Prior est, cuius hic meminit: quando medicus ex suo ingenio ægrum metiens (ut ferè boni solent) mauult fidendo decipi, & operæ opumq; iacturam facere, quàm diffidendo existimationem uirtutis amittere.

Existimationis propriæ, ut cùm pecunia non egeat, gratis potius curare, quàm auaritiæ suspicionem de se præbere malit. N. 48. Quid uerò si egeat? At nunquam egebit medicus philosophus, cùm αὐτάρκης sit: hoc autem, quia paucis contentus, in uictu & amictu: uti com. de Elegantia. Neque uerò liberis alias quàm paternas opes, uirtute scilicet & eruditione nō tam partas, quàm comparandas, relinquere studebit: quòd quælibet aliæ sint tantùm irritamenta malorum.

Potest atque uult, Medicus tamen renuit. N. 46. Maiorem habens rationē uel

Non exigit ab ægro mercedē, quā is uel soluere

Proponit. Egeno & peregrino χορηγίαν tua, apparatu tuo medico, hoc est, & opera & ope atque remedijs, promptissimè & libentissimè auxilieris. N. 49. Metaphora à scenico apparatu ducta, omnia ea quæ ad ægrorum curam requiruntur, alimenta, uestimenta, medicamenta, complectitur. Nimirum hoc ipsa naturæ lex dictat, quæ hominem λογικὸν ζῶον esse uoluit, ut quo quisque auxilij magis indigus est, eo promptius libentiusq; auxilium illi sit ferendum. Legem naturæ lex insuper scripta confirmauit & illustrauit, quando quidem in sacris tantoperè peregrinos, uiduas et orphanos commendari uidemus, ut unum eundemq; utriusq; auctorem Deum agnoscere possimus. Nota sunt Homerica illa,

Ζεὺς ἐπιμήστωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
Ξείνιός, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. Item,
—πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Cæterum in hoc ethnici hominis, sed naturæ benigno lumine à datore bonorum Deo illustrati, quàm multi Christiani, quod dicere pudeat, quàm grauiter delinquunt? Sed qui ne diuinis quidē oraculis uel terrentur, uel persuadentur, qui illos hominis, omni licet exceptione & cōtradictione maioris, auctoritas moueret? At sit ethnicus licet, iudex erit aliquando Christianorum medicorū. Neque uerò hic in legem suam peccauit, quando ab Artoxerxe Persarum rege ampliss. muneribus euocatus, ad Barbarum & Græcorum hostem proficisci recusauit. Quod cōmunis erga omnes mortales humanitas suadere poterat, id priuata in patriam fides dissuadebat. Etsi enim Medici nihil interest, cuicunq; tandem opem sua ferat arte, dummodo opem ferat: uti nec coqui, cui cibos paret, dummodo rectè paret: interest tamen hominis arte medica præditi, pro ea, quæ sibi cum alijs uel publica uel priuata intercedit, societate. Omnibus ex æquo hominib. benefaciendū, quatenus pares sunt. At quatenus dispares, ita iam officiorum quoque insignis oritur disparitas. Sed παρέργων satis sit.

Non potest, quoniam inops, uel certè quia peregrinꝰ, domo abest, nihilq; habet in promtu quod numeret, præterquam uiaticum. Præceptum

Confirmat ratione gemina: altera propter

Honestatem, quoniam conuenit Medico, quo ad artem, eius studio teneri: quo ad ægros, humanum esse. Studium uerò suum declarabit hoc ipso, si erga eos, à quibus nullum expectat lucrum, humanum non minus & officiosum se præstet, quàm erga locupletes. ἢν πρὸς φιλανθρωπίαν (si humaniter pauperes & peregrinos complectatur) παρέχηται φιλοτεχνίαν (ἀδελφισμὸν se medicum & ὁμότεχνον reipsa ostendet.) N. 50. Nisi quis fortasse sic intelligere malit: Si medicus sit humanus, multi illius artem amabunt. Quod ipsum tanquam obscurius dictum, subinde declarat.

Vtilitatem, quæ hinc redundabit in Medicum, tam Gloriæ quàm Lucri. Nam hac pietate inducti ægri, non modò in morbis curabilibus medici tam humani & officiosi opera uti uolent, uerum etiam in desperatis eum adhibebunt: ut licet immedicabili morbo laborent, illius tamen probitate conciliato numine interdum se sanitati uel restitui posse confidant, uel etiam restitutos esse gloriētur. N. 51. Proinde humanitas ista medico magnam comparabit auctoritatem felicitatis: qua præditus, à plurimis, & quidem locupletißimis, certatim uocabitur. Nam quod Auicenna ait: Is plures curat, cui plures fidunt.

V. Si

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 133 sur 736

©BIUM

V. Si Medicũ iam conſideres, præcepta quædam Hipp. tradit tum de

Fine, quẽ ſibi medicꝰ proponit. Hũc igitur

Primarius, reſpectu eorum, quorum curã gerit, ipſa artis Exercitatio, ut

Aegri curati à morbo præſente, ſanitatem abſentem recuperent. N. 52.

Sani præſeruati à morbo abſente, ſanitatem præſentem conſeruent. N. 53.

Recenſet. Medici finis eſt alter

Secũdarius, reſpectu ſuijpſius, ipſa εὐχημοσύνη, Exiſtimatio atq; gloria, philoſopho docto & uiro bono, ob eruditionem & uirtutem, digna. N. 54. Εὐχημοσύνης finem eſſe gloriam, ex com. de Elegantia n. 205. ſatis conſtat: dignumq; obſeruatu, gloriam, non lucrũ, pro ſecundario fine artis conſtitui, ut quæ uirtutis etiam præmium cenſetur. Opes ignobiliores ſunt, quàm quæ rei nobiliſſimæ præmia iudicari poßint. Et hæc quidem, ſi uocem ὑγειαινόντων uſurpes pro ὑγιαζόντων, & ad Medicum curam gerentem aliorum referas, & εὐχημοσύνῃ eo ſignificatu, quo diximus, ſumas. Sin uerò intelligas de ijs, qui medici opera utuntur, εὐχημοσύνη fortè pro pulcritudine ponetur: ut ſit ſenſus, Medicum ſanorum curam habere, non tantùm ſanitatis conſeruandæ cauſa, & euitandi morbi, ſed etiam formæ & elegantiæ conciliandæ gratia. Nam ὑγιεινῆς portio eſſe uidetur κομμωτικὴ & λιπαρτικὴ dicta.

Accõmodat bonis et malis artificibus, et per contentionem oſtendit utrorumque differentiam. Medici igitur

Mali in profundo imperitiæ cœno ſubmerſi, nullum ex tribus finibus propoſitis reipſa aſſequuntur, ſed opinione tantùm. N. 55. Metaphoricè profundum ignorãtiæ appellat, cui ſuperficies ignorantiæ reſpondeat. Illud quidẽ, cùm & rem & ſeipſos ignorãt, ut qui ne hoc quidem ipſum ſciant, quòd nihil ſciant, quam Ariſt. λαθ' ἕξιν ἀγνοιαν uocat, & Plato 9. de Legibus ἀπλῆν. Hanc uerò, cùm rem tantùm ignorant, non ſeipſos, ut qui ſciant ſe nil ſcire, quam Plato ἁπλῆν nominat, Ariſt. uerò ἄγνοιαν λατ' ἀπόφασιν. Vide ſignum VI.

Boni deſcriptionem ex ipſo fine petitam cum priore connectit. Hic enim quo ad

Methodum, nil ſine ratione facit, quin hoc ipſo excellit & ſeriò triumphat, quòd omnium eorum, quæ ſuſcipit, rationem reddere poteſt: et propterea ὁμότεχνος iure appellatur, hoc eſt artis ipſius ſocius & miniſter: uti econtrà malus medicus αὐθίατρος erat n. 56. Videtur certè hunc eundem paulo antè n. 42. ἀδελφισμένον, & n. 59. φιλότεχνον nuncupaſſe. N. 65.

Praxin, munere ſuo præclarè fungitur. Oſtẽdit

ὅτι. Medicus bonus in nullo ſupra dictorũ finiũ peccabit, ne in ſumma quidẽ inopia inſtrumentorum. N. 68. Sed opus ſuum faciet, &

Ἀναμαρτήτως, rectè & ſine errore. N. 66. Com. de Vet. Med. n. 45. medicũ bonum interdũ peccare ait, ſed citra ægri incõmodum.

Ῥᾳδίως, facilè et expeditè. N. 67. Nãq; & methodũ habet εὐχερεστάτην, uti com. de Elegantia n. 133. & manibus promtus eſt & expeditus, quã eodẽ loco n. 126. & 158. uocat ἑτοιμασίαν πρὸς τὰς ὑπουργίας, & εὐχειρίαν.

Διότι. Vide VII.

Iis quæ ad finem hunc conſequendum pertinent. Præcepta ſunt uaria, & forta ſis ab Hippoc. nec omnia, nec ordine aliquo hìc poſita. Ea igitur primũ methodicè proponemus, deinde ſeriatim enarrabimus, literarũ notis præfixis, ut aa. bb. &c. Quædam igitur ad opus medicum pertinere uidentur

Eſſentialiter, quando ſcilicet medicus omnia, q̃ ad morbi ꝓfligationẽ facere poſſunt uel

Cum alijs conſultando, inueſtigat & inquirit. aa.

Per ſe indagat, tum ſigna tum remedia morborum: quorũ bis profligatur, illis cognoſcitur morbus. cc.

Accidentaliter tanquã adiumenta uel ornamenta quædam: nimirum reſpectu

Aegri, Tolerãtia: quã Medicus uerbis excitare debet & confirmare. bb.

Medici, ut rationẽ habeat

Elegãtiæ tũ quo ad

Veſtitum. cc.

Mores. dd.

Exiſtimationis & auctoritatis, tũ quatenus

Docet alios, & acroaſes facit apud idiotas. ff.

Diſcit ab alijs. Fugiẽda igitur opinio ὀψιμαθίας, quaſi ſerò artẽ didiſcerit. gg.

VI. Me-

©BIUM

Methodum, ἀνίατοι, ne digni quidem medicorum nomine, si modò medicina ars est, recta ratione constans, ex multorum singularium obseruatione uniuersalis ratiocinatio. N. 56.

Reuera ijs carent præsidijs, quibus instructi boni medici, suo munere præclarè fungũtur. Sunt enim quo ad

Praxin, ἄλογοι, ipso opere & suam produnt imperitiam, & arti ignominiam conciliant, cúmque, ut apud Plinium est, experimenta per mortes agant, humani generis hostes & personati quidam uenefici esse uidentur. N. 57.

Fortunam non debere referri. τύχας διαφθοροι, inquit, Quoniam artis & uirtutis expertes sunt, fortuna quoque bona indigent. Namque ut com. de Arte n. 26. Artem ueram bona plerunque fortuna, inertiam uerò mala comitatur fortuna. N. 59.

VI. Medici im probi & im periti finem nõ assequuntur, neque

Primariũ, Morborum scilicet curã & Sanitatis custodiam. Etenim

Opinione populari auctoritatem & existimationem artis habent quidem, sed nullo suo partam merito, noui homines, seruili ingenio & conditione, nulla nec generis, nec eruditionis nec uirtutis commendatione nobiles, quos Plato ab ingenuis & liberis & nobilibus medicis, Asclepi de sanguine natis, diuersos facit. N. 58. Ostendit existimationis huius causam in

Homines locupletes & potentes, sed stupidos illos & imperitos, referendam esse, qui opera fortuita à morbo liberati, famam illorum commendant. N. 60. Cornarius legit, ὑπὸ πλουσίων ἀνδρῶν ἐν σφοδροῖς νόσοις αἰρεῖ. A diuitibus quibusdam ex angustijs miseriarum liberantur. An uerò ὑπὸ πλουσίων ἀνδρῶν ἀδρῶν, A quibusdam diuitibus ægris. Sunt qui ἀνδρῶν καὶ σφοδρῶν, Diuites auaros intelligant, qui mercedis loco falsis præconijs medicos indoctos extollere consueuerunt: quandoquidem infrà n. 128. καταπαύειν νόσον ponere uidetur, pro eo quod est, Morbi compotem fieri uel cognoscendo uel etiam curando. Alij ad morbos putarint referendum: & ἀνδρώδεις dici morbos, qui faciles sint curatu. Plato lib. 1. & 9. de Legibus, medicos Seruos medicis liberis & ingenuis opponit, tanquam tyrannos regibus: quoniã quæstus tantùm causa ab auaris dominis ad conseruos suos aliorúmue curandos, alantur, sola experientia instructi, non persuadendo, sed imperando tantùm medentes. An igitur fortè hi ipsi à dominis manumißi aut etiam ab ijsdẽ cõmendati, ij sunt, de quibus hìc loquitur? Per σφοδρὸς uerò intelligunt, morbos difficiles quidem, sed angusti admodum temporis, hoc est, uel acutos & salubres (qui licet naturæ bonitate euincãtur, medicus tamen id leuiculo alicui remedio qd̃ exhibuit tribuere cõsueuit) uel chronicos qui iam sint in declinatione. At felicem medicum, ut uulgò dici solet, qui in declinatione morbi uocatur. Salmacida certè spolia sine sanguine & sudore præripit, & fructum uictoriæ alienæ decerpit. Alius existimarit, morbos ἀνδρώδεις dici curatu faciles: eosdemq; σφοδροὺς reddi, hoc est, arctos & angustos, uel simulatione ipsorum medicorum, qui periculosos esse prædicant, ut paulo pòst: uel etiam officio, quod illis magna cum diligentia, etsi nulla urgente necessitate, præstant, ut suo saltem obsequio ægros sibi deuinciant.

Secundarium, σύγχυσιν scilicet. Vtrique enim, tam ægri stulti, quàm medici indocti, fortuito isto euentu

Gloriantur & superbiunt, seseq; Asclepiadis ueris & conferre & præferre non erubescunt. N. 61.

Corrumpuntur. N. 62. Namq; ex fortuita hac curatione occasionẽ porrò sumũt, ut &

Semetipsos luxu, crapula, ebrietate perdant, spretis Asclepiadarum præceptis. Hoc uidetur sibi uelle uerbum ἀκαταχλιδοῦσι. N. 63.

Artem ueram ratione & sensu nitentem contemnant, neq; arti, sed casui medicationem tribui debere putent, & proinde artis opera ἀνυπόθετα esse, sub rationis censuram non uenire, neque rationem illorum dandam esse. N. 64. Com. de Arte ex professo contra eos disputauit, qui medicinã tollunt, eo quòd sine medicorum opera multos curari obseruent.

VII. Nam

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 135 sur 736

Iniuſtitiã. ὁ γὰρ ἄπιστός ἐστιν, non eſt erga ægros infidus, neq; perfidus, ὡς (οἱ) οὐ δικαίως, ut ſunt Medici iniuſti. N. 69. Iuſtitiam in Medico ſummoperè requiri, Com. de Medico n. 20. docuit.

VII. Nam præter id q̃ erudit⁹ eſt, eſt etiam uir bonus: excellitque adeò uirtutibus præſtantiſſimis. A contrario oſtendit. Fugit enim,

Ambitionẽ, nec improbos medicos imitatur, qui famam, quã uirtute nequeunt, fraude doloq; compararе nituntur. N. 70. Declarat in ſpecie. Aſtutè enim improbus Medicus auctoritatem uenatur tum reſpectu

Aliorũ, uidelicet

Aegrorum, quòd non quemuis morbum curandum ſuſcipit, ſed φθεγγώδεις tantùm. N. 71. Quæ uerò hæc διάθεσις φθεγγώδης? φθέγγω, loquor eſt. An ergò reſpectu tum ægri, tum medici morbus eſt φθεγγώδης uirorum principum & opulentorum, quorum uel leuiſſimæ affectiones, propter ſplendorem & potentiam, grauiſſimæ uidentur? præſertim cùm ſuprà n. 60. dixerit improbos medicos ὑπό τινων σὺν πόρων καὶ σθένων, ob morborum quorundam curatu facilium, ſed quos illi & uerbis & ſtudio ſuo difficillimos eſſe ſimularũt, euebi. ut ita calliditate Medici, morbus etiam leuiſſimus reddatur φθεγγώδης, quando illum uerbis tanquam periculoſiſſimum exaggerãt. Lib. 1. de Morbis, de ijs quæ rectè & non rectè in arte fiunt, ἐν ἰητρεῖῃ μὲν, inquit, τλεῖόν τε νῆσον ἑτέρων ἐσσαν ἑτέρων φανέειν, καὶ μεγάλων ἐσσων, μικρῶν φανέειν, καὶ σμικρῶν ἐσσαν, μεγάλων. Hæc namque ignorantiæ ſunt. Improbitatis uerò, quæſtus ſui cauſa morbi magnitudinem mentiri. Item in epiſtola ad Abderitas mercedem ſibi offerentes: ἀλλ' ἐάτε ἐλευθερίης τέχνης ἐπιδώσεαι καὶ τὰ ἔργα. οἱ δὲ μισθαρνοῦντες, ἀπιδεῖν αὐχημάζουσι τὰς ἐπιγόμας, ὥσπερ ἐξανδραποδίζοντες αὐτὰς ἐκ τῆς προτέρης παῤῥησίης· ἀᾧ ὡς ἐνὸς καὶ ψόγου αὐτῷ ὡς πόλει μεγάλῃ νούσου, καὶ αἰνυθεῖσαν ἄν, ὡς πόλει μικρῇ· καὶ οὐκ ἂν ἕλοιεν ὑποχόμενοι, καὶ πάλιν ἕλοιεν μὴ λαμβάνοντες. Item Celſus lib. 11. cap. 9. hiſtrionis eſſe ait, Paruam rem attollere, quo plus præſtitiſſe uideatur. Huc pertinet illud Mimnermi,

οἷα δὴ φιλέουσιν οἱ ἰατροὶ λέγειν
τὰ φαῦλα μείζω, καὶ τὰ δεινὰ ὑπὲρ φόβου,
θυρσοῦντες αὐτούς.

ſeipſos extollentes, propter rem benè geſtam: uel certè hoc rumore tanquam propugnaculo ſeſe munientes, ut ſi quid præter uotum euenerit, non id imperitiæ ſuæ, ſed morbi uehementiæ tribuatur. Per ſe uerò φθεγγώδης morbus eſt is, de quo propter uehementiam & contumaciam multi multorum ſermones circumferuntur. Tales autem morbos improbi propter imperitiam non aggrediuntur. Et hoc ſenſu legendum erit, πρὸς θερ. ὁ γίνονται, Si morbum uiderint magni momenti, curam illius nõ ſuſcipiunt. Cornarius legit, διάθεσιν φθινώδεις, morbum lethalem, eo fortè perſuaſus, quòd com. de Arte n. 21. dicitur, Medici officium eſſe deſperatis morbis non adhibere manum. Sed prior opinio magis arridet: ut cùm ſophiſtæ morbos tantùm φθεγγώδεις captent, lucri & gloriæ cauſa: uerus medicus, nullo perſonarum reſpectu, quoſuis morbos aggrediatur, non quibus, ſed quantum prodeſſe queat ſpectans. Iccirco ſuprà n. 49. pauperibus & peregrinis ſummâ alacritate medicum opem ferre debere monuit. Caluus διάθεσιν σφυγώδεις legit, & Pulſum arteriarum ab indoctis medicis non obſeruari interpretatur. Atqui, Galeno teſte, paruam pulſus uel curam uel cognitionem Hippoc. habuit.

Medicorum. Introductionem aliorum medicorum, quantum in ſe eſt, prohibent, ne in conſilijs conferendis ſuam prodere cogantur inſciitiam. N. 72. Cùm econtrà medicus eruditus & libenter & humaniter & eruditè cum aliis conferre non grauetur. Id quod infrà n. 81. docebit.

Sui ipſius, ſuam operam & diligentiam & felicitatem laudat, aliorum uerò curas, ut malas & infelices, reprehendere & accuſare non deſinit: quã rectè agendo nequit, aliorum inſectatione, famam captaturus. N. 73. At Medicus bonus econtrà, ut in ſuis bonis prædicandis modeſtiſſimus eſt: ita in aliorum benefactis laudandis apertiſſimus, in malis reprehendendis uerus & ſeuerus. Quam quidem moderationem philoſophica εὐχυμοσύνη ei circumponit. De qua lib. de Elegantia permulta.

Inhumanitatem erga ægros, moroſos licet, ingratos atque perfidos. Vide ſignum IIX.

IIX. Con

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 136 sur 736

©BIUM

IIX. Cōtraria inter se comparata magis elucescunt. Proinde enarrat

- **Aegrorum** *improbitatem, qua Medicorum humanitatem reddunt illustriorem. Aegri in utraque improbitate (nimirū quia Stulti sunt, & Perfidi. Atque ita Medicorum Iusticiæ & Prudentiæ sese opponunt) natant, & nisi Medicorum humanitate eripiantur, in medijs fluctibus submergentur, hoc est, deserti peribunt.* N.74. *Declarat ægrorum*
  - **Stultitiam**, *quoniam uel tardius quàm oporteat sese medici curæ committunt, & statum morbi expectant (id quod com. de Arte n. 87. & seq. ostendit) uel celerius quā oporteat medicorum curam fastidiunt.* N.75. *Aeger, inquit,*
    - **Morbi** *remißionem fortuitam, & symptomaticam potius quàm criticam sentiens, magnam consolationem percipit.* N.76.
    - **Remedia** *fastidire incipit, uel quia naturam ipsam id, quod superest, euincere posse sperat: uel quia remediorum, quibus hactenus usus est, pertæsus, noua quæpiam minus ingrata sibi adhiberi, & uarietatem medicamentorum, qua Medicus uerus ex methodo abundat (uti com. de Elegantia n. 133.) sibi accommodari petit. Hoc uidetur uelle,* ὁμοιοῦντες ἰητροῦ ποικιλίῃ. N.77.
  - **Iniustitiam**: *nimirum*
    - **Pauperum** *ingratitudinem, qui cùm sumptu in medicum & remedia (quam* χορηγίην *suprà n. 49. appellauit) destituantur, medicum pro sua humanitate & liberalitate gratis illos curantem, tanquam Deum adorant: curati uerò, beneficiorum immemores & ingrati euadunt.* N.78. *Videtur autem enallage uerborum esse:* pro, πολυτελέως γὰρ ἀπορέοντες οἱ νοσέοντες, κακοτροπίῃ προσκυνέουσι καὶ ἀχαριστέουσι.
    - **Diuitum** *perfidiam. Opulenti enim homines, qui habent unde medicis satisfaciant, quorum opera & utuntur sedulò, & abutūtur etiam, cùm sanitatem uehementer cupiant (*δυνατοὶ ἐόντες ξυντυχεῖν τῶν σύπορέων, ἀτρεκέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶναι*) in mercede tamen medico numeranda difficultatem faciunt (*διαντλίζονται περὶ μισθαρίων*) rem pecuniariam aut annonam parum sibi ex sententia succedere causantes (*εἵνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης*) cùm tamen ut maximè poßint, neq; pecuniam à creditoribus recipere, neq; ex annona quæstum facere uelint, ne medicis aliquid numerare cogantur (*ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν.*) N.79.

- **Medici** *humanitatem, quam immanitati ægrorum opponit. Hæc satis dicta sint, ait, de hac admonitione siue præcepto. Quid ita? Quoniam morbi remißio uel intensio medicam administrationem moderantur, atq; poßident, non autem ægri uel morositas uel ingratitudo uel perfidia.* N.80. Επινέμωσιν *Suidas* χρόνου μερισμὸν *interpretatur. Ergo idem hic uelle uidetur, quod suprà n. 40. ut maximè digni sint ægri, qui negligantur, at medicus tamen indignus, qui illos pro meritis puniat. Cogitet potius, non quàm indigni sint opis ægri, sed quàm sint indigi. Indigentiam autem ex morbi ipsius motu atque tempore cognoscet. In chronico enim ut pacisci cum ægro potest, & auaritiæ illius obuiam ire (sicuti suprà n. 34.) ita quoque eiusdem importunitatem & impatientiam seuerè reprehendere, quod com. de Elegantia n. 181. monuit. In acuto uerò, propter mali præcipitantiam, salutis potius rationem habere debet, quàm morum, uti suprà n. 37. docuit. Infamis etiamnum est chirurgi Philippum Macedonem, qui uulnus in iugulo acceperat, petacitas. Munera ille inter curandum petere. Ei rex argutè, Accipe quantum uis,* τὴν γὰρ κλεῖδα ἔχεις: *Clauem namque habes, hoc est, clauiculæ mederis, ut hac occasione me pro libito emungere, meosq; thesauros reserare queas. In prouerbium abijt hodie feralis illa uox, & carnifice potius quàm medico digna, tam scelerata quàm inepta, atq; barbara, Dū æger dicit a a, Dicat medicus da da. In uniuersum certè libera ars liberaliter exercenda est, ne ex ingenua seruilis euadat: seruitute autem pecuniaria nihil est abiectius. Et tamen uitium istud nimium quantum Medicis familiare esse consueuit. Etsi è diuerso alij cum Menecrate studio gloriæ ita insaniunt, ut sibi diuinos honores ob restitutam uel arte uel casu sanitatē deberi existiment, & nisi pudore coërcerentur, non modò Monarchas, sed & Ioues & Apollines & Pæonas & Aesculapios sese uocari æquo sint passuri animo, digni quibus rex Agesilaus sanitatem pro salute precetur, & quos Philippus Macedo nidore solo ciborum, quo dij delectantur, excipiat, ut est apud Aelianum & Athenæum.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 137 sur 736

©BIUM

Quod ad finem artis confert, id artifice indignum censeri non debet. N. 84. ο, πρὸς τέχνην λῦσεντα, quod ars esse iudicatur, ad artem pertinens, hoc est, ad ipsam curationē: cum quotidiana experientia doceat, collata bonorum non inuidorum medicorum consilia ægris sæpe profuisse.

Finis, propter quem fit:

At de morbo consultare cum alijs, ad finem artis cōfert. Deducit:

Quando morbus maximè urget, & remedijs uehementißimè reluctatur, tum maximè mente constare, & in omnes occasiones intentum esse oportet, tum proprio marte, tum aliunde etiam conquisitis & consilijs & auxilijs.

At in incremento & statu morbus hominem maximè urget, & remedijs reluctatur. N. 82.

Ergò in incremento & statu medicus morbo, tum per se, tum aliunde quoq; petitis consilijs & auxilijs sese confidenter opponet. N. 83.

Ergò de morbo consultare cum alijs, artifice indignum censeri non debet.

Decorū & elegante medico dignum est, tum respectu

Idiotarum, ne altercatio ista Medicos idiotis deridendos propinet, & loco auctoritatis, quam captare debent, ignominiam ipsis & arti conciliet. Hoc uidetur uelle quando ait, προσκυρέοντες ἑωυτοῖσι λατρολαίνεσι. N. 86.

Modi, si fiat absq; cōtētione & altercatione. Nu. 85. De Arte altercari & scurriliter cōtendere nō oportere ostēdit, tum respectu

Medicorū, perdistinctionē. Altercationē ergo Medicis

Veris non conuenire, iuramento interposito affirmat. Medicus uerus nunquam alterius ratiocinationi inuiderit. N. 87. Causam subiungit: ἀπεσθὲς γὰρ οὐ φανεῖν, impotens enim uideretur. Inuidia uirtutis & felicitatis comes est. Ergo qui inuidet, hoc ipso se indignum medici appellatione ostendit, neque ἐμέτοχον καὶ ἀδελφισμὸν esse, sed fucatum atq; personatum artificem, ut qui existimationis propriæ causa, eruditioni & succeßibus aliorū inuideat, quibus ob artis excellentiā meritò applaudere debebat, cumq; artis operibus alios superare nequeat, malignè inuideq; opera illorum calumnietur. Itaq; & quo ad affectum animi & quo ad effectum artis impotētiam suam prodit, quòd cum meliora præstare nequeat, aliorū uel consilia malignè reprehendat, uel facta inuidè fugillet. N. 88. Quemadmodū com. de Elegantia n. 119. medicū multa cū idiotis confabulari uetuit, μὴ βίην τοῦτο νομίσῃς, ἐς προσλαλιὴν βόρακέος, ut qui operis felicitate non potest, oris saltē loquacitate ægro satisfaciat: ita hîc eū, qui alijs inuidet, ἀδολωσίλιν suā hoc ipso detegere insinuat, & inuidiā & maledicentiā & calumniā loco ueritatis et uirtutis in auxiliū suū cōtra alios uocat. Quod ipsum uel φύσει & λατρολίλιν uel ἀτεχνίλιν esse, com. de Arte n. 3. affirmauit. Quotusquisq; aūt hodie in populosis & opulentis urbibus reperitur, qui uel inuidendo alienæ gloriæ, uel inbiando alienæ pecuniæ, non magis Hippoc. mendacij accuset, quàm semetipsum ueri medici nomine indignū esse reipsa ostēdat? Taceo interim eos, qui artis dogmata tanta defendūt intēperiē, ut ueritatis tuendæ impotenti studio uirtutis amittendæ certum periculum subeant: indigni profectò, qui sese Hippoc. discipulos profiteantur, tanta ubiq; modestia aduersarios suos redarguentis, ut nobis, qui Christi nomine gloriamur, etiam pudorem incutere debeat.

Falsis & personatis & circumforaneis conuenire asserit, qui quam per se nequeunt existimationem consequi, ex aliorum reprehensione & insectatione se consecuturos putant. N. 89.

Necessarium est, neq; inutiliter aut superuacuè medicorum consultationes sunt institutæ. N. 90. Ratio. πάσης γὰρ σὺν πόρῳ, ἀπορίη σύνεστιν. Vt enim medicus & eruditione & experiētia pulcrè sit instructus, remediorum quinetiam sylua abundet: attamen & ipse homo est, decipi, errare, labi potest, & in summa σὺν πόρῳ aliquando etiam ἀπορίαν patitur, propter singulariū, circa quæ uersatur, incomprehensibilem uarietatem. N. 91. Eapropter non pudet Hip. fateri com. de Articulis, humeri luxationem ad anteriora nunquam se uidisse, itē conatū suū irritū in femore restituēdo, ut uel suo periculo edocti posteri cautiores sint. λαλὲ γὰρ ὡς ταῦτα μαθήματά ἐστι, inquiens, ἃ περιθόντα ἀπορηθόντα ἐφλίνη, ὡς δὲ ἄπορ ἀπορήθη. Plato consimili ferè sensu, Porū deum abundantiæ, filium facit Pluti & Peniæ. Et uulgò dicimus, In opere medico duo lumina acutius uidere uno.

22. Medicus uel φονοχωρέων τῇ ἀπορίῃ, angustè habitās propter remediorum defectū, hoc est, non instructus conuenientibus remedijs, quod etiam seniorib. accidit medicis: uel ἐπισκοτούμενος τῇ ἀπειρίῃ, tenebris imperitiæ circūfusus, quia parum in artis operibus uersatus est, quod iunioribus potißimū medicis euenit: cum alijs medicis conferre debet, ἐς διανοήλιν ἰητρίης, & σωφρόνλιν βουθήσιος, ut morbi natura melius cognoscatur, & eiusdem curatio felicius & securius administretur. N. 81. infrà n. 129. θεραπαίλιν ξύλλογον uocare uidetur, & com. de Elegantia n. 144. συλλογισμόν. Rationes affert duas: partim quia

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 138 sur 736

©BIUM

bb. Medici officium est, nõ modò remedia adhibere, uerum etiam impedimenta omnia remouere. Sic com. de Elegãtia n. 184. σφέτερα δὲ ἀποτρεπόμενον. Impediunt aũt plurimum animi affectus tum alij, tum impatientia ægri, curam præcipitari postulantis. Ergo Medicus huic malo subueniat consolando ægrũ (uti com. de Elegantia n. 186.) & hortando, festinandũ lentè, naturæq; motum & progressum obseruandum. N. 92. Declarat per contentionem:

- Aegri cogitatio ista præceps & impatiens, curationi nõ parum officit. N. 93. Nã ægri propter doloris sensum despondentes animum, hac ipsa timiditate morbũ grauiorem reddũt, & qui ui mali non poterant extingui, accedente animi perturbatione extinguũtur. N. 95.
- Medici consolatio & adhortatio curationi non parum cõmodat. N. 94. Rationem
  - Proponit. Medicus enim si artis præsidio naturam ægri non immutari, sed conseruari ostendat, ex hac sua consolatione fructum potius confidentiæ, quàm damnum diffidentiæ ab ægro reportabit. Aeger enim quo maiore uitæ cupiditate ducitur, eò facilius quantumuis leuißimis argumentis persuadetur, ut præceptis medici pareat, & sanitatem paulo pòst affuturam sperare incipiat. N. 96.
  - Illustrat, consolandi formulam ueluti præscribens. Ostendet igitur Medicus, ægrũ ad patientiam & constantiam cohortans, eam affectionem corporis quam studet
    - Introducere, συνεξίην scilicet, siue sanitatem, naturæ hominis familiarem esse, ac propterea non difficulter, si pareat, introduci posse. φύσιν, inquit, φύσει περιπεποιημένην, naturalem affectionem naturæ humanæ superadditam, medici opera, non ui, sed arte, conuenientem undiquaq; corporis partibus, secundùm spiritum, secundùm calorem, secundùm humores, tum diæta, tum reliquis instrumentis, pharmacia scilicet & diæta, comparari. N. 97. Congerie quadã omnes causas salubritatis paucißimis uerbis complectitur.
    - Remouere & abigere, Morbum scilicet, siue totũ corpus, siue partem eius affligat, homini uel
      - Non connasci à primo ortu: & proinde cùm radices in natura non egerit, faciliorem etiam fore expugnatu. N. 98.
      - Cõnasci, & uel esse
        - Magnum, qui cùm naturæ principia corruperit, ab arte corrigi nõ poterit.
        - Paruum, qui cùm naturæ principia labefactarit tantùm, non planè corruperit, intactus relinqui non debet, sed conandum, ut forma sanitatis naturalis introducatur. N. 99. Ratio. Nam dispositio hæc, quia præter naturam est, remoueri debet: & fortè etiã, si longo tẽpore æger medici utatur opera, remoueri poterit. N. 100.

ee. Vestitus et cultus corporis, philosopho dignus: uti cõ. de Elegantia n. 19. et seq. docuit. Hic idipsum monet. Et quidẽ τὲ

- Οτι. Ad curandi auctoritatem & gratiam, uestitus quoq; & ornatus medici confert. Fugiat igitur
  - Vestitum peregrinum. Hoc uidetur denotare per τρίψιν ἐπικρατίδων, h.e. per tersionem sudarijs factam. Επικρατίδες tegumenta sunt capitis muliebria. Quæ cùm ex sindone fierent, sudarijs quoque ex eadem materia confectis nomen suum communicarunt. Ergo cùm Hippocratis ætate Græci frugales admodum essent (sic com. de Medico n. 38. supellectile ærea ad luxum uti chirurgum uetãt) ne sudarijs quidem utebantur: quæ tamen pòst luxu & mollitie barbarica fuere importata. Nisi fortè, quod Cornarius uelle uidetur, non ad Medicorum uestitum, sed ad Operationem circa ægros hæc sunt referenda: ut sit sensus, Medicum meminisse quidem debere καταστολῆς, id est, submißionis, ut nihil eum pudeat eorum quæ fieri debent (ut de Elegantia n. 124.) non debere tamen seruilia opera, qualis est frictio per linteamina, sponte obire, sed uel adstantibus uel discipulis committere. Sic neq; bonus imperator uallum gestat, fossam ducit, sed militibus hæc facienda præscribit. Cæterùm ut rectum hoc sit, uidetur tamen à mente Hip. alienum: quandoquidem τῇ τρίψει adiungit statim τὴν ὀδμήν. Vt idẽ uideatur hoc loco uelle, quod com. de Medico n. 5. ubi in medico requirit ἐσθῆτα χρηστὴν, καὶ χρίσματα εὔοδμα. An fortè λῆψις uel χρῆσις loco τρίψεως legendum? N. 101.
  - Cultum corporis curiosum. Qualis est (ut ex specie genus denotetur) unguentorum fragrantium usus. N. 102.
- Διότι. Rationẽ uidetur afferre geminam. Alteram
  - Simplicem. Quoniã ἀξυνεσίη, hoc est, peregrinus & insolens cultus atq; uestitus, si modicus sit, Medicum elegantem uideri facit: sin immodicus, scurrilitatis & superbiæ crimen ei inurit. N. 103.
  - Comparatam. Quemadmodum dolor in parte exiguus est & tolerabilis, in toto uerò intolerabilis, sic ut etiam necare ægrum poßit. N. 104. Ita medicum in uno eoq; leui peccare, tolerabile est: in multis, intolerabile.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 139 sur 736

©BIUM

dd.

Εὐχαριτίλλου, hoc est, morũ elegantiã, qua ſeſe χαρίζονται & gratioſum reipſa præſtat (niſi quis interpretari malit Indulgentiã & Gratificationẽ, ut medicus interdũ ægro aliquid cõcedat. de quo ī. etiã n. 136. & 152.) N. 105. tũ

- Proponit. De eadem quoq; com. de Elegantia n. 96. & ſeq. An uerò de σὺν πραπιδίῃ ſola intelligit, cuius ibidem n. 155. meminit?
- Confirmat. Digna enim eſt Medici perſona, quam gerit erga ægrum & aſſtantes. Vt enim in Imperatore humanitas erga militem cum ſeueritate coniuncta requiritur: ita non minus in medico. Vti com. de Medico n. 3. monuimus. Proinde com. de Elegantia n. 185. & 186. ἐπιπλόοσεν ſimul & παρὰ μυθέεσθαι iubet.

ee.

Eorũ, quæ Medici propria ſunt, & ex ipſa arte, non aliunde petũtur, meminiſſe oportet. V. G. tum

- Inſtrumentorũ, quæ & qualia & quomodo adhibere oporteat. πρόσθεσις ὀργάνων. N. 106. Vti com. de Elegantia n. 124. & ſeq.
- Signorum. Ἐπίδειξις σημαντικῶν, demõſtratio, quæ ſit per ea, quæ ſignificant. σημεῖον, ſignum, eſt accidens quod denotat. τὸ σημαινόμενον, ſignatum, id quod denotatur. τὸ σημαντικὸν, pars ipſa, cui ſignum inhæret. N. 107.
- Reliquorum omnium. Vtputa Corporum & Morborum naturæ: item Intentionum & Indicationum curatiuarum. N. 108.

ff.

Vtrum propter aſſtantes acroaſin facere, hoc eſt, de morbo corã plebeijs & idiotis diſputare liceat, dubitabile eſt. N. 109.

Ergo διατὰ τὸ

- Vniuerſim, non conuenire medico acroaſes facere. ἐν ἀγοραίοις ἐπιθυμίαις, remparum laudatam deſideras. N. 110. Com. de Elegantia n. 118. μὴ πολλὰ λεχθήναι τοῖσιν ἰδιώτῃσιν monet, ἀλλὰ τ' ἀναγκαῖα.
- Οτι, proponit, & aſſerit
  - Speciatim, eam potiſſimum ἀπόδειξιν, quæ non tam ex philoſophia, quàm ex poëſi aut rhetorica petitis utitur uel ornamentis uel rationibus & auctoritatibus, medico eſſe indignam. N. 111. Infrà n. 127. uidetur concedere medico λόγους ἐν μεταφοραῖς, per ſimilitudines, non per ſe, ſed ut idiotis ita exigentibus poſſit ſatisfacere. Ipſe certè Hipp. rariſſimè poëtarum utitur teſtimonio: ſemel libro de Articulis Homeri auctoritatem, de ea quæ bobus accidit luxatione, adducit.
- Διότι, ſubiungit cauſam, cur acroaſis medico indigna ſit, tum
  - Vniuerſim quæliber. Quoniã &
    - Vulgò acroaſis ἀδιωτικὰ ἐμφαίνει φιλοπονίην, hoc eſt, ſuſpicionem idiotis præbet, medicum uelle quidem, uerùm nõ poſſe curare, & iccirco loquacitate id uelle ſupplere, quod dexteritate præſtare nequeat. N. 112.
    - Reuera arti medicæ per ſe ſatis eleganti & decoræ, quando ſuo munere rectè fungitur, non uidetur conuenire extrinſecus petita acroaſeos φιλοπονίη, ſtudium & diligentia, quæ hiſtoriam morborum & remediorum coram idiotis non ſine labore recenſet. Neq; enim diſſerendo, ſed remedia adhibendo curantur morbi. & quod com. de Elegantia n. 144. ait, πολλὰ δὲ συλλογισμῷ, ἀλλὰ βοηθείῃ δεῖται τῶν πραγμάτων. Proinde quod illic Aiax de ſeipſo inquit, melior ſit dextera lingua. εἰς χρῆσιν (in uſu artis) ἀπ. ἑ. φ. μ. τ. ἰ. διὸ ἐ. ἑ. μ. ἀ. ἐ. χ. (ſcilicet ἔχει. uel αἵρεσιν ἔχει χαρίεσσαν. quoduis aliud peregrinũ ſtudium, laborioſum licet & cultum, repudio: quòd ars medica ob ſui utilitatem per ſe gratioſa & expetenda uideatur.) N. 113. Plato de Legib. nono ab Empiricis αὖσον λόγον τὸν ἰατρικὸν μεταχειριζομένους reprehendi ait Medicos philoſophos, ratione & oratione inſtructos, ſi quando coram ægro de morbi natura diſputent, & illud inclamare, ἐν ἰατροῦνται τὸν νοσοῦντα, ἀλλὰ σχεδὸν παιδιόνες, ὡς ἰατρὸς, ἀλλ' ὀχ ὑγιῆ διέμενον γίγνεσθαι.
  - Speciatim acroaſis poëtica. Simili declarat. Quemadmodum fuci non minus quàm apes circumuolitare & rerum ſuarum ſatagere uidentur, at præter inanem laborem atque bombum nihil præſtant, neque mella congerunt, ſed ab apibus importata deuorant: ita quoque Medici locutuleij, poëtarum pennis fucati, fructum bonis medicis debitum abſumunt, reuerà tamen nihil laude dignum præſtant. N. 114. Proinde idem hîc dici poteſt, quod ſuprà n. 102. ἀξυνέσιλον modicam ornatum afferre, immodicam dedecus. Charactere quidem poëtico Nicander & plerique ueterum ſunt uſi, ſed modicè: & χάρις, quam ex poëtica mutuatur medicus (uti com. de Elegantia n. 44.) non ut obſonium, ſed ut condimentum adhiberi debet.

gg. Ex-

Præsentiū sola inspectio non efficit. Vna enim hirundo nō facit uer. ἑνὸς τῶν παρεόντων ἐπιτελέει. N. 116.

Absentium seu præteritorū multorum eodem modo sese habentium memoria efficit. ἀπεόντων δὲ μνήμη αὐξησίς. N. 117. Quemadmodū suprà n. 4. & seq. docuit.

Didicit iam inde à pueris, ut non tantùm historiam sensu, sed & methodū ratione cognoscere potuerit. Itaq; παιδομαθὴς est (quod in Lege requirit Hipp. n. 7.) & ἐκ παιδὸς ὀψιμαθὴς, ut non serò cogatur discere, & quod Plin. ait, experimenta per mortes facere, cùm præceptorum bonorum commoditatem habuerit. Talis igitur διάθεσις, hoc est, conditio siue occasio, optanda est. Neq; enim in hominis est potestate, sed diuino beneficio contingit. N. 115. Causam subiungit. Nam talem διάθεσιν, hoc est, facultatem siue methodum, cum experientia coniunctam,

Incommoda. Vide signum ☞

35. Experientia medica, methodo firmari debet. Aut igitur Medicus methodū hanc maturè

Non didicit, sed senex primum discere, & ὀψιμαθὴς esse uult, cū παιδομαθὴς nō fuerit. Hæc διάθεσις uti non est optāda, ita si obtigerit ferenda. Talis autem est Empiricorū conditio. Cuius quidem Hippocrates describit tum

Commoda. Si mihi, inquit, cùm Empiricis istis res esset, ita ut ἐπιγάτης, h. e. collega istorū essem in curādo (sic uerbum ἐπιγατέειν hîc uidetur sumere. Quod suprà n. 52. ad medicum transtulit, qui ægro ἐπιγατέει causa sanitatis recuperādæ. Cō. uerò de Elegantia n. 189. discipulo tribuit, quē Medicus ægro ueluti custodem adiungit) ὅτι αὖ ἐπὶ θεραπείης ξυλλόγοι (non de curandi methodo multum cum illis conferrem, quam suprà n. 81. λογολογίλιν ἰητρόμις appellauit, quandoquidē methodi huius planè sunt ignari) ἀτιτάσσομαι δ' αὖ θαρσαλέως βάθλοι (sed ad Experientiā illorum prouocarem, & iuberem confidenter, ut quod uerbis pollicētur, opere ipso præstarent. βάθλοι, an βουθεῖοι? Caluus βίλοι, Vehementiā, habet. quo sensu nescio. Mercurialis βαλλὶν legēdū suspicatur) N. 129. Sic Galen. de Subfigur. empirica Empirici scitū factum recēset, cuius conatū cū medicus alius multa loquacitate impugnaret, Vos uideritis, inquit ad astātes, nū mihi qui experiētia, an huic qui loquētia potior est, magis sit credendum. dictoq; citius abijt. Et huius quidem sui iudicij causas

Affert geminas. Experientia enim ista, quā opere ostendūt, uel saltē se ostensuros pollicētur, utilis est tum

Medicis methodicis siue dogmaticis, quoniam ex hac Empiricorum experientia historica & singulari, occasionē sumunt indagandi rationem eorū, quæ ignota sunt, uniuersalē. N. 130. Suprà certè n. 22. uel ab idiotis medicum discere debere pronunciauit. Sensu enim non minus hi sunt præditi, quàm doctissimi quique: at sensus beneficio Medicinæ rudimenta inuenta fuêre.

Aegris. Vt enim quàm maximè Empirici isti sint imperiti, μεθ' ὑγιείσιν λογμάτων ἰητρόμις, quoniam præceptorum cognitione carent: attamē hortor medicos dogmaticos, propter salutem ægri, ut in morbis difficilibus illorum πρὸς λόγον, hoc est, experientiam non negligant. Vt enim methodum dogmaticā ex historijs singularium depromtam non habeant: habēt tamen experientiam singulariū, & curant aliquando morbos empirica analogismo, licet curæ suæ rationem per epilogismum methodicam siue dogmaticā reddere nequeāt. N. 131. Purus certè empiricus melior est, uel Arist. testimonio, puro dogmatico: quòd hic aliquos, licet sine arte, ille nullos unquā curat. Synchysis esse uidetur: τετίμηκεν δὲ αὐτὰ ἀνάγκη ἀξιωθέντων ἐόντων μεθ' ὑγιείσιν λογμάτων ἰητρόμις, παραπελσόμαι, &c. Obseruandum autem λόγματα (quæ com. de Arte n. 12. ὀνόματα uocat, & φύσιος νομοθετήματα) Methodo subijci, ut τὰ πρήγματα subijciūtur Experientiæ. Quæ πρήγματα suprà n. 11. & com. de Elegantia n. 52. uocauit, com. de Arte n. 12. ἔδεα uocat, & τῆς φύσιος βλαστήματα.

Medico dogmatico. Nemo enim dogmatum uarietatē uerè ex historia singularium intelligere poterit, nisi operi uel ipse manum adhibeat, uel adhibentibus alijs mentem accōmodet. N. 132. Videtur paranomasia ludere. Nemo Methodi ἀτρεκείαν percipiet, nisi Experiētiæ ἀτρεμέσκτα (h. e. certitudinem & fidem) adhibeat.

Aegro. Ob hoc ipsum (διὸ. ut idē ualeat, quod διὰ τὸ αὐτὸ: uidelicet, quoniā artis præcepta singularib. exēplis confirmari debent) iubeo & hortor medicū Dogmaticū, ut Empiricis pollicentib. sanitatē, animū adhibeat, neq; superbè omniū aliorū experientiam præ se contemnat (cū ut quidā methodo careāt, experientiā tamē habere possint: uti econtrà qui methodum habent, sæpe experientia carent) in ipso interim opere diligēter ea, quæ ab ijs fiūt, obseruet, & periculosè aut peruersè quid agentib. succēseat. N. 133. Nullū certè uerū medicū unquā uel ab infima anicula discere pudebit, ut qui maiorē salutis ægri, quàm suæ existimationis rationem habeat.

Declarat. Vilis est obseruatio ista

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 141 sur 736

©BIUM

Præceptorum *usum: quoniam* ὁμοιομοῖς, *sententijs, gnomis, aphorismis medicis inscitè utuntur, illosq; psittaci instar decantare norũt, accommodare uerò nesciunt. N. 121. Com. de Elegantia n. 79. & 151.* γνωμολογίλων & βραχυλογίλων *bonorum Medicorum laudat.*

Confusa *est oratio. Sic autem uidetur in ordinem redigenda.* ἐκτρῦ προσατίοντ' & νόσω *(Quando Medicus ætate prouectus morbo præest. Nu. 124.)* μέτα λοιμέης νεαρῆς *(cum pestilentia iuuenili, hoc est, ignorantia methodi, qualis in tyrones artis cadit. h. e. cũ medicus usu & ætate senex, methodo puer est. N. 119.)* γίγνεται πάμμαχ & ἀτυχίη *(m infortunium omnigenũ æger incidit.) N. 118. Declarat: Empiricus enim iste, nulla præditus arte neq; methodo, sola sensus experientia nitens, suã ignorantiam detegit, tum quo ad*

Semetipsum, *nullam curam habẽs* ἀναγκαίης *(quã com. de Elegantia* ἀνοχλησοσόλων *uocat.) N. 120. Medicã enim grauitatẽ Empirici nõ obseruãt, sed in homines simul atq; Deos iniurij sunt tũ quo ad*

Actionem ipsam, *quoniã curæ euentum*

Felicem ἐπαγγελίη, *hoc est, pollicitatione magnifica & superba prædicunt, & ante uictoriam triumphum canunt: sibiq; adeò artiq; suæ tribuunt, si quid feliciter succeßit. N. 122. uti etiam suprà n. 26. Causa quæ? Impietas ab ignorantia promanãs. Nam ut com. de Elegantia n. 96. Medicus piè de Dijs sentit, neq; sine illorum ope quicquam se boni facere posse seriò putat. Econtrà Empiricus cùm Dijs nihil, Arti plus quàm oportet tribuat, quod in uno aliquo uel pluribus bene succeßisse uidit, in alijs quoque bene succeßurum temerè audet affirmare. Impij ergo sunt, arrogando sibi ea, quæ Deorum sunt.*

Infelicem, ὁμοίως παμμεγεθέσι *(subintellige* ἀπολογίε, *excusat)* θεῶν εἵνεκεν, *Deorum iram in causa esse finistri succeßus. N. 123. Impij ergò sunt, imputando Dijs ea, quæ sua sunt. Hanc uidetur* ἀπολογίλν *suprà n. 26. appellasse.*

Aegrum, *quoniam* ἀφρονεστίρε αὐταγνώσι & ξυνοχέος, *plus nimium suæ tribuens arti, non putat opus esse* αὐταγνώσει, *hoc est, recognitione crebra & inspectione ægri. N. 125. Quã tamen* αὐτάγνωσιν *bono Medico propter morbi mutabilitatem conuenire, com. de Elegantia n. 161. monuit.*

Alios, nimirum quo ad

Symptomatis *turbentur & tumultuentur. Hoc uidetur uelle uox* φιλαλυπῦς, ὅτις ἀλύζειν φιλέει, *qui perturbari solet. N. 126. Cõ. de Elegantia n. 156. & 157. & 163. monuit tumultus ob symptomata ortos esse compescendos ratione.*

Naturam *cognoscere uelint per similitudines,* λόγες ἐν μεταφορῇ διαβαλόντες, *hoc est, flagitantes à Medico. N. 127. Ergo summa hic opus est sapientia & prudentia, ut idiotarum captui se accommodare norit, & similibus id demonstrare & persuadere idiotis, quod simpliciter intelligere nequibant. Etsi enim com. de Elegantia n. 118. uetuit multa conferre cum idiotis, & paulo antè n. 109. acroasin medico indignam esse dixit: At cogitur interdum medicus uel ab ijs qui rogando imperant, uel etiam ad confidentiam ægri excitandam, interdum acroasin facere. Proinde ut poëticas phaleras fugere debet, ita similitudinibus ea idiotis declarare, quæ per se alioqui intelligere non possent, ut hoc modo persuasi, medico sese & faciliores & obedientiores exhibeant. Id quod Plato quoq; lib. 1. de Legibus liberalis & elegantis medici munus esse fatetur. An propter hasce metaphoras siue parabolas interdum parabolani dicuntur medici? an potius ij, qui* παραβόλων, *hoc est, gladiatorum instar, contagiosos morbos lucri spe tractandos suscipiunt?*

Adstantes, *quoniam* ἀφρονεστίρε ἰδιωτίων, *propter imperitiam nequit idiotas instituere uiua uoce (hoc enim* ἰατρίκησις *est, à uocis sono deriuata) siue idiotæ morbi*

Euentum *scire flagitent, à principio statim, priusquam medicus morbum aliquatenus remedijs cedere coëgerit. Hoc uidentur sibi uelle hæc uerba:* καὶ πρινὴ νόσω πανσαπορέοι *(priusquam medicus morbi compos fiat, cognoscendo scilicet)* ξυνθρόοισ' ἕλλυσ' *(congregantur, ut medicum de morbi euentu disputantem audiant. Hunc paulo antè n. 109.* ὅμιλον *uocauit, nimirum* ἰδιώτας ξυνθροϊσθέντας σφένεν ἀνρσίσ.*) N. 128. Caluus* πυρὶ ἐοικὼς νόσον, *morbum perurentem & igneum legit, sed absque sensu.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 142 sur 736

IX. Præcepta particularia ad usum medicũ pertinẽtia pauca quædã exẽpli loco affert Hip. sine ordine. Et quidem

Primum, de uictu ægrotantium. FVGIENDA est cibi immoderatio in morbo (id quod cõ. de Veteri medicina n. 40 & seq. ostendit) mediũq; tenendum. Diætæ igitur

Συσολὴ hoc est, Contractio & tenuitas, non longiore tempore quàm decet protrahenda. N. 134. Namq; in morbo

- Acuto, quod alibi monet, à principio liberalius cibandum, ut in statu tenuiore uictu contentus esse possit æger.
- Chronico ægri appetẽtiã tenuis diæta ob tẽporis diuturnitatẽ adhuc magis accẽdit. N. 135.

Συγχωρέειν, h.e. Concessio uictus, uel quãtitate uel qualitate peccantis, morbũ fouet, & iccirco fugienda. ξυγχωρέειν, ἐγχρονιν νόσ. N. 136. Sic com. de Veteri medicina n. 36. erratum in uictu ait τῦ νόσου προφλύειν τῷ αὔξησιν γίνεσθαι. Confirmat similitudine gemina.

- Prior talis. Sicuti is qui cæcum ducit, si cæci uoluntatem, non autem oculorum suorum iudicium, qua uia sit insistendum, sequi uelit, in puteum aut flumen præceps abit: ita quoq; medicus, qui ægri cupiditatem in præscribenda sequitur diæta. N. 137. λύτις προσέχειν τυφλῷ τὸ δέεον, si quis moderetur cæco, quantum uult. An, τὸ μὴ δέον, præterquam decet? An, τὸ δέον, si quis cæco assentiatur de coloribus disputanti, & hoc uel illud, quod non est, esse affirmanti?
- Posterior huiusmodi. Sicuti gratia & indulgentia mala est, per quam perit publica uel priuata pax, concordia & amicitia: ita concedere ægro cupido ea quæ morbum prorogant & augẽt, & seditionem in corpore maiorem excitant, medico minimè conuenit. καὶ χάριν (scilicet φύγειν δεῖ) δι' ἣς σύνοτος (ἀπόλλυται. per quam unitas, h.e. trãquillitas, tollitur) N. 138. Contraria sunt, χάρις & ἀχαριστία. & qui gratam rem ægro facit quo ad cupiditatem, rem facit minimè gratam quo ad sanitatem.

Secundum. AERIS repentina turbatio uitanda & sanis, & multò magis ægris. N. 139.

Tertium. AETATIS uigori omnia & facilius & iucundius, uel saltem minore cum molestia accidunt, quàm ætati decrescenti. N. 140.

Quartum. LINGVÆ obscuritas, h.e. ut audiẽs non intelligat quid alter loquatur, licet uerba intelligibilia proferat, & mente simul constet, & organum linguæ integrum habeat, uarijs de causis accidit. N. 141. nimirum uel propter

- παθὸν eius qui loquitur. N. 142.
- παθὸν aliud
  - ὁρατὸν, h.e. ab ijs quæ sensibus tum alijs, tum præsertim uisui obijciuntur, in anima excitatum: qualis est ira, quæ ut præcipitantia quadam fertur, ita quoq; linguam præcipitare cogit. N. 144.
  - οὐχ ὁρατὸν, quod nõ ex ijs, quæ sensu hauriũtur, obiectis excitatur, sed ex ijs quæ sub rationẽ cadũt. Ergo celeritas cogitatiõis linguã quoq; præcipitat, & si cogitatio cogitationẽ prius sequatur, quã prior cogitatio uerbis sit expressa, ἀσαφὲς accidit. N. 145. Quod ijs potissimum euenit, qui scientijs & artibus sunt dediti, & in contẽplando plurimum uersantur. N. 146.

οὖατα, hoc est, aures eius qui audit, quoniam organũ audiendi uitiatum habet. N. 143. Quid si aures sanæ, sed mens non sana?

Quintum. AETAS in Subiecto paruo, hoc est, debili corpore, uel certè morbo exiguo, interdum plurimũ potest, ut mutatione ætatis mutetur quoq; corporis constitutio. N. 147.

Sextũ. In MORBO nõ perturbari, diuturnitatis signũ. Perturbari, criticè, salutis: symptomaticè, mortis. N. 148.

Septimum. CAVSA parua curationẽ soluit (h.e. impedit.) Exẽplo confirmat. λύτι πόδι τὸ πορ μὴ πάσιμον πάθη, (ut si quid intempestiuè circa locũ affectum fuerit administratũ. Sic. n. com. de Medico n. 48. χρῆσιν eorũ quæ adhibentur σύνφορον esse debere asserit:) N. 149. Cornarius pro πάσιμον legit πύσιμον. Si hoc, rectius loquetur absq; negatione, λύτι πόδι τὸ πορ πύσιμον πάθη, Si pars aliqua princeps sit affecta, leui de causa curatio impediri potest. Et tunc, sequens periodus, causam uidebitur afferre huius læsionis. Quoniã cùm omnes totius corporis partes sibi mutuò cõpatiuntur, tum præsertim partes principes & aliarũ affectiones prõtißimè persentiunt, & suas alijs communicant. Vti com. de Locis in homine, & de Alimento aphorismo 12. In ueteramento, quod com. de Natura humana assutum est, hæc leguntur: ὁπόσα τῶν νοσημάτων ἀπὸ τῦ σώματος γίνεται τῶν μιλέων τὸ ἰσχυρότατα, τοῦτο λεπτότατόν ἐστιν. ἀναγκὴ γὰρ τότε πονεομένε τὸ σῶμα πονέεσθαι.

Octauum. QVVM dolor per consensum affligere atq; turbare soleat (suapte. n. natura tã inimicus est & contrarius naturæ humanæ, quàm amica eidem est uoluptas) iccirco ex partis primariò laborantis affectu partes etiam non primariò laborantes affici possunt, & affectio per CONSENSVM appellatur. N. 150.

Nonum. VOCIFERATIO affligit. N. 151. An exẽpli causa idipsum quod dixerat confirmat, A parua causa curationẽ posse impediri? Affligitur autem æger, tum si ipsemet clamet, tum si clamantẽ alium audiat. Iccirco com. de Elegantia. n. 178. in ægrorũ cubilib. τὸν ψόφον rationẽ habendã præcipit, ne quis strepitus excitetur uel audiatur.

Decimum. PROPTER uehementem laborem Indulgentia. N. 152. An hoc uult: propter uehementiam doloris corporis animiue concedi aliquid posse, quod si non urgeret dolor, nunquam concederetur? Sic sæpe in curando attendendum est dolori, neglecto tantisper morbo: sæpe etiam appetitus deiectio medicum ea, quæ morbo minus cõuenientia sunt alimenta, ægro afferre cogit. Cornarius diuersam secutus est lectionem.

Vndecimum & postremũ. LOCVS amœnus ad curationẽ confert. N. 153. Ἀλυώδης, à uerbo ἀλύω, gaudeo, lætor, exulto. Loci enim amœnitas spiritus ægri excitat, & tristiciã eximit. Affectus aũt animi plurimũ ad curam conferre, uel ex eo intelligi potest, quod suprà n. 35. de ægri perturbatione ob medici abitũ, & n. 93. de uehemẽte sanitatis desiderio protulit. Cornarius ἀπὸ τῆς ἁλὸς deducit, & maritimũ locum interpretatur. Fortè quòd maritimæ urbes plerunq; populosæ esse soleant, & abundantem messem medico suggerere. Vti etiam non paucæ ex mediterraneis. Caluus ἠλιώδης legit, & Apricus uertit: quòd sol putredinem arceat, unde locus fabulæ datus de Apolline Pythonem sagittis suis conficiente.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 143 sur 736

COROLlarij loco subijciamus phrases, quib. Hipp. à principio Præceptionum, & com. de Elegantia, à n. 47. usq; ad n. 66. utitur, ex quarũ collatione dictio Hippocratea alioqui obscurissima illustrari posseuidetur. Artis causæ diligenter perpẽdendæ, nimirum

- *Materia* subiecta. Cuius appellatione censentur partim
  - *Singularia*, extra intellectum. In genere φύσις dicitur. Com. de Elegãtia n. 47. ita in Præceptionibus n. 11. Naturam inquit à multis rebus moueri, & per illas innotescere. In specie uerò appellantur τὰ
    - Εναργέως ἐπιτελούμενα. N. 9. quæ in ipso opere designantur ab artifice. Et post N. 23. τέλος uocat.
    - φαινόμενα. N. 8.
    - γινόμενα. N. 20.
    - πράγματα. N. 11. Vt etiam com. de Elegantia n. 52. At com. de Arte n. 12. uocat εἴδεα, & τῆς φύσιος βλαστήματα.
  - *Vniuersalia*, in intellectu. τὸ καθόλου τῶν γινομένων, quod cõsentit cum ijs, quæ extrà sunt, singularibus. N. 20. Item N. 131. & 132. uocat Δόγματα. At com. de Arte n. 12. Ονόματα dicuntur, & τῆς φύσιος νομοθετήματα.
- *Forma* alia
  - *Perfecta*, quando uniuersalis cognitio ex singulari educitur, & in eadem confirmatur. Propterea uarijs appellatur nominibus: utputa
    - τριβὴ μετὰ λόγου. N. 3. λογισμὸς est, μνήμη συνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. N. 4.
    - λογισμὸς ἀρχὴν ποιῶν ἐκ περιπτώσιος, καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύων. N. 7.
    - λόγου συμπέρασις μετ' ἔργου ἐνδείξιος. N. 18.
    - ἐξ ἐναργέος μεθόδου ἀληθείην μεθοδεύειν. N. 12. 13.
    - καθόλου ἔχειν τῶν γινομένων, καὶ περὶ τὰ γινόμενα μὴ ἐλαχίστως γίγνεσθαι. N. 20.
    - λόγος ἐκ διδαχθέντος ἔργου. De Elegantia n. 56. Item φύσις κεχυμένη τῇ σοφίῃ, ibidem n. 51. Item ῥῆσις καὶ ποίησις τεχνικὴ n. 57. Item μέθοδος ἔντεχνος n. 58. In Præceptionibus n. 130. ἱστορίης συγχήμενος σύνεσις.
  - *Imperfecta*, nimirũ uel sola
    - *Ratiocinatio*, absq; Experientia. Nuncupatur
      - λογισμὸς πιθανὸς. N. 3.
      - πιθανὴ ἀνάπλασις λόγου. N. 13.
      - ἀνοδίη. N. 15.
      - λόγου μόνου ξυμπέρασις. N. 18.
      - μέθοδος ἄνευ ἐφόδου. N. 13.
      - ἰσχύρησις μετ' ἀδολεσχίης. N. 19. At com. de Elegãtia n. 53. & seq. ἀληθείη τῶν ἐν ῥήσει τιθεμένων. Itẽ τὸ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ. Item μέθοδος ἄτεχνος. Item οἴησις. Item ἑαυτοὺς ἐν λόγοισι πείθειν. Item σοφίη. Item λόγος τέχνης. In Præceptionibus n. 131. δογμάτων ἱστορίη.
    - *Experientia*:
      - τριβὴ. N. 3. & 131. At 132. χειροτριβίης ἀτρεμεότης.
      - ἐναργὴς ἔφοδος ἄνευ μεθόδου. N. 13.
      - ἔργου μόνου ἔνδειξις. N. 18.
      - ἱστορίη. N. 22.
      - Com. de Elegantia, χρέος n. 49. & λόγος φύσιος n. 52.
- *Efficiens*. Duo sunt in homine κριτήρια, cognitioni inseruiẽtia, nimirum
  - αἴσθησις, Sensus, qui singularia uenatur, eaq; tum
    - *Suscipit* patiendo. Hæc est προπάθεια. N. 5. Et uidetur περίπτωσις dici. N. 7.
    - *Conseruat* trãsmittendo ad rationẽ. Quæ ἀναπομπὴ fit per φαντασίαν. N. 5.
  - Διάνοια, Ratio, quę uniuersalia tãtùm uenatur. eaq;
    - *Suscipit*, παραδέχεται. N. 6. Et uidetur καταφορὴ appellari. N. 8.
    - *Conseruat*, τηρεῖ καὶ κατατίθησι. Quæ est μνήμη. N. 9. Metaphora ab alimentis, ξυναυλίζεσθαι, in unum ueluti stabulum compellere. N. 23. nisi malis à tibijs deductam, consonare. Aut etiam ξυναλίζεσθαι, qua uoce alibi utitur.
- *Finis*, tum
  - *Cognitionis*, ἀληθείη. N. 13.
  - *Operationis* ὠφελίη. N. 21.

HIP-

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΣΑΡΚΩΝ

De Carnibus.

SIVE

ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ

De Principijs.

EGO[1] hucusq; communibus sen A
tentijs usus sum, tum aliorum
qui me præcesserunt, tum etiam
meis.[2] Necesse enim est commu
ne & uulgare principium sen-
tentijs supponere eũ, qui de arte medica cõ-
mentari uelit.[3] Sublimia autem altiusq; peti
ra ne attigerim quidẽ, nisi quatenus cõferre
possunt ad demonstrandũ de homine & cæ-
teris animalibus, quòd anima sint prædita,
quid sit sanitas, quidq; morbus, quid boni
maliue homini insit, cur deniq; moriatur.[4]
Nunc aũt meas ipse sententias proferam.[5] Et
uidetur sanè mihi id, quod calidũ uocamus,
immortale esse, & cuncta intelligere, & uide-
re, & audire, & scire omnia tũ præsentia, tum B
futura.[6] Huius igitur plurima pars, quũ tur-
bata essent omnia, in supremam circumferen
tiam secessit, idq; ipsum uidentur mihi uete-
res Æthera nominasse.[7] Altera pars infernè
subsidẽs appellatur Terra, frigidum quid &
siccũ, multas motiones habens, multũ quin-
etiam calidi continens.[8] Tertia insuper pars
Aeris medium locũ occupauit, calidum quid
existẽs.[9] Quarta uerò pars terræ proximum
locum cepit, humidissimũ quid ac crassissi-
mum.[10] Hæc aũt circulari motu agitata cùm
turbari cepissent, & in orbem circumuolue-
rentur, multa calidi pars in terra relicta est, a-
libi magna, alibi parua, alibi minima mole,
sed in particulas innumeras dispersa.[11] Tem C
poris aũt progressu terra à calido arefacta, hę
partes concluse in ipsa terra ueluti in tunicis
quibusdam putredines pariunt.[12] Longo igi
tur tẽpore incalescẽs, quantũ quidem ex pu-
tredine terræ pingue fuit, & minimũ humo-
ris habuit, celerrimè exustũ est, & in ossa mu-
tatum.[13] Quæ uerò glutinosiora fuerũt, & fri-
giditate participarunt, ea neq; calefacta exu-
ri potuerunt, neq; sicca reddi: (nõ enim ine-
rat pingue, ut exuri possent) neq; etiã humi-
da fieri, proptereа speciem lõgè diuersam ab
alijs acceperunt, & nerui solidi facti sunt: cũ
scilicet multum frigiditatis ipsis non inesset.
[14] At uenæ frigiditatis multum habebant.
[15] Hu-

ΕΓΩ[1] τὰ μέχρι τοῦ λόγου τούτου τοῖσι κοινῇσι γνώμῃσι χρεόμενος ἑτέρων τε τῶν ἐμπροσθεν, ἀπὸ ἐμεωυτοῦ.[2] ἀναγκαίως γὰρ ἔχει, κοινῷ δέχεσθαι ὑποθέσει τῇσι γνώμῃσι, βουλόμενον ξυνθεῖναι τὸν λόγον τόνδε περὶ τῆς τέχνης τῆς ἰητρικῆς.[3] περὶ δὲ τῶν μετεώρων δὲ δέομαι λέγειν, ἵν᾽ μὴ τοσοῦτον ἐς ἄνθρωπον ἀποδείξω, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, ὁκόσα ἔφυ καὶ ἐγήνετο, καὶ ὅτι ψυχή ἐστιν, καὶ ὅτι τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὅτι τὸ κάμνειν, καὶ ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὁκόθεν ἀποθνήσκει.[4] νυνὶ δ᾽ ἀποφαίνομαι αὐτὸς ἐμεωυτοῦ γνώμας.[5] δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι, καὶ νοεῖν πάντα, καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.[6] ὅτου δὲ τὸ πλεῖσον, ὅτε ἐπὶ ἐφέρθη πάντα, ἐξεχώρησεν εἰς τ᾽ ἀνωτάτω περιφορὴν, καὶ ὀνομῆναί μοι αὐτὸ δοκέουσινοἱ παλαιοὶ αἰθέρα.[7] ἡ δευτέρα μοῖρα[a] κάτωθεν αὐτῆς καλέεται μὲν γῆ, ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, καὶ πολὺ κινεῦνον, καὶ ἐν τοιούτῳ ἐὸν δὴ πολὺ καὶ θερμῷ.[8] ἡ δὲ τρίτη μοῖρα, καὶ ἣν ἠέρα καλέομεν μέσον χωρίον εἴληφε, θερμόν τι ὄν.[9] ἡ δὲ τετάρτη καὶ ἐγγυτάτω τῆς γῆς ὑγρότατόν τε καὶ πυκνότατον.[10] κυκλεομένων δὲ τούτων, ὅτε ἐν ἐπερράγη,[b] ἀπελείφθη καὶ θερμῷ πολὺ ἐν τῇ γῇ ἄλλοθι, τὰ μὲν μεγάλα, τὰ δὲ ἐλάσσω, τὰ δὲ καὶ πάνυ σμικρὰ πολλαχῇ πολλά.[11] καὶ τῷ χρόνῳ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινομένης τῆς γῆς, πάντα καταληφθέντα περὶ αὐτὰ, σηπεδόνας ποιέει οἵων περὶ χιτῶνας.[12] καὶ πολλῷ χρόνῳ θερμαινόμενον, ὁκόταν μὲν ἐπύγχανεν ἐκ τῆς γαίης σηπεδόνος λιπαρόν τε ἐὸν, καὶ ὀλίγιστον τοῦ ὑγροῦ ἔχον, τάχιστα ἐξεκαύθη, καὶ ἐγένετο ὀστέα.[13] ὁκόταν δὲ ἐπύγχανε πολλῷ μᾶλλον σηπεδόνος ἐόντα, καὶ τοῦ ψυχροῦ μετέχοντα, τοῦτα δὲ θερμαινόμενα οὐκ ἠδυνάατο ἐκαυθῆναι, τοῦ δὲ μάλα τοῦ[c] ὑγροῦ ἠμέωτο· διὰ τοῦτο εὐδιεξιτηρότερόν τε ἐλάβετο τῶν ἄλλων, καὶ ἐγένετο νεῦρα στερεά· ὅσα γὰρ ἐνῆν τοῦ ψυχροῦ αὐτῶν.[14] αἱ δὲ φλέβες τοῦ ψυχροῦ εἶχον πολύ.
[15] καὶ

[a] πάτωθεν, αὐτῆς uel κατ. ἐὸν αὖ πλονέεται μὴ γῆ.
[b] ἀπελείφθη, uel ἀπηλήφθη
[c] ὑγρὸν

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 145 sur 736

15 καὶ τοῦτο δὴ τὸ ψυχρὸν τὸ μὲν περὶξ, ὅσον κολλώδες ἐστὶν ἔτι, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐξοπτηθὲν μᾶλλον ἐγένετο. 16 τὸ δὲ ψυχρὸν ἐὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρὸν διὰ τοῦτο. 17 καὶ τὸ αὐτὸν λόγον καὶ ἡ φάρυγξ καὶ ὁ στόμαχος καὶ ἡ γαστὴρ καὶ τὰ σπλάγχνα ἕως τοῦ ἐντέρου. 18 τοῦ δὲ ψυχροῦ αἰεὶ θερμαινομένου, τὸ μὲν περὶξ ἐξοπτήθη, ὅσον αὐτὸ κολλώδες ἦν, καὶ ἐγένετο χιτὼν ὁ περὶ αὐτὸν μᾶλλον. 19 τὸ δὲ ἐντὸς τοῦ ψυχροῦ, ἐὸν δὲ ἔλαιον ἐν αὐτῷ ὅτε κολλώδες πολύ, διετάκη, καὶ ἐγένετο ὑγρόν. 20 κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἡ κύστις. 21 πολὺ ψυχρὸν ἀπολειφθὲν τὸ περὶξ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον, διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρόν. ἐὸν δὲ ἔλαιον ἐν αὐτῷ ὅτε τοῦ λιπαροῦ, ὅτε τοῦ κολλώδεος. 22 ὅσῳ δὲ περιλιπὲς, χιτὼν ἐγένετο. 23 ἀτὰρ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα κοῖλα τὸ αὐτὸν ἔχει τρόπον. 24 ὅκου μὲν λιπαροῦ καὶ κολλώδεος πλέον ἢ τοῦ λιπαροῦ, χιτὼν μᾶλλον ἐγένετο. 25 ὅκου δὲ τοῦ λιπαροῦ πλέον ἢ τοῦ κολλώδεος, ὀστέα ἐγένετο. 26 οὕτως δὲ λόγος καὶ τῶν ὀστέων. 27 ὅκου μὲν μὴ ἐνῇ τοῦ κολλώδεος, τοῦ δὲ λιπαροῦ καὶ ψυχροῦ, ἐξεκαίετο ῥᾷστον διὰ τὸ λιπαρὸν, καὶ τοῦτο τῶν ὀστέων καὶ σκληρότατα καὶ σριφνότατα. 28 ὅκου δὲ λιπαρὸν καὶ κολλώδες παραπλήσια, τοῦτο δὲ τῶν ὀστέων σπραγγώδεα. 29 ἧσσι μὲν τετέων ἥκιστα. 30 τὸ μὲν ψυχρὸν, πήγνυσι. 31 τὸ δὲ θερμὸν, διαχέει, 32 ἐν δὲ τῷ πολλῷ καὶ ξηραίνει χρόνῳ. 33 ὅκου δὲ λιπαροῦ ξυμίη τι, τετέοισι ῥᾷστον ἐκκαίει καὶ ξηραίνει. 34 ὅκου δὲ οὐ τὸ κολλῶδες ξυμίη τῷ ψυχρῷ οὐδὲ λιπαροῦ, οὐκ ἐθέλει ἐκκαίεσθαι, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ θερμαινόμενον πήγνυται. 35 ὁ δὲ ἐγκέφαλος, ἔστι μητρόπολις καὶ ψυχροῦ καὶ καὶ κολλώδεος. 36 τὸ δὲ θερμὸν καὶ λιπαροῦ μητρόπολις. 37 θερμαινόμενον γὰρ τὸ πρῶτον πάντων διαχεόμενον, λιπαρὸν γίνεται. 38 διὰ τοῦτο ἐγκέφαλος, ὅτι ὀλίγιστον ἔχει καὶ λιπαροῦ, καὶ τὸ κολλώδεος πλεῖστον, διὰ δυνατὸν ἐκκαυθῆναι ὑπὸ καὶ θερμοῦ, 39 ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ χιτῶνα μήνιγγα παχείαν ἔλαβεν. 40 ἧσσι δὲ τὰ μήνιγγα ὀστέα, ὁκόσον τὸ θερμὸν ἐκράτησεν, καὶ ἐν ὅσοισι καὶ λιπαροῦ ἐνῆν. 41 καὶ ὁ μυελὸς ὁ καλεόμενος νωτιαῖος, καθήκει ἀπὸ καὶ ἐγκεφάλου, καὶ οὗτος ἔστιν ἐν αὐτῷ καὶ λιπαροῦ ἢ καὶ κολλώδεος πολὺ, ὥσπερ καὶ τῷ ἐγκεφάλῳ. 42 διὰ τοῦτο ἧκιστα οὐ δικαίως καὶ αὐτοῦ εἴη μυελὸς ὄνομα. ἐὸν δὲ ὁμοίως τῷ ἄλλῳ μυελῷ ὡς ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὀστέοισιν ἐνεῖναι μοῦνος δὲ μήνιγγας ἔχει, ὁ δὲ ἄλλος οὐκ ἔχει. 43 τεκμήρια δὲ τετέων σαφέα, εἴτις ἐθέλοι ὀπτᾶν νωτιαῖα τε καὶ κολλώδεα, καὶ τὰ ἄλλα. b ἢ τὰ μὲν ἄλλα παχὺ ὀπτᾶται, τὰ δὲ νωτιαῖά τε καὶ κολλώδεα οὐκ ἐθέλει ὀπτᾶσθαι, ἐλάχιστον δὲ ἔχει καὶ λιπαροῦ· τὸ δὲ πιότατον καὶ λιπαρὸν τάχιστα ὀπτᾶται. 44 τὰ δὲ ἀπλάγχνα ὠδέμοι δοκέει ξυσταῖναι. 45 ἧσσι μὲν οὖν τοῖσι Φλεβῶν εἰρηταί μοι πρότερον. 46 ἡ δὲ καρδίη πολὺ

A 15 Huius igitur frigidi exterior pars & quidē glutinosissima, à calido exassata, Membrana extitit. 16 Interior uerò, à calido superata, dissoluta est, & ob id liquida facta. 17 Iuxta eādem rationē Fauces quoq; & Stomachus & Venter, & Intestina in podicē usq;, cauа facta sunt. 18 Quum enim frigidū semper calescat, quantū eius circūcirca glutinosum erat, exassatum est, & in tunicam conuersa est ambiēs membrana. 19 Quod uerò interius erat, colliquatum est, factūmq; liquidum: cùm in ipso neq; pingue, neq; glutinosum multum esset, 20 Eadem ratio fuit & Vesicæ. 21 Multum frigidum relictum, à calido calfactum dissolutumq;, euasit liquidū, quū neq; pingue, neq; B glutinosum in ipso esset: 22 Quod uerò supererat, tunica euasit. 23 Sed & de alijs, quæ cauа sunt, eodem modo res se habet. 24 Vbi enim plus glutinosi quàm pinguis erat, membrana tunica facta est. 25 Vbi uerò pinguis plus quàm glutinosi, Ossa facta sunt. 26 Eadē ratio & ossium est. 27 Quotquot ex illis pinguiora & frigido, quàm glutinoso prædita fuere, citius exusta sunt propter pinguitudinē, atq; hæc ossa durissima & rigidissima facta. 28 Quotquot uerò pingue & glutinosum ex æquo habuere, spongiosa sunt reddita. 29 Quorum omniū hæc uidetur esse ratio. 30 Frigidum cogit, 31 calidum autem diffundit, 32 in multo tempore etiam exsiccat. 33 Quòd si C pinguitudinis aliquid affuerit, citius exurit, & siccat. 34 Sin glutinosum affuerit frigido, citra pinguitudinē, exuri nō potest, sed tempore calescens cogitur. 35 Porrò Cerebrum sedes & metropolis est frigidi ac glutinosi, 36 At calidum ipsius pinguis metropolis est. 37 Quod enim calescit, primùm omnium, quum diffunditur, pingue fit. 38 Et propterea cerebrum, quia minimum pinguedinis habet, plurimùm uerò glutinositatis, à calido exuri non potest, 39 sed temporis progressu tunicā, membranam scilicet crassam, accepit. 40 Circa membranam uerò ossa extitere, ex ea parte quam calidum superauit, cùm in ea pinguitudo inesset. 41 Sed & Medulla spinalis appellata à cerebro descendit, cui neque D pinguis, neq; glutinosi multum inest, quemadmodum neq; cerebro: 42 Eaque propter neque nomen medullæ iustè posidet, cùm nulli alteri reliquorum ossium medullæ similis sit: sola enim membranas habet, quas alia medulla non habet. 43 Signa porrò horum manifesta sunt. Si quis enim neruosa & glutinosa assare uelit, cùm cætera omnia citò assentur, neruosa tamen & glutinosa assari non possunt, quoniam minimum pinguitudinis habent. Pinguissimum econtra & unguinosum celerrimè assatur. 44 Iam uerò Viscera sic mihi constituta uidentur. 45 Et de uenis quidem iam diximus. 46 Cor multū glutinosi

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 146 sur 736

©BIUM

  - Simplicis, quatenꝰ unius generis est, et simile corpus producit. Persistit in Cauarum partiũ enarratione, quæ cauitatem cum uenis habẽt communem, & causas quoq; sui ortus easdem: differũt uerò, quòd uenæ gelidum eliquatum utile pro alendo corpore retinuere: at reliquæ cauæ partes gelidũ eliquatum ut inutile expulêre. Ergo
    - GVLA & VENTRICVLVS et VENTER, hoc est, INTESTINA ipsa, à Duodeno usque ad Rectum, eadem planè ratione, caua sunt facta N. 17. (ἡ γαστὴρ καὶ τὰ ἔντερα ἐς τὸν ἄρχον. An uentris appellatione intelligit Peritonæum, quo intestina omnia cõtinentur?) Horum materia τὸ ψυχρὸν fuit, tum Liquidum, tum Gelidum. Ergo pars
      - Exterior atq; Fluida, in quam calor liberius agere potuit, glutinositatẽ quandam contraxit, adeoq; Membrana in Tunicam conuersa est. N. 18. Eadem loquendi formula infrà n. 24. utitur.
      - Interior, eaq; Gelida, cùm nihil pingue, nihil glutinosum in se contineret, ui caloris dissoluta, & colliquata est: quæ tamen ipsa materia fluida reddita, utputa inutilis corpori, effluxit extra corpus. N. 19.
    - VESICÆ similis est structura. N. 20. Huius quoque materia est τὸ ψυχρὸν. Cuius quidẽ pars
      - Interior, Gelida, copiosa admodum, à calore dissoluta & colliquata effluxit. Textus habet, πουλὺ ψυχρὸν ἀπολειφθὲν τὸ περὶξ αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. Sed mendum subest. Neque enim hîc περὶ τοῦ ψυχροῦ τοῦ περὶξ uerba fieri, & res ipsa loquitur, & quod seq. numero ait, ὅσα δὲ περιῆν, χιτὼν ἐγένετο. An ergo τὸ περὶξ αὐτοῦ, aliunde in contextum irrepsit: aut loco ipsius legendum, τὸ ἐντὸς αὐτοῦ. Nisi fortè synchysis est, πουλὺ ψυχρὸν ἀπολειφθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοῦ περὶξ αὐτοῦ θερμαινόμενον. N. 21.
      - Exterior, Fluida scilicet, à calore inquinata, in Tunicam abijt. N. 22.
    - RELIQVARVM omnium partiũ, quæ cauæ sunt, similis fuit ortus: siue sint membranosæ, ut Cystis fellis: siue Carnosæ, meatus & cauitates intra se habẽtes, ut Cerebrum, Renes. Nam cauitas ex frigido gelido eliquato & effluente ortum sumit. N. 23.
  - Mixtæ, quæ etsi non est unius generis, attamen prædominantis naturam sequitur. Quod quidem in capite manifestè conspicitur, ex carne, membranis, oßibus uarijs constante, uti paulo pòst docebit. Ex materia igitur mixta progenerãtur partes specie
    - Diuersæ, utputa Os & Membrana. Nã mixta materia ex pingui & glutinoso, siquidem copiosior sit materia
      - Glutinosa, quam Pinguis, TVNICA siue Membrana producitur. N. 24.
      - Pinguis quàm Glutinosa, Os generatur. N. 25.
    - Eædẽ, utputa Ossa, sed quæ inter se quoq; magnam habeant differentiam, ob uarietatẽ materiæ mixtæ, è qua ortum sumsere. N. 26. Nam si materia Glutinosa
      - Non fuerit, sed partim Pinguis, partim Frigida (Gelida nimirum) agente in eam calore, celeriter exuritur, propter pinguedinem: exustionem autem acuit & irritat materia fluida, quam ipsam exurens calor absumit: adeoq; Os redditur durißimum & rigidißimum. N. 27.
      - Fuerit, & Pingui proportione respondens, propter copiam pinguedinis exuritur, non tamen celeriter, neq; æqualiter: sed quia glutinosæ partes resistunt, Os redditur minus durum, minusq; solidũ, poris cauernisq; plenum. N. 28.
- Rationẽ, siue τὸ διότι generationis explicat, sumptum à natura
  - Efficientis calidi & frigidi. N. 29. Nã proprium
    - Frigidi est Cogere & Congelare, πήγνυσθαι ea quæ calor diffudit, siue pingue sit corpus, siue gelidum. N. 30.
    - Calidi munus est
      - Primarium quidẽ, Diffundere quæ frigore coierant, διαχέειν. N. 31.
      - Secundarium uerò, longo tempore etiam Exiccare corpora glutinosa & fluida. N. 32.
  - Materiæ. Materia enim
    - Pinguis, tanquam pabulum atque fomes caloris, efficit ut celeriter exuratur & exiccetur materia ea cum qua iungitur. N. 33.
    - Glutinosa & Gelida, pinguedinis omnis expers, exuri nequit, sed tamen caloris actionem diutius perpessa, absumpto humore exiccatur, & euanescente calore magis adhuc magisq; ui frigoris incrassatur & cogitur. N. 34.

V. CE-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 157 sur 736

©BIUM

V. CEREBRI & MEDVLLAE spinalis ortũ Hip.

- Assignat. Nãq;
  - Cerebri
    - Materia est Frigida & Glutinosa maiori ex parte, quãdoquidẽ ipsum etiamnũ in corpore sedes est Frigidi & Glutinosi. N. 35. A' contrario ostẽdit. Vti uicißim τὸ θερμὸν (Cor uidelicet & Venæ, in quibus copiosißimum calorem reperiri infrà n. 61. docet) sedes est Pinguis. N. 36. Nam quando in alimentum calor agit, id quod pingue est, primùm omnium colliquatur, quia omniũ minimè caloris actioni resistit. N. 37.
    - Conformatio. In hanc materiam agente calore genitali, in
      - Genere quidem, quoniam maiori ex parte glutinosa materia est, minima ex parte pinguis, exuri non potuit, sed caloris actioni pertinacißimè restitit. N. 38.
      - Specie uerò materiæ pars
        - Glutinosa
          - Extima, caloris ui in Membranam sensim indurata est. N. 39.
          - Interior, Carnis albæ speciem contraxit.
        - Pinguis, caloris ui superata in Os abijt. N. 40.
  - Medullæ spinalis substantia
    - Similis est cerebro, à quo uidetur descendere. ὡς οὐκ ἐστὶν ἐν ὠνῷ τῷ λιπαρῷ, ἢ τὸ κολλώδεον πολὺ (pro πλεῖον) non inest illi plus pinguis quàm glutinosi: sed econtrà potius plus glutinosi inest, quàm pinguis, ut etiã cerebro inesse diximus. N. 41. Ergo etiã ortus similis. Ex Pingui exusto generata est Spina. Glutinosi pars exterior, Membranam, reliqua Medullã constituit.
    - Dissimilis est reliquæ medullæ. Et propterea impropriè tantùm Medulla appellatur, cùm nõ insit spinæ, ut cæteris oßibus. Nam medulla spinalis membrana inuoluitur, uti cerebrũ: reliqua medulla sine membrana oßibus inest. N. 42.
- Confirmat signo. Cerebri & Medullæ spinalis substantiam glutinosam & frigidã esse, nihilq; pinguis cõtinere, ex accidente discimus. Nã si partes neruosæ & glutinosæ igni admoueãtur, itẽ partes pingues: pinguia quidem celeriter assantur: glutinosa uerò non tam assantur, quàm exiccantur & indurantur. Id quod cerebro quoq; & medullæ accidit. Et sic affectiones principiatorum attestantur affectioni suorum principiorum. N. 43.

VI. ΣΠΛΑΓΧΝΩΝ hoc est, VISCERVM in genere dictorum ortum aggredit. N. 44. Horum appellatione cõplectimur omnes partes interiores, quæ continẽt aliquid. Cuiusmodi sunt

- VENAE. De quarum ortu diximus. N. 45. Qualis etiã est ortus Intestinorũ, Stomachi, Gulæ, & similium.
- COR. Vide in seq. signum Aa.
- PVLMO. Huius materia à prædominio glutinosa est. Ergo pars huiꝰ glutinosæ materiæ
  - Sincera, maximè scilicet excocta, & glutinosißima, uicini cordis calore exiccata, spumæ instar cauernosa reddita est, multisq; intersepta uenis, seu potius bronchijs. N. 77.
  - Mixta, minus scilicet excocta, & glutinosa quidem, uerùm quæ frigidæ naturæ portionem in se contineat, uenas produxit. N. 78. Nam portio
    - Frigida à calore colliquata, in Humorem abijt.
    - Glutinosa in Membranã siue Tunicã excocta est.
- HEPAR. Cuius ortum
  - Proponit. Huius
    - Materia Sanguis est, corpus Liquidum & Calidum, sine Glutinoso & Pingui, iam à primo suo ortu. Inesse tamen glutinosi aliquid, Fibræ docent, quas paulo pòst & frigidas & glutinosas esse affirmat.
    - Efficiens est Calor & Frigus. Nam agente in materiam Calore, colorem traxit rubrũ. At propter Frigiditatẽ natiuam, quæ calorem genitalem superauit, eoq; euanescente remansit, coagulatum fuit in uiscus molle, ut proinde παρέγχυμα quidã appellare non uereantur, ex trãssudatione sanguinis in spacia uenarum mediarum. Quas ipsas uenas ad substantiam hepatis non pertinere Hip. hîc uidetur tacitè innuere, nullam ipsarum mentionem faciens. N. 79. Com. alioqui de Locis in homine, uenas ab ipso cerebro deducere uidetur, non quòd inde oriantur, sed quia à summo orsus ad infima descendit.
  - Demõstrat signo. N. 80. Si uictima mactetur (quo nullũ communius exemplum dari potest) sanguis quando.
    - Calet, fluidus est.
    - Refrigeratur
      - Per se consistit.
      - Per accidens nõ consistit, si uidelicet conquassetur. Motu enim isto tum calor quidam excitatur, tum uerò fibræ, quæ sanguini insunt, natura suâ frigidæ et glutinosæ, dissoluũtur, et, ne coire poßint, prohibẽtur.
- SPLEN. N. 81. Huius
  - Materia calida & glutinosa fuit. Quod quidem testantur fibræ.
  - Efficiens calor copiosus, frigus paucum, tantum scilicet, quantum satis erat ad coagulandas fibras, propter quas splen & mollis redditur & fibrosus.
- RENES. N. 82. Horum
  - Materia parum glutinosi & calidi ab initio habuit.
  - Efficiens Frigus, congelauit materiam, fecitq; uiscus & durißimum & decolor, propter caloris priuationem.

Aa. Cor-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 158 sur 736

©BIUM

Ad. Cordis hiſtoriam

Materiam *in uniuerſum, glutinoſam & frigidam fuiſſe.N.46.*

Ipſius met cordis

Conformationem materiæ correſpondentem. Ergo propter materiam

Glutinoſam & { Interiore *carne ſua durum & uiſcoſum redditum eſt.N.47.* / Exterius, *membrana fuit inuolutum.N.48.*

Frigidam, *poſteaquam caloris ui colliquata fuit, caro ſolida receptaculum colliquati humoris remanſit, redditumq; eſt cor cauum, ſed alia ratione quàm uenæ. Nam uenarũ cauitas, membranoſa eſt: cordis uerò carnea. præter i d quòd in uenis ſemper ſanguis ineſt: cordis uerò non omnes ſinus ſanguinem continent.N.49.*

Materiale explicat. Nimirum

Venarum & arteriarum adnexarum deductionẽ. *Nota quòd Hip. hîc partes perpendit ſingulas. De Neruis et Venis ſuperius ſeparatim egit, non ut à cerebro & hepate aut corde oriuntur. Nunc de ijſdem agit, tanquam cordis ipſius in ſpiritu & calore diſtribuendo famulis, & propterea cordi annexis. Cor igitur ad caput uenæ cauæ, & econuerſo, uenam cauam ad cor eſſe, inquit, quo ad ſitum ſcilicet. Quemadmodum etiã paulo pòſt ait, Pulmonẽ ad cor eſſe.N.50. Occaſione igitur hac, Venarum hiſtoriam proponit: conſiderans in illis tum*

Sitũ. Venæ igitur aliæ ſitæ ſunt ad

Cor, *utráque caua, & ſanguine plena, ſed tamẽ altera Arteria, altera Vena caua κατ' ἐξοχὴν dicta.N.51. Et quidem* { Arteria *plurimum caloris & ſpiritus continet, cuius ueluti promus condus eſt.N.52.* / Vena *minus caloris et ſpiritus, plus humoris continet.*

Partes *reliquas corporis.N.53.*

Propagationẽ. *Arteriæ & Venæ, ut etiã Nerui, ſe inuicẽ p uniuerſum corpus comitantur. Proinde ſi de unius propagatione cõſtet, cõſtabit quoq; de alterius ſerie. Exemplũ igitur dat de Vena caua (quã κοιλοτέρην uocat in ſpecie, ad differẽtiã generis, cũ paulo ánte uenæ cauæ appellatiõe etiã Arteriã cõplexus ſit) eãq; et infernè in uentrẽ totũ et ſupernè diuaricari aſſerit. N. 54. Et quidem*

Infernè deſcendens per dorſum propagines mittit { Superius *quidem ad utrumque renem, quas Emulgentes dicunt.N.55.* / Inferius *uerò prope lumbos ad partes uicinas, & ad crus utrumq;.N.56.*

Supernè aſcendens ad { Iugulum, *in dextrũ & ſiniſtrum ramum ſcinditur.N.57.* / Tẽpora, *rurſus in propagines exteriores & interiores diuiditur. N.58.*

Magnitudinẽ. *Quot ſint numero uenæ magnæ, nõ eſt difficile enarratu: modò illud teneat, à Vena caua et Arteria reliquos oẽs tanquã ramos à caudice deduci.N.59. Et pinde maximas qdẽ uenas et cauißimas eſſe eas, q̃ fonti caloris et humoris, à quib. dilatatio fit, ſunt propiores. N.60. Rectà ſcilicet uel*

{ Aſcendentes, *Venæ quæ ſunt ad cor, quæ ad iugulum, quæ in capite.* / Deſcendentes, *infra cor uſq; ad coxam.*

Formalẽ *ſubiungit. Forma cordis Temperatura eſt, animæ inſtrumẽtũ. Et Materiæ quidẽ reſpectu cor frigidũ uiſcus eſt et ſolidũ, ut à calore minus læderetur, & ſpiritum receptum arctius foueret atq; contineret. At reſpectu formæ influentis, calidum eſt, cumq; calor pabulum requirat, aërem frigidum foris attrahit, is attractus & concalefactus calorẽ duplicat. Itaque calidum cor eſt, non quidem per ſe, ſed per accidens, partim propter internũ animæ uitalis motũ calefaciẽtẽ: partim propter externi aëris attractionem, qui in feruidum mutatus ſpiritum, oleum camino ueluti affundit. Hippocrates igitur*

Proponit cordi ineſſe { Calorem *plurimum, uti etiã uenis pulſantibus, ratione motus excitati ui animæ uitalis. N. 61.* / Spiritũ *copioſum, prouenientẽ ab aëre foris per reſpirationẽ attracto, cauſa euentilandi cordis, inter omnes partes corporis calidißimi.N.62.*

Demonſtrat *ex motu cordis & arteriarum cordi ineſſe ſpiritum & calorem. (N.76.) Vide Bb.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 159 sur 736

©BIUM

Bb. Cordi ineſſe oſtendit

Spiritū feruentem. N. 63. ratiocinatione tali:

Motus à ſpiritu calido prouenit. Oſtendit id exemplo corporū, quib. ineſt motus

Naturalis. Sic

Ignis incluſus, nullo licet uento agitante, mouetur. N. 67.

Lucerna ardens in conclaui, omni uento excluſo, undatim uoluti fluctuat. N. 68.

Voluntarius. Nam corporis partes reliquæ omnes uoluntario motu moueri nequeunt, calore deſtitutæ. Frigore enim torpidæ reddūtur, tum ſine materia, ut qui perfrixerunt, tum cum materia, ut qui paralytici euadunt ob confluxū humoris frigidi. N. 71.

At in corde & arterijs motus ineſt naturalis, ipſo ſenſu teſte. N. 64.

Ergo in corde & arterijs ſpiritus ineſt calidus. N. 65.

Calorē copioſum ex ipſius aeris frigidi attractione:

Calor quo maior fuerit, eo plus refrigerationis poſtulat. Ratio. Frigidum enim calidi pabulum eſt. N. 69.

At cor plurimum refrigerationis poſtulat, & aērem frigidum ſubinde attrahit. N. 66. Oſtendit id exemplo embryonis: qui in utero exiſtens, labris compreſſis, & fugit alimentum humidum, & attrahit ſpiritum frigidum, reſpirante matre, ad euentilationem cordis calidiſſimi. N. 70. Cæterùm quia poterat quis dicere, Embryo non attrahit alimentum, ergo neque ſpiritum: ea propter cōfirmare nititur attractionem alimenti, quæ labris fit, ut multo magis attractio ſpiritus, quæ ad hunc pertinet locū, ſtabiliatur. N. 72. Ergo præter attractionem alimenti & ſpiritus, quæ fit per uaſa umbilicaria, embryonem in matris utero etiam ore alimentum & ſpiritum attrahere affirmat Hippoc. At com. de Octimeſtri n. 14. diſertè dicit, ante partum omnes uias tum alimenti, tum ſpiritus, tum excrementorum, clauſas eſſe, ſolum patere umbilicū: poſt partum uerò umbilicum exiccari, reliquas uias omnes naturæ prouidentia patere. Porrò id quod hîc profitetur, duplici ſigno cōfirmat: altero ab infantis recèns editi

Excrementis:

Si embryo nō attraheret labris alimentū ex utero matris, nullū haberet ſtercus. Hoc enim primæ, non ſecundæ concoctionis excrementum eſt. Prima autem concoctio in uentriculo fit, non in hepate. In uentriculum autem non poteſt peruenire alimentum per uenā umbilicarem, ſed per os tantùm. N. 74.

At embryo ſtercus habet. Id quod pueri & agni recens nati ſatis oſtendūt. N. 73.

Ergò embryo attrahit alimentum labris. Multoq; magis ſpiritum, qui facilius permeat poros corporis quàm alimentum.

Moribus:

Si embryo in matris utero nō didiciſſet ſugere, in lucē editus ſugere neſciret. N. 75. Cōſequentiæ nulla neceſsitas. Nā quod illic Menander de porcellis in Euripū proiectis, Quis illos docuit natare? Numne in utero matris?

At ſugere ſcit extra uterum.

Ergò ſugere didicit in utero.

Ergò cor plurimum caloris in ſe continet, ut etiam Venæ.

VII. CARNIS eadē eſt ratio. N. 83. Materia

Frigida ſiue gelida partim

Coagulata fuit in Carnis ſubſtantiam.

Eliquata in Humorē ſimilem illi, qui in uenis continetur, qui uulnerata carne, nulla licet uena aperta, copioſus manare uidetur è meatibus, qui carni inſunt.

Glutinoſa in Foramina, tanquam ſulcos quoſdam, fuit conformata.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 160 sur 736

©BIUM

IIX. Quod de partibus corporis singulis dictum est præcipuis, id de HABITV quoque totius intelligendum est. Ergò Calidum & Humidum principia communißima in uniuerso reperiri corpore

- Proponit. Inest corpori ubique calor, & is quidem copiosus (Cornarius pro πλεῖστον δὲ τοῦ σώματι, calidum scilicet, legit, πλεῖστον δὲ καὶ τὸ ὑγρὸν ἐν τοῦ σώματι) inest etiam in humido multum frigidi, quod tamen nequeat coagulare humidum, sed calori eliquanti cedere cogatur. N. 84. Principiata attestantur suis principijs. Ergo principia duo sunt
  - Primaria, Calidum & Humidum, ut alterum alterius sit ueluti forma, alterum alterius ueluti materia atq; pabulum. Eapropter primo de Diæta duo rerum omnium principia constituit, Ignem & Aquam, quorum ille omnia penetrare & mouere, hæc omnia nutrire queat. Principium igitur alterum
    - Actiuum, τὸ θερμὸν, Calidũ.
    - Passiuum, τὸ ὑγρὸν, Humidum.
  - Secundaria, ueluti pedissequa primariorum. Alterum
    - Passiuum, quod comitatur calorem, τὸ ξηρὸν, Siccum, frænum Humidi.
    - Actiuum, quod comitatur Humorem, τὸ ψυχρὸν, Frigidum frænũ ipsius Calidi.
- Demonstrat. Humidum ueluti subiectum est caloris & frigoris. Inesse igitur humido per uniuersum corpus
  - Calorem actu, ostendit ex ipso sanguinis fluxu: cùm è qualibet parte corporis uulnerata sanguis effluat calidus: & quandiu calidus permanet, tamdiu etiam fluidus. N. 85.
  - Frigus potentia, ex sanguinis extra corpus concretione demonstrat. Etsi enim frigus à calore superatum in corpore uires suas exerere nequit: extra corpus tamen constitutus humor, frigoris externi cõiunctione uires maiores acquirit, calore præsertim exhalante, adeóque humidum ipsum glutinosum in membranam & cutem condensat. Quam membranam si quis auferat, sensim alia succrescet, & sic consequenter. N. 86. Ex hoc signo Corollarium iam deducit: Habitus totius superficiem extimam necessariò CVTE tegi, tum propter frigiditatem humori per uniuersum corpus sparso insitam, tum propter exterius occursantis aëris frigiditatem. N. 87.

IX. ARTICVLORVM generatio talis fuit. Materia quidem

- Pinguis celeriter exusta, Ossa produxit. N. 88.
- Glutinosa exuri non potuit, sed medio loco relicta, inter exustum (os scilicet) & exiccatum à calore (cutem nimirum) in Ligamenta & Mucum transijt. Nisi quis legere malit, ἀλ. μ. ἀ. τὸ ἡ. καὶ ξηραινόμενον ὑπὸ τ. θ. N. 89. Nam pars glutinosæ materiæ
  - Siccissima, hoc est, maximè excocta, in Ligamentum fuit indurata. Quod etiam suprà n. 13. de Neruis dixit. Ligamenta autem hîc intelligit per uocem Νεῦρον, uti etiam com. de Arte n. 78. inquiens: Νεῦρα πρὸς τοῖσιν ὀστέοισι προστεταμένα, συνδεσμός ἐστι τῶν ἄρθρων. Itẽ de Locis in homine n. 39.
  - Humidissima & minus excocta, caloris ulteriori actione inspissata, in Mucum abijt. Σίαλον appellat mucosam humiditatem, quæ articulos olei instar illinens, lubricat, & motui aptos reddit. Com. de Arte n. 79. articulos inquit θαλάμας in se habere, receptacula τὸ ἰχῶρος, qui uulneratis articulis interdum magno cum ægrorum dolore & periculo copiosus egredi conspicitur. An quod hîc σίαλον est in articulis sanis: id in ægris expulsum ἰχὼρ dicitur? Com. de Locis n. 59. μύξαν uocat, articulorum mucum, siue secundùm naturã, siue præter naturam se habeat.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 161 sur 736

©BIUM

X. DENTES. *omnium corporis partiũ postremi nascuntur, non in utero, sed extra uterũ.* N. 91. *Horũ igitur conformationis*

- Modum *ex materia ossea docet tum in*
  - Genere. *Ossa capitis alimentum attrahunt glutinosum & pingue, copiosius, quàm pro alendis ijs requiratur. Quicquid ergo superabundat, quia pinguedinis plurimum continet, exuritur, & quia gelidi nihil inest, glutinosi uerò plurimum inest, in osseam materiam durissimam conuertitur.* N. 92.
  - Specie. *Dẽtes pro ratione materiæ alimentaris uariant, tum quo ad suum*
    - Ortũ. *Ex alimento enim*
      - Liquidiore *lactis, tum intra uterum, tum extra uterum constituto puero, primi dentes nascuntur.* N. 93.
      - Solidiore *cibi & potus, excidentibus primis illis, posteriores oriuntur.* N. 94.
    - Interitũ. *Nam dentes*
      - Primi *destituti alimento lacteo, ex quo suum ortum habuere, fatiscunt & excidunt. Quod quidem fit uel sub tempus illud, quo à lacte depulsi, ad alimentum solidius transeunt: uel etiam ante illud tempus, si lacte corrupto fuerint nutriti.* N. 95.
      - Secundi *non excidunt, sed ad finem usq; uitæ permanent, nisi uel morbo uel senio alimentum ipsorum corrumpatur.* N. 96.
- Tempus *explicat, tũ in*
  - Genere, *cur scilicet in uniuersum dentes serius quàm reliquæ corporis partes nascantur, non ex semine, sed ex alimento. Vide signum* ⁓
  - Specie. *Cur dentes non simul, sed alij maturius, alij serius proueniant, docere uidetur tali Resolutione:*
    - Dentes *posterius nascuntur, quoniam maxillæ uenas habent. Id quod iam antè diximus.* N. 105.
    - Maxillæ *uenas habentes copiosius alimentum attrahunt.* N. 106.
    - Copiosiore *alimento attracto, materiam incremento oportunam maxillæ conficiunt.* N. 107.
    - Incremento *autem oportuna materia conficitur, quandiu homo integer, hoc est, ad integritatem & perfectionem staturæ suæ augeri & increscere potest.* N. 108.
    - Tamdiu *autem increscit,* ἐπὶ γένηται ἐπίδηλος, *quamdiu increscere ad sensum deprehenditur.* N. 109.
    - Sensu *autem deprehenditur increscere*
      - Plurimum *quidem, à primo annorum septenario usque ad secundum.* N. 110.
      - Minus, *à secundo in tertium usque annorum septenarium.* N. 112.
      - Minimum *in quarto & quinto septenario.*
    - Ergò *dentes posterius nascuntur*
      - Plurimi *quidem à primo septenario usq; ad secundum, ijq; maximi: & qui defectu lactei alimenti exciderunt, renascuntur.* N. 111.
      - Pauciores *uerò à secundo ad tertium usq;.*
      - Paucissimi *deniq; in quarta aut quinta etiam hebdomade annorum, duo uidelicet* Σωφρονηστῆρες *dicti, quòd eodem tempore ætatis, homo sapere incipiat, deferuescente caloris innati impetu.* N. 113.

⁓ Cau

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 162 sur 736

©BIUM

Causas seri ortus dentium

- **Proponit.** Videlicet Alimenti
  - **Affluxum** copiosum, ueluti causam materialem. Nam cùm solæ Maxillæ ex omnibus oßibus uenas in suam substantiam recipiant, ex uentre inferiore alimentum copiosius, quàm suæ nutritioni conueniat, attrahunt. N. 97. Cornarius, pro ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ legit, ἐκ τῆς κάτω κοιλίης. Et quidem rectè.
  - **Assimilationem**, ueluti causam formalem. Alimentum enim attractum aßimilatur quidem oßi, non tamen agglutinatur, sed os circumfluens, in dentes conformatur. Os enim materiam osseam efficit, ut reliquæ partes omnes materiam sibi similem, ex qua materia partes illæ nutriuntur & augentur. Ea si copiosior fuerit, aßimilatur quidē, non autem agglutinatur, ut proinde neque nutritioni neque auctioni inseruiat: sed tanquam superflua uel expellatur extra corpus, uel in corpus aliud commutetur, ut in maxillis in dentes, in mammis in lac, in testibus in semen. N. 98.
- **Declarat** quo ad materiæ
  - **Affluxum.** Posteaquam enim cibus & potus in uentrem ingestus, caloris concoquentis uim expertus est, id quod ex alimento illo
    - **Tenuissimum** est & humidißimum, à uenis mesaraicis ex uentre & intestinis, quæ supra ieiunum sunt, ex ileo uidelicet & duodeno, ad hepar, ab hepate ad uenæ cauæ propagines in uniuersum corpus trahitur. N. 99. Repetit N. 101.
    - **Crassissimum** & consistens est, per ieiunum ad inferiora tria demissum, longiore mora in anfractibus coli hærens, in stercus abit. N. 100. Repetit idipsum N. 102. Vbi Cornarius ξυνεσάπη legit, computrescit. quandoquidem sæpè aliàs Hippoc. uentrem inferiorem κοιλίην σηπτικὴν appellat. Alij habent ξυνετράφη, conglobatur. qua uoce passim aliàs caloris actionem in materiam, quæ corpori inest, exprimere uidetur.
  - **Assimilationem**, ab innata facultate membri prouenientem, oportunātum
    - **Nutritioni.** Alitur enim pars quælibet alimentum simile attrahendo, attractum aßimilando, aßimilatum agglutinando. N. 103.
    - **Incremento.** Augetur enim pars quælibet copiosioris substantiæ appositione sibi similis. Similis autem redditur actu, quæ talis erat potentia, per calorem partis concoquentis, qui alimenti affluxu irrigatus, & id, quod deceßit, reficit: & id, quod ad incrementum confert, apponit. Sic igitur quæcunque in corpore insunt augentur: Partes singulæ, Ossa, Carnes: item harum ueluti Principia, Calidum & Humidum, tum pingue, tum glutinosum, tum gelidum, tum fluidum. item Dulce, Amarum, Acidum, & quæcunque aliæ à saporibus sumuntur differentiæ. Quemadmodum com. de Veteri medicina docuit. N. 104.

XI.

CRINIVM materia in uniuersum glutinosa est. Et quidem materia crinium

- **Capitis**, à uicino cerebro & oßibus ortum suum habens,
  - **Glutinosa** est, & specie eadem cum materia ligamentorum, de qua paulo antè n. 88. egimus. N. 114.
  - **Pinguis** non est: exureretur enim, & in os conuerteretur. N. 115.
- **Alarum** atque Pubis, item corporis uniuersi reliqui (licet non tanta sit paßim ossium copia, quanta in capite) eadem est, Glutinosa scilicet: & ubicunque glutinosi plurimum est, illud ad cutim propulsum, & per poros expulsum, in crines coalescit. N. 116.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 163 sur 736

©BIUM

XII. SENSVS ab anima sentiente per organa oportuna proficiscitur. Ergo sensum

- AVDITVS loco priore aggreditur: & de eo sententiam
  - Suam proponit: Aurium scilicet actionem esse. N. 117. Et quidem
    - Instrumēti cōformatio talis est:
      - Exterius quidem concha auris Foramen habet ad interna penetrans.
      - Interius Os occurrit durißimum & siccißimum, & propterea lapidosum uulgò dictum: cui obtensa est Membrana tenuißima & siccißima inter omnes pelliculas totius corporis: quam in ipso osse Cauerna excipit, Oßiculis quatuor ueluti obicibus, admirabili magis quàm perscrutabili naturæ consilio referta, in cæcos labyrinthos dehiscens.
    - Actio sic fit. Sonus exterior per foramen intrans, ad os durum allisus sonum edit. Sonus membranam mouet, uehemens quidem uehementer, remissus remißè. Membrana mota resonat. Resonantia ista cauernis recepta sensum auditionis efficit. Quòd autem siccißimi proprium sit resonare, id multis argumentis doceri posset. Sed in re per se clara argumentis opus non est.
  - Aliorum, qui cerebrum resonare putabant, & propter hāc resonantiam cerebri, audire hominem dicebant, impugnat. N. 118. Ratiocinatione tali uidetur uti:
    - Quod non resonat, non facit audire.
    - Cerebrū non resonat. Ostendit:
      - Humida corpora non resonant.
      - Cerebrum est humidum, & membranæ, quas demum caluariæ ossa tegunt, non solida illa, sed intus spongiosa.
      - Ergò cerebrum non resonat.
    - Ergò cerebrum non facit audire.
- OLFACTVS
  - Proponit. Cerebrum licet natura humidum, siccorum tamen odorem per βρόγχια ξηρὰ, per cartilagines siccas attrahens, olfacit. N. 119.
  - Declarat tum
    - Organa. Cerebrum in cauitatem narium usque pertingit. Illic non os, non carnem habet obiectam, sed χόνδριον μαλακὸν, cartilaginem mollißimam instar spongiæ. N. 120. Com. de Locis n. 28. σόμφον instar spongiæ uocat.
    - Actionem. Quando igitur organa sunt
      - Sicca, tunc cerebrū per organa sicca odorē corporū se
        - Sicciorum trahit & olfacit. N. 121.
        - Humidiorum non olfacit, ut aquæ. Aqua enim humidior est cerebro, & quia minimè corpulenta, non potest odoris ueluti materiam cerebrum haurire, nisi per putredinē acquirat corpulentiam. N. 122.
      - Humida, tunc cerebrū per organa humectata olfacere nequit. Ostēdit id argumento humectationis tum
        - Externæ. Nam humore aliquo extrinsecus imbutæ nares, olfacere nequeunt, quia cerebrum aërem externum non attrahit. N. 123.
        - Internæ, quæ à catarrho fit. Colliquata enim in cerebro pituita ad reliquas partes expellitur. Inuadit ergo febris hominem, & simul olfactus labefactatur, eo quòd organa olfactui destinata à catarrho uel obstruuntur, uel saltem irrigantur. Id ipsum sensu deprehendunt homines tum in catarrhi principio, cùm primùm è capite defluere ceperit: tū in eiusdem fine, ubi scilicet iam totus è capite in partem certam defluxerit: tūc enim humore omni uel expulso uel absumpto, olfactus denuò restituitur, siue iam febris quoq; simul cesset, nimirum quādo ad partes extimas & ignobiliores catarrhus decubuit: siue non cesset, sed perseueret, quando ad partes subiectas, ad fauces, ad palatum, ad guttur, ad thoracem, ad stomachum defluxit. Hac latente diuisione uidetur Hip. uti, & sic intelligenda esse uerba, καὶ ἐστι τρόπος (uel potius τροπὴ) ὧν θερμῷ, calor etiam febrilis simul cōmutatur, restinguitur, fugatur. Corn. legit, καὶ ἐστὶ ὧν τρόπῳ θερμὸς, & catarrhi modus calidus est, cū febre scilicet, & calore capitis, & pruritu narium, sicuti com. de Vet. med. n. 103. docuit Hip. An uerò etiā legi posset, τρόπῳ ὧν αὐτῷ, quod suprà n. 27. dixit, τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον? Vt sit sensus, Siue catarrhus à capite in proximas siue remotiores partes decūbat, sub initia sui motus unū cōmune symptoma habet, Olfactus uitium, & ex eo etiā cognoscitur. Oēs enim norūt, ipsa edocti experientia, id sibi propter humectationē cerebri, ob copiam humoris à calore præter naturam eliquati, accidere. N. 124.
- VISVS subiungit. Vide signum A.

A. Visio

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 164 sur 736

©BIUM

A. Visio oculi actio est. Cuius uarias partes agnoscit Hippoc. φλέβας primùm (per quas oculus nutritur. An Neruos opticos intelligit?) deinde διέρμα (tunicam corneam) τὸ περὶ κύκλῳ (musculos oculum ambientes) κόρην (foramen pupillæ, ex concursu mẽbranarum natum) τὸ διαφανὲς αὐτοειδὲς (crystallinũ humorem, cui uitreus substernitur, ut reflectantur imagines) et τὸ ὑγρὸν λιολλῶδες (humorem albugineum, qui læso oculo effluit.) Oculi igitur explicat

Actionẽ, Visionem scilicet. Anima est quæ uidet, Oculus est instrumẽtum quo uidet. Itaq; actio oculi est, ut instrumenti. Huius instrumenti rursus partium actioni inseruientiũ aliæ sunt

Principes, illud quo uidet homo, Humor scilicet crystallinus, in medio oculi situs, in quo ueluti speculo resplendẽt species oẽs uisibiles extrinsecus receptæ. Quod ipsum tali Resolutione historica potius, quàm logica, uidetur ostẽdere:

A' cerebri membrana in utrumq; oculum per os caluariæ interius uena penetrat. N. 125. Videtur Neruum opticum intelligere, adeoq; uenas alimenti cum neruis uisorijs confundere.

Per hasce uenas à cerebro uiscosi humoris pars subtilißima percolatur. N. 126. Vti etiam com. de Locis n. 29.

Pars subtilißima ad exteriorem partem oculi propulsa, in Membranam conuertitur lucidißimam, similem pellucido oculi interno, eadem plánẽ ratione, quam in præced. etiam n. 87. attulit: nimirum quoniam glutinosus humor aëri externo frigido occurrens, necessariò in membranam cogitur. Synchysis hìc est, sic in ordinem redigenda. ὑγρὸν διὰ τὸ τὸ (quoniam scilicet glutinosa pars percolatur) αὐτὸ (τὸ λιολλῶδες scilicet) πυκνὸν αὐτὸ (τὸ διαφανὲς) λέπυρμα ποιεῖ τὸ πρὸς τὸ ὑπὲρ (tunicam corneam exteriorem) πρὸς ὃ προσβάλλει τὰ πνεύματα, τοιοῦτον (ita pellucidam & transparentem instar cornu, unde nomen habuit) οἷόν περ αὐτό ἐστι τὸ διαφανὲς τὸ ὀφθαλμοῦ. N. 127. Addit: In membranam conuerti corneam, quæ instar cornu in quàm plures laminas diuidi possit, pellucidítate sua similes crystallino humori, cuius sunt ueluti tegmina & munimenta contra externas iniurias. N. 128.

Iam uerò in pellucido oculi interno (humore scilicet crystallino, cui innatat à parte posteriore instar obicis uitreus) externa omnia splendida relucent. N. 129. Simile enim suo simili cognoscitur.

Eo autem, quod relucet, uidet homo. N. 130. Illustrat contrario. Eo enim quod non relucet, non uidet. N. 131.

Nõ principes, reliquæ partes omnes in oculo, quæ non relucent, & propterea neq; his uidet homo. Cuiusmodi sunt, tũ oculi

Album, ueluti caro alba. N. 132. Album oculi ab humore albugineo per corneam translucente oritur. Cæterum quia forinsecus musculis uestitur oculus, carneam substantiam oculi quoque anteriorem partem constituere uidetur Hip.

Pupilla nigra, partim quia in profundo latet, partim quia membranæ multæ in unum coëuntes nigrescunt, & foramẽ efficiunt, per quod species uisibiles ingredi, & spiritus uisorij egredi possint. N. 133.

Membranæ siue tunicæ numero uariæ, quæ oculo insunt ueluti pelliculæ quædam. N. 134. Quæ quidem oculo exemtæ non reuera nigræ sunt, sed albæ transparentes: at in oculi profundo constitutæ, nigredinem per accidens uidentur contrahere. N. 135.

Humor glutinosus. N. 136. Argumentum huius, quoniam uel uulnerato uel exempto oculo hominum, brutorúmue, conspicitur profluerẽ humor glutinosus albugineus: qui quamdiu calet, fluidus est: at quando refrixerit, exiccatur in corpus transparens, thuris instar masculi. N. 137.

Symptomata. Læditur oculus tum læsione cõmuni cum cæteris partibus, Dolore scilicet, ex ijs, quæ extrinsecus tactui obijciuntur, & uel qualitate manifesta, uel occulta, uel etiam substantia sua oculum tenerrimum afficiunt, coorto: tum læsione propria, ex obiectis specierum uisibilium, ex splendore scilicet nimio, crystallini insitum lumen ueluti absorbente. N. 138. Rationem subiungit: sed mendosus est codex. Cornarius, pro λὺν τις σύνεσιν, legit, λὺν τις ἐρωτήσει. Videtur tale quid uelle:

Quemadmodum os, lingua, palatum, ipsa quinetiam gula, & reliquus uenter (uentriculus scilicet, quatenus alimenti receptaculum est, & propterea gustui etiam uidetur inseruire suo appetitu) in quibus partibus Gustatus consistit, humido primogenio ad gustandum apto à natura sunt dotata, cuius merito obiecta mediocriter humida sentiuntur. At quæ humidiora sunt, ea nõ sentiuntur. Quod etiam paulo antè n. 122, de sensu Olfactus dixit, illum se sicciora uel humidiora non sentire, sed ea tantùm, quæ proportione debita suæ actioni subijciuntur. N. 140.

Ita quoque lux crystallino oculi insita, splendida uidet, exterius incidentia, quorum splendor ueluti patiens splendori agenti proportione respondeat. At quorum splendor uel maior uel saltem par est luci interiori, illa aut non uidet, quia ὁμόζοια sunt (æquali enim non datur actio in æquale) aut etiam nimio eorundem splendore læditur. N. 139.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 165 sur 736

XIII. MOTVM humani corporis

Particulare, Linguæ scilicet (tum articulatum, unde Sermo oritur, quo differt homo à brutis: tum non articulatū, quæ Vox dicitur, cōmunis homini cum brutis) explicat Hip. N. 154. Vocis igitur & Sermonis rationem

Proponit. Materia aër est, per expirationem foràs pulsus. Forma uocis est Resonantia. Sermonis uerò ipsa Dearticulatio. Videtur tali climace ostendere:

Corpus uniuersum per arterias aërem in se trahit, maximè uerò in cauitatem thoracis, per os & arteriam asperam. N. 141.

Aër attractus pro cordis refrigeratione & pabulo, incalefactus, denuò foras per uacuum & angustum locum propulsus, sonum edit. N. 142.

Sonus iste in capitis concauo resonat. N. 143.

Resonantiam hanc lingua articulat, admirabili sua agilitate uicinis partibus sese insinuans: partim quidem intra fauces conceptum sonum retinēdo, partim uerò extra fauces demissum palato dentibusq; allidendo: unde uaria uocis elementa proueniunt, ex quorum compositione uocabula oriuntur. N. 144. Hebræi certè suas literas hac ratione partiuntur, ut quædam sint gutturis, quædam labiorum, quædam dentium, quædam palati, quædam linguæ.

Cōfirmat: nimirum quòd

Διάλεξις, Sermo articulatus, linguæ beneficio fiat. Nam nisi lingua uarijs partibus diuersimodè appellens sonum dearticularet, non loqueretur homo, sed unam uocem tantùm emitteret unisonam. N. 145. Ostendit id exemplo tum

Mutorum, à primo ortu, qui cùm dearticulare nequeant sonum, linguæ uitio, uocem emittūt unisonam. N. 146.

Vocalium, qui si sonum tantùm emittant, neque linguæ dearticulationem adhibeant, loqui non possunt. N. 147.

Φωνὴ, Vox non articulata, Sermonis ueluti materia, fiat ab aere expulso. (N. 150.) Ostendit exēplo eorum qui organa habent

Integra. Nam

Qui uocem magnam edere uolunt, copiosum prius spiritum attrahūt, eūq; aliquatenus retentum expellunt magno cum impetu, & tandiu clamant, quamdiu spiritus durat: eo uerò exhausto, à clamore cessant. N. 148.

Citharœdi similiter, quando uocem intendere uolunt, spiritum attractum plurimū cōfertim emittunt. N. 149.

Corrupta, nimirum qui in desperatione guttur sibi ipsis ferro præsecuerunt, neq; tamē adhuc mortui sunt. N. 151. Hi igitur neq; possunt

Loqui, propterea quòd sermonis materia, aër scilicet, per expirationem è thorace egrediens, ad superiora ascendere nequit, sed per uulnus exit: at si labia uulneris constringantur, loquelam edūt. N. 152.

Respirare, quoniam aer per os attractus exit per uulnus ipsum. N. 153.

Vniuersalem, qui per musculos fit, non attingit.

HIP.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 166 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ
De Genitura.

REX[1] quidem omnibus dominatur.[2] Verũ genitura uiri prouenit ab uniuerſo humido, qd in corpore continetur, cùm id, quod robuſtiſsimum eſt, ſecernatur.[3] Quòd autem robuſtiſsimum ſecernatur, ex eo intelligi poteſt, quoniam à ueneris uſu, paucula adeò re emiſſa, imbecilliores ſumus.[4] Habet autem res in hunc modum. Venæ & nerui ab uniuerſo corpore in pudendũ uergunt, quibus attritis, excalfactis & repletis, uelut prurigo excitatur, & toti corpori uoluptas atq; calor accidit. Quũ uerò pudendum teritur, & homo mouetur, humidũ in corpore caleſcit, & diffunditur, & à motu agitatur, & ſpumeſcit. Quemadmodũ enim quiuis alij humores agitati ſpumeſcunt: ita quoque in homine, à ſpumante humore id, quod robuſtiſsimũ eſt, ac pinguiſsimum, ſecernitur, & ad medullam ſpinalẽ fertur (tendunt enim in hanc ex omni corpore uiæ, & diffundũt ex cerebro in lumbos, ac in totum corpus, & in medullam) & ex hac uiciſsim procedunt uiæ, ita ut facilè humor tum eam ſubire, tum ex ea ſecedere queat. Poſtquam autem ad hanc medullam genitura peruenerit, defertur poſtea ad renes: hac enim uia per uenas patet. Quòd ſi renes fuerint exulcerati, aliquando etiam ſanguis ſimul delabitur. A renibus autem trãſit per medios teſtes in pudendum, non qua urina deſcendit, ſed aliam uiam habet illi contiguam.[5] Iam & qui ſomnia habent libidinoſa, iccirco per ſomnum genituram effundunt, quoniam humidum in corpore diffuſum & calfactum, ſiue ex labore, ſiue alia quapiam occaſione ſpumeſcens, dum ab ipſo ſecernitur, coitus imaginem repræſentat. Habet enim humiditas hæc ſimiliter ut in coeuntibus. Sed nõ eſt mihi de his qui per ſomnum ſemen emittunt, & de toto morbo quid ſit, & quæ operetur, & quare coitus locum expleat, ſermo. Proinde hæc de hoc dixiſſe ſufficiat.[6] Cæterùm eunuchi propterea non coeunt, quia genituræ trãſitus ipſis ſublatus eſt. Eſt enim per ipſos teſtes uia eius, & nerui tenues ac crebri ex teſtibus in pudendum tendunt, quibus & eleuatur, & demittitur: atq; hi nerui in caſtratione reſcinduntur. quapropter inepti ad uenerem ſunt eunuchi.[7] Iam qui teſtium ſunt paſſi contuſionem uel contritionem, ijs genituræ uia obturata eſt. Callus enim obducitur teſti-

A

B

C

D

NOMOΣ[1] μὲν πάντα κρατύνει. [2] ἡ μὲν γονὴ ἡ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ [a] ὑγροῦ, ὃ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκρίνεται. [3] τοῦτο δὲ ἰσχυρὸν τόδε, ὅτι ἀποκρίνεται τὸ ἰσχυρότατον· ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν ἔτι μεθέντες, ἀσθενέες γινόμεθα. [4] ἔχει μὲν ὧδε. φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον· οἷσιν τριβομένοισι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πληρουμένοισιν, ὥσπερ κνησμὸς ἐμπίπτει, καὶ τῷ σώματι παντὶ ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου παραγίνεται. τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου, καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινουμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι, καὶ διαχέεται, καὶ κλονέεται ὑπὸ τῆς κινήσιος, καὶ ἀφρέει· καθάπερ καὶ τἆλλα ὑγρὰ σύμπαντα κλονούμενα ἀφρέει. ὧδε μὲν καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται ἀπὸ μὲν τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος τὸ ἰσχυρότατον, καὶ τὸ πότιμον, καὶ ἔρχεται εἰς τὸ νοτιαῖον μυελὸν (τείνουσι δὲ ἐς τοῦτον ἐκ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ διαχέει ἐκ μὲν ἐγκεφάλου εἰς τὸν ὀσφῦν, καὶ ἐς πᾶν τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸν μυελὸν) καὶ ἐξ αὐτοῦ τείνουσιν ὁδοὶ, ὥστε καὶ ὀπίσω μὲν ὑγρὸν ἐς αὐτὸν, καὶ ἀποχωρέειν· ἐπὴν δὲ ἔλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελὸν ἡ γονὴ, χωρέει παρὰ τοὺς νεφρούς. αὕτη γὰρ ἡ ὁδός ἐστι διὰ φλεβῶν. κὴν οἱ νεφροὶ ἑλκωθῶσιν, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. παρὰ δὲ τοὺς νεφροὺς, ἔρχεται διὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον, καὶ χωρέει ἔχ ὅπη τὸ ὄχρον, ἀλλὰ οἱ ἄλλη ὁδός ἐστιν αὐτῆς ἐχομένη. [5] καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τόδε ἐξονειρώσσουσιν, ἐπὴν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι διακεχυμένον ἔῃ καὶ διάθερμον, εἴτε ὑπὸ παλαιπωρίης, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς, ἀφρέει, καὶ ἀποκρινομένου ἀπ' αὐτοῦ, ὁρᾷ περὶ ἕρσην οἷα λαγνεύειν. [b] ἔχει δὲ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅπερ λαγνεύοντι· ἀλλ' ὅ μοι δοκεῖ ὀνειρωσσόντων, καὶ παντὸς τοῦ νοσήματος, τί ἐστι, καὶ ὅτεῳ ἐργάζεται, καὶ διότι δοκεῖ λαγνείης. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἰρέαται. [6] οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν, ὅτι σφέων ἡ διόδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς. ἔστι γὰρ δι' αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδὸς· καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνὰ ἐς τὸ αἰδοῖον ἐκ τῶν ὀρχίων, οἷσιν ἀείρεται καὶ καθίεται, καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ διατέμνεται, διότι καὶ οὐκ ἀρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρησοί. [7] τῶν δὲ διὰ τόδε συντριβέντων ἡ ὁδὸς τῆς γονῆς ἐμπέφρακται. πωροῦται γὰρ οἱ ὄρχεες, καὶ τὸ

[a] ὑγιὲς

[b] πάχος

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 167 sur 736

©BIUM

νεῦρα, σκληρὰ δ μωρὰ γινόμενα ὑπὸ τῦ πώ A testibus, & nerui duri ac torpentes à callo fa-
ρε, ὑ δύναται τείνειν ὐ χαλᾶν. [8] οἱόσι δ᾽ πυρ ctí, penem neque intendere, neque laxare
ἓς τετμημένοι εἰσὶν, ἔτι λαγνεύσι μὲν, καὶ poſſunt. [8] Quibuſcunq; uerò iuxta aures ue-
ἀφίασιν, ὀλίγον δὲ, δ᾽ ἀθρόοι εἰς, καὶ ἄγονον. χω- næ ſectæ ſunt, hi coeunt quidem, & genitu-
ρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τῦ γόνε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ram emittunt, uerùm modicam & debilem
παρὰ τὰ ὦτα, εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὕτη δ᾽ ac infœcundam. Nam plurima genituræ pars
ἡ ὁδὸς ὑπὸ τῆς τρωθῆς ἑλῆς γιγνομένης, στρεβ à capite iuxta aures in ſpinalem medullam
λόν ἐστιν. [9] τοῖσι δὲ παιδίοισι λεπτὰ τὰ φλέβια procedit. Ipſe autē tranſitus, cicatrice ſectio-
ἐόντα, δ᾽ πληροῦμενα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι, ni inducta, ſolidior denſiorq; redditus eſt. [9]
δ᾽ ὁ κνησμὸς δ᾽χ ὁμοίως παραγίνεται. Διὰ ταῦ- At uerò pueris, quum uenulę exiles & plenę
τα δὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν, ἐς ἀ admodum ſint, genituræ tranſitū impediūt,
πόκρισιν τῆς γονῆς. καὶ τῆσι παρθένοισι, μέζονες neq; prurigo ipſis ſimiliter accidit, ut proin-
αὖ νέαι ἐῶσιν, δ᾽ χωρέει τὰ καταμήνια, δι᾽ αὐ de neq; agitetur in corpore humidum ad ge
τιον τὸ αὐτό. [10] ἐπὴν δὲ αὔξωνται δ᾽ παρθένος niturę ſecretionem. Quin & uirginibus, in-
δ᾽ παῖς, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσι τῷ B tra pubertatem, menſes non procedunt, pro-
παιδὸς, δ᾽ τῆς παρθένε, δ᾽ ὅπη τὰς μήτρας, εὖ pter eandem cauſſam. [10] Poſtquam autem a-
ροαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὔξης, καὶ σμοιῶνται, δ᾽ doleuerint & uirgo & puer, uenæ in puden-
ὁδὸς καὶ διοδος διὰ σενῶν γίνεται, δ᾽ τὸ ὑγρὸν dum pueri tendentes, itemq; in uterum uir-
κλόνησιν πρόσχεει. εὐρυχωρέη γὰρ οἱ τότε γίνε ginis, incremēto etiam reliqui corporis am-
ται, ἔνθα κλονήσεται. καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐ pliores fiunt, & oſcula ipſarum aperiuntur,
πὴν ἀνδρὸς ἔῃ, διὰ τόδε, καὶ τῇ παρθένῳ τὰ κα & uia ac tranſitus per anguſtias contingit, &
ταμήνια. ταῦτα δέ μοι ἔτως ἀποπέφανται. [11] humidum tunc commoueri incipit. Spacia
τὴν δὲ γονὴν φημι ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς enim maiora fiūt, in quibus liberiūs agitare
τῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν σερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν queat. Puero proinde, cùm plenè adoleuerit,
μαλθακῶν, [12] δ᾽ ἀπὸ τῦ ὑγροῦ παντὸς τῦ ἐν τῷ genitura procedit ob dictam cauſſam, itemq;
σώματι. εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τῦ ὑγροῦ, αἷμα, uirgini menſes. Atque hæc mihi ſic demon-
χολὴ, ὖδωρ, καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ſtrata ſint. [11] Porrò genituram dico à toto cor-
ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ· C pore ſecerni, & à ſolidis, & à mollibus parti-
† διαλέγω δ᾽ ἀπὸ τετέων αἱ νόσοι γίνονται, † ἢ αἱ ἐκ νόσων, bus, [12] & ab uniuerſo humido toti⁹ corporis.
ἢ διαιρέσιες. [13] καὶ τοῦτα μὲν ἐρέαται μοι πε- Sunt autem humidi ſpecies quatuor: Sāguis,
ρὶ γονῆς, ὁκόθεν γίνεται, καὶ ὅκως, καὶ διότι, καὶ Bilis, Aqua, & Pituita. Tot enim ſpecies con-
οἷσιν δ᾽ γίνεται ἡ γονὴ, καὶ διότι δ᾽ γίνεται, καὶ πε genitas homo in ſeipſo habet, à quibus &
ρὶ καταμηνίων παρθένων. morbi fiunt, aut quæcunque in morbis eue-
† δι᾽ ἐμέω, ἢ διὰ κάθαρσιος, ἢ διὰ οὖρα. niunt ſeparationes. [13] Et hæc quidem dicta
† φημὶ [14] τῆσι δὲ γυναιξὶν † ἐν τῇ μίξει τριβομένε ſunt à me de genitura, unde fiat, & quomo-
τῦ αἰδοίου, δ᾽ τ᾽ μητρέων κινδυμένων, ὥσπερ κνη do, & quare, & quib. genitura nō eſt, & qua-
σμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτὰς, δ᾽ τῷ ἄλλῳ σώματι re non eſt, & de menſibus uirginum.
ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. [15] μεθίει δ᾽ καὶ [14] Mulieribus uerò in coitu, dum confrica
ἡ γυνὴ ἀπὸ τῦ σώματος, ὅτε μὲν ἐς τὰς μή tur pudendum, & uteri mouentur, uelut pru
τρας, αἱ δ᾽ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται· ὅτε δὲ δ᾽ ritum incidere dico, & reliquo corpori uolu
ἔξω, ἢν χάσκωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον δ᾽ καιρῦ· ptatem ac caliditatem accidere. [15] Emittit
[16] δ᾽ ἥδεται, ἐπὴν ἄρξηται μίσγεσθαι διὰ παν autem etiam mulier à corpore genituram, a-
τὸς τῦ χρόνε, μέχρις αὖ αὐτὴν μεθῇ ὁ ἀνήρ. [17] liquando in ipſum uterum, qui inde hume-
κλῦ μὲν ὀργᾶ ἡ γυνὴ μίσγεται, πρόθυμον δ᾽ ἀν scit: aliquādo foràs, ſi uterus plus, quàm con
δρὸς ἀφίει, δ᾽ τὸ λοιπὸν ἀκέπι ὁμοίως ἥδεται ἡ γυ ueniat, hiarit. [16] Et uoluptatem ſentit mulier
νή. [18] ἢν δὲ μὴ ὀργᾶ, σωπελέει τῷ ἀνδρὶ ἡδομέ ubi coire inceperit per omne tempus, donec
νη. [19] δ᾽ ἔχει ἔτως, ὥσπερ ἔστις ὑπὸ ὕδωρ ζέον ἕ uir ſemen emiſerit. [17] Quòd ſi uehementer
τερον ψυχρὸν ὕδωρ ὀπτχέει, παύεται τὸ ζέον· ἔτω D appetat uiro miſceri, prius, quā uir, emittit,
καὶ ἡ γυνὴ πεσοῦσα τῷ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας, nec tanta poſtea uoluptate afficitur. [18] Si non
σβέννυσι τὸν θέρμον καὶ τὴν ἡδονὴν τῆς γυ appetat, ſimul cum uiro delectari deſinit. [19]
ναικός. [20] ἐξαίφνεις δὲ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ θέρμη ἄ Habet autem res ſeſe hoc modo. Quemad-
μα τῇ γονῇ ἐμπίπτουσα ἐς τὰς μήτρας, ἔπειτα λή modum ſi quis in feruentem aquam, alteram
γει· ὥσπερ ἔστις ὑπὸ φλόγα εἶνον ὀπτχέει, συμ frigidam infundat, illa feruere ceſſat: Sic ge-
βαίνει πρῶτα μὲν ἐξαίφνεις τὴν φλόγα, καὶ nitura uiri in uterum illapſa, caliditatem &
αὔξεται δι᾽ ὀλίγα, πρὸς τὴν ὀπτχυσιν δ᾽ οἴνε, uoluptatem mulieris extinguit. [20] Emicat
ἔπειτα autem uoluptas & caliditas ſimul cum geni
tura in uteros illabēte, deinde deſinit. Quem
admodum enim, ſi quis in flammam uinum
infundat, primùm quidem contingit flam-
mam emicare, & per modicum tempus au-
geri,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 168 sur 736

©BIUM

geri, ad uini infusionem, deinde desinere. Ita etiam mulieri caliditas emicat ad genituram uiri, deinde desinit. [21] Cæterũ multo minus delectatur fœmina quàm uir in coitu, longiore tamẽ quàm uir tempore. Propterea autem uir magis delectatur, quoniam ob uehementiorem agitationem semen ab humore multo celerius quàm mulieri secernitur. [22] Iã uerò sic etiam se res habent mulierum. Si cum uiris coeant, magis sanæ sunt: si non, minus. [23] Nam & uteri humidiores fiunt ex commixtione (qui si sicciores iusto fuerint, uehementer conuelluntur, eoq; ipso dolorem corpori afferunt:) [24] & coitus sanguinem excalfaciens atque humectans, uiam faciliorem mensibus facit. Mensibus autem non procedentibus, corpora fœminarum morbosa fiũt. Cur autẽ morbosa fiant, in muliebribus morbis referetur. Et de his quidem hactenus.

[25] Postquam autem coiuerit mulier, si quidem conceptura non est intra seipsam, profólito more foràs profluet genitura ab utrisque emissa, siquidem illa uolet. Si uerò conceptura est, non profluit foras, sed manet in utero genitura. Vteri enim ea susceptа claudúntur, eamque retinent, osculo nimirum ipsorum præ humiditate contracto, simulque miscentur duo semina, tum quæ à uiro, tum quæ à muliere prodierant. Quòd si fœmina aliàs partum fuerit experta, & attenderit quando genitura non exciderit, sed intus manserit, certò sciet diem quo concepit. [26] Sunt autem ista quoque uera. Quandoq; fortius est semen à muliere emissum, quãdoque debilius. Similiter etiã à uiro emissum. Et tũ uiro fœmineum masculumque semen inest, tum mulieri. Fortior autem masculus fœmina est. Necesse igitĩ est ipsum à fortiore semine generari. [27] Res autem sese hoc modo habet. Si ab utrisque semen fortius prodierit, masculus erit partus: si uerò debile, fœmina nascetur. Vtrum autem multitudine ac copia præualuerit, iuxta illud ipsum partus nascetur. Si enim multo plus fuerit debilis seminis quàm fortioris, superatur forte, & debili permixtum in fœminam transit. Si uerò plus fuerit fortis seminis quàm debilis, superatur debile, & in marẽ transit. [28] Quemadmodum si quis ceram & seuum misceat, sed seui plus multo quàm cerę conijciat, eáque ad ignem liquefaciat: quandiu liquida erunt, non apparet utrum copia superet: quando uerò congelata fuerint, nemini obscurum erit, quòd adeps ceram copia exuperet. Sic idem de masculi ac fœminæ genitura sentiendum. [29] Quòd uerò & in fœmina & in uiro, genitura fœminea sit ac masculà, manifestis argumentis coniectare licet. Multæ enim mulieres fœminas peperere maritis suis: ad alios uerò trásgressæ, masculos genue-

A ἔπειτα λήγειν. ὡσαύτως ἢ ἐν τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαίφνης ἐς τὸν γόνον ἐκ ἀνδρὸς, ἔπειτα λήγει. [21] ἧσσον ἢ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ ἐκ ἀνδρὸς ἐν τῇ μίξει, πλείονα ἢ χρόνον, ἢ ὁ ἀνήρ. διόπερ ἢ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ὅτι κεῖνται αὐτῷ ἐξαπίνης ἀπὸ ἐκ ὑγροῦ ἀπὸ περιττῆς ἰσχυροτέρης, ἢ τῇ γυναικί. [22] ἔχει ἢ τόδε ἔτως τῇσι γυναιξίν. ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἢν ἢ μὴ, ἧσσον. [23] ἅμα μὲν γὰρ αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει (ἐκ ξηραὶ ἐοῦσαι, μᾶλλον ἐκ καιρὸν συσπῶσαι) ἰσχυρῶς. συσπῶσαι δὲ ἰσχυρῶς, πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν.) [24] ἅμα ἢ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα, πολλὴν ὁδὸν ῥηϊτέρην τοῖσι καταμηνίοισι. τὰ δὲ καταμήνια μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ὀδυνᾶται γίνονται. διόπερ δὲ ἐπὶ νοῦσαι γίνονται, εἰρήσεται μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νούσοισι. ἐκ τοῦτο μὲν μοι ἀρκέσει ἐς τοσοῦτον.

196 Porrò in quibus arboribus oculi ex alijs inseruntur, quæque arbores in arboribus enatæ uiuunt, fructum ferunt dissimilem arboribus, quibus insitæ sunt. Quod ipsum tali modo contingit. 197 Oculus primùm quidem germinat: 198 quippe qui alimẽtum habeat tum ab arbore, è qua exemptus est, tum ab ea in quam insitus est. 199 Vbi autem germinauerit, in arborẽ radices tenues à se demittit: & primùm humore alitur, quẽ arbor, in quã insitus est, continet. 200 Deinde temporis spacio demittit radices in terram, per eam, in quam insitus est, & fruitur humore, quem à terra trahit, & alimentum inde ipsi contingit. 201 Eoque mirum non est, insitas arbores alios fructus producere, quando- B quidem è terra uiuunt. 202 Hæc mihi de arboribus & fructibus dicta sint, quòd non poteram hanc tractationẽ imperfectam relinquere. 203 Redibo autem nunc rursus ad ea, quorum causa de istis mihi dicendum fuit. Censeo enim omnia quæ è terra nascũtur uiuere terræ humore: & qualem terra humorem in seipsa habet, talem quoq; nascentia ex ipsa habere. Sic & puer uiuit de matre in utero, & quali mater ualetudine prædita est, talem etiam puer habet. Quòd si quis considerare uelit ea, quæ de his dicta sunt, ab initio ad finem usque, inueniet naturam per omnia similem esse, eorum quæ è terra nascuntur, & C quæ ex hominibus. Et hæc mihi de hoc dicta sint.

204 Cæterùm puer in utero existens manus apud genas habet, caput autem prope pedes: neque datur certò iudicare, etiamsi puerum in utero uideas, utrum caput sursum habeat an deorsum. Ex umbilico autem protensæ sunt mẽbranæ ipsum continentes.

205 At uerò nunc eam dignoscendi rationem, quam paulo antè me demonstraturum dixi, claram & apertam, quantum quidem humanæ menti possibile est, omnibus qui hæc scire laborant, proferam: quòd genitura in membrana continetur, & quòd iuxta medium ipsius umbilicus est, per quem primò spiritum in seipsam trahit, & foras emittit, D quodque ex umbilico membranæ protenduntur. Quin & reliquam pueri naturam, quam dixi, ita ut à me declaratum est, sese habere totam ad finem usque deprehendet, si quis obseruationibus à me producendis uti uelit. Etenim si quis oua uiginti aut plura, gallinis duabus aut pluribus ad excludẽdum subijcere uelit, & singulis diebus, à secunda exorsus, usque ad ultimam, qua perrupto oui putamine excludetur pullus, subtrahere, & confringere, diligenter inspiciens, inueniet omnia se habere, quemadmodum dixi,

196 ὀκόσοισι δὲ ἐς δενδρέα ἀφ' ἑτέρων δενδρέων ὀφθαλμοὶ ἐνετέθησαν, καὶ δενδρέα γινόμενα ἐν τοῖσι δένδρεσι ζῇ, καὶ καρπὸν καρποφορεῖ οὐχ ὅμοιον οἷσιν ἐγκείμενά ἐστιν, τρόπῳ τοιῷδε τινὶ γίνεται. 197 ξυμβαίνει τῷ ὀφθαλμῷ πρῶτον μὲν βλαστάνειν. 198 τροφὴν γὰρ ἔχει, πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ δενδρέου, ἀφ' οὗ ἀπεφύη, ἔπειτα ἐν ᾧ ἐνετέθη. 199 ὁκόταν δὲ βλαστήσῃ, οὕτως μεθίησιν ἐς τὸ δενδρέον ῥίζας ἀπ' αὐτοῦ λεπτὰς. καὶ πρῶτον ἀπωθέεται ὑπὸ τῆς ἰκμάδος τῆς ἐν τῷ δενδρέῳ ἐνεούσης, ἐν ᾧ ἔγκειται. 200 ἔπειτα χρόνῳ ἐγχρομένας, ἀφίησι ῥίζας ἐς τὴν γῆν διὰ τοῦ ἐν ᾧ ἐνετέθη, καὶ ἐπωθέεται ὑπὸ τῆς γῆς ἔλκων τὴν ἰκμάδα. καὶ τροφὴν αὐτῷ ἐκεῖθεν ἐσιν. 201 ὥς τε μὴ θαυμάζειν ἑτερόκαρπα εἶναι τὰ ἔνδενδρα τῶν δενδρέων· ζῇ γὰρ ὑπὸ τῆς γῆς. 202 ταῦτά μοι εἴρηται περὶ τῶν δενδρέων καὶ τῶν καρπῶν, διὰ τόδε, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἦν μοι τὸν λόγον ἡμιτελέα καταλιπεῖν. 203 ἀναβήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω, οὗ εἵνεκά μοι λόγος τόδε ἀμφὶ τῶνδε εἴρηται. φημὶ γὰρ τὰ ἐν τῇ γῇ φύομενα πάντα ζῆν ἀπὸ τῆς γῆς ἰκμάδος· καὶ ὅκως ἂν ἡ γῆ ἔχῃ ἰκμάδος ἐν ἑωυτῇ, οὕτω καὶ τὰ φύομενα ἔχειν. ἔτω καὶ τὸ παιδίον ζῇ ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐν τῇσι μήτρῃσι. καὶ ὅκως ἂν ἡ μήτηρ ὑγιείης ἔχῃ, ἔτω καὶ τὸ παιδίον ἔχει. ἢν δέ τις βάληται ξυνοῆσαι τὰ ῥηθέντα ἀμφὶ τούτων ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος, εὑρήσει τὴν φύσιν πάσων πρασσομένην, τῶν τε ἐκ γῆς φυομένων, καὶ τῶν ἐξ ἀνθρώπων. καὶ ταῦτά μοι ἐς τοῦτο εἰρήσθω.

204 τὸ δὲ παιδίον ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν, τὼ χεῖρε ἔχει παρὰ γνύσι, καὶ τὴν κεφαλὴν πλησίον τῶν πλοΐων, καὶ οὐκ ἔστιν ἀτρεκείῃ κρῖναι, οὐ δῆλόν ἐστιν ἐν τῇσι μήτρῃσι τὸ παιδίον, πότερον τὴν κεφαλὴν ἄνω ἔχει ἢ κάτω. ἐκ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ τετμημένοι εἰσὶν οἱ ὑμένες, αὐτέχοντες αὐτό. a γόνυσι b αὐτῶν

205 ταῦτα δὲ ἐρῶ τὴν διάγνωσιν, ἣν ἔφην ὅπως φανήσεται ὀλίγῳ πρότερον, ὡς ἀνυστὸν ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ, ἐμφανέα ἐόντων πάντα τῷ θέλοντι εἰδέναι τάδε· ὅτι ἥτε γονὴ ἐν ὑμένι ἐστὶ, καὶ τοῦ μέσου αὐτῆς ὁ ὀμφαλός ἐστι, καὶ ἐκείνη πρῶτον τὸ πνεῦμα ἕλκει ἐς ἑωυτὴν, καὶ μεθίησιν ἔξω, καὶ ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ ὑμένες εἰσὶ καὶ τὴν ἄλλην φύσιν τοῦ παιδίου, ἣν εἴρηκα, ὥσθ' ἕξουσιν εὑρήσεις πάσων, μέχρις ἐς τέλος, ὅκως μοι ἐν τοῖσι λόγοισιν ὑποπεφάνται, c εἰ βάλεταί τις τοῖσιν ἐξηγημένοισιν, ὁκόσοισι μέλλω λέγειν, χρήσθω. εἰ γάρ τις ἐθέλει ὠὰ εἴκοσιν ἢ καὶ πλείονα, ὅκως ἐκλέπωσιν, ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσιν, εἶτε δύσιν ἢ καὶ πλείοσι· καὶ ἑκάστης ἡμέρης ὑπὸ τῆς δευτέρης ἀρξάμενος μέχρι τῆς ὑστάτης, ἢ ἐκλέψει τὸ ὠὸν, ὑφαιρέων καὶ κατεγνύων, σκοπῶν, εὑρήσει ἔχοντα πάντα κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, ὡς χρὴ ὀρνι- c εἰ βάλεται

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 191 sur 736

©BIUM

ὄρνιθος φύσιν ξυμβάλλειν ἀνθρώπου φύσει. ὅτι γὰρ ὑμένες εἰσὶν ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ τεταμένοι, καὶ τ' ἄλλα ὁπόσα εἴρηται περὶ τοῦ παιδίου, οὕτως ἔχοντα ἐν τῷ ὠῷ τῷ ὀρνιθείῳ εὑρήσεις ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος. καίτοι ἤν τις μηδέπω εἶδε, θαυμάσει ἐν ὀρνιθείῳ ὠῷ ἐνεόντα ὀμφαλόν. ἔχει δὲ ὧδε τάδε. καὶ ταῦτα δέ μοι ὧδε εἴρηται.

206 ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος παραγένηται, ξυμβαίνει τότε τῷ παιδίῳ κινεομένῳ καὶ [a] ἀσκαρίζοντι χερσί τε καὶ ποσὶ ῥῆξαί τινα τῶν ὑμένων τῶν ἔνδον. 207 ῥαγέντος δὲ ἤδη ἑνὸς, καὶ οἱ ἄλλοι ἀκιδνοτέρην δύναμιν ἔχουσι. καὶ ῥήγνυνται πρῶτον μὲν οἱ κείνου ἐχόμενοι, ἔπειτα ὁ ὕστατος. 208 ὁκόταν δὲ ῥαγῶσιν οἱ ὑμένες, τότε λύεται ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τὸ ἔμβρυον, καὶ χωρέει ἔξω κλονηθέν. 209 οὐ γὰρ ἔτι ἔχει σθένος τῶν ὑμένων προδόντων, οὐδὲ αἱ μῆτραι δύνανται ἔτι τὸ παιδίον ἴσχειν, † τῶν ὑμένων, ὥς ἔφην, προδόντων,] καὶ τούτων ἀπενεχθέντων. προσλαμβάνονται γὰρ οἱ ὑμένες καὶ τῶν μητρέων, ὁκόταν ἀμφὶ τὸ παιδίον ἑλίσσονται, οὐ πολλῇ δυνάμει. 210 ὁκόταν δὲ χωρέῃ τὸ παιδίον, βιῆται καὶ εὐρύνει τὰς μήτρας ἐν τῇ διεξόδῳ, ἅτε ἁπαλὰς ἐούσας. 211 χωρέει δὲ ἐπὶ κεφαλὴν, εἰ κατὰ φύσιν ἴη. 212 βαρύτατα γάρ ἐστιν αὐτῷ τὰ ἄνω, ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ σταθμεόμενα. 213 ἐν δὲ τῇσι μήτρησιν ἐνεὸν, ἐγκρατὲς μᾶλλον γίνεται εἰς τῶν ὑμένων τὴν κατάῤῥηξιν ἅμα δεκάτῳ μηνὶ, ὅτε ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται. 214 ἢν δὲ βίαιον πάθημα πάθῃ τὸ παιδίον, καὶ πρόσθεν τοῦ ὁρισμένου χρόνου ῥαγέντων τῶν ὑμένων ἐξέρχεται. 215 καὶ ἢν ἡ τροφὴ πρόσθεν λήξῃ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῷ παιδίῳ, καὶ οὕτω πρόσθεν ὁ τόκος τῇ μητρὶ παραγίνεται, θᾶσσον δὲ δέκα μηνῶν ἐξέρχεται. 216 ἀλλ' ὅσαι δὴ ἔδοξαν πλείονα χρόνον δέκα μηνῶν ἔχειν (ἤδη γὰρ τοῦτο πολλάκις ἤκουσα) κεῖναι [b] διελήθησαν τρόπῳ τοιῷδε, ὦ μέλλω ἐρεῖν. ὁκόταν αἱ μῆτραι πνεῦμα λάβωσιν ἐς σφᾶς αὐτὰς ἀπὸ τῆς κοιλίης φύσαν παρεχούσης, καὶ ἐξαρθῶσι (γίνεται γὰρ τοῦτο) δοκέουσι δὴ αἱ γυναῖκες πρὸς σφᾶς ἔχειν τότε. καὶ ἢν καταμήνια μὴ χωρέοντα ξυστραφῇ ἐν τῇσι μήτρησι, καὶ ἔη χρονιώτερα, [c] ἀεὶ διαῤῥεῖ ἐς τὰς μήτρας, ἐστὶ μὲν ὅτε ξὺν τῷ ἀπὸ τῆς κοιλίης πνεύματι, ἐστὶ δ' ὅτε καὶ θερμαινόμενα, καὶ δὴ καὶ τότε ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν αἱ γυναῖκες, ἅτε τῶν καταμηνίων μὴ χωρεόντων, καὶ τῶν μητρέων ἡρμένων. εἶτα ἐστὶν ὅτε τὰ καταμήνια ἐῤῥάγη αὐτόματα, ἢ ἑτέρων ἐπικατελθόντων ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὰς μήτρας, καὶ κατενεγκάντων τὰ πρότερα, καὶ φύσα ἐξῆλθε, καὶ πολλοῖσιν ἤδη εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν καταμηνίων κάθαρσιν αἱ μήτραι ἔχανον, καὶ κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐστράφησαν, καὶ τηνικαῦτα μιχθεῖσαι ἀνδράσιν, ἔλαβον πρὸς σφᾶς τὸν γόνον, αὐθήμερον, ἢ ἅμα ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν.

[a] ἀναγκάζοντι

† Hæc in quibusdam desiderantur

[b] διεβλήθησαν

[c] καὶ

A dixi, in quibus scilicet auis natura cum humana conferenda uenit. Quòd enim membranæ ex umbilico sint tẽtæ, & reliqua, quæ de puero dicta sunt, in ouo gallinaceo paria sint, ab initio ad finem usque reperies. Quanquam si quis hoc nondum uidit, mirabitur in gallinaceo ouo umbilicum inesse. Atqui hæc sic se habent, quomodo à me relata sunt.

206 Quando uerò mulieri partus instat, tũc puero se mouente, & manibus ac pedibus calcitrante, membranam quandam internam rumpi contingit. 207 Rupta autem una, etiam reliquæ fiunt imbecilliores, & rumpuntur primùm quidem illi contiguæ & cohærentes, deinde extima. 208 Quum autem B ruptæ fuerint membranæ, tunc fœtus à uinculo absoluitur, & agitatus foràs prodit. 209 Neque enim amplius robur habet membranis destitutus, neque uteri amplius puerum continere possunt, membranis, uelut dixi, deserentibus & amissis. Membranæ enim, quæ puerum inuoluunt, non magna admodum ui cum uteris colligãtur. 210 Quando autem prodit puer, uim infert & dilatat uteros in exitu, utpote teneros existentes. 211 Prodit autem in caput, si secundùm naturam prodierit. 212 Grauissimæ enim sunt ipsi supernæ partes, ex umbilico tanquam è libra appensæ. 213 Quum autem in uteris est, maiores semper uires acquirit, adeò ut de- C cimo mense, quãdo partus matri instat, membranas disrumpere possit. 214 Si uerò uiolentum quid perpetiatur puer, etiam ante statutum tempus ruptis membranis prodit. 215 Quin & si alimentũ à matre priùs puero defecerit, etiam sic partus matri priùs aduenit, & ante decimum mensem puer excidit. 216 Cæterùm quæ longius quàm decem mensium tempus uterum gestare sibi uisę sunt (id enim iam sæpe audiui) illæ ipsæ hoc modo, quem dicturus sum, deceptæ sunt. Quum uteri spiritum conceperint, quem sanè uenter facilè suppeditat, & intumuerint (id quod D fieri potest) uidentur sibi tunc mulieres concepisse. Præterea si menstrua non procedant, sed conglobata in utero diutiùs hæreant, & subinde alia quoque eò confluant, modò cum flatu à uentre, modò etiam excalefacta: sanè tunc quoque in utero habere mulieres sibi uidentur, utpote mensibus non prodeuntibus, & uteris tumentibus. Contingit aũt aliquãdo postea, ut uel mẽses sua sponte erũpãt, uel certè ut alijs à corpore in uteros descẽdentibus, & priores protrudẽtibus, flatus egrediatur: cumque multis iam statim post mensium purgationem uteri hient, & ad pudendum uertantur, cum uiris tunc congressę, uel eadem die, uel paulo pòst concipiunt. &

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 192 sur 736

©BIUM

&, quia harum rerũ ac rationum ignaræ ſunt, exiſtimant tunc ſe in utero habuiſſe, quando menſes non prodibant, & uteri tumebãt. [217] Quòd autem non diutiùs quàm decem menſibus contingat uterum geſtare, ego demonſtrabo. Alimentum & incrementum, quod à matre deſcendit, non amplius ſufficere poteſt puero, ubi decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim quod dulciſsimum eſt in ſanguine ad ſeſe, ſimulque etiam lactis aliqua portione fruitur. Quum hæc pauciora ſunt quàm conueniat, puer autem auctior factus copioſius alimentum deſiderat, calcitrat, ac mẽbranas rumpit. [218] Et hoc frequentiùs accidit mulieribus primiparis: deficit enim pueris alimentum, ut ad decimum uſque menſem ſufficere non poſsit. [219] Idque per hunc modum. Sunt quædam mulieres, quibus ſufficientes menſes fluunt, quædam quibus pauciores. Quod ipſum ſi ſemper fiat, in natura, & in genere, uterinum ipſis eſt. Quæ uerò menſes paucos emittunt, hæ etiam pueris poſtremo tempore, ubi iam maturi fuerint, alimentum rarius exhibentes, ipſos calcitrare faciunt, ut & ante decimum prodire feſtinẽt. Paucus enim ſanguis à iuuenculis matribus prodit. Vt plurimum uerò contingit tales mulieres etiam ſine lacte eſſe, quibus pauca menſtrua profluunt. Sicciores enim ſunt, & denſiorem carnem habent. [220] Huic autem aſſertioni, quòd uidelicet deficiente alimento prodeat puer, etiam ſi nulla uiolenta affectio ipſi accidat, hoc teſtimonio eſſe poteſt. Auis ex oui luteo naſcitur, in hunc modum. Incubante matre ouum concaleſcit, quodq; in ouo ineſt, à matre mouetur: concaleſcens autem id quod in ouo ineſt, ſpiritum concipit, aliumque frigidum ab aere per ouum attrahit. Ouum enim adeò rarum eſt, ut ſpiritum qui attrahitur ſufficientem ei, quod intus eſt, tranſmittat. Augeſcit autem auis in ouo, & articulatur eodem prorſus ac conſimili modo uelut puer, uti iam antea à me relatum eſt. Naſcitur autem auis ex luteo oui, alimentum uerò & incrementum accipit ex albo, quod in ouo eſt. Atque hoc iam omnibus perſpicuũ eſſe poteſt, qui animum aduerterint. Vbi autem deficit alimentum pullo ex ouo, cùm non habeat unde uiuat, fortiter mouetur in ouo, uberius alimentum quærens, & pelliculæ circùm diſrumpuntur: & mater ubi ſentit pullum tam fortiter moueri, putamen ictu recludit. Atque hæc uiginti diebus peraguntur. Manifeſtum eſt autem quòd ita ſe habeat. Vbi enim excuſa eſt auis, nullus humor in oui teſtis ineſt, qui quidem alicuius fit momẽti, quippe qui in puliũ abſum-

A λογίζον) ἢ αἱ ἄπυροι τέκτων τ̃ λόγων χ̃ τ̃ πεπη-
μάτων κἀκεῖνον τ̃ χρόνον ἐν μαγρὶ ἔχειν, ὅτι τὰ
καταμήνια οὐκ ἐχώρεσεν αὐτῆσι, & αἱ μῆτραι
ἤρμοσαι ἐπύγχανον. [217] ὅτι δ' οὐκ ἔστι χρονιώτε-
ρον δέκα μηνῶν ἐν μαγρὶ ἔχειν, ἐγὼ φράσω. ἡ
τροφὴ & ἡ αὔξησις ἡ ἀπὸ τ̃ς μητρὸς καπῆται,
οὐκ ἐπ' ὀρκεῦσι τῷ παιδίῳ ἐστὶν, ὁκόταν οἱ δέκα
μῆνες παρέλθωσι, & τὸ ἔμβρυον αὐξηθῇ. ἕλκει
γὰρ ἀπὸ τ̃ αἵματος ἐς ἑωυτὸ τὸ γλυκύτατον, ἅ-
μα δ' καὶ ἀπὸ τ̃ γάλακτος ἐπαυρίσκει ὀλίγου.
ὁκόταν δ' αὖτις ἀσθενέστερα τούτων γένηται, καὶ
ἀδρὸν ἔῃ τὸ παιδίον, πολλὸν πλείονα τ̃ς ὑπαρ-
χούσης τροφ̃ς, ἀσκαρίζει, καὶ τὰς ὑμένας ῥή-
γνυσι. [218] καὶ μᾶλλον τοῦτο πάσχουσιν αἱ τ̃ν
γυναικ̃ν πρωτοτόκοι. ὑπολείπει γὰρ τοῖσι παι-
δίοισιν ἡ τροφὴ ἐς τὸ δεκέσαι, ἄχρις οὗ τ̃ν
δέκα μηνῶν. [219] ὑπολείπει δέ † ἁμὰ τρόπον
τοιόνδε εἰσὶ τ̃ν γυναικ̃ν τινὲς, αἱ μὲν δεκέον
τε τὰ καταμήνια καθαίρουσι, αἱ δ' ἐλάσσονα.
τοῦτο δὲ ἂν ἀεὶ γίνηται ἐν φύσει & ἐν γνώμῃ, μη-
τρ̃ων σφίν ἐστιν. αἱ δ' τὰ καταμήνια ὀλίγα με
θιεῖσαι, αὐταὶ καὶ τοῖς παιδίοισι χ̃ χρόνου τὸ ὕστε-
ρον, ὅταν ἤδη ἀδρὸν ἔῃ, τ̃ τροφὴν ἀπανιστέρην
παρέχουσι, πιέζουσιν ἀσκαρίζειν, καὶ πρόσθεν
τ̃ν δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν ἐπείγουσι. ὀλίγον
γὰρ ἀπὸ τ̃ν νεῶν μητρ̃ων χωρέει τὸ αἷμα. ὡς
δὲ & ὅπη τὸ πλεῖστον ξυμβαίνει χ̃ ἀγαλάκτους
† εἶναι πάντας τὰς γυναῖκας, τὰς ὀλίγα τὰ
καταμήνια μεθιείσας. ξηρότεραι γὰρ & πυκνο-
σαρκότεραί εἰσιν. [220] τούτῳ δ' τῷ λόγῳ, ὅτι ὑπο-
λειπούσης τ̃ς τροφ̃ς ἐξέρχεται τὸ ἔμβρυον, ἢν
μὴ αὐτῷ βίαιον πάθημα προσπέσῃ, & ἰσόρροον
τόδε ἐστί. τὸ ὄρνεον γίνεται ἐν & ᾠῷ & χλωρῷ, τρόπῳ
τοιῷδε. ὑπὸ καθιζομένης τ̃ς μητρὸς θερ-
μαίνεται τὸ ᾠόν, καὶ τὸ ἐν τῷ ᾠῷ ἐνεὸν ὑπὸ τ̃ς
μητρὸς κινέεται. θερμαινόμενον δ' πνεῦμα ἕλκει
τὸ ἐν τῷ ᾠῷ ἐνεὸν, καὶ αὐτὶ τοῦ ἕτερον ψυχρὸν
ὑπὸ & ἠέρος, ἁμὰ & ᾠῷ. τὸ γὰρ ᾠὸν ἀραιόν ἐστιν
ἔτως, ὡς πολλὸν ἐλκομένην δεκέεσθαι ὑπὸ
τῶν ἔνδον ἐόντων. καὶ αὔξεται τὸ ὄρνεον ἐν τῷ ᾠῷ,
καὶ διαφθείρεται τρόπῳ τῷ αὐτῷ τε καὶ παρα-
πλησίῳ, ὥσπερ καὶ τὸ παιδίον, ὡς μοι ἤδη καὶ
πρόσθεν εἴρηται. γίνεται δ' ἐν & χλωρῷ & ᾠῷ
τὸ ὄρνεον. [b] τροφὴν δ' καὶ αὔξησιν ἔχει, τὸ λε-
πτὸν τὸ ἐν τῷ ᾠῷ. τοῦτο ἤδη πᾶσιν ἐμφανὲς ἐγέ-
νετο, ὁκόσοι προσέσχον τὸν νόον. ὁκόταν δὲ ὑπολεί-
πῃ ἡ τροφὴ τῷ νεοσσῷ ἐν & ᾠῷ, οὗ ἔχον δεκέ-
σθαι ἀφ' ἧς ζήσεται, κινέεται ἰσχυρῶς ἐν τῷ ᾠῷ,
ζητέον τροφὴν πλείονα, καὶ οἱ ὑμένες προῤῥή-
γνυνται. καὶ ὁκόταν ἡ ὄρνις αἴσθηται τὸ νεοσσὸν
κινηθέντα ἰσχυρῶς, κελεύσασι ἐξέλεψεν. καὶ
τοῦτο ξυμβαίνει γίνεσθαι ἐν ἕκτῃσιν ἡμέρῃσι.
καὶ ἐμφανές ἐστιν, ὅτι ᾠὸν ἔχει. ὁκόταν γὰρ

κελάψῃ τὸ ὄρνεον, ὑπὸ τοῖσι λεπτοῖσι τ̃ ᾠοῦ ὑγρὸν ἔνεστιν & οἷον, ὅτι καὶ ἄξιον λόγου, ἐξανήλωται γὰρ

† τάντησι, uel πόλε

a ἀπ' αὖα τέων

† μᾶλλον

b τροφὴν δὲ νὴ αὔξησις ἐστὶν ἀπὸ τ̃ λευκ̃ τ̃ ἐν τῷ ᾠῷ ὄντος

ἐς

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 193 sur 736

©BIUM

ἐς τὸν νεοσσόν. [221] οὕτω δὲ καὶ τὸ παιδίον, ὁκόταν αὐξηθῇ, οὐκ ἔτι δύναται ἡ μήτηρ τροφὴν παρέχειν ἀρκέουσαν. ζητέον οὖν πλείω τροφὴν τῆς παρεούσης τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας καὶ λυθὲν τοῦ δεσμοῦ, χωρέει ὁμοῦ ἔξω. καὶ ταῦτα γίνεται ἐν δέκα μησὶ τὸ μακρότατον. [222] καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τοῖσι κτήνεσι καὶ τοῖσι θηρίοισιν ὁ τόκος παραγίνεται, ἐν χρόνῳ, ᾧ ἕκαστον τίκτει, οὐ μακρότερον. ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ἀνάγκη ἔστι χρόνον εἶναι, ἐν ᾧ ἡ τροφὴ σπανιωτέρη ἔσται τῷ ἐμβρύῳ, καὶ ἐπιλείψει, καὶ ὁ τόκος παρέσται. [223] καὶ τὰ μὲν ἐλάσσω τροφὴν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχοντα, θᾶσσον τίκτει· τὰ δὲ πλείω, ὕστερον. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἴρηται. [224] τὸ δὴ παιδίον, ὅταν περιῤῥαγῶσιν οἱ ὑμένες, ἢν μὲν δὴ ἐπικρατήσῃ ἡ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥοπὴ, ῥηϊδίως τίκτει ἡ γυνή. [225] ἢν δὲ πλάγιον ἢ ἐπὶ πόδας χωρήσῃ (γίνεται γὰρ οὕτω πολλάκις, ἢν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχη γενομένη ἢ ὑπὸ εὐρυχωρίης τῶν μητρέων, ἢ καὶ ἢν ἡ μήτηρ ἐν τῇ ὠδῖνι μὴ ἡσυχάσῃ τὸ πρῶτον) κἢν οὕτω χωρέῃ, χαλεπῶς τέξεται ἡ γυνή. πολλαὶ δὲ ἤδη ἢ αὗται ὤλλοντο, ἢ τὰ παιδία, ἢ ἅμα αἱ μητέρες καὶ τὰ ἐν αὐτῇσιν. [226] [a] ἐκ δὲ τῶν τικτουσῶν μάλιστα πονέουσιν αἱ πρωτοτόκοι, διὰ τὴν ἀπειρίην τῶν πόνων. καὶ πονέουσι μὲν πᾶν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ τὴν ὀσφῦν τε καὶ τὰ ἰσχία. διΐστα[τ]ῃ γὰρ σφέων τὰ ἰσχία. αἱ δὲ μᾶλλον ἔμπειροι τόκων, ἧσσον πονέουσι τῶν πρωτοτόκων. αἱ δὲ πολυτόκοι, πάνυ ἧσσον πονέουσι. [227] ἢν δὲ ἐπὶ κεφαλὴν ἴῃ τὸ ἔμβρυον, ἡ κεφαλὴ πρῶτον ἔξω χωρέει. ἔπειτα τ' ἄλλα μέλεα ἑπόμενα. ὕστατος δὲ ὁ ὀμφαλός. ἐκ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ τὸ [b] χωρίον τεταμένον ἐστί. μετὰ δὲ ταῦτα, ὕδρωψ ἔρχεται αἱματώδης, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἀποκριθεὶς ὑπὸ βίης τε καὶ πόνου καὶ θέρμης· καὶ ὁδὸν ἀφηγήσατο τῇ τῶν λοχίων καθάρσει. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ ἰχῶρος, ἡ κάθαρσις γίνεται χρόνον τὸν πρόσθεν εἰρημένον. καὶ οἵτε μαζοὶ καὶ τ' ἄλλα μέλεα, ὁκόσα ὑγρότερα ἐστί, καταῤῥήγνυται τῶν γυναικῶν ἥκιστα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τόκῳ· ἔπειτα δὲ, ὡς ἂν πλειόνων πειρέωνται τόκων, ἔτι μᾶλλον καταῤῥήγνυται, διακενουμένων τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς καθάρσιος τῶν λοχίων. ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται.

[228] Δίδυμα δὲ γίνονται ἀφ' ἑνὸς λαγνεύματος, οὕτως ἔχουσιν αἱ μῆτραι κόλπους συχνοὺς καὶ γαμψοὺς, τοὺς μὲν τηλοτέρω, τοὺς δὲ πλησιαιτέρω τοῦ αἰδοίου. καὶ τὰ πολύγονα τῶν ζώων, πλείους ἔχει κόλπους, τῶν ὀλίγα κυεόντων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρόβατα, θηρία τε καὶ ὄρνεα. ὅταν δὲ ἡ γονὴ τύχη σχισθεῖσα εἰς δύο κόλπους ἀφικομένη, καὶ αἱ μῆτραι δέξονται τὴν γονὴν, [c] οἱ κόλποι τε μὴ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον [d] χαλάσῃ, ἡ χωρισθεῖσα † ἐν ἑκατέρῳ κόλπῳ ὑμενοῦται καὶ ζωοῦται τῷ αὐτῷ τρόπῳ,

[a] τικτοῦσαι ἢ αἱ γυναῖκες

[b] χόριον

[c] καὶ τοῖν κόλποιν τε

[d] χανώσῃ

† δὴ

A absumtus est. [221] Sic etiam ubi adauctus fuerit puer, mater non amplius sufficiẽs alimentũ ipsi exhibere potest. Vberius itaq; alimentum puer quærens, calcitrando membranas disrumpit, & uinculis exolutus simul foràs prodit. Atq; hæc, ut longissimum, in decem mensibus fiunt. [222] Secundùm hanc uerò rationem pecoribus quoq; ac feris partus aduenit, eo ipso tempore, quo singula pariunt, non tardiùs. Etenim unicuiq; animali necesse est tempus esse, in quo alimentum fœtui parcius suppetat ac deficiat, & partio adsit. [223] Et quæ quidem parcius alimentum fœtibus præbent, celeriùs pariũt: quæ uberius, tardiùs. Atq; hæc de hoc sint dicta. [224] Porrò disruptis membranis, si puer in caput magis inclinet, mulier facilè parit. [225] Sin autem obliquus, aut in pedes procedat (contingit autem hoc sæpe uel propter uteri amplitudinem, uel quia mater in dolore partus primùm non quieuit) tunc sanè mulier difficulter pariet. Multæ autem uel ipsæ perierunt, uel puer, aut simul matres unà cum fœtibus. [226] Cæterùm ex parientibus maximè laborant primiparæ, propter insuetudinem dolorum: & dolent quidem totum corpus, maximè uerò lumbos ac coxendices: nam coxendices ipsis diducũtur. Expertæ autem partũ, minus primiparis dolent. Quæ uerò multoties pepererũt, omnium minimè dolent. [227] Si porrò in caput processerit puer, caput primùm foràs prodit, deinde alia membra consequuntur, postremus autẽ umbilicus, à quo secunda propendet. Post hæc aquositas & mucus sanguinolentus, tum à capite, tum à reliquo corpore secretus præ uiolẽtia & dolore ac calore: atq; hic uiam struit purgationi à partu consequẽti. Post exitum autem eius, muci cruenti purgatio fit, eo quod antea diximus tẽpore. Et tum mammæ, tum reliqua mẽbra, quæ humidiora sunt, mulieribus concidunt, minimum quidẽ in primo partu: postea uerò, prout plures pariunt, ita amplius concidunt, euacuatis uenis ex partus purgatione. Atq; hæc à me de hoc dicta sint.

D [228] Gemelli autem fiũt ab uno coitu, hoc modo. Vteri sinus frequẽtes & incuruos habẽt, alios remotiores, alios propinquiores pudẽdo. Et inter animalia, ea q̃ plura pariunt, plures quoque sinus habent, quàm quæ pauca. Similiter autem habent & pecora, & feræ, & uolucres. Vbi itaq; contigerit genituram diuidi, & in duos sinus peruenire, & uteri genituram susceperint, & sinus alter ad alterum eam transfuderit, segregata genitura in utroq; sinu membranam induit, & uitam accipit

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 194 sur 736

©BIUM

pit eodé modo quo unus fœtus, de quo iſta dicere inſtituimus. [229] Quòd uerò uno coitu gemelli gignantur, hoc teſtimonio conſtat. Canis, & ſus, & alia animalia, uno congreſſu pariunt duos & plures fœtus: quorum ſinguli in utero, ſuo ſinu ac membrana continentur. Atque hæc ipſi fieri uidemus, eoſque omnes eadem die utplurimum in lucé prodire. [230] Sic ergo in muliere quoque ab unò coitu gemellis conceptis, uterque in ſinu & inuolucro eſt, & eadem die uterque egreditur: qui autem prior prodierit, inuolucrum etiam ſuum ſecum defert. [231] Quòd autem gemelli fœmella & maſculus generãtur, hoc cauſſæ eſſe ſentio. In muliere & in uiro, & in quouis animali, & debilior & fortior genitura ineſt, & non ſemel ac ſimul genitura procedit, ſed & ſecunda tertiaque eiaculatione effunditur. Neque fieri poteſt, ut eiuſdem ſint roboris & eá quæ prius exiuit, & quæ poſteriùs. Quemcunque ergo ſinum craſſior ac fortior genitura ſubierit, in eo maſculus gignitur. Quemcunque uerò humidior ac debilior, in eo fœmella generatur. Quòd ſi in utrunque fortis ingrediatur, ambo maſculi fient. Sin debilis, ambo fœmellæ. Atque hic ſermo ſic expoſitus ſuum hîc finem habet.

A τερόπω, ὥπερ καὶ τὸ σὺ, ἕνεκεν ἔτι ποιεῖ. [229] ὅτι δ' ἀφ' ἑνὸς λαγῶ ματος δίδυμα γίνεται, ἰσόμου τόδε. ἔστι κύων καὶ ὗς καὶ ἄλλα ζῶα, ὅσα ἀφ' ἑνὸς λαγῶ ματος πίπτει καὶ δύο ἢ πλείονα, ἕκαστον τῶν ζώων ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐν κόλπῳ καὶ ὑμένι †ἐστί. καὶ πᾶσα αὐτὰ ὁρέωμεν γινόμενα. καὶ πάντα πίπτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ πάντα ὡς †πλεῖστον. [230] ὧδε δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἀπὸ μιῆς μίξιος γινόμενα τὰ παιδία, ἑκάτερον ἐν κόλπῳ ἑκάστῳ ἐστὶ, καὶ πίπτει τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἀμφότερα, καὶ πρότερον θάτερον χωρέει ἔξω, ἢ τὸ [2] χωρέον αὐτῶν. [231] ὅτι δ' ἄρσεν δίδυμα γίνε[3], φημὶ ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἐν παντὶ ζώῳ ἑκάστῳ γονῆς [b] ἐσῃ ἢ αὐτὸ πρότερον ἢ ἰσχυρότερον· καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρέει ἡ γονὴ, ἀλλὰ ἐς δὶς ἢ τρὶς ἀποβεβάκε[3]. καὶ ἐκ παντὸς ἀεὶ ὁμοίως εἶναι πᾶν ἰσχυρὸν, τό, τε πρόθυμον ἐξιὸν, καὶ τὸ ὕστερον. ἐς ὁκότερον δ' ἂν τῶν κόλπων τύχῃ ἡ γονὴ παχυτέρη καὶ ἰσχυροτέρη [c] ἐσιοῦσα, κεῖθι ἄρσεν γίνεται. ἐς ὁκότερον δ' αὖ ὑγροτέρη καὶ ἀσθενεστέρη, κεῖθι θῆλυ γίνεται. ἢν δ' ἐς ἄμφω ἰσχυρὴ ἐσέλθῃ, ἄμφω ἄρσενα γίνεται. ἢν δὲ ἀσθενὴς ἐς ἄμφω, ἄμφω θήλεα γίνεται. οὕτω ὁ λόγος ὧδε εἰρημένος ἅπας, τέλος ἔχει.

† πλεῖ

2 χόεων

b σὺ ἔσαι

c ἐσελθῇ. σα

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.

HIPPOCRATIS. Ipſius etiã Gal. aſſenſu, 5. aphor. 37. Alij Polybo, & fortaſſe rectius tribuunt. Λέξις enim ita luxurians, ut ſæpe etiam παπλογεῖν uideatur, τέξις quimetiã & ratiocinandi modus, crebras ἀναλήψεις & anacephalæoſes, repetitiones item & collectiones ratiocinationum continẽs, longioribus digreßionibus interiectas, ab Hippocratea breuitate aliena uidetur eſſe. Tum uerò etiam illud, quòd longa admodũ digreßione Phyſicã diſputationem de terræ calore & frigore interijcit, etſi non ἀπροσδιόνυσον, ὅ γε ὕστερον tamen. Niſi quis ab Hippocrate etiamnum iuuene ſcriptum contendat.

Inſcriptio:

DE NATVRA PVERI. Pendet hic etiam com. à præcedente De Semine. Illic de Semine ad conceptũ faciẽte, hîc de ipſomet Fœtu, per totũ geſtationis tempus ad partũ uſq; producto. Itaq; nõ tam ad Medicũ quàm ad Phyſiologũ pertinet. Infrà certè n. 107. paulo antè de Eunuchis ſe uerba feciſſe affirmans, cùm id com. de Semine fecerit, innuere uidetur, hoſce duos pro uno eſſe habendos, & præter auctoris inſtitutum diuiſos fuiſſe.

CONſideranda

Commentatio. Agit de Naturapueritum

Vnius, quatenus

In utero matris tempore Conceptus & Geſtationis per decẽ menſes permanẽt. Mira hîc naturæ in homine cõformando induſtria, de qua etiã Gal. lib. 14. de Vſu part. & lib. 1. de For. fœtus, & de Semine, quo loco totã geſtationẽ in quatuor tẽpora diuidit. Primũ illud, quo ſpecies etiamnũ ſeminis præpollet, quã Hip. ὅπω νύημα ἀλλὰ γονὴν appellat. Secundum, quo conceptus ſubſtãtia ſua non ſemen ſed carnem repræſentat, & hoc νύημα dicitur Hip. id eſt cõceptus. Tertiũ, in quo tria principia perſpicuè uidere licet, ac reliquarũ partiũ lineamenta adumbratã ſui configurationẽ habent. Quã conſtitutionẽ animantis Hip. ἔμβρυον uocat. Quartũ, cùm iam artus uniuerſi articulati ſunt, & embryo inſtar animalis perfecti moueri incipit, quem παιδίον & κῦρον appellat Hip. Plerig; geſtationem diuidunt in Conceptionẽ, Articulationem, Formationem, & Natiuitatẽ, uti com. de Alimẽto aphor. 24. quorũ tria priora incerta ualde ſunt, poſtremũ omnium certiſſimũ, proinde ex eo horoſcopũ uenantur Genethliaci. Vide ſig. I.

Extra uterum in partu matris excluditur. Vide ſignum. XIII.

Plurium. Gemellorum ſcilicet. Vide ſignum XIV.

I. Ho-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 195 sur 736

©BIUM

I.

Hominis igitur in utero cõformationẽ siue Hip. siue Polybus uno perpetuo climace historico deducere uidetur, historiã genitalẽ ueluti per gradus recensens, à primo ad ultimum usq; naturæ conatum ascendẽs. Ordo ergo hic naturæ rei est, non autẽ methodi: & historiæ partes uia potius Inuentionis quàm Doctrinæ probantur & explicantur. Opificium enim hominis distinguit secundùm gradus quosdam, & inter se cõnectit primum, medios, & ultimum. Membrum itaq; ratiocinationis huiusce

- Primum. GENITVRA in utero hærẽs, calidum spiritum intra se cõceptum expirat: frigidum uerò extrinsecus attractũ inspirat. Hunc motum primum
  - Describit perpetua cõnexione Propositionum:
    - Si genitura uiri et mulieris in utero permaneat, neq; effluat, primùm simul miscetur (quia mulier non quiescit, quo ad facultatem generatricem, uti nec facultas nutrix & auctrix uel in somnis otiosa esse potest: licet facultas animalis sentiendi & mouendi quiescat) & cõmixta à calore inspissatur. N. 1. Hæc ueluti basis est futuræ disputationis, eademq; præcedẽtis disputationis de Semine pars ultima.
    - A calore agitata & inspissata spiritum cõcipit purissimum: partim internum calidum, ex caloris motu in materiam humidam agẽtis: partim externum frigidam, forinsecus attractum, qui tamen ipse mox etiam incalescit. N. 2.
    - Porrò spiritus calidus ipse sibi ipsi uiam fòràs per mediam geniturã facit. N. 3.
    - Via deinceps à spiritu facta, per eandem uiam genitura à matre spiritum frigidum attrahit, si non respirando, perspirando tamen, per quem non attemperetur tantùm, uerumetiã nutriatur: quemadmodum in perfecto animali spiritus per pulmones inspiratus, calorem natiuum temperat alitq;. N. 4. Idq; per totum tempus gestationis in utero. N. 5.
  - Demonstrat partim
    - Vniuersali ratiocinatione Propositionem
      - Primã, q. Semen in utero calorẽ cõcipiat. Semen enim, quod humidum est,
        - Calidum ab utero calido acquirit, ad actum deducente calorem innatum. N. 6.
        - Frigidũ ad caloris temperiẽ à matre attrahit. N. 7.
      - Secundam, quòd Spiritum concipiat. Nam quæcunq; incalescunt, calore in humidum agente, & humorem resoluente, spiritum concipiunt. Ergo & semen. N. 8.
      - Tertiam, quòd Spiritus perrumpat. Hoc enim spiritus est proprium, carceres non ferre, sed ad locum suum naturalem properare. N. 9.
      - Quartam, quòd Spiritus attrahatur. Frigidum enim calidi pabulum est. Eaq; propter spiritus frigidus à calido attrahitur, quo alatur. Attrahitur autem à matre tum inspirante per os, tum perspirante per ambitum totius: ita quidem ut spiritui illo calor cordis materni temperatus & enutritus, per arterias umbilicares ad ipsum quoq; fœtum transmittatur. N. 10.
    - Particulari obseruatione, quam
      - Proponit, in Lignis, in Folijs, & Leguminibus. N. 11.
      - Deducit in
        - Lignis. N. 12.
        - Folijs. N. 13.
        - Leguminibus. N. 14.
      - Cõcludit, in reliqs omnib. rẽ ita se habere asserẽs. N. 15.
  - Colligit Quæcunq; hactenus allata sunt, eò pertinent, ut sciamus, Genituram in utero ui caloris agitari, spiritu abũdare calido, eumq; expirando frigidum uicissim à matre inspirare. N. 16.
- Secundum, & sequentia, ad XII. usq;, suis traduntur numeris, II, III, IV, & sic deinceps.

II. PRO=

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 196 sur 736

©BIUM

II. PROPTER reciprocã ſpiritus inſpirationẽ & expirationem genitura in medio conglobata reſidẽs circũcirca pelliculam contrahit perforatam. Hoc ipſum

Deſcribit perpetua ſerie propoſitionum:

Genitura iugiter aerẽ inſpirãs & expirans, acquirit membranã. N. 17. Simili demonſtrat:

Circa genituram obnaſcitur membrana extrinſecus, qua utero uicina eſt: & à ſpiritu egrediente & ingrediente ſpacium uteri intermedium alteratum, ipſam quoq; genituram alterat. N. 18. Quæ quidem membrana ut inter omnes reliquas prima eſt ortu, ita reſpectu fœtus ſecunda, ut proinde Latinis Secunda dicatur, & Græcis etiam ὑστέρα, niſi quòd id nomen ad uterum deinceps translatum fuit.

Quemadmodum pani, dum coquitur, ab aere furni calido cruſtam induci experientia docet. N. 19.

Acquiſita autem membrana ad reciprocum ſpiritus motum, neceſſariò ad medium genitũræ perforatur, eaq; parte tenuior eſt, minimumq; genituræ continet. Qui quidem Vmbilicus dicitur. N. 20.

Minimum autem genituræ cùm ibi ſit ſinceræ, quod puriſſimũ eſt ac ſinceriſſimum in medio membranæ conglobatum reſidet. N. 21.

Compro-bat argumentis duob. ad ſenſum manifeſtis (quæ propriè ἐνύδρια dicũtur)

Priore quidem, muſicæ cuiuſdam Puellæ, quæ cùm præter herę uoluntatem concepiſſet, iuſſu herę ſepties repetito ſaltu, in terrã abortum eiecit, ſexto die à cõceptu. N. 22. ἐντάλιον uocat, uti etiã Gal. de Form. fœtus, et lib. 1. de Semine, et initio lib. 2. de Fac. nat. hunc locũ citans. Macrob. lib. 1. Saturn. ἔντελιον legit. præſertim cùm Hip. etiã com. de Aetate eadem commemoret, quæ hic. An utrunq; rectè? quandoquidem ſextus completus & ſeptimus incipiens in unum uidentur coincidere. Excidit ergo chorionis membrana fibris albis craßisq; referta, ſanguine craſſo ueluti ſuffuſa. Fibræ iſtæ delineationes erant uenarũ & arteriarũ, ab uteri acetabulis prodeuntium, & chorion multiplici circunductu intexentium. Sanguis autem craſſus & ater, is eſt, quem fœtus in medium uteri & chorij ſpacium tanquã inutilem excernit, tenuiore ſanguinis parte in ſui alimentum attracta. Eum uocat αἱματώπεα, qualis in oculi affectu conſpici ſolet, quando ex ictu aut plaga ſanguinis in eo fit affuſio liueſcens & atra.

Poſteriore uerò ſumpto ab Ouis gallinarũ excubantium. Quod ipſum paulò poſt ſe allaturum promittit, ne idem bis cogatur repetere: nimirũ infrà n. 205. ubi de pueri ſitu agit, eumq; membranis inuolutum ab umbilico ueluti ſuſpendi probat argumento genituræ pullorum ouis incluſorum. N. 23.

III. PORRO in medio reſidens genitura, alimentiq; indiga, à mẽſtruo ſanguine matris nutrita carnem acquirit. N. 25. Quod quidẽ

Deſcribit perpetua gradatione:

Mulieri bene conſtitutæ fœtum geſtanti menſes non fluunt. N. 26. Obiectioni occurrit. Etſi quibuſdam, ſub initia geſtationis, menſiũ quædã ueſtigia apparent, non tamen iccirco menſes fluere dicendi. N. 27. Singulari nimirũ naturæ priuilegio mulieri hoc datũ, ut plus ſanguinis q̃ pro ſuo requiratur alimento generet. Is ſingulis menſibus per uterũ expellitur, tanquã excrementũ utile, non quidẽ matri (utpote in cuius corpore retentũ dura excitat ſymptomata) ſed ipſi fœtui, quem & in uterò manentẽ alit, & in lucem editũ ſub lactis ſpecie nutrit. Et propterea ſimul atq; concepit mulier, menſes eiuſdẽ naturæ prouidẽtia ad ſuſtentandum fœtũ ſupprimuntur, cuius beneficio extra conceptum fluebant. Sic unus & idẽ ſanguis & mulieri malus, & fœtui bonus eſt, uti com. de Alimẽto docet Hip. Malus certè nũc ſola quãtitate nunc etiam qualitate. Hinc diuerſa grauidarum ſymptomata. Atq; ut parum probus ſit ſanguis, eius tamen parte tenuiore & ad ſui ſuſtentationem aptiore fœtus nutritur, exemplo quarumuis plantarum ſuccum ſibi conuenientem è terra attrahentium.

Menſes non fluentes fòràs, nihilominus ad uterum confluunt, & genituræ membranam exterius undiq; ambiunt. N. 28.

Membranam ambientes, unà cum ſpiritu per umbilicum attracti, genituræ nutriunt & augent. N. 29.

Sic dum genitura nutrita augeſcit, aliæ quoq; membranæ progreſſu temporis, eodẽ modo quo prima, naſcuntur, ſed tenues & plures, umbilico attẽſæ, & inter ſe cõplicatæ. N. 30. Cùm fœtus à matre ſuſceptũ alimentũ concoquat, excrementa quædã redundare & expelli neceſſe eſt. Proinde præter primã membranã, quæ utero pertinaciſſimè per uaſa adhæret, & χόριον ſiue Secunda propriè dicitur, duas alias mẽbranas natura excogitauit, intra chorion & pueri corpus interiectas. Ex his ea, quæ urinã ex urarago, h. e. poro urinario per umbilicũ è pueri ueſica egreſſo ſuſcipit, ne acrimonia eius matris uterus exulceretur, ſarciminis ſpeciem præ ſe fert, indeq; ἀλλαντοειδὴς nomen habet, tenuis & inualida, inſtar zonæ faſciæq; latæ è mucronata cartilagine uſq; ad ima ilia infantẽ ambiẽs. Altera uerò, ἀμνιὸς à mollitie dicta, totum fœtum ambit, eundemq; & ab urinæ eroſione defendit, & tum ſudoris tum ſordium ex tertia concoctione reſudantium, ſed nulla penitus acrimonia præditorum receptioni inſeruit.

Membranis hiſce medijs ſanguis ab utero influens, in carnem ſibi ſimilem conuertitur. N. 31.

Caro aũt iſta iam nata, per umbilicũ æqualiter undiq; diſtantẽ ab eodẽ porrò ſanguine nutritur. N. 32. Vmbilicus, n. duab. arterijs, & totidẽ uenis, & quinto urago conſtãs, ex Secũdæ innumeris uaſis cõflatus, fœtũ mediũ trãſuerberat, nutritionis, reſpiratiõis, & excretionis, addeetiã ſuſtẽtationis cauſa, cũ ab hoc, tanquã fructus ab arbore per pediculũ pendẽs, fœtus ſuſpẽdatur. uti etiã com. de Octimeſtri, n. 14.

Demonſtrat problematicè. Vide ſignum ☞

Concludit. His omiſſis ad inſtitutum ſermonem redeundum. N. 50.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 197 sur 736

Problematica methodo demõstrat, duarũ uidelicet quæstionum de menstruis propositarũ dissolutione, ex his fontibus deducta. Sanguinis menstrui motus diuiditur respectu loci in quo mouetur. Mouetur ergo menses partim

Intra uenas, quando tota sanguinis massa commouetur primùm (quæ πρώτη ἕξις est) subinde id quod corpori uel quãtitate uel qualitate sua molestũ est à reliqua massa utili secernitur (quæ ἀπόκρισις dicitur.) Quæritur igitur primùm: Cur ex motu sanguinis menstrui intra uenas mulieres

Non grauidæ ãoleant. Ratio. Quoniam mense quolibet intra uenas &

Grauidæ non doleant? Respondetur, Quoniam sanguinis massa non turbatur, neque ut in non grauidis quolibet mense confertim, sed sensim diebus singulis ad uterum defertur. N. 33. Ratio. Sensim fertur & paulatim & dietim, quoniam fœtus & spiritum frigidum, & ipsum alimentum à matre attrahit pro necessitate uiriũ & respirationis. N. 34. Proinde primis diebus debili existente genitura attrahitur spiritus & sanguis parcior (& propterea ijs diebus quasdam mulieres menses habere suprà n. 26. dixit, quoniam sanguis qui abundat expurgatur) robustiore uerò copiosior. N. 35.

Turbatur tota massa sanguinis. N. 36. Causa. Nam cùm mensis quilibet ab alio mense diuersam habeat temperiem, non modò ob aeris mutationes ui siderum reliquorũ excitatas, uerumetiam ob lunæ ipsius incrementa & decremẽta (Vt proinde decrescente luna mulierum quoq; sanguinem excerni Arist. annotarit) mulliebre corpus, utpote humidius natura quàm uiri corpus, hanc mutationem sentiens turbatur. N. 37. Vti etiam com. de Septimestri, n. 26.

Secernitur ab utili massa omne id quod uel quantitate uel qualitate sua molestum est. N. 38. Et hoc quidem ipsius naturæ instituto primario, non accidentali: ut fœtus alimoniæ & salubritati per assuetam mẽsium purgationem cõsuleret. οὐ τῇ ἀρχῇ (à primo ortu) τῇ φύσει (muliebri) ὡσὰς (cùm non omni tempore, sed post pubertatem primùm, ad certum ætatis terminum fluxus iste appareat.) N. 39.

Extra uenas, in utero & extra uterum. Ad uterum propulsi per sinum muliebrem extra corpus uel

Euacuantur. Et quidem postea quam purgati fuerint, uel etiam sub finem purgationis, concipit mulier facilè: in ipsa uerò purgatione conferta non item. N. 40. Ratio. Nam uterus uacuus tãtùm semen suscipere & attrahere & conseruare potest. Vacuus autem est, quando uenæ uacuatæ fuerint. N. 41.

Non euacuantur, sed ad uterum delapsi, illic ueluti obice facto moram trahũt. Ex suppressa igitur menstruorum purgatione uarij affectus mulieri accidũt. Quorum alios

Enumeratum

Leuiores. Ex retentis mensibus uterus incalescens, calorem hunc præter naturam etiam reliquo corpori communicat. ἢν μὴ χαλάσωσιν, si nõ hient, hoc est, aperti sint uteri. aliàs, μὴ χαλῶσιν, si nõ remittant sanguinẽ qui effluxit. N. 42.

Grauiores, sanguine mẽstruo uel in alias partes quàm in uterum

Regurgitantes nimirũ in

Venas. Et œdemata oriuntur. N. 43.

Crura. Et claudicationis periculum imminet. N. 44.

Vesicam. Et stranguria infestat. N. 45.

Non regurgitãte. Ergo in uteri

Cauitate retentus sua

Copia et põdere procidẽtiam uteri ad coxam aut lumbos facit. N. 46.

Mora diuturniore, impus cõuersus, p sinũ externitur. N. 47.

Substantia abscessum facit exterius in inguine cõspicuum, & per eundem locum in pus conuersus uacuatur. N. 48.

Non enumerat, quòd de ijs in libris Morborum muliebrium ex professo egerit. N. 49. An hi sunt quos inter Hippocraticos habemus? An ab his diuersi alij, à Polybo conscripti?

IV. In

©BIUM

IV. INTEREA dum caro ex mẽstruo bono generatur, membranæ etiam distentæ sinus acquirunt, quibus excrementosum sanguinẽ recipiunt. Quod ipsum

- Proponit. Dum caro generatur, etiam membranæ fœtum inuoluentes augentur, & sinus acquirunt, præsertim quæ extimæ sunt. N. 51.
- Declarat tum
  - Rem. Nam sanguis menstruus ad uterum descendens, & per uiam umbilici respirante fœtu attractus, quà utilis est in alimentum cedit fœtus: quà inutilis, (καὶ ἢν μὴ χρηστὸν ἴη, uidetur legendum) & uel qualitate uel quantitate sua molestus, in sinum membranarum excernitur. N. 52.
  - Nomen. Membrana sinuosa sanguinem inutilem sinibus recipiẽs χόριον siue χωρίον dicitur, Secundina. N. 53. Videtur hic Chorij appellatione membranas omnes complecti. Propriè alioqui χόριον dicitur prima illa, quam alij χωρίον uocant, quasi tu dicas locum & receptaculum fœtus: Quòd si inde nomen habet, quoniam χόρου, hoc est, circuli & coronæ instar fœtum ambiat, allantoidi profectò maximè conueniet. Latini itidem Secundam quidem appellãt χόριον propriè, cùm & secunda à fœtu oriatur, & secunda etiam post fœtum exeat. Secundarum uerò nomine uidẽtur omnes membranas exprimere, uti etiam Locorum: quandoquidem Græci quoq; χωρία & ὑστέρα fœtus inuolucrum appellarunt: etsi postmodum ut ὑστέρα, ita etiam Loci muliebres pro uteris usurpari cepere.
- Concludit. N. 54.

V. VBI in hunc modum natura alimento fœtus prospexit, subinde articulationẽ aggreditur. Quam

- Proponit. Caro incrementum debitum consecuta, à spiritu formatore dearticulari, hoc est, cõformari incipit. N. 55. Ἀρθρωσις alioqui de ἄρθροις propriè dicitur: sed sub specie genus intelligit.
- Deducit κατὰ τὸ
  - ὅτι. Dearticulatio siue Conformatio
    - Rudiorpartium Similariũ sic fit:
      - Quæ similia sunt, tam in genitura quã in sanguine qui affluxit, congregantur, tum secundùm
        - Substantiam: Rarum ad rarũ, densum ad densum, humidum ad humidum, & sic de cæteris. N. 56.
        - Locũ. A qua parte corporis patris atq; matris quæq; prodeunt, eiusdem partis situm in utero quoq; obseruant. N. 57.
      - Congregata, ui caloris atq; spiritus in substantiam similem conuertuntur. Ergo quæ ex raris coalescunt rara, quæ ex densis densa. N. 58. Obijciat quis ossa. At ea ex materia, quæ mollis actu est, sed potentia dura, oriuntur, uiq; caloris indurantur. N. 59.
    - Exactior partiũ Dißimilariũ tum exteriorum tum interiorum consequitur, quã infrà n. 91. διάκρισιν μελέων uocat. Eam in
      - Genere proponit. Tota massa seminis & sanguinis menstrui secretionem primam passa instar arboris finditur, & tum exteriores partes tum interna uiscera à se inuicem distinguuntur. N. 60.
      - Specie declarat, quo ad singularũ partiũ conformationẽ. αὐτοστομοῦτο, os per se cõformatur. Gorræus cũ præced. iungit, & articulos ex se cauitatẽ poßidere interpretatur. Viscera pueri καταφυσώμενα (spiritu qui in genitura inerat distenta) κατὰ τὸ ἄνωθεν (supernè quinetiam, ex ipsa matre per os respirante) ἐπιλαμβάνει (nouũ insuper spiritũ assumunt) τὴν διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ πνοὴν (per arteriam puta umbilicarem ad se tractum) καὶ ἀμαλδύνει (eundẽ tamen occultant, h. e. nullum spiritus huiusce indiciũ præbent intestina, cùm reciproco motu inspirationis & expirationis, qui in solo thorace perspicitur, careant: nec nisi per accidens tantùm, murmure & rugitu oborto flatus intestinis inesse deprehendantur. Aut certè ἀμαλδύνει, h. e. spiritũ per umbilicum ingredientem intestina statim obscurant & corrũpunt, ut non nisi graueolentia sua ex corpore, uel cum strepitu, uel absq; strepitu prodiẽs cognosci poßit. Sed hoc in ijs tantùm qui iam in lucem sunt editi. N. 61.
  - διότι. A spiritu conformatio ista fit, qui ui sua ea quæ homogenea sunt congregat, quæ heterogenea dispergit. N. 62. Similitudine demonstrat:
    - Quemadmodũ si uesicæ per fistulã inijcias terrã, arenã, plumbi ramenta & aquã, subindeq; infles: primùm quidẽ cũ aqua miscẽtur reliqua, mox separãtur, & quoduis suo simili iungitur: ita quidẽ ut si exiccari permittas, perrupta uesica, terrea corpuscula omnia seorsim congregata ab arenosis & plumbeis reperientur. N. 63.
    - Ita quoq; in conformatione fœtus ex semine & menstruo sanguine simile suo simili copulatur, & orta à partib. corporeis parentum, earundem naturam & proprietatem etiam quo ad locum & coalitum obseruant. N. 64.
- Concludit usitata formula, ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται. N. 65.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 199 sur 736

VI. ARTICVLATIO *autẽ fœtus pro sexus diuersitate dispari dierum numero perficitur, maris quidẽ* XXX *fœminæ uerò* XLII *dieb. Quod ipsum*

Proponit. *Fœminæ conformatio* XLII, *maris* XXX *dieb. perficitur.* N. 66. Ἐπαναφέρεται *utitur. Aut paulò pluribus paucioribusue.* N. 67. *Vti etiam com. de Alimento, aphorismo* 23. *docet, ubi uarios terminos constituit. Varro apud Gellium lib.* 3. *c.* 10. *primis septem diebus semen in utero conglobari coagulariq; ait. Quarta hebdomade caput & spinam dorsi conformari. Septima autem, id est die ferè* XLIX. *totum in utero hominem absolui.*

Demõstrat partim demonstratione

Recta, *quã in hunc modum proponit:*

Quot diebus à partu menses fluũt, totidem diebus fit conformatio pueri in utero.

Cæterùm triginta diebus à partu maris, XLII *diebus à partu fœminæ menses fluunt. Vide signum* ☞

Ergo ad summum XXX *diebus mas,* XLII *fœmina in utero conformatur, uel saltem paulò pluribus paucioribusue: argumento purgationis menstruorum à partu, eundem dierum numerum obseruantis.* N. 72.

Conuersa *siue circulari, quoniam prioris conclusio posterioris argumentum, argumẽtum uerò prioris posterioris conclusio euadit. Ratiocinationem igitur*

Proponit. *Demonstrauimus paulo antè, conformationem fœtus* 30. *aut* 42. *diebus fieri, quoniam totidem diebus mulier à partu purgaretur. Nunc econtra ostendemus, Mulierem* 30. *aut* 40. *diebus à partu purgari, quoniam totidem diebus conformatio pueri in utero fiat.* N. 92. *Hoc demonstrandi genus auctor* ἀντακόλουθον *uocare uidetur, Retalionem, quòd quemadmodum in reddenda gratia is qui prior accepit, posterius dat: ita hîc argumentum, quod prius demonstrauerat conclusionem, posterius à conclusione demonstretur: Vsumq; huius non quidem necessarium, utilem tamen esse inquit,* σαφήνειάς ἕνεκα: *ut quemadmodum Arithmetici Multiplicationem diuisione explorant, & Diuisionem uicißim multiplicatione, ita hîc ex conuersa demonstratione nihil absurdi continente ueritas magis confirmetur.*

Dedu*cit:*

Per quot dies à cõceptu menstruus sanguis in ambitu uenarum remanens parcior ad uterum fluit, per tot dies à partu excerni debet extra uterum, καὶ ἀντακολουθεῖσθαι, *hoc est, qua mensura parcior ad uterum fluxit prægnantis, eadem extra uterum puerperæ largior fluere. Sed contrario modo. Nimirum ut cùm ad prægnantis uterũ parcior fluxerit primis diebus, posterioribus largior: extra puerperæ uterum primis diebus fluat largior, posterioribus parcior.* N. 95.

Atqui per XXX *dies à conceptu maris, per* XLII *à cõceptu fœminæ parcior ad uterum fluit sanguis. Ostendit:*

Quibus diebus conformatur in utero fœtus, per eos parcior affluit ad uterũ sanguis. N. 93. *Ratio. Nãsi copiosior affluaret, genitura suffocaretur.* N. 94.

At XXX *&* XLII *D. à conceptu fœtus in utero conformatur. Affert τὸ*

ὅτι, *argumẽto abortuũ utriusq; sexus, qui ante eos dies informes sunt, post dies dictos formati apparent.* N. 96.

διότι, *cur longiore tempore fœmella quã mas opus habeat, nimirum quoniam semen muliebre, utpote humidius & frigidius quam semen uirile, tardius coagulatur.* N. 97.

Ergo totidem diebus parcior ad uterum fluit sanguis.

Ergo per XXX *dies à partu maris, per* XLII *à partu fœminæ excerni debet sanguis.* N. 98.

Concludit, Ad institutum redeundum esse inquiens. N. 99.

☞ Par/

©BIUM

Tempus. Vide signum ***

Modum enarrat. N. 80. Etenim

Sanis. Purgationis à partu

Sanguinis massa turbatur primùm, propter pueri, qui partui uicinus est, motum & calcitrationem. N. 81.

Turbata massa sanguinis, excernitur

Ante fœtum aqua siue serum. N. 82. ἰχὼρ λεπτὸς subintelligendus (nisi hic fortaße deest aliquid) cùm post fœtum ἰχῶρα παχὺν dicat egredi.

Post fœtum ichor παχὺς, crassus. N. 83. Quē infrà n. 227. ὕδρωπα αἱματώδη uocat, & suprà n. 22. αἱμάλωπα appellasse uidetur, ad nutritionem fœtus ineptum, & proinde à natura in medium spacium uteri atq; chorij ablegatum. Arist. 7. de Hist. anim. in partu maris ἰχῶρα ὑδαρῆ ὕπωχρον profluere asserit: at in partu fœmellæ αἱματώδη.

Hac ueluti uia facta subsequitur quicquid in toto corpore per totū gestationis tempus collectū fuit. Hoc uidetur uelle, quando inquit: ὑφ' ὑφήγησις ἐγένετο τούτῳ (ichor tenuis ante partū lubricans uias, & ichor crassus post partū exiens, uiā ueluti monstrat reliquo sanguini) ὥσπερ ὕδατι ἐπὶ τραπέζης (quemadmodū aqua in tabulam planam effusa in nullam partem uergit: at simulac quis digito uiam illi fecerit, eam secuta, in terram delabitur: ita menses è toto corpore ad uterū feruntur, occasione ichoris, qui in partu egressus est.) N. 84. Infrà certè n. 227. de purgatione puerperarū inquit, ὕδρωψ αἱματώδης ὁδὸν ἀφηγήσατο τῇ τῶν λοχίων καθάρσει.

Quantitas hæc est. Quolibet die cotyle siue hemina Attica una cū dimidia (alij, ἢ ὅλη, ἢ ἡμίσεια legūt) largior uel parcior, pro mulieris tēperie, & purgationis duratione, effluit. N. 85. Cotyle nouem continet uncias mēsurales: duæ 18. uncias, sextarium scilicet Atticum, siue libram unam cum dimidia Romanam faciunt.

Substantia. Qualis est uictimæ mactatæ sanguis, floridus, rubeus, & fibrosus, sic ut facilè concrescat. N. 86.

Puerperis à partu statim, ijsq; tū

Ægris Quòd si uterū gestans laboret morbo

Familiari, ex fœtus gestatione proueniente, à partu purgabitur quidem, sed parcius, & deteriorem sanguinem, quàm sana. N. 87.

Non familiari, sed propter quid aliud illi accidente, in ipsa purgatione puerperij interibit, propter sanguinis etiam probi euacuationē. N. 88. ἐν τῇ λοχίῳ καθ. Mercurialis lib. 4. Var. lect. legit. νόσημα ἔχει, μὴ συγγενὲς ἐὸν τῇ λοχ. καθ. Si morbus propter quid aliud quàm ob purgationis motū proueniat: Aut si morbus cōtrarius sit purgationi puerperij, (V. G. si sanguinis suppreßionē requirat propter summam uirium debilitatem) in purgatione ipsa peribit, sanguine omni exhausto.

Purgationem hanc puerperij summopere necessariam ex instituto naturæ esse &

Directè ostēdit, tum ex purgatione quæ accidit

Prægnantibus interdum post conceptum, nunc citius, nunc tardius. Si mulieri siue sanæ, siue ualetudinariæ, non statim à conceptu (hoc enim aliquibus euenire solere, ex præced. n. 27. colligi potest. Arist. quinetiam lib. 7. de Hist. animal. purgationes plurimis à conceptu ad tempus quoddam fieri ait, XXX. scilicet dierum, maximè si concepta sit fœmina: XL. si mas. An quia copiosior sanguis in his affluit? quem cùm fœtus imbecillis adhuc absumere nequeat, prouidentia naturæ per exteriores uenas expurgatur, ne fœtum suffocet) si inquam purgatio uel sponte uel pharmaco facta sensim processerit (ne sit periculum de abortu) eum numerum dierum obseruabit, quem genitura in utero concepta. κατὰ λόγον τῶν ἡμερέων χωρήσει, ὧν οὐ χωρέει ἐς ἅπαξ, secundùm proportionem dierum, per quos dies simul & semel (confertim scilicet. quod præced. n. 32. βύζην κατὰ μῆνα ἕκαστον ἀπιόναι dixit) non disceßit. N. 89. Nostræ mulierculæ experientia edoctæ, quædam quinto, quædam septimo, quædam etiam octauo mense, uel semel, uel iterum, uenam inferiorem pedis secant, hac ratione & faciliorem partum, & salubriorem fœtum fore non falsò augurantes. Quòd si repetitis uicibus phlebotomia parca fieret, huic loco non esset contraria. Nunc uerò confertim administrata, sola climatis ratione defendi posse uidetur.

Obliquè confirmat, quòd ea suppressa necesse sit puerperam extremè periclitari, nisi citò subueniatur. N. 90.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 201 sur 736

©BIUM



VII. Post

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 202 sur 736

©BIUM

VII. Posteaquam fœtus membris suis omnibus de articulatus est, et cõformatus, porrò & Digiti & Vngues & Pili generantur. Singillatim ortũ explicat

- Digitorum. Ossa indurantur, & ui spiritus cauantur, ut eo leuiora fiant. Cæterùm ne quid otiosi corpori inesset, hanc ipsam cauitatem loco penoris esse uoluit natura, in quam à uicina carne pars trahatur pinguissima, & in medullam coaguletur. Quemadmodum igitur arboris pars summa omnium postrema in ramos abit: ita ossa brachiorum atq; crurum, copioso alimento attracto, producunt digitorum ossa tanquam ramos. N. 100. Hinc fortasse Plato sumto argumento, Hominem inuersam esse arborem pronunciauit, cuius radices cœlum, rami terram spectarent.
- Vnguium, digitis extremis adnascentium, propter copiosum alimentum, quod oßibus superfluit (ut sic φλεβῶν nomine etiã ligamẽta & neruos & tendines intelligat) & ad extremos artus detruditur. N. 101.
- Pilorũ, eodem planè tẽpore quo Vngues nascentiũ. N. 102. Ortum
  - Proponit. Requiritur Humor tanquã materia: Calor mouens tanquã efficiẽs: et Locus conueniẽs, cuticula scilicet laxa & rara. His igitur de causis & in
    - Pueris, qua parte cutis (quam hic ab extima parte ἐπιδερμίδα uocat, diuersam alioqui à toto δέρματι, ut infrà n. 107.) ualde rara est & humecta, iam inde à primo ortu nascuntur. N. 103. At in quibus nimium rara, ut in mento & pube, non prius nascuntur, quàm ætatis progressu ad siccitatem declinare ceperit.
    - Adultis, qua parte & quo tempore cutis rarescere incipit, in mento, pudendo, & axillis supernascuntur. N. 104. Id autem fit, quando semen primùm incipit prodire ephebis, & menses in uirginibus apparere. Mentum pilis uestitur, quoniã ex motu seminis & humor agitatur, & cutis rarescit. Descendens ergo è capite humor in mentum, illic ueluti in promontorio hæret, uti ne ad pectus statim delabatur: illicq; hærens, siquidem loci natura & temperies admittat, nec rarior nec siccior quàm oportet, in barbam conuertitur. Sic legendum uidetur, & construendum: τότε δὲ μάλιστα, ὁκόταν τῷ ὑγρῷ, ἐν τῇ λαγνείῃ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταβαίνοντι ἐπὶ τὸ γένειον, ὃ χρόνος ἐγγένηται (mora contigerit diuturnior) ἀπέχων ἀπὸ τῶν στήθεων (hoc est, κωλύων καὶ εἴργων, qua mora auertitur humiditas à pectore, ne eò defluat, prius scilicet in pilos conuersa.) Si uerò legas, ἀπέχον τῶν στήθεων, sensus erit, Ad mentum, quod extra pectus prominet, defluente humore, illic propter situm loci colligi & hærere. Posset etiam ἀπέχοντι τῶν στήθεων legi, ὑγρῷ nimirum, quando humiditas delabẽs à capite, non per uias interiores ad pectus fertur, sed per exteriores ad mentum. N. 105.
  - Demonstrat argumento eorũ, quæ accidũt
    - Pueris. Si ferro cãdente aduratur cutis, qua parte cicatrix obducta est, pili non generantur amplius, propterea quòd cutis addensata non præstet uiam pilis. N. 106.
    - Adultis. Nãque
      - Eunuchi iam inde à pueris progressu ætatis non pubescunt, quoniam semine carent. quemadmodum com. de Semine n. 6. & seq. ostendimus. Et propterea neq; cutis ipsorum per coitũ rarescere potest. N. 107. An potius, quia excrementis frigidis & humidis scatent? ut in Problematis docet Arist.
      - Mulieres, ne adultæ quidem, mento & axillis pubescunt: quoniam etsi semen habent, tamen longè minore cũ impetu in illis fertur, quàm in uiris, sic ut neq; mentum, neq; axillas rarefacere poßit. N. 108.
      - Viri caluescũt, ꝓpterea q̃ ueneris usu phlegma salsũ quo abũdãt, ad pilorũ radices allapsũ illas exurit. φλεγματώδης, phlegmate abũdat, h. e. humore tenui, ad inflãmandũ apto. Qua significatione sæpe aliàs utitur, sicuti etiã uoce φλεγμαίνειν, humore abũdare, & propterea inflãmari. De quib. in Lexico Hippocrateo. Plato itidẽ 3. de Rep. potũ φλεγματώδη uocat, qui inflãmare potest. N. 109. Cõfirmat argumento Eunuchorũ, qui non caluescũt, propterea quòd ne coitu quidẽ utantur. N. 110.
      - Canescũt homines utriusq; sexus, propterea q̃ cuticula albicãtis humidi allapsu (pituita. n. senes abundãt) etiã ipsa alba redditur. N. 111. Sin uerò à natiuitate canities quædã capillis insit, cuticulæ id tribuendũ est, simili humore imbutæ. N. 112. Nam qualis est humor quẽ caro attrahit, quiq; ad cuticulã expellitur, talis quoq; pili color erit, albicans, flauus, rufus, nigricãs. N. 113.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 203 sur 736

IIX. Vbi uerò Digiti dearticulati sunt, itẽ Vngues & Pili producti, tunc etiã fœtus moueri incipit. N. 114. Motus huiusce tempus

- Definit. Si fœtus sit masculus, motum eius in utero tertio mense, sin fœmineus, quarto primùm mense à matre persentiri. N. 115. Nimirum, ut duplum eius temporis, quo conformatio facta est, motui debeatur: quandoquidem hic non nisi à cerebro prouenire potest, quod propter humiditatem ultimum est in ui sua exerenda.
- Comprobat ratione. Quanto citius mas conformatur & robustior est, eo quoq; citius moueri incipit: utpote qui ex semine robustiore generatur, quàm fœmina. N. 116.

IX. Sub motus huiusce temporis etiã lac primùm in mammis apparere incipit. N. 117. Quod quidem

Affirmat in

- Genere. Lac tunc primùm adesse, mammæ tumentes & papillæ turgidæ indicant, licet lac ante partum non prodeat. N. 118.
- Specie. Eo tempore lac primùm apparere incipit, sed alijs citius, quæ rariore sunt habitu: alijs tardius, quæ densiore. N. 119. Latitudinem ergo uenarum ad lactis generationem requirit, earum scilicet, quarum propagines in mamillas inseruntur, tum ab interna axillari, & externa humeraria, tum à uena caua, antequam extra thoracem abeat, à qua orti rami cutanei, descendentes cum uenis uteri ab inguinibus ascendentibus concurrunt. Vnde tantus utero cum mammis consensus est: ut & profluuium menstruum cucurbita mammis admota sistatur, & si lac reprimentia mammis adhibeantur, lac ipsum per uterum expurgari conspiciatur.

Cõfirmat, in

- Specie, q. densi habitus mulieribus tardius, quàm rari, lac in mammis apparet. Deductio talis est:
  - Vterus plenus uicinum uentrem comprimit. N. 120.
  - Ventre compresso pars alimẽti pinguissima in omentum & carnẽ musculorum uicinam eliditur. N. 121. Similitudine declarat:
    - Quemadmodum corium oleo imbutum si comprimas, oleum exprimitur. N. 122.
    - Ita uentre, qui pingui alimento plenus est, ab utero compresso, pars pinguissima aliò extruditur. N. 123. Similitudo plebeia, & quæ in grauidis tantùm locum habeat. Quò ergo aphorismus ille? Si mulier, quæ neq; prægnans neq; puerpera est, lac habet, huic menstrua defecerunt. Tum uerò etiam profluuium menstruũ Hip. cucurbitula mãmis affixa cohibere solet.
  - Hanc pinguis alimenti expreßionẽ & uel uti trãscolationem mulieres rari habitus promtius percipiunt, quàm densi habitus. N. 124.
- Genere, quòd lac eo tempore apparẽs in mãmis, extra mãmas tamen
  - Ott. Pecora prægnantia, item mulieres, si non ægrotent, ab eodem cibo & potu pinguiores fieri docet experientia. N. 125.
  - Non prodeat ante partũ. τὸ
    - Διότι. Nam pingue album calefactũ, et ab uteri uicino calore edulcatũ, per cõmunes uenas & ad mammas & ad uterum exprimitur. N. 126. Sunt enim uenæ tales cutaneæ à mammis ad uterũ descendẽtes, & ab utero per inguina sursum ad mammas ascendentes, quæ oscułis suis iunguntur. N. 127. Quemadmodum etiam com. de Oßium natura docet. Per communes igitur haßce uenas pingue alimentum partim ad
      - Vterum fertur, lacti simile, eoq; puer nutritur. N. 128. Puerum enim in utero fugere cõ. de Princip. ijs n. 72. diserte asserit.
      - Mãmas expreßũ tanquã in penu asseruatur, ut inde et fœtus in utero alatur, et quod superfluit in matris cõmodũ cedat. A quo ipso prægnãtes pinguescere uidẽt. N. 129.
  - Prodeat postpartũ. τὸ
    - Ott. Quã primũ peperit, mãmæ incipiunt lac fundere, si exugantur. N. 130.
    - Διότι:
      - Quo uenæ mammarum ampliores redduntur, eo plus alimenti attrahunt à uentre. N. 132. Simili confirmat: quemadmodũ etiam ex frequenti coitu uenis dilatatis ad ueneris usum habiliores uiri redduntur. N. 133. Gorræus, pro λαγνείλω, mallet legere γονλιῶ.
      - At quando mammæ exuguntur, uenæ illarum redduntur ampliores. N. 131.
      - Ergo quando mammæ exuguntur, plus alimenti attrahunt.

X. Las

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 204 sur 736

©BIUM

X. Lacte isto, tanquam parte præstãtißima alimenti, fœtus nutritꝰ, ualetudinẽ matris imitatur. N.134. Similitudine declarat. Cuius

- Proponit. N.135.
- Deducit per diuisionem. Quæcũq; in terra nascũtur arbores, uel ꝓueniũt ex
  - Semine. Naturam harum
    - Enarrat, tum quo ad
      - Ortum:
        - Semen terræ cõmissum, humore sibi conueniente impletur. N.136. Ratio. Habet enim in se terra omnigenũ humorem, ut nascẽtia omnis generis nutrire poßit. N.137. Nam ut homini uarietas ista humorum inest, com. de Vet. med. n.78. sic etiam ipsi Terræ, & reliquis elementis: cùm hominem uniuersi partem principem & ueluti compendium esse lib. de Nat. hum. demonstrarit.
        - Humore prægnans inflatur & intumescit: adeoq; eius facultatis pars leuißima, quæ semini inest, ab humore cogitur & ueluti includitur. N.138.
        - Vis leuißima ab humore inclusa maiores uires cõcipiens impetu suo semen frangit, & folia ex humore orta protrudit. N.139.
        - Folia aũt ubi prodierẽ, cùm ex eo humore quem semẽ primò cõcepit nutriri nequeãt, infernè etiã semẽ rumpitur, et facultatis eius quæ semini inest pars grauißima & maximè terrestris in radices abit à folijs dependentes. N.140.
      - Incrementũ:
        - Radicibus formatis, totum semen in plantam iam abijt, excepto cortice, qui solidißimus est, nec arboris nascentis pars esse uidetur, uti neq; membranæ ipsius fœtus, cùm tamẽ etiam ipsæ è semine nascantur. N.141.
        - Cortice tandem & ipso putrescente in terra, folia quædam ramescere incipiunt. N.142.
      - Perfectionem, ita ut fructũ ꝓducere poßit. Ramis igitur aucta arbor, dũ
        - Tenera est, propter humiditatẽ seminis, à quo prodijt, & aquositatem iugis alimenti, nondum potest fructum edere. N. 143. Ratio. Neq; enim illi inest uis robusta & pinguis, quà semen, præcipua pars fructus, cogi poßit & coagulari. N.144. Vti etiam ex parte sanguinis pinguißima & robustiß. semen secedere com. superiore docuit.
        - Solidior facta est, et iã firmiores radices egerit, fructus producere potest, propterea quòd uenas amplas undiquaq; habet. N.145. Namq;
          - Per uenas hasce ex terra trahit non amplius aquosum & paucum, sed crassum, pingue & copiosum alimentum. N.146.
          - Alimentum istud ubi à sole incaluit, ebullit in extremos ramos, & in fructum similem cõuertitur, copiosum sanè propter abundãtiam alimenti. N.147.
          - Fructus porrò ubi prodierit, ab arbore nutritur. N.148. Ratio. Arbor enim à terra trahit alimentũ: Sol uerò alimenti huius partẽ aquosam resoluens, pinguẽ maximeq; cõpactam ibi relinquit. N.149.
    - Cõcludit. N.150.
  - Plantario. Vide signum [22].
  - Insitione. N. 196. Ex oculorũ insitione arbor generatur tali progressu:
    - Oculus insitus trunco arboris primũ germinat. N.197. Ratio. Alimẽtũ enim partim proprium in se continet oculus, ab arbore à qua auulsus est: partim alienum, à trunco cui inseritur. N.198.
    - Germinans autem tenues radices in truncum emittit, per quas sugit humidum in trunco contentum. N.199.
    - At tẽporis progressu radices per truncũ mediũ in terrã usq; propagãs, ab ea alimentum sibi familiare quantum satis est trahit. N.200.
    - Alimento familiari abundanter attracto, fructum sibi similem, à fructibus trunci, cui insita fuit, diuersum, producit. N.201.
- Cõcludit: prolixã hanc disputationem de arborum ortu & augmẽto hucusq; deductam, inquiens, nõ quòd ad præsens institutum necessaria esset, sed ne imperfecta relinqueretur. N.202.

Antapodosis tandem subiungitur, per ἀνάληψιν Protaseos. Ita quoq; puer, qui alimentũ trahit in utero à matre, matris salubrem uel insalubrem constitutionem imitatur. Adeoq; studiosus rerum naturalium, quo ad uegetationem, cognoscet similem penitùs esse hominis & plantarum rationem. N.203. Quod ipsum parum immutatis uerbis protulit Phocylides, φύσις διὰ παντὸς εἴσω. Optimus profectò ille philosophus erit, qui hanc ὁμοιότητα ἀνομοίην & ὁμοίην ἀνομοιότητα intelliget: adeoq; Multa unum, Vnum multa esse cognoscet.

[22]. Ea-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 205 sur 736

©BIUM

22. Earū quæ in plantario nascūtur arborum enarrat

- Ortum
  - Absolutè:
    - Ramus ab arbore auulsus uulnus habet in parte inferiore radicibus uicina. N.151.
    - Parte ea in terram demissus, humorem à terra trahens, tumescit, & spiritum concipit: parte uerò superiore non item. N.152.
    - Spiritus igitur & humor uim plantæ cogentes, partem eius grauißimam infernè in radices tenues propellunt. N.153.
    - Radicibus hisce tenuibus alimentum è terra trahit, & parti superiori transmittit. N.154.
    - Tunc rursus pars quoq; superior humore prægnans intumescit, & spiritum concipit. N.155.
    - Spiritus & humor uim plantæ leuißimam cogendo, folia producunt. Et tunc sanè & sursum & deorsum ex æquo augeri incipit. N.156.
  - Comparatè, hoc est, conferendo eum cum ortu eorum, quæ ex semine nascuntur. Cōtraria enim est ratio. Quæ ex Semine oriuntur primùm folia producunt, deinde radices. At quæ ex Plantario, primùm radices agunt, mox folia. N.157.
- Incrementum. Cuius causam
  - Materialem affert. Humore copioso attracto, certis in partibus confluente, rumpitur cortex, & ea parte ramescit. N.158.
  - Efficientem
    - Proponit. In omnes partes augetur arbor, quoniam terra æstate frigida est, hyeme uerò calida. N.159. De hoc plenius Theophrastus lib. 1. de Causis stirpium.
    - Deducit, & ostendit id qd' dixerat. Terrā igitur
      - Hyeme calidam esse
        - Demonstrat ex
          - Causis caloris:
            - Terra per hyemē aqua pluuia imprægnatur & ueluti cōstipatur. N.160.
            - Cōstipata uerò liberam perspirationem nō habet. N.161. Ratio. Nam raritas aufertur, poris eius humore oppletis. N.162.
            - Perspiratione autem impedita, uel etiā sublata, incalescit. Nu. 163. Quod quidem confirmat similitudine in hūc modum:
              - Quēadmodū raritas corporū ob liberā perspirationē refrigerat: densitas uerò calefacit, & si augeatur, etiā cōburit. Id quod clarū esse potest argumento Fimi tanto celerius putrescētis, quāto cōpactior est (Gorræus pro ἠνεναγμένη participio ἀσήμῳ legit ἠναγκασμένη, coactū, cōpactūq;.) Ordei itē humectati, & ob perspirationē aëris impeditā incalescentis: itē Vestiū pellicearū fortiter colligatarū, quæ adurūtur: deniq; quorūuis aliorū Corporū naturaliū exēplo, quāto rariora sunt, tāto minus incalescentiū. N. 164. Mercurialis lib. 5. c. 9. pro δορικὰ legit δωρικὰ cū Gorræo, quòd Doricarū uestium mentionē faciat Herod. lib. 5. ex materia forsitā cōbustibili contextarum.
              - Ita quoq; terræ dēsitas calorē parit, raritas nō itē. N.165.
          - Effectib. Propter hanc causam enim aqua hyeme è terræ uiscerib. & calidior ad tactū & uberior fluit, quoniā spiritus conclusus incalescens aquā maiore cū impetu propellit. N.166.
        - Concludit. N.167.
      - Aestate frigidam esse ostendit. Vide signum bb.
    - Cōcludit: partim
      - Repetens per ἀνάληψιν ea, quæ hactenus demonstrauit, nimirum Terrā hyeme calidam esse, æstate frigidam. N.187.
      - Accōmodās suo instituto. Hæc qualitatū alternatio augmēto mirificè cōfert: nimirū ut qñ pars arboris supra terrā hyeme friget, q̄ in terra est caleat: et ecōtrà æstate calēs superius, inferiꝰ refrigeretur. N.188. Similitudine illustrat:
        - Quemadmodū homo duplici alimēto reficitur, cibo calido, & potu frigido. N.189.
        - Ita quoq; planta quādo per radices alimentū trahit calidū, per hyemē, aëris ambientis refrigerium postulat: quando uerò alimentum trahit frigidum, per æstatem, ambientis calore uegetari postulat. N.190.
- Perfectionē. Aucta in hūc modū arbor & supnè, et infernè, quoniā ab utraq; parte alimentū habet (N. 191) ad pfectionē suā peruenit, alterā quidē
  - Nō cōmunem omnib. sed ijs tātū, q̄ fructū proferre possunt, ad ipsam scilicet fructus atq; seminis productionē. Arbor .n. alia secundùm naturam se
    - Habet. Et hæc tenera existēs, pingui alimento destituta, qd' cōcoquere nequit, ne fructū quidē ꝓducere potest. N.192. Solidior uerò facta, & latitudine uenarū acqsita, humorē pinguē & craßū semini generādo accōmodum attrahere, & calore solis adiuuante etiā concoquere potest. N.193.
    - Non habet, nimirū quæ pinguedine caret alimentari, ad fructum producendum necessaria. N.194.
  - Cōmunē omnib. siue frugiferæ natura sua sint, siue non sint: nimirū ipsa soliditas radicis. Quæ quidem augmenti terminum adesse indicat. N.195.

bb. Ter-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 206 sur 736

©BIUM

bb. Terrã æstate frigidam esse

Proponit. N. 168.

Demonstrat: causam frigoris

Deducens:

Terra æstate rara est & leuis, sole trahente ad se humorem. N. 169.

Cæterùm nihilominus multum aquæ in terra remanet. N. 170.

Aqua autem spiritum subinde generat. N. 171. Argumento ostendit fluminum & nubium, quæ uentos semper comites habent. N. 172.

Porrò aqua spiritum generans in decliue semper fluit. N. 173.

In decliue fluens ipso fluxu spiritum subinde nouum producit. N. 174.

Spiritus iste per terram raram & leuem spirans, & ipsam terram & aquam frigefacit. N. 175.

Cõprobans exemplis tũ

Artificialibus. Exemplo utris aqua pleni, ostendit aëris perspirationem

Impeditam causam esse caloris terræ per hyemem:

Quemadmodũ si utrem aqua plenum acu perfores, & exprimas, aqua tantùm exibit per foramen, quoniam locus non est, ut aër ex motu aquæ ortus egredi possit. N. 176.

Ita per hyemem aqua in terræ sinibus tanquam in utre collecta, propterea quòd terræ superficies humore plena non dat locum aëris perspirationi, aër conclusus incalescens terram simul & aquam calefacit. N. 177.

Non impeditam sed liberam, frigoris terræ causam esse per æstatem:

Protasis. Quemadmodũ si uter aqua plenus amplum foramen habens suspendatur, non aqua tãtùm exit, uerum etiam aër. N. 178.

Apodosis. Ita quoque per æstatem aqua in terræ sinibus uelut in utre collecta, propterea quòd terra rara dat locum aëris perspirationi, aër ex aqua ortus undiquaque perflans, terram simul & aquam refrigerat: ita tamen, ut aqua frigidior sit, tum quia spiritum emittit, tum quia eundem recipit. N. 179. Videtur proinde hic tacitè de Primo frigido suam opinionem innuere: de quo perdoctus cõ. magni illius Plutarchi extat.

Naturalibus tum

Puteorum. Aqua enim putealis quæ

Hauritur, motu assiduo tanquam flabello uentilatur & refrigeratur à spiritu externo, motaq; spiritum quoque ex se uicissim emittit. N. 180.

Non hauritur, neque externam perflationem admittit, neque spiritum ex se emittit, sed ambientis calore in superficie primùm incalescens, calorem hunc sensim etiam interiis partibus communicat. N. 181.

Fontiũ. Aqua enim fontana profunda

Æstate quidem frigida est, quia à spiritu perflatur & refrigeratur. N. 182.

Hyeme est calida, quando hauritur, propter causas prædictas: refrigeratur uerò ui ambientis frigidi. N. 183. A contrario confirmat. Sic enim aqua, quæ per æstatem è puteo

Hauritur frigida, sensim ab aeris calore alteratur. N. 184.

Nõ hauritur, attactu tamen aeris aquæ cõtigui sensim incalescit. N. 185.

Concludit. N. 186. Quidam superiora omnia ex com. de Aere, aquis, locis huc translata esse putant. Atqui ex conclusione hac facilè intelligi potest, etsi longa sit digressio, non tamen ab instituto auctoris esse alienam.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 207 sur 736

XI. Sic igitur fœtus in utero matris nutritur & augetur, per membranas ab umbilico, per quem inſpirat & expirat, ueluti ſuſpenſus, manib. genua tangens (γόνυσι Gorræus legit. Corn. γούνοι, manus iuxta genas habet, quandoquidem oculi utrinque manuum pollicibus incumbunt) caput uerò prope pedes habens, ut affirmare certò nequeas, ne quidem ſi in utero iacentem embryonem uideas, ſurſum ne an deorſum habeat caput. N. 204. Com. de Octimeſtri partu, n. 5. pueros ſurſum habentes caput naſci, inquit, hoc eſt, uertice uteri ſuperficiem medijs membranis contingere, quandoquidem facie genubus innituntur: in partu uerò capitis inuerſione crebra, utpote grauiſſimi, uiam ſibijpſi ad os uteri facere. Ex Gorræo hoc maſculus cum fœmina diſcriminis habet, quòd ille anteriore corporis parte in matris ſuæ abdomen uerſus ſit, poſteriore autem matris dorſo innitatur: hæc uerò aduerſam habeat poſituram. idq; argumento ipſius partus: qui cum inſtat, poſteaquam inuerſus eſt infans, maſculum quidem facie in matris ſuæ ſpinam podicemq; obuerſa, fœminam uerò contrario modo utplurimùm proferri ſolere, ipſa docet experientia, in qua mulieribus harum rerum peritis credendum eſt.

XII. Rem aũt ita ſe habere, ex pullorũ gallinaceorũ ſitu, quem perruptis ouis habere uidentur, colligi poteſt: quantum quidem auium ortum cum hominis ortu conferre licet. Atque ex eodem ſimiliter alterum illud argumentum, quod ſuprà n. 23. promiſeram, ad probandum, quòd genitura per umbilicum ſpiret & alatur, deduci poteſt. Nam ſi quis oua complura eodem tempore uel uni uel pluribus gallinis ſubijciat, & ſingulis diebus ouum unum aperiat, liquidò deprehendet, cuidam ueluti umbilico membranas attendi, ijſdemq; pullum ſuſpendi, & reliqua eodem ſe modo habere, quem in conformatione hominis aſſignaui. N. 205.

XIII. Poſteaquam fœtus maturitatem ſuã in utero matris adeptus eſt, extra uterum ferri cupit. Ad partum igitur concurrit, opemq; fert tum mater, tum puer ipſe. Ergo quo ad

- Puerum, quomodo ipſe ſibijpſi uiam ad exitum moliatur docet. Vide ſignum ☞
- Matrẽ, conſideratur in partu
  - Dolor in
    - Genere. Si puer prodiens feratur in
      - Caput, facilius parit mulier, & minore cum dolore. N. 224.
      - Obliquum, difficilius parit, & cum periculo uel ſuî, uel fœtus, uel etiam utriuſq;. N. 225.
    - Specie. Primiparæ grauius pariunt, quàm eæ, quæ ſæpius pepererunt, propter inſolentiam doloris & laboris. Et quidem uniuerſo corpore dolent, præcipuè uerò circa lumbos & coxas, propterea quòd coxendices diſparantur, & uicinæ partes uehementer comprimuntur. N. 226. Ariſt. 7. de Hiſt. anim. dolores in utrumq; femur incumbere ait. Et quibus in uentre & pectine grauiſſimi oriãtur, eas facilius parere: quibus uerò in lumbis, difficilius. Galenus 15. de Vſu partium, naturæ conatum in tanto corpore pueri per tantillum foramen pudendi abſque ulla læſione & exarticulatione protrudendo, admiratur. Cæterùm oſſa pubis in mulieribus multo hiantiora quàm in uiris eſſe, ex Anatome conſtat, ut hoc ipſum ad partum facere uideatur, ſed inprimis adiutorium Dei excelſi, ut Auicenna ait, qui iuncturas quaſdam laxari arbitratur.
  - Purgatio. Puer in caput fertur, naturali pondere eius partis, quæ principatum aliquando in corpore obtinebit. Capitis motum, utpote grauiſſimi & maximi, reliqua ſequũtur membra. Subinde umbilicus cum ſecundina. Mox aquoſitas ſanguinolenta ab uniuerſo corpore, & præſertim à capite, quæ purgationi à partu uiam facit, per dies triginta uel quadraginta duraturæ. Interea mammæ & reliquæ partes humidiores propter purgationis uehementiam καταῤῥύγνυται Cornarius Rumpuntur. an Fluidiores redduntur, dilatatis uenulis? an Finduntur & exulcerantur, propter acrimoniam humorum? Rectius Gorræus, Concidunt, Flacceſcunt mammæ ijs quæ ſæpius pepererè, quoniam purgamenta puerperij copioſiora prodeunt. N. 227. Præcedenti n. 80. docuit ferè eadem, ſed diuerſo inſtituto.

☞ Puerum

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 208 sur 736

©BIUM

Puerum cõferre ad partum docet, κατὰ τὸ

- Oti. tũ
  - Quomodo uiam sibi patefaciat:
    - Puer, cui caput totis ferè octo mensibus sursum erat, instante partu inuertitur, manibusq; & pedibus calcitrando membranam unam rumpit. N. 206. Com. de Octimestri, n. 4. & 6. τροφὴν uocat, quando puer caput desursum in imum ualenter mouens, exitum sibi parat.
    - Rupta una, etiam reliquæ sensim rumpuntur. N. 207. Primùm scilicet amnion & allantoiden rumpit, deinde chorion.
    - Membranis ruptis (urina & sudore elabente emollitis lubricatisq; locis) puer extra ferri incipit. N. 208. Ratio. Neque enim uterus amplius continere potest, laxatis uinculis. N. 209.
    - Extrà autem labens, uterum dilatat. N. 210.
    - Dilatato utero, in caput uolutatus prodit naturaliter. N. 211. Ratio. Caput enim grauißimum illi, ut & maximum. N. 212. Eadem Arist. lib. 4. de Gen. anim. c. 9.
  - Quando, partim
    - Rectà. Partus tempus
      - Legitimum est decimus mensis. N. 213. Eius numerandi modum com. de Octimestri, n. 20. docet, nimirum qui ex septem quadragenis dierum constituitur, & diuerso respectu Nonus, Decimus & Vndecimus appellari potest. Hinc Maronis illud, Matri longa decem tulerunt fastidia mẽses. Et Adrianus Imp. undecimũ quoq; mensem interdum legitimum esse pronunciauit, etsi Iustinianus postea rescidit. Apud Plinium L. Papyrij prætoris edicto bonorum possessio puero, qui XIII mẽse post patris obitum natus esset, contra secundum hæredem data.
      - Non legitimum, etiam maturius esse solet, uel quia
        - Puero quid uiolenti accidit ex ictu, saltu, motu animi, & similibus. N. 214. Aut etiam natura. Vide com. de Septimestri.
        - Mater alimentum sufficiens ad decimum usque suppeditare nequit. N. 215.
    - Obliquè, paralogismum earum mulierum, quæ supra decem menses se fœtum gestasse putant, redarguens. Decipiuntur enim uteri tumore, quem flatus & menses retenti pepererũt: & ubi his uel sponte uel nouorum accessu expulsis, permixtæ uiris in utero concipiunt, conceptus tempus non ab hoc coitu, sed à priore tempore, quo tumorem sentire cæperunt, numerant. N. 216. Quod ipsum Arist. lib. 7. de Hist. anim. c. 3. ex hoc loco mutuatus uidetur. At Hip. com. de Octimestri, n. 24. ex principio cõceptus, quòd mensem dimidiatũ pro integro cõputant: item de Septimestri, n. 13. ex eo quòd mensium differentias non intelligũt, alias tardius, alias citius se parere putare testatur. Omitto id quòd dies otiosi, ratione menstruorum cessantiũ singulis mensibus computandi, & ex ultimo mense supplendi, ad undecimum usq; mẽsem gestationis tempus extendunt: uti com. de Octimestri, n. 21. docet. Proinde huius scripti auctor minus circumspectè, quàm Hippocrates, de causis serioris partus loqui uidetur.
- Διότι, cur decimo mẽse calcitrare incipiat. Rationem
  - Affert in
    - Genere. Ad decimum usque mensem satis nutrimenti à matre habet puer, ulterius non item. Defectus igitur huiusce impatiens ringitur, & uiolento motu uiam sibi foràs pandit. N. 217.
    - Specie. Primiparæ citius pariunt, & quæ densioris sunt habitus, quia alimentum puero ad decimũ usq; mensem sufficere nõ potest. N. 218. Gal. 5. aphor. 37. docens alimenti defectu fœtum modò interire, modò ad exitum incitari, plura legit: καὶ τοὺς ὑμένας ῥηγνύον, ἀρχὴν ἀποκυήσιος τῇ μητρὶ παρέχει. Ratio syllogismo comprehendi potest. Quibus mulierib. copiosi menses fluunt, illæ alimentum largius puero ad decimum usq; mensem subministrare possunt: quib. pauciores, nõ possunt. At primiparis ob desuetudinẽ, densioris uerò habitus ob naturale uitiũ parciores fluunt, uenis utrobiq; non dilatatis: largiores uerò secũdi & tertij partus, molliorisq; habitus mulierib. Ergo. N. 219.
  - Confirmat exẽplo pullorum:
    - Quẽadmodũ gallina incubãte, ex oui luteo pullus nascitur, albumine nutritur, eoq; deficiente, testa perrupta excluditur. N. 220. Gallinam hîc ait pullo exitum parare, perrupta ictu testa. At muliercularũ sollicitudo ab ipsomet pullo, si ualidus sit, testã effringi: si debilis, nisi manu adiuuetur, intra testam suffocari, deprehendit.
    - Ita quoq; se res habet in partu
      - Pueri. N. 221.
      - Animalium quorumuis aliorũ tũ in
        - Genere. N. 222.
        - Specie. Quæ parcius alimentum fœtui subministrare possunt, celerius pariunt: quæ uberius, tardius. N. 223.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 209 sur 736

XIV. FOETVS plures uno nasci ostendit in

Genere, quoniã plures concipere potest mater diuersis sinibus, & uel

Pluribus uicibus, quod brutis frequens est. Habent enim sinus uarios & curuos, alios propiores, alios remotiores à pudendo. Itaque per unum coitum in uno sinu concipere possunt, per alium uerò in alio.

Vna uice. Similitudine deducit:

Quemadmodũ animalia reliqua in uno coitu interdũ copiosum semen eiaculantur, quod ppter suam copiam uno sinu contineri nequit, sed in diuersos influẽs, à quolibet fouetur, mẽbrana includitur, efformaturq; ad tempus usq; partus: ubi sensu duce quemlibet catulũ propria membrana includi uidemus. N. 229.

Ita etiam mulier ab uno unius uiri cõgressu gemellos concipere potest, si in sinus diuersos (duos autem habet tantũ, dextrum alterum, alterum sinistrum, uti etiam mammas tantùm duas, non brutorũ more plures) semen illabatur: & proinde æquali tempore ad maturitatem producti, eodem tempore in lucem eduntur. N. 230.

Aristot. 7. de Hist. anim. 4. hoc fœminã cũ equo cõmune habere ait, q; grauida etiã coëat: illud diuersum, sed lepori quoq; conueniens, q; superfœtet. Asserit ergo plures uno fœminã parere uel ex congressu

Simplici & uno unius, gemellos scilicet, uel plures etiã: ex his rarò uitales esse, qui diuersi sexus fuerint. Extra naturæ ordinem sunt monstra, historiarũ monumentis consignata. Sic Margarita Holstenia comitissa dierum anni numerum fœtibus unius partus adæquauit. Sed de his alibi.

Multiplici, siue cũ uno, siue cum diuersis uiris. Qui q; dem cõgressus si tẽpore sint

Propinqui, fœtus diuerso licet tempore cõcepti simul edentur, & uitales erũt, instar gemellorum. Quod exẽplis docet

Fabulosis, Herculis & Iphicli, quorũ hunc Alcmena Amphitryoni, illũ Ioui eodem partu peperit.

Historicis, muli erculæ, quæ eodẽ tempore alterum marito, alterũ mœcho similẽ produxit.

Longinqui fœtus concepti eduntur uel

Perfecti

Omnes, in mensibus imparibus. Sic septimestrẽ unum, duos nouimestres, natos constat.

Ali, qui,

Exẽplo docet nouimestrũ gemellorũ et quinque mestris tertij, uno partu editorũ: itẽ eius, q; cũ abortiuisset unũ, peperit posterè alterum.

Imperfecti

Ali qui.

Oës. Si plures duobus uel ad summũ tribus cõcipiat, ad maturitatẽ nõ producit, cũ sese inuicẽ perdãt. Cõstat, decẽ & duodecim abortiuos interdũ eiectos esse.

Specie, marem & fœminam, sexu differentes, propterea quòd non tantùm diuersis sinibus concipitur semen, uerùm etiam ab utroq; parente prodit in eodem coitu, non uno impetu, sed pluribus, partim robustius, partim debilius. Ergo si genitura homogenea in unum, heterogenea in alterum sinum colligatur, ex robustiore mas, ex debiliore fœmina nascetur. N. 231.

HIP.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 210 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ
De Septimestri.

ΕΠΤΙΜΕΣΤΡΕΣ [1] autẽ A nascuntur diebus centum & octoginta duobus ac dimidio, accedente insuper diei particula. [2] Si enim primi mensis dies quindecim supputaueris, deinde quinque mensium, dies centum quadraginta septem ac dimidium (sexaginta namque dies uno minus, quàm proximè duos menses constituunt) ad septimum mensem supererunt dies plus quàm uiginti. Quæ quidem tota summa est dimidij anni, unà cum quota diei parte ad partem quotã accedẽte.

[3] Quum itaque ad hoc perfectionis principium fœtus peruenerit iam grãdiusculus, & B in perfectione magis quàm alijs tẽporibus, robore auctus: tunc membranæ in quib. iam inde ab initio nutritus est, laxantur (quemadmodum etiam spicarũ membranæ, si quando per uim hiare coguntur, antequam fructus perfectam maturitatem sit adeptus.) Quibus laxatis, quotquot ualidissimi & maximè succulenti sunt fœtus, uim inferentes ac dirumpentes membranas, partum fieri cogunt.

[4] Et plurimi quidem ex his pereunt. [5] Quũ enim parui sint, trãsmutatione maiore quàm alij uturtur, & quadraginta dierum afflictionem perferre coguntur, ex utero egressi. [6] Id quod etiam ex decimestribus multos peremit. Sunt autem ex his septimestribus etiam C qui superstites manent, licet ex multis pauci, propterea quòd ratio & tempus, quo enutriti sunt in utero, congruit, ut omnium participes sint, quorum etiam perfectissimi participes existunt, & qui maximè superstites manent: tum etiam quia prius à matre eduntur, octauo alioqui mense in utero ægrotaturi. [9] Nam etiam qui labores hosce superant, ita ut in conspicuum prodeant, impossibile tamen est superstites esse, ob prædictas affectiones, quas ego octimestres perimere dico, & multos quoq; decimestres. [10] Cæterũ multi fœtus septimestris ætatis, quum membranæ laxantur, secedunt in id quod cedit; & ibi D alimentum sumunt, primos quidem quadraginta dies ægrotantes, alij plus, alij minus.

[11] Propter migrationem autem ex locis & membranis, quæ ipsos aluerunt, alterantur item, quia umbilicum uulsere migrando, tum etiam propter matris labores. Membranæ enim dum tenduntur, & umbi-

[1] Ἑπτάμηνοι γίνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερέων, καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ δύο, † ἐπὶ σεσ- † Corn. addit καὶ ἥμι
όντες μοῖραι. [2] ἐὰν γὰρ τὸν πρῶ- σιον.
τον λογίσῃ μηνὸς πεντεκαί δεκα ἡμέρας, τὰ δὲ πάντα μηνῶν ρμ. καὶ ζ καὶ ἥμισυ ἡμέρας (ἐὰν γὰρ ἑξήκοντα, μιῆς δεούσης ἡμέρης, ἐγγύτατα δύο μῆνες ἐκπελεῦσιν) οὕτως οὖν τούτων ἐόντων, ἐς τὸν ἑβδομον μῆνα περιγίνονται ἡμέραι πλέον ἢ εἴκοσιν· ἥμισυ δὲ σύμπαν δέ, καὶ τὰ ἡμέρης δὲ μέρεος τῷ μέρει πρὸς γινομένῳ.

[3] ὁκόταν ἐς τὴν ἀρχὴν τὰ τελειώσεως ἔλθῃ τούτῳ, ἀδρυνομένῳ δὲ ἐμβρύῳ, καὶ τὴν ἰσχὺν πλείω ἀποδιδόντι ἐν τῇ πλάσει μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις, οἱ ὑμένες ἐν οἷς τὴν ἀρχὴν ἐτράφη (ὥσπερ καὶ τῶν ἀσπιχύων, ὁπόταν ἐξεχάλασιν πρόσθεν αὐαγκάζομενοι, ἢ τελείως ἐξαδρυνθῶσι τὸν καρπὸν) τὰ μὲν ἰσχυρότατα καὶ ἀδρότατα τῶν ἐμβρύων βιησάμενα, καὶ διαῤῥήξαντα τοὺς ὑμένας, ἀναγκάσει τόκον γενέσθαι.

[4] καὶ τὰ μὲν πλεῖστα τούτεων ἀπόλλυται. [5] μικρὰ γὰρ ὄντα, τῇ μεταβολῇ μείζονι χρέονται τῶν ἄλλων, καὶ τὴν παραγενομένην ἡμέρην κακοπαθείην ἀναγκάζονται κακοπαθεῖν, ἐξελθόντα ἐκ τῆς μήτρης. [6] καὶ τῶν ἑπταμήνων πολλὰ ἀποκτείνει. [7] ἔστι δὲ ἃ τούτων τῶν ἑπταμήνων καὶ περιγίνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος ἐς ὃν ἐτράφη ἐν τῇ μήτρῃ κατέσησεν, ὥστε μετέχειν πάντων, ὥνπερ καὶ τὰ τελεώτατα μετέχει, καὶ μάλιστα περιγίνομενα. [8] καὶ [a] ἐξήλλαξε τὰ μήτρης πρόσθεν [a] ἐξέλθε
[b] κυούσης ὅτε ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ νοσοῦσιν. [b] νοσησάσ
[9] τούτοις γὰρ τοῖς πόνοις ἐπιγίνονται, ὥς σας
τε μὴ φανὲς ἐλθεῖν τὸ παιδίον, ἀδύνατον περιγενέσθαι, διὰ τὰς πάθας τὰ προειρημένας, ἃς ἐγὼ φημι τοὺς ἑπταμήνους ἀποκτείνειν, πολλὰς δὲ καὶ τῶν δεκαμήνων. [10] τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐμβρύων τῶν ἐν αὐτῇ τῇ ἡλικίῃ τῇ ἑπταμήνῳ, ὅταν οἱ ὑμένες χαλῶσι, μεταχώρησιν ἐς τὸ ὑποκείμενον, καὶ ἐνταῦθα τὴν τροφὴν ποιέεται· τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας τὰς πρώτας πονεῦσι, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧσσον.

[11] διὰ δὲ τὴν μεταβολὴν τὴν ἐκ τῶν χωρίων τῶν θρεψάντων, μεταβάλλεται, καὶ ἀμφὶ τὸ ὀμφαλὸν ἔπασε, καὶ μεταχώρησε, καὶ διὰ τὰ μητρὸς τοὺς πόνους. οἱ γὰρ ὑμένες τεινόμενοι,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 211 sur 736

©BIUM

καὶ ὁ ὀμφαλὸς παραθεὶς, ὁδωὰς πιέζῃ τῇ μητρὶ· καὶ τὸ ἔμβρυον ἐκ τῆς πλαγὸς σωδέσμου ἐκλυθὲν, βαρύτερον γίνεται. πολλαὶ δὲ τῶν γυναικῶν καὶ ὀπιπυρετήνασι, τέτων γινομένων, αἱ δὲ καὶ ἀποθνήσκουσι σὺν τοῖς ἐμβρύοις. χρῶνται δὲ πᾶσαι ἐν ὀλίγῳ πυρετῷ. [12] φασὶ δὲ τὰς ὀγδόους τῶν μηνῶν καὶ χαλεπώτατα φέρειν τὰς γαστέρας, ὀρθῶς λέγουσι. [13] ἔστι δὲ ὄγδοος μὴν, οὐ μόνον ὁ χρόνος οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἡμέραι προσθῆκαι ἀπὸ τῆς ἑβδόμου μηνὸς, καὶ τῆς ἐννάτου, καὶ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτου. [14] ἀλλὰ τὰς ἡμέρας οὐχ ὁμοίως οὔτε λέγουσιν οὔτε γινώσκουσιν αἱ γυναῖκες. πλανῶνται γὰρ διὰ τὸ μήτε τῇ ταὐτὸ γίνεσθαι, ἀλλ' ὁτὲ μὲν ἀπὸ τῆς ἑβδόμου μηνὸς πλέονας ἡμέρας προσγίνεσθαι ἐς τὰς τεσσαράκοντα, ὁτὲ δὲ ἀπὸ τῆς ἐννάτης. ὧδε γὰρ ἀνάγκη γίνεσθαι, ὅπως ἂν τύχῃ ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ λαβοῦσα, τοῦ μηνός τε καὶ τοῦ χρόνου. ὁ δὲ μὴν ὁ ὄγδοος [a] ἀναμφισβήτητός ἐστι· τῇ γὰρ γίνεται, ὥστε δυσκρίτως ἔχειν. κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος ἐν τοῖς [b] σύδεκα μησὶ, μήν ἐστιν. ὥστε τοῦτον οὐ μνημόνευτον εἶναι. [15] χρὴ δὲ οὐκ ἀπιστεῖν τῇσι γυναιξὶ περὶ τῶν τόκων. λέγουσι γὰρ πάντα, τῇ αἰεὶ λέγουσι, καὶ αἰεὶ ἐρέουσιν. ἃ γὰρ ἂν πάθεσιν οὔτ' ἔργῳ, οὔτε λόγῳ, [c] ἄλλ' ὅ, τι γνῶναι ἐν τοῖσι σώμασιν αὐτέων γινόμενον. πρὸς δὲ βουλομένας ἄλλο λέγειν, ἔξεστιν. αἱ δὲ κρίνουσι, καὶ τὰ νικητήρια δίδοσι περὶ αὐτέου τοῦ λόγου, αἰεὶ ἐρέουσι καὶ φήσουσι πλεῖν καὶ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα, καὶ δεκάμηνα, τῇ σὺν δεκάμηνα. τετέων τὰ ὀκτάμηνα ἀ περιγηράσκει. † τάδε ἄλλα πρόσεστι γενέσθαι † φήσουσι δὲ καὶ τὰς τρωσμὰς πολείσας ἐν τῇ πρώτῃ παραγενταίδι γίνεσθαι· καὶ τ' ἄλλα τὰ καταγεγραμμένα, ἐν τῇσι παραγενταίσι, καὶ ἐν τοῖσι μησὶν ἑκάστοισιν. [16] ὅταν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ περιαγάωσιν οἱ ὑμένες, καὶ τὸ ἔμβρυον μεταχωρήσῃ, τότε ἔλαθον οἱ πόνοι οἱ περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον [d] γεγενεαλογημένον, καὶ περὶ τὸν ἔκτον παραγενταίδα. τότε δὲ τῷ χρόνῳ περελθόντι, ὁπόσοις μέλλει εὖ εἶναι, αἱ φλεγμοναὶ ἐλύθησαν καὶ τοῦ ἐμβρύου καὶ τῆς μητρὸς, ἤτε μαλακὴ [e] μαλαχθῇ, καὶ ὁ ὄγκος [f] ὑποκατέβη, ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων καὶ τῶν νεφρῶν, εἰς τὰ κάτω χωρία, εἰς δυσεπίλυτον [g] ἀπὸ τοῦ συμάχου ἐν ταῦθα ἐστὶ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἔμβρυα. τὰ γὰρ χωρία αὐτοῖς μαλθακὰ, καὶ αἱ μετακινήσιες αὐτοῖς δυπετέστεραι γίνονται καὶ πυκνότεραι· καὶ διὰ ταῦτα κατέχει πρὸς τὸν τόκον δυλυτώτερα· καὶ πᾶσιν [h] τούτοις τοῖς παραγενταίδι φέρουσι τὰς τελευταίας ἡμέρας δυπετέστερον τὰς γαστέρας, ἐς ἃ [i] ἁρμόσῃ τὸ ἔμβρυον φρέαθαι. μὴ δὲ ταῦτα, αἵτε ὠδῖνες εἰσὶ, καὶ οἱ πόνοι ὀπίσειαν, ἐς ἃ ἐλευθερωθῇ τοῦ παιδίου καὶ ὑγιέ-

A umbilicus uellicatur, dolores matri inducũt: & fœtus priore uinculo solutus, grauior redditur. Multæ uerò mulieres, dum hęc fiunt, etiam febre corripiuntur, quædam insuper pereunt unà cũ fœtibus. Vniuersæ uerò paucos dies eam febrim perferunt. [12] Aiunt autem & octauo mense difficillimè uteros ferre: & rectè quidem. [13] Est autem octauus mẽsis non solùm hoc tempus, sed & dies accedunt à septimo mense, & à nono, & ab ipso anno. [14] Dies interim non eodem modo uel dicunt uel cognoscũt mulieres, eo ipso decepti, quòd non eodẽm modo fiunt, sed aliquando à septimo mense plures dies ad quadraginta usque accedunt, aliquando à nono. Sic enim fieri necesse est, prout cõtigerit mulierem in uentre concipere, & quo ad mensem, & quo ad totum tempus. Mensis autem octauus minimè dubius est. Secundùm hunc enim contingit, iudicationem difficilem fieri. Et mea sententia pars etiam è duodecim mensibus, mensis est, licet non admodũ memoratu dignus. [15] Porrò mulieribus de partubus fidem derogare non oportet. Dicunt enim omnia, semperque eodem modo & dicũt, & respondent. Neq; enim aut opere, aut sermone persuaderi possunt diuersum ab eo, quod cognouerunt in corporibus suis contigisse. Etsi uerò aliæ fortasis aliud pro libito dicere queant: illæ tamen, penes quas huius rei censura est, & uictoriæ etiam decemẽdæ auctoritas, semper referunt ac testantur, nasci septimestres, & octimestres, & nouimestres, & decimestres, & undecimestres: & ex his octimestres non superstites manere. Dicunt autem & abortus plurimos in primis quadraginta diebus fieri: item cætera, quæ in quadragenariis ac singulis mensibus accidere commemorantur. [16] Quum autem septimo mense membranis disruptis fœtus aliò migrauerit, labores, qui circa octauum mensem & sextam quadragenariam fieri traduntur, superueniunt. Eo autem tempore elapso, si quidem bene successurus sit partus, inflammationes tum fœtus tum matris exoluuntur, adeò ut & uẽter molliatur, & rumor à præcordijs & laterum mollitudine descendat ad locos inferiores, apta conuersione, nimirum ea quæ facili partus progressioni cõferat. Et septima sanè quadragenaria magnã partem fœtus isthic delitescunt. Nam & loci molles sunt, & agitationes faciliores ac frequentiores fiunt, adeoque ad partum aptiores redduntur. Mulieres certè per hos ultimos dies ex tota quadragenaria facilius uteros ferunt, quo ad contigerit fœtum uerti. Postea enim dolores partus ac labores incumbunt, donec à puero & à secunda mulier libe-

©BIUM

liberetur.[17] Quæcunque uerò mulieres mul- A
tos pueros pepererunt,& inter eos aliquem
claudum,aut cæcum,aut alio quopiam malo
affectum,eæ narrant in huius pueri geſtatio-
ne octauum menſem ſeſe difficilius tranſe-
giſſe,quàm in his quos pepererunt nullo mo
do affectos. Fœtus enim mutilus octauo mẽ
ſe uehementer ægrotauit, ut etiam morbus
abſceſſum fecerit,eodẽ modo quo uiris mor
bi grauiſsimi facere ſolent.[18] Qui uerò fœ-
tus quouis alio tempore fortiter ægrotant,
pereunt prius,quàm ipſis abſceſſus eiuſmo-
di fiant.[19] Quicunq; autem octimeſtres fœ-
tus non ualde ægrotant, ſed una tamen ali
qua parte propter migrationem damni quip
piam percipiunt,eorum pleriq; per quadra- B
ginta dies in utero ſe malè habent, propter
prædictas neceſsitates: ſani tamen poſtea fi-
unt.[20] Quicunque autem natus fuerit in his
quadraginta diebus,eum impoſsibile eſt ſu-
perſtitem manere:ægrotanti enim adhuc ip-
ſi in utero tranſmutationes inſuper & affli-
ctiones poſt partum accedunt.
[21] Ecõtrà quicũq; ægrotãs in utero ad nonũ
mẽſem puenerit, eoq; natus fuerit,ſuperſtes
erit. Et uiuunt quidem nõ minus hi quàm ſe-
ptimeſtres,[22] licet pauci etiam ex his adole-
ſcant. Neque enim corpulentiam habent,
quam perfectiſsimi habent: & labores in u- C
tero non ita multo antè perpeſsi ſunt, unde
tenues euaſerunt.[23] Seruabitur autẽ uel ma-
ximè talis puer,ſi nouem menſium fuerit in
exitu.Fortior enim euadit,quia plurimũ ab-
eſt à morbis, qui octimeſtribus accidere ſo-
lent.[24] Qui enim in ſeptem quadragenariis
naſcuntur,decimeſtres appellati, ob id maxi
mè educantur,quòd ualidiſsimi ſunt, & plu-
rimum à cõmemoratorum puerorum tem-
pore abſunt, in quo affliguntur quadraginta
ægrotantes diebus, circa octauum menſem.
[25] Teſtantur autem de morbis & afflictioni-
bus octimeſtrium,etiam nouimeſtres tenues
naſcentes. Etſi enim longitudini temporis, D
magnitudo corporis correſpondet: tamen
ꝓpter morborũ afflictionem præcedentem
non ueluti ſeptimeſtres carnoſi gignuntur,
neque corpulentiam habent ſuccũlentam,ut
ij qui tempus,quo in utero geſtabantur,ſine
morbis tranſegerunt.
[26] Verumenimuerò conceptus,& abortus,
& partus mulieribus eodem tempore, quo
& morbi,& ſanitas,& mors omnibus homi-
nibus iudicantur. Hæc uerò omnia partim
ſecundùm dies, partim ſecundùm menſes,
partim ſecundùm dierum quadragenarios,
partim ſecũdùm annum, ſignificationem ſui
præbent.[27] Omnibus namque tempori-
bus iſtis inſunt ad unumquodque & amica
multa, & hoſtilia multa: quorum iſta qui-
dem ſanitatem & incrementum afferunt,
hæc

ὑστέρᾳ. [17] ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν ἔτεκον πολ-
λὰ παιδία,καί τι αὐτέων ἐγίνετο χωλὸν, ἢ τυ-
φλὸν,ἢ ἄλλό τι κακὸν ἔχον, φήσουσιν ὅτι τῶν
τετέων τῶν παιδίων τὸν ὀγδοον μῆνα χαλε-
πώτερον διαγαγεῖν,ἢ ἐφ' ὧν ἔτεκον οὐδὲν κα
κὸν ἐχόντων. τὸ γὰρ ἔμβρυον τὸ πηρωθὲν ἐν τῷ
ὀγδόῳ μηνὶ ἰσχυρῶς ἐνόσησεν,ὥστε καὶ ἀπόστα-
σιν ἐπίησεν ἡ νοῦσος.ὡς καὶ τοῖς ἀνδράσιν αἱ
ἰσχυραὶ νόσοι ἐπίηνται. [18] ὅσαι δ' αὖ τ' ἐμβρύων
ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ἰσχυρῶς νοσήσῃ, ἀπόλλυ῀ται πρό-
σθεν,ἢ αὐτέων ἀπόστασιν γενέσθαι. [19] ὅσαι δ' αὖ τ'
ὀκταμήνων ἐμβρύων μὴ σφόδρα νοσήσῃ,ἀλλὰ
κῆ῀ ἢ τι ἐκ τ῀ μεγάλης κακοπαθήσῃ,τὰς μὲν
πεντεκαίδεκα ἡμέρας διατελέσει ἐν ἀσθενείῃ
τὰ δὲ πλεῖστα ἐν τῇ μήτρῃ,διὰ τὰς ἀναγκαίας
τὰς προειρημένας,ἐξιόντα῀ ὑγιαίνοντα. [20] ὅτι
δ' ἂν γένηται ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις πρώ-
τῃσι,ἀδύνατον προγενέσθαι. νοσέοντι γὰρ αὐτέῳ
ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ,διαγίνονται αἱ μεταβολαὶ καὶ
αἱ κακοπάθειαι μ῀ τὸν τόκον.
[21] ὅτι δ' ἂν ἀπονοσήσῃ ἐν τῇ μήτρῃ, ἐς τὸν
ἔνατον μῆνα ἔλθῃ,ἐν τουτέῳ τῷ μηνὶ γένη-
ται,προγίνεται μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑπτάμηνα.
[22] ὀλίγα῀ καὶ τετέων ἐκτρέφεται. ὅτε γὰρ τὼ
παχύτητα ἴσχει,μᾶλλον περὶ τὰ τελεώτατα ἔχουσιν,
οὔτε πονοι οἱ ἐν τῇ μήτρῃ οὐ πάλαι πεπονημένοι
εἰσὶν αὐτέοις,ὥστε λεπτὸν γένεσθαι. [23] σωθείη δ'
ἂν μάλιστα,εἰ τὸ ἔνατον μηνὸς γένοιτο ἐν ἐξό-
δῳ.ἰσχυρότερον δ' γένοιτο,καὶ πλεῖστον ἀπέχον
τ῀ νέσων τ῀ τοῖς ὀκταμήνοις γινομένων. [24] καὶ
γὰρ τὰ ἐν ἑπτὰ πεντεκαίδεκα πικνόμενα, τὰ
δεκάμηνα καλεόμενα, διὰ ταῦτα μάλιστα
ἐκτρέφεται,ὅτι ἰσχυρότατά ἐστι,καὶ πλεῖστον ἀ-
πέχει τ῀ γνωρίμων παιδίων ξ῀ χρόνῳ,ἐν ᾧ ἐκα
κοπάθησε τὰς πεντεκαίδεκα ἡμέρας τὰς νοσε
ούσας περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον. [25] συμφωνίζει
δὲ περὶ τ῀ νοσημάτων καὶ παθημάτων τῶν τοῖς
ὀκταμήνοις γινομένων καὶ τὰ ἐννεάμηνα λε-
πτὰ πικνόμενα. κῆ῀ τὸ πλῆθος ξ῀ χρόνῳ ἐγε-
γόνει καὶ τὸ μέγεθος ξ῀ σώματος· ἐκ νόσων
κακοπαθίης ἀφιγμένης ἐχώσπερ τὰ ἑπτάμη
να πικτὰ σεσαρκωμένα,καὶ τὸ πάχος ἔχον-
τα διαφέρεος,οὐδὲν διαπεπλεκότα, ὃν χρό-
νον ἐν τῇ μήτρῃ διεφέρετο.
[26] πᾶς γὰρ γυναιξὶν αἱ συλλήψιες τ῀ ἐμβρύ-
ων,καὶ οἱ τρωσμοί τε καὶ τόκοι ἐν τετέῳ τῷ χρό-
νῳ κρίνον῀ται,ἐν ὥπερ ἄρτι νέοισι, καὶ αἱ ὑγιειαι,
καὶ οἱ θάνατοι τοῖς ἀνθρώποισιν. ταῦτα
δὲ πάντα,τὰ μὲν καθ' ἡμέρας,τὰ δὲ κατὰ μῆνας
ἀποσημαίνει,τὰ δὲ κατὰ τεσσερακοντάδας ἡμε-
ρῶν,τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτόν. [27] ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς χρό-
νοισι τουτέοισιν ἔνεστι τοῖς ἕκαστον πολλὰ μὲν
ξυμφέροντα,πολλὰ δὲ πολέμια. ἐκ μὲν δὴ τ῀ συμ
φερόντων αἴτε ὑγίειαι γίνον῀ται,καὶ αὐξήσιες· ἐκ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 213 sur 736

©BIUM

δὲ τῶν ἐναντίων, αἵτε νόσοι καὶ οἱ θάνατοι. A hæc uerò morbos & mortem.

[28] αἱ μὲν ἓν ἡμέραι ἐπισημότατά εἰσιν ἐν τοῖς πλείστοις αἵτε πρῶται καὶ ἑβδομιαῖαι, πολλαὶ μὲν καὶ νόσων, πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμβρύοις. [29] ῥῶσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖστοι τούτοις τοῖς ἡμέραις. ὀνομάζεται δὲ τὰ τηλικαῦτα ἐκρύσεις, ἀλλ' οὐ ῥῶσμοί. [30] αἱ δ' ἄλλαι ἡμέραι, ὅσαι ἐντὸς τεσσαράκοντα, ἐπίσημοι μὲν ἧσσον, πολλαὶ δὲ κρίνουσιν. [31] ἐν δὲ τοῖς μησὶ ταὐτά τε καὶ ἐν τῇ ἡμέρῃ γινόμενα ἔστι καθ' λόγον. [32] καὶ καταμηνία γυναιξὶ τοῖς ὑγιαινούσης φαίνονται καθ' ἕκαστον τῶν μηνῶν, ὡς ἔχοντός τινος ἰδίου σημάνειν ἐν τοῖς σώμασιν. [33] ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ ἑβδομοι μῆνες τοῖς ἐν γαστρὶ ἐχόσης τὰ ἔμβρυα εἰς τὴν ἀρχὴν καθιστᾶσι τὴν τελειώσεως. B [34] τοῖσι δὲ παιδίοις ἐπαμηνίοισιν ἔστι καὶ ἄλλα διαφέροντα γίνονται ἐν τοῖς σώμασι, καὶ οἱ ὀδόντες φαίνεσθαι ἄρχονται ἐν τετάρτῳ τῷ χρόνῳ. [35] ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ὅτι κρισίμων μὴν περ ἴσως καὶ τοῖσδε τὶς συγχρέοιτο, οἷσιν ἔστιν ἐρήσω λέξας, ἰσορροπίας τε εἵνεκα [a] ἐρήσθω. [36] σκοπεῖν γὰρ χρὴ τὸν μέλλοντα ἰητρὸν ὀρθῶς στοχάζεσθαι τῶν [b] πυκνώσιας καμνόντων σωτηρίας, θεωρεῦντα μὲν πρὸς πάσας, [37] τὰς μὲν ἀρτίων τὴν παραρεσκαιδεκάτην, καὶ τὴν ὀγδόην ἑκατὸν, καὶ παραρεκατὸν καὶ διακόσιον. [38] ἕως γὰρ ὁ ὅρος πέφυκε τῷ τῆς ἁρμονίης λόγῳ πρός τινων, ἡ ὁ ἀριθμὸς τε καὶ τέλειος ἀριθμός. διὰ τοῦτο μακρότερον ἂν εἴη δεῖ τοῦ παρόντος διεξελθεῖν. [39] θεωρεῖν μὲν χρὴ ἕως, τριάσι τε καὶ τετράσι. [40] τοῖς μὲν τριάσι συνημμέναις ἁπάσης. [41] τοῖς δὲ τετράσι, δυοῖν μὲν πρὸς δύο ἀσυνημμέναις, [42] δυοῖν δὲ πρὸς δύο συνεζευγμέναις.

[43] αἱ δὲ πασαρακοντάδες πρῶτον μὲν κρίνουσιν ὅτι τὰ ἔμβρυον. ὅ, τι δ' ἂν ὑπερβάλλῃ τὰς πασαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας, ἐκφεύγει τὰς ῥῶσμὰς ὅτι πάντες γινόμενος. [44] πλέονες δὲ γίνονται ἐν τῇ πρώτῃ πασαρακοντάδι ῥῶσμοί, ἢ ἐν τοῖς ἄλλαις ἑξάσι. [45] ἧσσον δὲ χρόνῳ παρελθόντος ἰσχυρότερά ἐστι τὰ ἔμβρυα, καὶ διακρίνεται καθ' ἕκαστα τῶν μελέων τὸ σῶμα. [46] ἐκ τῶν μὲν ἐρσένων σφόδρα διάδηλα γίνεται πάντα. [47] τὰ δὲ θήλεα ἐς ἕκτον τὸν χρόνον σάρκες φαίνονται ὑποφύσιας μόνον ἔχουσι. [48] πλείονα δὲ χρόνον τὰ ὅμοια ἐν τῷ ὁμοίῳ ὁμοίων ἐστί, καὶ κρίνεται βραδύτερον, διὰ τὴν σωφροσύνην ἐκ φιλότητα. [49] καίτοι γε ἄλλα ὅταν χωρισθῶσιν ἐκ μητρὸς αἱ θυγατέρες τῶν κούρων θᾶσσον ἡβῶσι, καὶ φρονέουσι, καὶ γηράσκουσι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν σωμάτων, καὶ τὴν διαίτην. [50] ἄλλη δὲ πασαρακοντὰς, ἐν ᾗ ἂν τὸ ὀγδοον μῆνα τὰ ἔμβρυα ἐν τῇ μήτρῃ νοσέῃ, ἐν ὧν ὁ λόγος λέγεται ὧδε σύμπας. [51] τρίτη δὲ, ἐν ᾗ τὰ παιδία ὅταν γένηται, καὶ κακοπαθήσαντα, ἢν ἐκφύγῃ τὰς πασαράκοντα ἡμέρας, ἐφαίη ἰσχυρότατα δὴ τὰ μᾶλλον καὶ ῥω-

[28] Et dies quidem maximè insignes inter alios sunt primi & septimi, frequentes in morbis, frequentes etiam in fœtibus. [29] Nam plurimi abortus in his diebus fiunt, etsi hi tales effluxus potius quàm abortus uocantur. [30] Reliqui dies intra quadragesimũ insignes quidem minus sunt, multi tamen iudicant. [31] Cæterùm in mensibus eadem quæ in diebus fiunt, seruata eadem ratione. [32] Menstrua enim mulieribus sanis singulis mensibus apparent, tanquam peculiarem in corporibus uim mensis habeat. [33] Vnde sanè septimi mẽses in his, quæ uterum gestant, principium perfectionis ipsi fœtui afferunt. [34] Pueris uerò, ubi septem menses à natiuitate impleuerunt, tum alia memorabilia in corporibus fiunt, tum dentes eo tempore apparere incipiunt. [35] Eadem ratio est etiam in decretoriis diebus, si quis fortè etiam istis ea, quæ dixi, quæque periculi faciendi causa dicere uolui, accommodare uelit. [36] Etenim medicum, qui de ægrotorum salute rectè coniectare studeat, animaduertere quidem oportet & contẽplari omnes dies, [37] ex paribus uerò decimũquartum, & uigesimumoctauum, & quadragesimumsecũdum. [38] Hic enim terminus ponitur à quibusdam pro harmoniæ ratione, & integer ac perfectus numerus. Verùm ob quam causſam, longius fuerit in præsenti exequi. [39] Contemplari autem sic oportet per ternarios ac quaternarios: [40] ternarijs quidem omnibus copulatis: [41] quaternariis uerò duobus disiunctis, [42] totidem coniunctis.

[43] At uerò quadragenariæ primùm quidem in fœtibus iudicant. Quisquis enim primos quadraginta dies superauerit, abortus effugit ex quacunque causa contingentes. [44] Plures autem fiunt in prima quadragenaria abortus, quàm in aliis omnibus. [45] Quo tẽpore elapso, fœtus ualidiores sunt, & corpus per singula membra discernitur. [46] Et masculorum quidem partes omnes ualde cõspicuæ fiunt: [47] in fœmellis uerò ad hoc usque tempus carnes apparent, excrescentias tantùm habentes. [48] Diutius enim similia in similibus similia esse consueuerunt: & tardius etiam iudicantur, propter cõsuetudinem & amicitiam. [49] Quanquã aliàs, quum à matre segregatæ fuerint, filiæ citius quàm filij pubescant, & sapiant, ac senescant, propter corporum imbecillitatem, & uictus rationem. [50] Altera quinetiam quadragenaria est, in qua circa octauum mensem fœtus in utero ægrotant, de quibus hic totus sermo institutus est. [51] Tertia est, in qua si nascatur puer, licet malè affecti, si effugerint quadraginta dies, apparent magis robusti ac intelligen-

res

φρο-

©BIUM

tes. 52 Nam & ſplendorem conſtantius ferunt, & ſtrepitum audiunt, cùm antea neutrum poſſent, tãquam incrementum afferat hoc tempus, tum quo ad alia, tum quo ad intelligentiam in corpore eluceſcentem. 53 Singularem quidem intelligentiam corpori ineſſe manifeſtum eſt, in prima ſanè die. 54 Nam in ſomnis, ſtatim ubi nati ſunt pueri, ridere & plorare deprehendũtur. 55 Quin ſponte etiam excitati, ſtatim rident ac plorant, etiam priuſquam quadraginta dies tranſeãt. 56 Non rident autem, etiam ſi tangantur & titillẽtur, priuſquã hoc ipſum tempus tranſeat. 57 Hebetantur enim uires in muccis. 58 Quinetiam mors quibuſdã fatali ſorte contingit. 59 Et hoc quidem argumentum omnibus eſſe poteſt, quoniam omnia quæ ſunt naturam ex ijſdem habẽt, iccirco etiam trãſmutationes per tempora uoluentia eaſdem habere. Quod exemplo ſingularium colligi poteſt, quorum alia naſcuntur, alia intereũt.

60 Anno porrò uoluente multi quidem morbi fiunt, multæ etiam ſanitates, iuxta temporis rationem, ad menſes, & ad ſingulos dies, ſecundùm ſeptenarios. 61 Etenim cùm alia multa inſignia corporibus accidũt, 62 tũ dentes pueris excidunt, & alij naſcuntur. 63 De quibus ipſis corporum accidentijs ego aliàs ſcribam.

A φρονέοντα. 52 καὶ γὰρ τὰς αὐγὰς ὁρᾷ σαφέστερον, καὶ τὸν ψόφον ἀκούει, πρόσθεν μὴ δυνάμενα, ὡς ἐπίδοσιν ἔχοντος τοῦ χρόνου τούτου κατὰ τὰ ἄλλα, καὶ κατὰ τὴν φρόνησιν τὴν διὰ τοῦ σώματος. 53 τὸ μὲν γὰρ ἴδιον φρόνημα δῆλόν ἐστιν ἐνεὸν ἐν τῷ σώματι ἔνγε τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ. 54 ἔντε γὰρ τοῖς ὕπνοισιν ἐοῦσιν εὐθέως ἐπὴν γένωνται, γελῶντα φαίνεται τὰ παιδία, καὶ κλαίοντα, 55 ἐγρηγορότα τε αὐτόματα, εὐθέως γελᾶ τε καὶ κλαίει, πρόσθεν ἢ τεσσαράκοντα ἡμέραι γενοίατο. 56 οὐ δὲ γελᾶ, ψαυόμενά τε καὶ ἐρεθιζόμενα πρόσθεν ἢ αὐτὸς ὁ χρόνος οὗτος γένηται. 57 ἀμβλύνονται γὰρ αἱ δυνάμεις ἐν ταῖς μύξησι. 58 καί γε ὁ θάνατος διὰ τὴν [a] μοιρίην ἔλαχεν. 59 ὥστε παράδειγμα τοῖς πᾶσιν εἶναι, ὅτι πάντα φύσιν ἔχει ἐκ τῶν αὐτέων ἐόντα, μεταβολὰς ἔχειν διὰ χρόνων τῶν ἱκνουμένων. σαφηνίζεται δὲ ἐν ἑκάστοισιν ἄλλό τι τῶν γινομένων καὶ ἀπογινομένων.

B

[a] μοίρην. μοιρίνην

60 ἐν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ τελουμένῳ πολλαὶ μὲν νοῦσοι γίνονται, πολλαὶ δὲ ὑγείαι, κατὰ λόγον τοῦ χρόνου, πρὸς τοὺς μῆνας τε καὶ τὰς ἡμέρας ἑκάστας τοῖς ἑβδόμοις. 61 καὶ τ' ἄλλα πολλὰ γίνεται διαφέροντα τοῖς σώμασι. 62 τοῖσι δὲ παιδίοισιν οἱ ὀδόντες ἐκπίπτουσι, καὶ ἕτεροι φύονται. 63 τὰ γὰρ ἐπὶ σώμασι τάδε γράψω.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 215 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ.

ΜΕΘΟΔΟΣ διὰ παντὸς ἐΐσω. Cõmentarij huiusce occurrit

- **Inscriptio:**
  - ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. Genuinus est, citra omnem controuersiam.
  - ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ. Posteaquam de fœtus Conceptu actum est lib. περὶ γονῆς, de eiusdem Conformatione & gestatione in utero com. περὶ φύσιος παιδίου: porrò de Partu eiusdem & exclusione agit com. duobus, περὶ ἑπταμήνου καὶ ὀκταμήνου, quoniam partus ferè uel in impares menses, in septimũ medium, aut nonum salubrem, uel in pares menses, in octauum insalubrem, & decimum medium solet incidere. Salubrem autem uoco, in quo utplurimum fœtus est uitalis: insalubrem, in quo minimè uitalis: medium, in quo nunc uiuunt, nunc moriuntur. Ergo quando hic com. inscribitur περὶ ἑπταμήνου, subintelligitur etiam ἐννεάμηνος. ἑπτάμηνος tempore prior est, ἐννεάμηνος uerò dignitate & salubritate. Septimus certè & nonus mensis Hippocrati ad partum naturales sunt (Fracastorius causam aßignat lib. 1. de Rerum antipathia, quòd ut tritici semen aliud trimestre est, aliud nouimestre, ita quoque humanum semen aliud septimestre, aliud nouimestre.) Arist. uerò Problem. 41. sect. 10. septimus, octauus & decimus. Vnde Latini duabus parcis nomen indidere, Nonæ & Decimæ, teste Gellio lib. 3. cap. 16. ex Varrone, cùm prima Morta appelletur. Allemãtius solum nonum solarem latè acceptum, statum esse mulieribus tempus putat: qui ante hunc eduntur, abortiuos, qui pòst, monstruosos esse.
- **Deductio.** De fœtus septimestris et nouimestris ortu disputat, partim κατὰ τὸ
  - ὅτι, historicè enarrãs partum
    - **Septimestrem.** Vide in sequen. signum I.
    - **Nouimestrẽ.** Cùm fœtus octauum mensem in utero superauerit, & ad nonũ mensem perueniens in eo edatur, si quidem nascatur nono
      - **Incipiẽte,**
        - **Vitalis** quidem est, non minus quàm septimestris. N. 21.
        - **Longæuus** tamen non est. Nam cùm eam corpulentiam non habeat, quam habent ij qui sub finem noni eduntur (à labore enim octaui mensis nondum sese recollegit) ut maximè accurata cura in uita conseruetur, minus diu tamen superstes erit. N. 22.
      - **Desinente,** hic & quo ad
        - **Animi** uires, maxiusè uitalis est & lõgæuus, quoniam cùm longè absit ab octauo mense, interea sese ex præcedente morbo potuit perfectè recolligere. N. 23. Confirmat. Propter hanc enim eandem caussam etiam decimestres dicti, qui in septima quadragenaria nascuntur, sub initium decimi lunaris, die ui delicet à conceptu 285. & horis 12. superuiuunt, quoniam ab octaui mensis afflictione longißimè absunt. Licet alterum illis obstet, q̃ quo diutius locis calidis assueuerunt, eo molestius ferunt mutationem loci. N. 24.
        - **Corporis** molem, si conferatur cum septimestri, tenuior est & gracilior: quoniam septimestris effugit sextæ quadragenariæ afflictionem, nouimestris uerò illam sustinuit. Itaque ut procerior sit nouimestris septimestri, κατὰ μέγεθος, quinetiam prouectior ætate, & ut suprà n. 3. ἀδρὸς, tamen κατὰ τὸ πάχος minus est corpulentus. N. 25.
  - Διότι. Vide signum IV.

I. Se-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 216 sur 736

©BIUM

Integer, qui ſeptem menſes lunares ſiue Græcanicos integros ex diebus 206. & H. 12. conſtantes complectitur.

Mutilus, qui ſex menſes lunares integros, diebus 177. conſtantes complectitur, & præterea ex menſe ſeptimo aſſumit dies 5. cum horis 12. Itaque in totum conſurgunt dies 182. & præterea quota pars diei, nimirum horæ 15. quæ ſex menſes ſolares ſiue annum dimidiatum conſtituunt. N. 1. Declarat, ſupputandi rationem non à nouilunio, ſed à tempore conceptus, quotocunque tandem is die poſt fluxum menſium cœperit, inchoandam eſſe. Nam cùm menſes alijs per plures dies, alijs per pauciores fluant, quædam etiam citius, quædam tardius concipere poterunt. Finge ergo mulieri menſes à nouilunio fluxiſſe per dies ſeptem, illamq; uiri conſortio uſam in utero concepiſſe die menſis

Decimoquinto. Ergo de ſeptimo mẽſe dies tantùm quindecim in conſiderationem uenient. His ſi addas quinque menſes integros dierum 147. & H. 12. (duo enim menſes craßiore modo ſupputati dies 59. faciunt: ſiquidem menſis unus habet dies 29. & H. 12.) emergent in uniuerſum dies 162. quibus deſunt adhuc dies uiginti cum H. 12. item tres horæ, ad dimidij anni complementum. Qui dies uiginti & horæ 15. ſeptimi menſis duas tertias conſtituunt, & tamen reuera de ſeptimo non habent niſi dies quinque & horas 12. propterea quòd quindecim dies ad ſupplementum primi menſis ſunt referendi. N. 2. Eandem ſupputandi rationem com. ſeq. n. 24. ſequitur.

Vigeſimo. Ergo de primo menſe dies tantùm nouem cum dimidio in cenſum pueri uenient: adeóque die ſeptimi menſis XV. mater pariet, quo ad numerum dierum: at quo ad rationem conceptus, is erit dies quintus menſis ſeptimi. Idem de cæteris.

Nomen, quis partus dicatur Septimeſtris. Nimirum alius

I. Septimeſtrem partum enarrat, tum ſecundum

Quemadmodum ſpicæ ſubmaturò iam fructu per uim interdum externam hiare coguntur.

Ita etiam fœtus, & multo quidem magis, quando οὐ τῇ τελειώσει (ſeptimi menſis initio ſuam conſequutus perfectionem) omnibus ſuis membris conſtans, maturitatem fuerit adeptus, membranis tanto pondere diſtentis, laxatis, debilitatisq;, mox etiam motu eiuſdem uiolentiore lancinatis, uulneratis, perruptisq;, partui occaſionem dat. N. 3. ἔμβρυον autem hic uocat fœtum, quem ſeq. n. 34. σεσαρκωμένον & πάχος ἔχοντα ἀναπεφώς appellat. cui opponitur τὸ λεπτόν. eóq; loco ſeptimeſtres cum nouimeſtribus conferens, hos quidem κατὰ μέγεθος ſuperare, illos uerò κατὰ πάχυτητα aſſerit.

Occaſionẽ ſimilitudine à minori declarat:

Rem, hoc eſt, ſecundum partum ipſum qui ſeptimo menſe accidit. Motus igitur huiuſce

Euentum oſtendit. Fœtus igitur cùm ſeptimo menſe maturitatem adeptus mouetur, & membranas lancinat, adeóq; in inferiorem uteri partem deſcendit, octaui menſis afflictiones perferre cogitur, diſpare euentu. In his enarrandis perſtat Hip. & de octimeſtri agit non ex profeſſo (nam id ſeq. com. faciet) ſed per accidens, quatenus ſeptimeſtris motum ſubſequitur. Vide ſignum IL.

IL Si

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 217 sur 736

II. Si quidem igitur fœtus fuerit

Robustior, ut membranas calcitrando perrumpere posit, & extra uterum prodire, in lucem editur. In lucem porrò editus uel

Perit utplurimum. N. 4. Rationem

Affert. Nam cùm fœtus adhuc imbecillis sit, & tenerior, ex utero tam maturè egressus, ob repentinam mutationem & aeris & alimenti per 40. dies extra uterum ægrotat, ijsdemq; ferè interit. N. 5.

Confirmat. Nam propter hanc eandem occasionem etiam decimestres quidam, licet ualidiores sint quàm septimestres, pereunt: nimirum quoniam diutius assueti uteri calori, mutationem insolitam alimenti & aeris externi ægrè ferunt, & per 40. dies ferè ægrotare coguntur. N. 6.

Per se, quoniam ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος πατίγνυσιν. λόγος quidem, quoniam quater septem septenarios (quorum tres diebus uiginti circumscribi uult Gal. lib. 3. Progn. cap. 4. & lib. 3. de Diebus decret. cap. 9.) in utero compleuit. χρόνος uerò, quoniam dimidiatum annum in utero permansit, per sex solares integros. Itaq; eandem habet & conformationem & firmitudinem, quam is qui maximè uitalis est, nouimestris scilicet & decimestris. N. 7.

Non perit, sed uiuit, licet rarò, duplici de causa: aliera

Per accidens, quoniam in lucem editus anteuertit afflictionem 40. dierum, quam in utero manens per octauum mensem cogeretur pati. N. 8. Confirmat. Tanta enim est octimestris illa afflictio, ut ij etiam, qui in utero illam euincunt, si sub initium noni, nondũ transacta sexta quadragenaria dierum, priusquam sese plenè recollegerunt, in lucem fuerint editi, necessariò moriãtur, tum propter præcedentem afflictionem, tum propter recentem, quam in partu perferunt. Quandoquidem etiam multi decimestrium propter hanc eandem caussam pereunt, nondum recollectis uirib. à quadragenaria afflictione. N. 9. Videtur uerò etiam in his climatum & temporum ratio plurimũ uarietatis afferre. Nam quæ hîc de octimestri afflictiõe tradũtur, in Græcia fortasse tunc tẽporis locũ habuere. Sub nostro uerò cœlo uti mulieres, licet mẽstrua nondum defecerint, podagra tentare consueuit, ita quoque octimestriũ multo tolerabilior conditio. alioqui impunè phlebotomia non cederet prægnantibus sexta, septima aut etiam octaua hebdomade ante partum, quam tamen illis & familiarem & utilem esse experientia demonstrat.

Debilior, in utero locum mutat, neq; septimestris nascitur. Quod ipsum

Proponit. Quando fœtus tam debilis est, ut septimo mense membranas calcitrando laxare tantum, non etiam perrumpere posit: aut etiam interiores perrumpat quidẽ, cæterùm extimam, utpote robustam & duplicem, perrumpere nequeat: suo pondere deorsùm procumbit, & quodãmodo in secundã excidit, ibiq; reliquũ temporis exigit aliturq;: adeoq; fœtus dies 40. ægrotat, nunc magis, nunc minus. N. 10. Caussam affert. Ægrotat fœtus tum per se, quoniam mutatione loci uictusq; etiam ipse alteratur, umbiliciq; uellicatione & torsione affligitur: (ἀμφὶ τὸ ὀμφαλὸν ἔσασε τὸ μετεχώρησε, pro μετεχωρήσαν ἀμφὶ τὸ ὀμφαλὸν ἔσασε) tũ propter matris afflictionem, quam ex uteri uellicatione percipit, ut interdum febre corripiatur, licet non diu durante. N. 11. Vmbilicus à Chorio oritur, & Allantoidem & Amnion perudens medium infantem transuerberat, simplex scilicet & unicus caudex, ex chorij uasis quatuor, duabus uenis, totidem arterijs, & urago constãs, quæ uasa ex numerosa sobole uasorum uteri coaluerũt. Itaq; mirum est quod inquit, tunicis perruptis interioribus (amnio nimirum & allantoide) in secundam exteriorem procidere infantem, indeq; alimentum percipere.

Declarat. Cùm septimestris non editur, octimestris in utero manet, & per totum mensem octauum, ægrotante fœtu, mater uterum difficillimè fert. N. 12. Vide signum III.

III. De

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 218 sur 736

©BIUM

III. Declarat igitur octaui mensis & Naturã. Quãdo igitur laxatis mẽbranis fœtus ad inferiora prolapsus fuerit, & labores mensis octaui et per totã sextam quadragenariã familiares, grauidã cõprehenderint, tunc rursus fœtus uel

Nomen. Ergo octauum mensem Mulierculæ dicunt

Medici non tantùm intelligunt lunarem purum, sed etiam mixtum, nimirum uel cum lunari præcedente septimo, aut sequẽte nono, à quibus dies aliquot assumit: uel cum solari octauo, à quo paulo plus diem unum mutuatur (quod hìc dicit ἀπὸ τῶν ἐναντίων accedere mensi lunari.) N. 13. Mensis igitur octauus uel est

Purus, 29. dierum & horarum 12. Proinde à conceptu initiũ mensis octaui erit die 207. finis uerò die 236.

Mixtus uel cum

Lunari præcedẽte aut subsequẽte & sic dierũ est 40. Mutuatur enim dies decem uel à mense

Septimo præcedẽte, et Anticipans octauus dicitur.

Nono sequente, & octauus Tardans appellatur.

Solari, & erit dierũ triginta, & horarũ decem. Sic ergo mensi octauo lunari accedit ab anni duodecima parte, h.e. à mẽse solari octauo, dies tãtùm unus, cum triginta ferè minutis.

Ratione non assequuntur, naturam scilicet eius, cùm non semper eodem modo se habeat. Etenim octauum lunarem mixtum modò anticipantem, modò tardantẽ ignorant fieri ratione conceptus, illum quidẽ luna crescente, & hemisphęriũ nostrũ conscendente, hunc uerò luna decrescẽte, & ab hemisphęrio nostro descendente. At octauum simplicem sine controuersia prægnantib. difficilẽ esse fatentur. Etsi uerò ex mea sententia pars etiam duodecim mensium (τὸ μόριον τοῦ τῶν δώδεκα, secundùm Allemantiũ. Cùm Caluus δέκατα, alij οὐδέκατα legant) mensis est, hoc est, mensis etiã solaris octauus, qui die uno cũ dimidio octauũ lunarẽ superat, lunarẽ mixtũ, à solari diem unũ cum 30. minutis sumentẽ, constituit: tamen hæc distantia tam exigui est momenti, ut non sit digna, quæ in consideratione ueniat, ut iccirco mensis octaui noua species constituatur. (ὥστε τοῦτον ὀνομάσαι τοῦ ἑνὸς.) N. 14.

Sensu per experientiã norunt octauũ mensem prægnantib. molestißimũ esse, illisq; hac in parte fidem adhibere oportet historicã, asserentib. se & septimestres & octimestres & nouimestres & decimestres & undecimestres parere: Cæterùm octimestres minimè omnium uitales esse: Tum uerò abortus plurimos in prima quadragenaria contingere: & alia multa his similia, quæ & secundùm menses & secũdùm quadragenas singulas prægnantib. accidere & experientia didicere, & uulgò cõmemorare solẽt omnia: ut loquaculæ sunt, quãdoquidẽ & per se ipsæ narrare solẽt ea quæ sibi acciderũt (λέγουσι) & ab alijs interrogatæ respõdere consueuerũt (ὁρέουσι. quasi ὁρωτᾶν deriuetur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἀστεῖον.) Sic & Paulo pòst, Eæ quæ de his rebus iudicare possunt, & sua assertione uictoriæ præmiũ ei qui ueritatẽ profitetur decernere, αἱεὶ ὁρέουσι, interrogatæ semper eodẽ modo respondẽt. Quo loco obstetrices & matronas ætate prouectas, multo harũ rerũ usu præditas, intelligere uidetur. Nisi quis λέγειν pro Narrare simpliciter uel Respondere positũ existimet: ὁρᾶν uerò, ut interdũ, pro Inuestigare, Inquirere, & Interrogare. N. 15. Tacitè uidetur innuere ex professo se de temporũ differẽtijs alibi commentatum esse: uti etiã infrà n. 38. et n. 63. Gal. certè 1. Epid. 2. librũ de Septimanis sub Hip. nomine circũferri asserit.

Non uitiatur aliqua corporis parte, sed plenè conualescit. Indiciũ huius, si febris prægnantẽ citò reliquerit, q. cessante inflammatione pueri etiã materà febre liberetur: utẽ si uẽter molliscat, ipso fœtu ad inferiora descẽdẽte, & ad partũ uiam sibi præparante, ad septimam usq; quadragenariã, per quã uterum facilius gestat mulier, donec partus dolores aduenient. N. 16.

Vitiatur aliqua corporis parte, nimirũ uel oculo, uel crure, uel manu. Indẽ ciũ huius, si grauidæ per octauũ mensem febris diutius duret, atq; uenter molliscat. Nam inflãmatio in sexta quadragenaria desinit in abscessum, natura ualida in certã partem detrudente materiã noxiam, quemadmodum etiã in adultis fieri uidemus. N. 17. Confirmat. Per abscessum dico in sexta quadragenaria morbum uehementem embryonis iudicari. Nam reliquis mensibus si uehementer in utero ægrotarit, propter uirium debilitatem citius interit, quàm abscessus fiat. N. 18.

Vehementer, ἰσχυρῶς, et ex ea afflictione uel

Non dum editur in lucem, sed per totũ octauũ mensem in utero permanens ægrotat uel

Non uehementer, μὴ σφόδρα, sed tamen ægrotat aliquatenus ἐν τῷ μέσῳ (pro natura moreq; soluto octaui mensis, qui malignus est. Sic Caluus & Allemãtius. Cornarius μετεχωρησεν Methodi nomine intelligit, uti suprà n. 10. quãdo fœtus mẽse septimo laxatis mẽbranis in inferiorem uteri partem descendit) tunc 40. dies quidem infirmus exigit, propter mutationem loci immaturam, sed postea tamen conualescit. N. 19.

Editur intra sextam quadragenariã. Et hunc talem necessariò mori oportet. Octaui enim mensis ñaturali afflictioni accidentalis illa, quæ ex partu euenit, coniuncta, fœtum enecat. N. 20.

IV. Ra-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 219 sur 736

IV. Ratio nem horũ motuum salubriũ certo numero circumscriptorũ Hip. affert in

Genere, tum

Quòd, per comparationẽ. Quæ ratio est temporum in corporibus adultorum, dum à sanitate ad morbũ, uel econtra à uita ad mortem tendunt: eadem quoq; est in corporib. puerorum in utero & extra uterũ, tantoq; magis, quanto teneriora sunt & debiliora, externisq; iniurijs magis exposita: ita quidem ut conceptus, & abortus, & partus temporum proportionem sequantur: nimirum secundùm dies & hebdomadas, secũdùm menses, secundùm quadragenarias, & secundùm annos quoq;. N. 26.

Cur. Temporis hæc uis est, non quatenus tempus est, sed quatenus numerus est ipsius motus. Nam in his temporibus multa corporibus amica, multa inimica eueniunt: quorum hæc quidem morbos & mortes, illa sanitatem & incrementum afferunt. N. 27.

Specie quo ad singulas temporum differẽtias. Mutationes in

Diebus & mensibus

Declaratum in

Pueris. Namq;

Proponit. Dies namq; & similiter menses primi & septimi, siue adultos spectes, siue pueros, quo ad ortum, incrementum, morbos, mortemq; magna afferunt momenta. N. 28.

Dies, uerbi gratia

Primi, intra primam septimanam insignib. mutationibus obnoxij sunt, frequentesq; admodum abortus habent. Quamuis cùm nulla adhuc sit facta cõformatio fœtus, nõ tam πρωσμὸς, quàm ἔκρυσις, Effluxus potius seminis quàm abortus embryonis dici debeat. N. 29. Vt etiam Arist. lib. 7. de Nat. animal. cap. 3. Primus obseruandus, à quo principium sumitur, itẽ Septimus, in quo finis est.

Consequẽtes usq; ad XL. diem, minus sunt insignes atq; potẽtes in iudicando. Quamuis horũ etiã ipsorũ nõ pauci, septimani præsertim, iudicẽt. N. 30.

Mensium eadẽ est ratio quæ dierũ. N. 31. Declarat. Mẽses enim si considerẽtur

Síngillatim, quilibet propriam habet uim pro ratione dierum ex quibus constituitur. Id quod ex menstruis mulierum apparet. N. 32.

Cõiunctim, septimi maxima est efficacia tum

Intra uterum: quandoquidem septimi initio perficitur fœtus. N. 33.

Extra uterum: quandoquidem pueris septimo mense dentes prodire incipiunt. N. 34.

Adultis, quorum morbi & sanitas criticorum dierum terminis circumscribuntur, eadem prorsus ratione, qua dies & menses ipsius fœtus. Quod uel inde constare potest, quoniam ad uires dierum criticorum in morbis explicandas & illustrandas argumenta prædicta à prægnantibus sumi possunt: uti uicißim ad prægnantium uires argumenta à morborum cribus. N. 35. Vide signum V.

Quadragenarijs. Vide signum VII.

Anno ipso, magnæ se produnt in corporibus humanis, quo ad sanitatem & morbos, secundùm eandem rationem septenariorum, secundùm quã & dies & menses iudicandi uim habere dicebantur. N. 59. Quarũ uiriũ in

Specie exẽpla proponit, in corporib.

Adultorũ, quod

Sanitatem & morbos. Sic mutatione ætatis morbos uel abigi uel inuadere (quæ mutatio septenariorũ potißimũ ratione contingit) manifestũ est N. 60. Cornarius ultima uerba, τοῖς ἑβδόμοις, sequenti periodo cõiungit, τοῖς ἑβδόμοις καὶ τ' ἄλλα. Sed nos receptam lectionem sequi maluimus.

Multa alia. Sic V. G. altera annorũ hebdomade pubescere incipiunt, menses quinetiam apparere, & semen prodire. N. 61.

Puerorum, utpote tenerioribus. Exempli causſa: Prima annorum septimana dentes primò nati excidunt, & noui alij supernascuntur. N. 62. Cuius rei causſam reddit com. de Principijs n. 91. & seq.

Genere tractationem in alium locum reijcit. De ui septenarij numeri in annis, in diebus, & mensibus agere, non est à medico alienum, quatenus in corpore humano insignium mutationum auctor esse uidetur: cùm alioqui numerorum consideratio ad mathematicum pertineat. Cæterùm hoc loco de septenarijs agimus non ex professo, sed quantum ad septimestris partus intelligentiam satis est: accuratiorem theoriam peculiari commẽtario aliàs persecuturi. N. 63. Id quod etiam com. de Aetate n. 13. pollicetur.

V. Ergo

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 220 sur 736

©BIUM

Paribus *quidem*, XIV, XXIIX, & XLII. N. 31. Rationem affert. Hic enim perfectæ omnibúsque suis partibus constantis harmoniæ terminus esse uidetur, septenarius bis, quater, sexies repetitus, proportione scilicet dupla & sesquialtera. Causam autem huius afferre præsentis non est instituti. N. 38.

Iudicant *frequentißimè & euidētißimè, Dies nimirum primi & principes, ex*

Imparibus uerò, VII, XXI, XXVII. Subintelligitur.

Materiam, Quinam sint. Dies alij de morbis

Paribus, IV, XXIV, XXX.

Indicant, *ex primis quidem*

Imparibus, XI, XVII, XXXVII.

Materiales *partes duas, πρώδλας & τετράδλας, quarum hæc posterior est, illa prior.* N. 39.

Specie explicat dies criticos tum quo ad

Est iuncta. Idq; in pleriscq; septimanis. Itaq; dies quartus præcedentiū uires in se colligens, subsequentis septimæ index existit. Ab eo igitur, quod utplurimum solet usuuenire, ducto argumento, uniuersim pronunciat Hip. Septimanas omnes propriè dictas ternarijs coniunctas esse. N. 40. Nisi fortè id uult, septimanas criticas omnes eas potißimum statuendas, quæ uinculo communi triadem tetradi iungunt.

Formam *siue considerādi modum, qui totus in serie dierum secundùm quaternarios & septenarios positus est. Considerantur ergo dies critici secundùm septimanas, quarum tanto maiores sunt uires, quanto coniunctiores fuerint: tanto imbecilliores, quanto disiunctiores. Ad cuius rei intelligentiam cōsiderare oportet septimanarum tum*

Singillatim *in qualibet septimana. Pars igitur anterior parti posteriori per commune uinculū uel*

Non est iuncta. Quod in ijs quæ octo diebus constāt septimanis uerum est. Etsi enim actu quidē octo sunt: potestate tamen quartus & quintus coincidere uidētur. Et harum fortasse septimanarum minor uis est in iudicando, quàm superiorum.

Formam, *hoc est, dierum ex quibus componuntur connexionē uel*

Coniunctim, *quando septimana præcedens cū sequente confertur. Vide fig.* VI.

V. Ergo in

Genere proponit, omnes criticos dies in uniuersum considerari debere ad medico, salutis potius ægrorum quàm sui lucri cupido. N. 36. Hic enim scopus esse debet uiri boni, quem & honor & utilitas sua sponte consectantur.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 221 sur 736

©BIUM

VI. Collatio duorum est generũ. Altera

Simplex, quando uno tantum modo septimanæ duæ inter se conferuntur: nimirũ uel secundũ

Τριάδας, hoc est, triadẽ cum sua tetrade in utraq; septimana conferendo. Sic igitur septimanæ duæ uel sunt

Similes. Quoniam in utraq; trias suæ tetradi uel iuncta

Est. Harum septimanarum se consequentium maius momẽtum est, sunt etiam frequentiores. Exempli causa, similes sunt prima & secunda septimana, cùm utrauis cõmuni uinculo, illa quaternarij, hæc undenarij, triadem tetradi connectat.

Non est, harum proinde minus esse uidetur momentum, sũntque admodum raræ. V. G.

63 64 65 66
67 68 69 70
70 71 72 73
74 75 76 77

Dissimiles, quoniam in altera iungitur trias tetradi, in altera non iungitur: & propter hanc dissimilitudinem minor est uis septimanarum se consequentium. Exempli loco:

21 22 23 24
24 25 26 27
27 28 29 30
31 32 33 34

Τετράδας, hoc est, tetradem præcedentis cum triade sequentis septimanæ, utrum communi uinculo iunctæ sint nẽne, perpendendo. Vide signum ☞

Duplex, quando & trias uniuscuiusq; cũ sua tetrade, & tetras præcedẽtis cũ triade sequentis cõfertur. Huius collationis tanquam maximi momenti Hip. meminit n. 40. & 41. Sic igitur duæ septimanæ inter se collatæ, et secundùm τετράδας uniº & alterius τριάδας conſideratæ, uel sunt

Absolutè inter se

Inæquales. Nã & cõnexione partiũ dissimiles, et nullo cõmuni uinculo cõstrictæ. Δύο παρὰ δύο ἀσυμμιγεῖς. N. 41. (ut legit Allemãtiº. Nã si συμμιγεῖς retineas, παραλογίαν cõmittetur.) Duæ septimanæ nullo duorũ modorũ cõstrictæ, nec partiũ suarũ similitudine, nec cõmuni uinculo medio. Quarũ in iudicãdo propter nullã affinitatẽ minor efficacia uidetur esse. Exẽpli causa, Seq. duæ septimanæ uinculo cõmuni nõ iungũtur, quia 77. & 78. disiuncti. Neq; uerò inter se sunt similes, cũ præcedẽs sit disiuncta, sequens suis partib. coniuncta.

70 71 72 73
74 75 76 77
78 79 80 81
81 82 83 84

Æquales, nimirũ & connexione partiũ similes, & cõmuni uinculo constrictæ. Δύο παρὰ δύο συνεζευγμένας uidetur appellare. N. 42. Quarum maximũ est momentum in iudicando, propter coniunctionẽ arctißimam. Duæ septimanæ duobus modis coniunctæ: nimirum tum quia trias singula suæ tetradi iungitur, qui modus unus est ratione, licet in subiecto sit gemino: tum quia tetras præcedentis, triadi iungitur consequentis: qui modus alter est. Exempli causſa sint hæ septimanæ:

8 9 10 11
11 12 13 14
14 15 16 17
17 18 19 20

Secundùm quid inter se æquales & inæquales. Et propterea mediarum in iudicando uiriũ. Ergo duæ septimanæ inter se uinculo medio uel

Sunt coniunctæ, sed partium suarum commistione dissimiles, cùm alterius trias tetradi sit iuncta, alterius uerò disiuncta. Sic in seq. duabus per 27. præcedens sequenti septimanæ iungitur: præcedentis uerò trias suæ tetradi iuncta est, sequentis trias suæ tetradi non est iuncta.

21 22 23 24
24 25 26 27
27 28 29 30
31 32 33 34

Non sunt coniunctæ, sed partium suarum commistione similes, cùm utriusq; trias suæ tetradi sit iuncta. Quaternarius & undenarius, paria uincula, septimanas similes faciunt. Septenarius & octonarius disiuncti, septimanas ipsas disiungunt, in hisce:

1 2 3 4
4 5 6 7
8 9 10 11
11 12 13 14

☞ Hanc

©BIUM

Coniunctæ uinculo communi medio, & propterea in decernendo efficaciores. Quod frequentißimè in ijs quæ à 17. ſurgũt uſuuenit. Ex primis enim ſecunda cũ tertia iungitur, quarta cum quinta, quinta cum ſexta, ſeptima cum octaua, & ſic deinceps. Verbi gratia:

8	9	10	11
11	12	13	14
14	15	16	17
17	18	18	20

Diſiunctæ, uinculo communi medio carentes: & propterea in decernendo minus potentes. Et hoc frequentius in ijs quæ à 18. ſurgunt. Nam primæ ſeptimanæ omnes ſunt diſiunctæ, uſq; ad nonam, quæ decimæ, & decimam, quæ undecimæ iungitur. Vtputa

8	9	10	11
11	12	13	14
15	16	17	18
18	19	20	21

Hanc collationem ſubintelligẽdam relinquit ex ſequentibus. Sic igitur ſeptimanæ uel ſunt

Proponit. Intra hanc enim frequentißimi abortus fiunt: & ſi hanc tranſmiſerit prægnans, periculum abortus effugiſſe uidetur. N. 43.

Frequentiores intra primam quadragenariam fiunt, teſte experientia, propter embryonis debilitatem. N. 44.

Declarat. Etenim abortus.

Primam, quæ etiã ordine prima eſt, à conceptu ad quadrageſimum uſq; diem protenſa. Huius uires

Rariores ſupra primã quadragenariam fiũt, propterea quòd fœtus robuſtior eſt, & ſenſim omnibus ſuis mẽbris conformari incipit. N. 45. Cuius cõformationis, circa hunc dierum numerum euenientis, τὸ

ὅτι οὐδὲ dit. In

Mare ualde manifeſta eſt & perſpicua. N. 46.

Fœmella obſcurior exiſtit, & carnea ueluti maſſa apparet, certas protuberantias habens. N. 47.

διότι ſubinfert, cur mas citiusquã fœmina conformetur. Per contentionem expoſuit:

In utero quidẽ fœmina tardius naſcitur, conformatur, & ſeparatur, propterea quòd eiuſdem eſt naturæ per omnia cũ matre. Itaq; ſimile in ſimili diutius manet, & ſimile in ſimile minus agit. N. 48. Vti etiam Ariſt. lib. 4. de Gener. anim. cap. 6. & Gal. lib. 8. de Vſu part. cap. 6. ὅμοιον ὁμοίῳ γνώριμον εἶναι inquit.

Extra uterum uerò, à matre ſeparata fœmella citius creſcit & adoleſcit, quàm mas, propter debilitatem natiuam, & mollem educationem. N. 49. Sic tilia uno anno multo altius aſſurgit quàm quercus.

VII. Quadragenariæ dierum ad Mẽſium numerũ referri debere uidentur, quatenus menſis octauus compoſitus ſextam quadragenariam Hip. conſtituit. Quadragenariarum autem uires in puerorum corporibus teneris præcipuè conſiderat Hip. earũ præſertim, quæ inſignes mutationes edere ſolent, trium numero, primæ uidelicet, ſextæ, & octauæ. Quemadmodum enim ex diebus primos & ſeptimos maximè notabat: ita ex quadragenarijs prædictas tres. Etſi igitur ſeptẽ ordine quadragenarijs geſtatio fœtus nouimeſtris circumſcribitur, inter has tamen ratione dignitatis tres principes ſtatuit: & quidem

Secundam, à 200 die uſq; ad 240 extendit, ordine ſextã, octauum mẽſem ſuo ambitu comprehendentem: per quem totum ſolent pueri grauiter affligi, ob præcedentem motum irritum ſeptimi menſis. De qua re in præced. egimus. N. 50.

Tertiam, à 240 ad 280 terminat, ordine ſeptimam, naturali partu inſignem. Vide ſignum ☙

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 223 sur 736

Declarat. Alacritas sensuum & ingenij acrimonia ex eo colligitur, quòd septima hacce quadragenaria editi, lucem obtuentur, & sonos audiunt: quorum neutrum ij, qui maturius editi sunt, facere consueuerunt. Itaque per hanc quadragenariam plurimum perfectionis fœtui accedere uidetur. N. 52.

In tertia quadragenaria editi pueri alij iudicantur ad

Vitam, & superuiuunt, qui corpore simul robustiores, & animo uegetiores esse apparent, quantumuis à sexta quadragenaria præcedente nondum plenè sese recollegerint. N. 51. Id quod de alacritate sensuum & ingenij dixerat

Confirmat distinctione. Ingenium pueros habere

Communiter quidem omnes in uniuersum, quocunq; tempore nati sint, in primo statim ortus sui die, apparet. N. 53. Etenim & quando

Dormiunt, rident in somnis & plorant. N. 54. Nam cùm in utero assueuerint dormire, extra uterum quoque dormientes magis secundum naturam se habere uidētur, quàm dormientes, adéoque in somnis ingenium longè luculentius quàm dum uigilant se exercere conspicitur.

Euigilant sua sponte, nullo strepitu uel motu expergefacti, interdum rident & plorāt, propter eam quæ illis in somnis modò contigit naturalem pristini sui status ueluti reminiscentiam. N. 55.

Peculiariter uerò eos, qui septima sunt nati quadragenaria, illud ostendit, quòd si pueri alio tempore nati, uel strepitu uel motu quouis alio uigilantes turbentur, neque rident, neque plorant: at septima nati quadragenaria uigilantes & strepitum audiunt, & lucis splendore delectantur, & strepitu exterrentur. Quæ omnia sensuum alacritati attestantur. N. 56. Ratio. Nam qui hoc tempus nondum attigerunt, ut maximè membra omnia perfecta habeant: tamen quia organa capitis muco & pituita opleta habent, non possunt animæ sensitiuæ fungi munijs. N. 57.

Mortem, qui stupidiores apparent, διὰ τὴν μοῖραν, ex fato peculiari, quod ipsis accidit, cùm plerique alij hoc tempore editi uitales sint. Nam cùm tanta sit muci & pituitæ copia, ut eam natura illorum concoquere nequeat, in ea ueluti suffocantur, & in octaua quadragenaria extra uterum pereunt. N. 58. Illustrat corollario: Vt uel hinc discamus, omnia ex ijsdem orta principijs eandem parētem naturam habere (quod com. de Principijs, & de Diæta, & de Nat. hum. pluribus docuit) & propterea ijsdem temporibus mutationes illis accidere quo ad uitam simul & interitum. Id quod inductione singularium declarari potest. N. 59. Notum est illud Pythagoræ, —φύσις διὰ παντὸς ἴσον.

HIP-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 224 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΟΚΤΑΜΗΝΟΥ

De Octimestri.

QVOD[1] uerò ad octimestris partus editionem attinet, aio puerulos duas se mutuo consequẽtes afflictiones ferre non posse, & propterea octimestres non manere superstites. Cõtingit enim ipsos consequenter affligi, tum ea quæ in utero fit afflictione, tum ea quæ in partu accedit. Et idcirco nullus octimestris uitalis est. [2] Vti uicissim & decimestres appellatos, in septem quadragenarijs dierum potissimum in lucem edi sentio, & propterea maximè conueniens esse, ut educentur. Nam perfectissimus est fœtus in primis quadraginta diebus: [3] ubi uerò plures accesserint, perit. Coguntur enim multa in pauco tempore assumentes ac perferentes, multum ægrotare, ex quibus mors consequitur.

[4] Incipit autem laborare puer ante partum, & interitus periculum subit, quum in utero uertitur. [5] Oriuntur enim omnes sursum habentes caput. In lucem autem prodeunt multi in caput, & tutius multo discedunt his qui in pedes eduntur. Contractæ enim corporis partes sua diuaricatione impedimento non sunt, puero in caput exeunte. Verùm quum in pedes prodierit, obturamenta contingunt. [6] Inuersiones quinetiam in utero aliud periculum afferunt. [7] Namque umbilici puerorum iam sæpe circa colla apparuerunt. Quauis enim circa partem quamcunq; umbilicus implicari possit utero attentus, magis tamen hac parte capitis puer umbilici circumactionem, dum uertitur, faciet, aut circa ceruicem. Si uerò iuxta humerum umbilici implicationẽ reniti contingat, tunc etiam matrem magis laborare necesse est, & puerum aut perire, aut difficilius exire. Quare multi iam pueri principium morbi intus nacti prodiere, ex quo alij perierunt, alij morbosi superuixerunt. [8] Quotquot uerò probè ac tutò prodierint, & in conspicuum exierint, derepente ex necessitate in uentre liberati, crassiores ac maiores quàm pro ratione statim euaserũt: non quòd incrementum hoc fit, sed œdema, unde sanè multi pereunt. Nisi enim tumor resideat citius quàm tertio die, aut paulo tardius, morbi ex ipso fiunt. [9] Iam uerò etiam alimenta ac respirationes per

ΕΠΙ[1] δὲ ὀκταμήνου γενέσιος φημὶ, διὰ τὰς ἐφεξῆς κακοπαθείας γινομένας ἀδυνάτους εἶναι τρέφειν τὰ παιδία· καὶ διὰ τοῦτο γίνεσθαι τὰ ὀκτάμηνα. συγκυρεῖ γὰρ αὐτοῖς ἐφεξῆς κακοπαθεῖν, τήν τε ἐν τῇ μήτρῃ γινομένῳ κακοπαθείαν, καὶ τὴν ὅταν ὁ τόκος γίνηται. καὶ διὰ τοῦτο τῶν ὀκταμήνων ἀδὲν γίνεται. [2] ἐπεὶ δὲ τὰ δεκάμηνα καλεόμενα λέγω ἐν ἑπτὰ τεσσαράκοντ' ἡμέραις μᾶλλον πίπτειν, καὶ μάλιστα πεφυκέναι σκηνέφειν καὶ τελεώτερον εἶναι ἐν ταῖς πρώτας τεσσαράκοντα ἡμέραις. [3] ἐπὴν γένηται πλείω, ἀπόλλυται. ἀναγκάζεται γὰρ πολλὰ μεταλαμβάνοντα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ νοσεῖν, ἐξ ὧν οἱ θάνατοι γίνονται.

[4] ἄρχεται δὲ πονέειν τὸ παιδίον πρὸς τὸν τόκον γινόμενον, καὶ κινδυνεύειν ἀπολέσθαι, ὅταν ἐν τῇ μήτρῃ στρέφηται. [5] φύεται γὰρ πάντα, ἄνω τὴν κεφαλὴν ἔχοντα. πίπτεται δὲ πολλὰ ἐπὶ κεφαλὴν, καὶ ἀσφαλέστερον ἀπαλλάσσει τὰ ἐπὶ πόδας πεπτωκότα. τὰ γὰρ συγκαμπτόμενα τοῦ σώματος ἐπὶ κεφαλὴν οὔπω κωλύει ἰόντος τοῦ παιδίου· ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν ἐπὶ πόδας ὁρμήσῃ, τὰ ἐμφράγματα γίνονται. [6] αἱ γὰρ στροφαὶ ἐν τῇ μήτρῃ καὶ ἄλλον κίνδυνον. [7] καὶ οἱ ὀμφαλοὶ πολλάκις ἤδη τῶν παιδίων ἐφάνησαν περὶ τοὺς τραχήλους. ἢν γὰρ κατὰ τὸ μόριον ὁποτερονοὖν τύχῃ ὁ ὀμφαλὸς τῇ μήτρῃ περατούμενος, μᾶλλον τοῦτο τὸ παιδίον τὴν κεφαλὴν τὴν περιαγωγὴν τοῦ ὀμφαλοῦ στρεφόμενον ποιήσεται, ἢ περὶ τὸν αὐχένα. ἢν δὲ κατὰ τὸν ὦμον τὴν περιβολὴν τοῦ ὀμφαλοῦ αὐτείνειν, τούτου δὲ γινομένου, καὶ τὴν μητέρα ἀνάγκη πονῆσαι μᾶλλον, καὶ τὸ παιδίον ἢ ἀπολέσθαι, ἢ χαλεπώτερον ἐξελθεῖν. ὥστε ἤδη καὶ πολλὰ σῶμα τὴν ἀρχὴν τῆς νόσου τῶν παιδίων ἤλθεν ἔχοντα, ἐξ ἧς τὰ μὲν ἀπώλετο, τὰ δὲ νοσήσαντα περιεγένετο. [8] ὁκόσα δ' αὖ εὐπορήσαντα, καὶ ἀσφαλέως, καὶ ἐς τοὐμφανὲς ἐξίκηται, αὐτίκα ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀνάγκης τῆς ἐν τῇ μήτρῃ, παχύτερα καὶ μείζω παραυτίκα ἢ κατὰ λόγον ἐγένετο, οὐκ αὐξήματος, ἀλλ' οἰδήματος γινομένου, ἐξ ὧν δὴ πολλὰ ἀπώλετο. ἢν γὰρ μὴ σωίζῃ τὸ οἴδημα ταχέως ἢ τριταῖον, ἢ ὀλίγῳ πολυχρονιώτερον, νοῦσοι γίνονται ἀπ' αὐτέου. [9] αἵ τε τροφαὶ καὶ ἀναπνοαὶ σφαλεραὶ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 225 sur 736

©BIUM

λερὰ μεταλλαττόμενα. ἢν τι γὰρ νοσερὸν ἐπάγοντα, κατὰ τὸ στόμα ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας ἐπάγουσι). [10] ἢ αὐτὴ τοιαύτη εἶναι τὰ ἐσιόντα, ὅσα ἐξαρκέει, ἢ μὴ περιγίνεσθαι, πολλῷ πλέω εἰσέρχεται. ὥστε ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ἐσιόντων, ἢ ὑπὸ τῆς διαθέσιος, ἣν διάκειται τὸ σῶμα τοῦ παιδίου, [2] ἤδη τὰ μὲν κατὰ τὸ στόμα τε ἢ τὰς ῥῖνας πάλιν ἐξιέναι, τὰ δὲ κατὰ τὸ ἕτερον κατὰ τὴν κύστιν κάτω περιέσθαι, πρόσθεν ἢ δεκάτεων ἔτος γενόμενον. [11] ἢ αὐτὴ πολλάκις τε καὶ χυμῶν ἔτι συγγενέων (οἷς δὲ ἀνάγκη ἐν τῇσι μήτρῃσι γίνεσθαι σωηθέλω τε ἔχοντα καὶ εὐμενείλω) πᾶσι ξείνοις χρῆται, ὡμοτέροισι, καὶ ξηροτέροισι, ἢ ἧσσον ἐξιωθρωπισμένοισιν, ἐξ ὧν ἀνάγκη πόνους γίνεσθαι πολλοὺς, πολλοῖς δὲ καὶ θανάτους. [12] ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι πολλάκις αἱ μεταλλαγαὶ τῶν χωρίων τε ἢ τῶν διαιτημάτων τὰς νόσους ποιέουσιν. [13] ὁ δὲ αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν ἐσθημάτων. αὐτὴ γὰρ τοῦ σαρκὸς καὶ χυμοῖς ἠμφιέσθαι χλιεροῖς τε, ἢ ὑγροῖς, ἢ συγγενέσι, τοιαῦτα ἀμφιέννυσι) τὰ παιδία, οἷά περ οἱ ἄνδρες. [14] ὁ δὲ ὀμφαλὸς, δι' οὗ αἱ εἴσοδοι εἰσὶ τοῖσι παιδίοισι, μοῦνον τοῦ σώματος τῇ [b]μήτρῃ περὶ προσέρχεται, διὰ τενέων καὶ κοινωνεῖ τῶν ἐσιόντων, τὰ δὲ ἄλλα ξυμμύει, ἢ οὐκ ἀνεστομωμένα ἐστὶ πρόσθεν, ἢ ἂν ἐξόδου ἢ τὸ παιδίον ἐκ τῆς μήτρος. [15] ὁκόταν δὲ ἐν ἐξόδῳ ᾖ, τὰ μὲν ἄλλα ἀνεστόμωται, ὁ δὲ ὀμφαλὸς λεπτύνεται τε, καὶ ξυμμύει, καὶ ἀποξηραίνεται. [16] ὥσπερ δὲ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοις οἱ καρποὶ ἀδρυνόμενοι ἀποκρίνονται ἢ ἀποπίπτουσι κατὰ τὴν ἰδίην φύσιν· [17] ἕτω καὶ τοῖσι παιδίοισι ἀδρυνομένοις τε ἢ τελείοις γινομένοις ὁ μὲν ὀμφαλὸς ξυμέμυσε, τὰ δὲ ἄλλα ἀνεστόμωται, ὥστε εἰσδέχεσθαί τε τὰ ἐσιόντα, καὶ ἐξόδους ἔχειν κατὰ φύσιν, ἣσιν ἀνάγκη τοὺς ζῶντας χρέεσθαι. [18] ἕκαστα γὰρ χωρίζεται ῥέποντα, κατὰ τὰς συλλοχείας.

[19] κρατιστεύει δὲ τὰ τῷ ἡλίῳ ξυντροφώτατα. [20] οἱ δὲ ἑπτάμηνοι τῶν τόκων ἢ ἐνδεκάμηνοι, ἐκ τῶν ἑπτὰ πρὸς ἑξηκοντάδων τὸν αὐτὸν τρόπον γίνονται), ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ἐνιαυτοῦ οἱ ἑπτάμηνοι. [21] πᾶσι γὰρ πλείοσι τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν μήτρῃ λαμβάνειν μετὰ τὰ καταμήνια, ἢν ἴσῃ ἡ λύσις. δεῖ δὲ τοῦτο τῇ γυναικὶ χρόνον δῆναι τοῦ μηνὸς, ἐν ᾧ αὐτῇ ἡ κάθαρσις ἔσται. καὶ ὁ χρόνος ἔστι ἧσιν ἐλάχιστος γίνεται τρεῖς ἡμέραι, τῇσι δὲ πλείσῃσι καὶ πολὺ πλείονες. [22] ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ κωλύματα καὶ τοῖς ἀνδράσιν, ἐξ ὧν βραδύνεται ἡ σύλληψις.

[23] χρὴ δὲ ἐν τοῖς μάλιστα ἢ τόδε λογίζεσθαι, ὅτι ἡ νουμηνίη, ἡμέρη μία ἐστὶ, ἐγγύτατα τριηκοστημορίου ἐστὶ τοῦ μηνός. αἱ δὲ δύο ἡμέραι, ὀγδοὸν πεντεκαιδεκατημόριον τοῦ μηνός. αἱ δὲ τρεῖς ἡμέραι, δεκατημόριον τοῦ μηνός. καὶ τἄλλα κατὰ λόγον τοῦτον. καὶ ἐκ οἷόν τε ἐν τοῖς ἐλάσσοσί τε μορίοις μᾶλ-

periculosè mutantur. Si quid enim insalubre attrahunt, per os & per nares attrahunt. [10] Nam cùm tantum alimẽti ingeri oporteat, quod satis sit, neque interim superfluat, tamẽ multo copiosius ingeritur: adeo quidem ut cogantur prę ingestorũ copia, & pro habitudine, qua pueri corpus affectũ est, alia quidẽ per os & nares rursus exire, alia uerò per intestinum ac uesicam infernè secedere, cùm nullum horum antea contingeret. [11] Iam cùm loco spirituũ & succorum ualde cognatorum (cum quibus necessariò puer in utero consuetudinem & amicitiam colebat) omnibus peregrinis utatur, crudioribus ac siccioribus, minusque naturæ humanæ accommodatis: necesse est inde dolores oboriri multos, plerisq; etiã mortes: [12] quando quidẽ & ipsismet uiris mutationes locorum ac uictus, morbos causantur. [13] Eadem ratio est & de uestibus. Pro eo enim quòd carne & succis induti fuerunt, ijsq; tepidis ac liquidis & cognatis, easdem uestes pueri induunt, quales ipsi uiri. [14] Præterea uerò umbilicus, per quem alimẽti & aeris ingressus pueris contingit, solus ex omni corpore utero adhæret, & hac uia puer ingredientium particeps fit, reliquis partibus conniuentibus nec prius apertis, quàm exitũ ex uentre moliatur. [15] At ubi in exitu fuerit, tunc reliquæ partes omnes aperiuntur, umbilicus solus attenuatur, & conniuet, & resiccatur. [16] Quemadmodum enim in his, quæ ex terra nascuntur, fructus maturitatem suam adepti secernuntur ac decidũt, qua parte connati erant: [17] sic etiam pueris maturis ac perfectis, umbilicus quidem obturatur, reliqua uerò aperiuntur, ut & ingredientia suscipiant, & exitus habeant secundùm naturam, quibus necesse est uiuentes uti. [18] Singula enim secedunt sensim repentia secundùm purgamenta puerperij.

[19] Porrò ualidissimi sunt fœtus, qui sole maximè nutriuntur & fouentur. [20] Decimestres autem & undecimestres partus, ex septem quadragenarijs eodem modo fiũt, quo ex dimidio anno septimestres. [21] Plerasque enim mulieres necesse est in uentre concipere, post menstrua purgamenta, cùm ab his solutæ fuerint. Oportet igitur mulieri tempus dare mensis, in quo ipsa purgatio contingat: & hoc tempus quibus breuissimum est, tres sunt dies: plerisque autem multo plures. [22] Sunt autem & alia multa impedimenta etiã in uiris, ex quibus conceptus retardatur.

[23] Cæterùm hæc uel maximè cõsiderare oportet: nouiluniũ, qd' dies unus existit, exactissimè trigesimam mensis partẽ esse: Duos aũt dies, ferè quindecimã mẽsis partẽ: Tres uerò dies, partem mensis decimam: & reliqua iuxta hanc proportionem. Neque fieri

©BIUM

poteſt, ut minori ſpacio uel menſtrua ſoluantur, uel fœtuum conceptus fiãt. [24] Ex his igitur omnibus neceſſarium eſt pleraſque mulieres, quæ circa plenilunium in uentre conceperunt, ulterius geſtare uterum, ut ſæpe uideantur undecimum menſem attingere, quę reuera ducentos tantùm & octoginta dies compleuerunt. Tot enim dies ſeptem quadragenarias conſtituunt. [25] Nam quum ultra plenilunium mulier cõcipit, neceſſe eſt eum conceptum undecimum menſem attingere, ut ſcilicet ad ultimum circuitum perueniat.

A μᾶλλον γίνεσθαι ὅτε τὴν λύσιν τῶν καταμηνίων, ὅτε τὴν σύλληψιν τῶν ἐμβρύων. [24] ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἀναγκαῖον ἐστὶ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν περὶ διχομηνίην ἐν γαστρὶ λαβούσαις, καὶ πορρωτέρω. ὥστε πολλάκις δοκεῖν ἐπιλαμβάνειν τοῦ ἑνδεκάτου μηνὸς, τὰς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίας. τοῦτο γάρ ἐστιν ἑπτὰ τεσσαρακοντάδες. [25] ὅτι γὰρ [a] ἢν ἔξω τῆς διχομηνίης ξυλλαμβάνει ἡ γυνὴ, τοῦτο πᾶν ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνὸς ἐπιλαμβάνειν, [b] ἵνα περ ἐς τὴν τελευταίην περίοδον κυρτῇ.

[a] ἂν

[b] ἢν περ ἐχῇ τελευταίην περίοδον ἑκάστην.

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΟΚΤΑΜΗΝΟΥ.

CONſideremus hic pariter

- Inſcriptionem:
  - ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. De auctore neminem dubitare exiſtimo, cui uel ſtylus uel ſecta nota ſit Hippocratea.
  - ΠΕΡΙ ΟΚΤΑΜΗΝΟΥ, hoc eſt, de partu pueri in pares menſes incidente, in octauum ſcilicet inſalubrem, & in decimum medio modo ſe habentem.
- Deductionem. De pueri octimeſtris & decimeſtris ortu diſputat partim ἐκ τὰ τὸ
  - Ὅτι. Ergo
    - Octimeſtres dicti, qui octauo menſe edũtur, inſalubri penitùs, in ſexta quadragenaria dierum (uti com. de Sept. n. 11. & ſeq. explicauit) neceſſariò moriuntur, propterea quòd duas afflictiones conſequentes perferre nequeunt. In utero propter motum ſeptimi initio factũ ægrotarunt. Extra uterum pariter propter labores, quos in partu pertulerunt, ægrotare eos neceſſe eſt. N. 1. Itaq; menſis octauus penitùs inſalubris eſt, & intra uterum manentib. & extra uterum editis. Fracaſtorius lib. 1. de Sympathia rerum, cùm ſemen aliud ſeptimeſtre, aliud nouimeſtre ſtatuat, octauo menſe genitos neceſſariò mori dicit. Nam cùm nõ niſi de nouimeſtri ſemine eſſe poßint, octauo editi immaturi & præcoces ſunt, & propterea minimè uitales. Chaldæi ad dominij ſeptem planetarum uires referunt, quorum ſingulos ſingulis menſibus præeſſe uolunt. Itaq; ſeptimo menſe editum perfectum eſſe & uitalem: octauo autem, redeundo ad Saturnum tardum & minimè benignum, eius maleficio ita affici, ut quodammodo congelatus laboret ſimul, & in lucem editus non ſuperuiuat. Gal. de Philoſophica hiſtoria, Mathematicos dicit octauum menſem inimicũ partui pronunciare, quia nulla ſocietate octauum ſignum Zodiaci cum primo teneatur. At ſeptimum amicum, quoniam oppoſita radiatione iungatur. Et lib. de Defin. med. octonarium parem, & coniunctum, nec decretorium eſſe ait: Septenarium uerò imparem, diſiunctum, & decretorium. Arithmetici imparem perfectum ſtatuunt, mari & formæ ſimilem, parem imperfectum, inſtar fœminæ, cuius proprium ſit pati, ut illius agere. Præter id quòd octonarius cubus ſit & ſolidus. Hæc ex Allemantio.
    - Decimeſtres appellati, menſe nati decimo, medium ſalubritatis & inſalubritatis locũ obtinente, alij uitales
      - Sunt, & citra periculum educantur, ij qui in primis diebus ſeptimæ quadragenariæ ſunt editi. N. 2.
      - Non ſunt, maiori ex parte, qui ſupra ſeptimam quadragenam in utero permanent. Nam quo diutius uteri calori aſſueuerunt, eo grauius ferunt aẽrem externum. Iam cùm quo prouectiores ſunt ætate, eo plus alimenti requirant intra uterum, neque illud à matre ſubminiſtrari poßit, exiguo licet tempore illic adhuc manentes, uehementer tamen lædi conſentaneum eſt: mox uerò in lucem editos, cũ propter præcedentem famem multum alimenti aſſumant, longè ab eo, cui hactenus in utero aſſueuerant, diuerſi, neq; illud concoquere poßint, ob hanc etiam mutationem uictus, & quo ad qualitatem & quo ad quantitatem, in graues morbos incidere neceſſe eſt, quibus ferè interimuntur, maximè ſi partus contingat laborioſior. N. 3.
  - Διότι. Vide ſignum A.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 227 sur 736

A. Cauſam igitur affert tum

Periculi, quod fœtus partui proximus (tum octimeſtris, ad huc ex morbo debilis, tum decimeſtris, moram diuturniorẽ propter reſpirationis neceßitatem non ferens) incurrit, dum in quærendo exitu ſeſe mouet & inuertit, caput deſurſum in imum cõuertens. N. 4. Ex eo enim motu periculum ſubit, quoniam exitus celeritas impeditur uel propter

Pueri ſitum, ſi non in caput feratur (qui motus ſecundùm naturam eſt, & ſine periculo) ſed præter naturam, uel obliquus, uel duplicatus, uel in pedes: inter quos modos poſtremus maximè periculoſus eſt. Naſcuntur enim omnia caput ſurſum habentia, hoc eſt toto geſtationis tempore fœtus ab umbilico medius appenſus, capite internam uteri ſuperficiem membranis intermedijs attingit, nares inter genua, oculos ſupra, aures extra habens. Vti etiam Ariſt. lib. 7. de Hiſt. animal. cap. 8. licet Varro apud Gell. lib. 16. cap. 16. confixos in utero pueros eſſe dicat, à capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis, inſtar arboris, ſic ut caput ſtirpi, ſiue caudici, artus ramis aßimilentur. Ergo ubi partus inſtat, puer ad uteri collum procumbere incipit, & capite uiam ſibi facit, tanquam pondoſiore parte totius corporis & agiliore, ut Ariſt. lib. 4. de Generat. animal. cap. 9. Itaque hic motus ſecundùm naturam eſt, propter grauitatem capitis (uti etiam com. de Nat. pueri n. 212.) & ſine periculo, quoniam artus extremi complicati non impediunt exitum. At ſi incondito motu, præſertim in matris nixibus, huc illuc feratur, naturali ſitu amiſſo, ipſe ſibijpſi uiam obſtruit. N. 5.

Vmbilici *inuolutionem. Inuerſio enim pueri præter ſuprà dictum etiam aliud periculum creat. Num. 6. tum*

In *utero, quoniam umbilicus, cui attenſus puer eſt, iugulo implicatus aut circumuolutus exitum impedit, ut ex diuturna mora ſuffocari poßit. Etſi enim umbilicus cuiuis membro pueri implicari poßit, tamen ut facilior, ſic periculoſior eſt, quæ circa iugulũ fit ex capitis inuerſione conuolutio, quàm circa ceruicem, propter geminum ſuffocationis periculum, ex mora ſcilicet, & ex faucium præcluſione. Alioqui etiam ſi circa humerum uel quamuis aliam partem inuolutus umbilico retineatur fœtus, & mater difficilius pariet, & fœtus uel in ipſo partu peribit, uel grauiter læſus in lucem edetur, ſiue ſuperuiuat, ſiue moriatur. N. 7.*

Extra *uterum. Poſteaquam in lucem editus puer periculum ſuffocationis effugerit, non minus tamen extra uterum periclitatur, tum propter*

Præcedentem *uterinam afflictionem in ipſo partu perpeſſam. Nam ex prædicta umbilici implicatione exitum impediente, carnes pueri teneræ compreſſæ, intumeſcunt, & propter ſeri affluxum œdema uel totius corporis, uel certè eius partis, quæ præ cæteris hoc malum ſenſit, perpetiuntur. Qui tumor laxus niſi intra triduum uel quatriduum reſideat, morbos graues uel etiam mortem affert. N. 8.*

Subſequentem *uictus mutationem, quo ad aërem & alimenta. N. 9. Vide ſignum B.*

Tarditatis, *cur alij maturius, alij ſerius in lucem edantur. Notum eſt Ariſtotelis illud, Sol & Homo generant hominem. Eo multo antiquior Hippocrates, cauſas tardioris uel celerioris partus ponit geminas. Sumtas partim à*

Sole, *uitæ datore & conſeruatore.* τὰ τοῦ ἡλίου ξυμπροφόρατα (*qui fœtus motum ſolſtitialem uel æquinoctialem ſolis ſequuntur*) ὑφαιτιῶνται, *ualidiſſimi ſunt ad ſuperandas & externi aëris & peregrini alimenti iniurias, tum etiam ad eas quas in utero pati coguntur afflictiones. N. 19. Qui edũtur cum ſole, id eſt, poſt ſolſtitium hybernum, aut uerno æquinoctio, ſolis ad nos redeuntis uires euidentius percipiunt, eáque propter uegetiores & ſucculentiores & uiuaciores ſunt ijs, qui ſole à nobis recedente generantur: quandoquidem ſol ad Cancrum aſcendens rerum exortus, ad Capricornum retrocedens, earundem interitus afferre dicitur: & Plato haſce duas cœli portas, animarum deſcendentium & aſcendentium ſtatuit.*

Homine *ſeminante. Vide ſignum C.*

B. Ex

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 228 sur 736

©BIUM

Quantitatem. Nam cùm ea cibi quantitas esse debeat, quæ proportione respondeat corpori alendo, ita ut sufficiens sit, neque superet (μὴ πλεονάζειν, hoc est, non superet actionem caloris nativi, sed ab illo superetur) simulatq; tamen in lucem editus puer est, cibi longè maior copia assumatur, quàm in utero: propterea quòd cibus multa heterogenea habet admixta, quæ in excrementa abeunt, ita ut una uncia sanguinis in utero plus substantiæ alimentaris in se contineat, quàm libra una cibi: necesse erit cibum uel crudum manere, uel saltem facta concoctione ea, quæ impura sunt, per uias inferiores intestinorum & ueficæ, item superiores narium atq; oris excerni. Quæ excretio & propter insolentiam suam, & propter spiritum exinanitionem, molesta est, & periculosa. N. 10.

Ingrediũtur, Spiritus nimirum & Alimẽta. Mutatio igitur horum insignis contingit tum quo ad

Qualitatem. Nam loco spiritus temperati per arterias, & loco sanguinis purioris ad uterum per uenas confluentis (quorum illum respirando arteriæ umbilicares, hunc uenæ umbilicares alimoniæ gratia attrahunt, utrunque sanè & natura sua & assuetudine ipsa fœtui conuenientissimum) cogitur statim ubi in lucem editus est & peregrinum intemperatumq; spiritum respirando per os attrahere, & crudius, siccius, naturæq; humanæ dissimilius alimentum assumere. Vnde morbi, non paucis etiam mors contingit. N. 11. Confirmat à maiori. Nam si adultis mutatio repentina uictus quo ad aërem & alimenta morbos parit, multò magis pueris longè tenerioribus & debilioribus, quàm utri sint. N. 12.

Diuersitatẽ tũ quo ad ea, quæ corpus

Circumstant, locant, atque fouent, quæ Vestimentorum nomine complectitur. Nam fœtus qui in utero calido mollibus & humidis & cognatis membranis inuolutus fuerat, simulatq; in lucẽ editur, aëris frigidioris occursum persentiscit, & ut quàm maximè pannis tegatur, non tamen alijs quàm quibus adulti solent. N. 13.

B. Explicat ergo uictus mutati

In utero est, solo umbilico utero adhæret, & à matris arterijs spiritum, à uenis uerò sanguinẽ haurit, secundinæ innumeris uasis in duas uenas & totidem arterias umbilicares desinentibus. Reliquæ uiæ omnes puero clausæ sunt, ut nihil per eas neque intromittat, neque emittat. N. 14. Quomodo igitur com. de Principijs n. 72. puerum in utero labijs contractis sugere dicit, si hoc loco ante partum omnes uias, excepto umbilico, clausas esse fatetur? Quomodo etiam com. de Nat. pueri, præsertim uerò Arist. 7. de Histor. anim. quibusdam à conceptu per D. 30. uel 40. menses fluere ait? Nimirum quia conniuente licet uteri ore, per ceruicales tamen uenas prouidentia facultatis altricis ad uterum cõfertim sanguis præcipitatur, at expultricis sagacitate sensim euacuatur, ne fœtus suffocetur.

Necessitatẽ, cur tam diuersam uictus rationem tam repentè cogantur amplecti. Causa est, quoniam dum puer

Quemadmodum fructus arborum maturitatem suam adepti decidunt: quoniam pediculus per quem ueluti per os alebantur & adhærebant arbori sensim flaccescit & exiccatur. N. 16.

Extra uterum editur, umbilicus gracilescit, contrabitur & exiccatur: reliquæ uerò partes, quæ prius occultæ fuerant, admirabili naturæ prouidentia reserantur. N. 15. Quod ipsum simili confirmat:

Ita ubi fœtus in utero ad suam peruenit maturitatem, umbilicus per quem matri adhærescebat, & per quem alebatur respirabatq;, sensim exiccatur: reliquæ uerò partes, per quas pro uitæ usu uel attrahere spiritum & alimenta, uel excrementa expellere debet, paulatim aperiuntur & reserantur. N. 17. Rationẽ affert: ἕναστα γὰρ χωρίζεται ῥέοντα κατὰ τὰς συλλοχίας. Singula enim excrementa secedunt sensim, & ueluti repentia, purgamentorum puerperij occasione. Com. de Natura pueri n. 68. & seq. purgamenta puerperis per 40 dies fluere asserit, quoniam tot diebus fœtus in utero rudem conformationem accipiat: & uicißim tot dieb. in utero fœtũ conformari, quoniam tot dieb. à partu menses fluant. Videtur ergo hoc loco tale quid uelle. Viæ excrementorũ & alimentorũ puero in ipso partu statim aperiuntur, & per 40 dies largius purgantur, eiusdẽ naturæ ductu, cuius motu menses prægnanti penitus suppressi, puerperæ ad proportionẽ cõceptus per dies 40 fluũt. Vt ergo in matre semel facta uia mẽses è toto corpore ad uterũ cõfluentes expurgantur: ita in puero, ubi in lucẽ prodijt, propter hãc mutationẽ loci uictusq;, quicquid in corpore excremẽtosi inest, uel à mẽstruo sanguine matris in utero hausti, aut etiã in partu imbibitũ, uel à peregrino alimento extra uterũ contractũ, id omne per uias prius inusitatas, sed quas natura docuit, expurgatur. N. 18.

C. Deci-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 229 sur 736

©BIUM

Muliere, à facultatis formatricis actione. Mulieres plerunque concipiunt, μετὰ τὰς λεπταμύνιας, λὺν ἔνη ἢ λύσις (τὴν καταμηνίων ſcilicet: ut etiam paulo pòſt n. 22.) poſt menſium tempus, ſi fluxerint. Vel λὺν ἢ ἢ λύσις, ſi fluxus procedat. nam ſi non fluant, tempus ipſum nihil ad conceptum adiuuat. Lib. certè de Morbis mulierum, iubet mulierem uirum adire uel incipientibus menſibus, uel deſinentibus. Vti etiam Ariſt. lib. 2. cap. 2. de Nat. anim. & lib. 1. de Gen. anim. cap. 19. Attrahit enim uterus exiccatus ſemen auidè, oſculaq; uenarum patent, ut ſanguis ad alendum ſemen confluere promptè poßit, præſertim cùm abundantior & impurior ſanguis iam fuerit euacuatus. Cùm igitur maiore ex parte deſinentibus menſibus concipiat mulier, ad tempus certè ipſius partus, quo mulier ab onere ſecundùm naturam uel ſeptimo uel nono menſe liberari debet, dies eos de decimo uel undecimo oportet adiungere (δεῖ χρόνον δίναι τὸ μηνὸς) per quos dies ſingulis menſibus ſanguis expurgari conſueuerat extra conceptũ. Eſt autem tempus illud ad minimum trium dierum, ipſo ſcilicet die nouilunij cũ duobus ſequentibus, interdum etiam plurium. N. 21. Quòd ſi ergo ponamus mulierem noni initio parere debuiſſe, ſi addas ter nouem menſtruos dies, quibus in utero ſilente luna mater puero de ſuis uiribus nihil planè impertiuit, quem tamen nouem integris menſibus fouere debebat, in decimi initium partus protrahetur. Sin ſub noni finem parere debuit, & dies tres ſingulorum menſium addas, in finem decimi menſis differetur partus, quem etiam undecimeſtrem uocare ſolent.

Eſsẽtialis, ab

Viri ſemine. Multa etiam uiris impedimenta ſolent accidere, quæ partum tardiorem faciunt. Sic V. G. quib. ſemen humidius eſt, & excremẽtoſius, ſiue natura, ſiue uictus ratione, in matrice receptum tardius concoqui poteſt. Vt proinde mirum non ſit, in menſem uſq; decimum protrahi partum. N. 22. Triticum certè aliud trimeſtre, aliud nouimeſtre eſſe, & ſemen humanum aliud ſeptimeſtre, aliud nouimeſtre Fracaſtorius ſtatuere uidetur. Alij pro τοῖς αὐθρώποιν, legũt, τῆσι γυναιξὶ καὶ τῆσιν, Alia alijs atq; alijs mulieribus impedimenta ſunt.

C.

Decimeſtres igitur & Vndecimeſtres partus ſerotini ex ſeptem quadragenarijs fiunt, ſub decimi finem, & undecimi initium, quemadmodum Septimeſtres præcoces ſub initium ſeptimi menſis lunaris. N. 20. Explicat. Cauſa tardioris partus altera

Conceptus ferè poſt menſium purgamenta contingere ſolet. At cùm menſes alijs longiore, alijs breuiore tempore fluant, has quidem citius, illas tardius concipere neceſſe eſt. Initium fluxus eſt à nouilunio: quo die luna cum ſole coit: & hæc trigeſima menſis pars eſt. Dies duo, decimaquinta. Tres, decima. Quatuor, ſeptima, & paulo amplius. Quinq;, ſexta. Sex, quinta. Septem, quarta & paulo amplius. Octo, non plenè quarta. Decem tertia pars menſis erunt. Igitur per quot dies menſes fluunt, per eos conceptus fieri non poteſt: ſed poſtquam deſierint. V. G. quibus per octo dies fluunt menſes, hæ ſi nono die concipiant, octo inutiles primi menſis dies erunt, quos tamen ipſos mulieres menſi integro ſolent tribuere. N. 23. Idipſum quoque com. de Septimeſtri n. 2. docuit exemplo menſis ſeptimi.

Accidentalis, nimirum ab inepta mulierum ſupputatione, cùm V. G. menſem dimidiatũ, quo conceperunt, pro integro computent. Sic quoque com. de Septimeſtri, n. 13. menſis octaui terminos illis ignotos eſſe affirmauit. Tempus igitur conceptus tardius, partui quoque tardiori occaſionem dat. Deducit. Nam tempus

Geſtationis & Partus imitatur tempus ipſius conceptus. Quæ decimo V. G. die à menſtruis concipiunt, ſi fœtus nouem menſes integros geſtari poſtulet, decem dies, qui primo decedunt, de decimo menſe ſumere cogentur. Exemplo declarat. Mulier igitur, quæ circa plenilunium concepit, dimidiatum hunc menſem pro integro computans, geſtationis tempori quindecim dies ſuperaddit. Qui ſi ſeptem quadragenis iungantur, quæ quadragenæ nouem menſes integros cum decimi dimidio conſtituunt, uidebitur ſibijpſi mulier per undecim menſes uterum geſtaſſe, cùm tamen reuera ſeptem tantùm quadragenas, dies ſcilicet 280 compleuerit. Sic uidentur uerba Hippoc. intelligenda. ἐν τούτῳ οὐδ' ἀπαύστως τῶν αὐξητικῶν ἐσὶ ταῖς πλέοσιν τὴν γυναικῶν πρὸς διχομηνίην οὐ γὰρ λαβούσας (Cornarius λαμβάνειν. Sed, uti uidetur, præter inſtitutum) καὶ ποῤῥωτέρω (ſubintellige τὸν τόκον γίνεσθαι, partum in longius tempus, quàm in decimum protrahi menſem) ὥστε πολλάκις δοκεῖν ἐπιλαμβάνειν τὸ ὀγδοηκοστὸν μηνὸς τὰς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίας, ut ſæpe uideantur ſibijpſis menſem attingere undecimum, quæ tantùm 280 dies geſtationis compleuerunt. N. 24.

HIP-

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ
De Aetate.

PRRORE[1] uitã hominis ſeptem dierum eſſe, ex his cõſtat.[2] Primùm enim cùm genitura in uteros peruenerit, ſeptem diebus habet quæcunque corpus habere debet.[3] Mirari autẽ quis poſſit, quomodo id ſciam. Atquí multa talia ego uidi hac occaſione. Meretrices publicæ, quæ ſæpius huius rei periculum fecerunt, ubi cũ uiris rem habuerint, ſciunt quando in uentre conceperint, & mox conceptum intra ſe perimunt. Poſteaquam autem peremptus eſt, elabitur ueluti caro. Hanc ſi in aquam cõiectam accuratius inſpexeris, omnia membra habere comperies, & oculorum regiones, & aures, & brachia, & manuũ digiti, & crura, & pedes, & pedum digiti, & pudẽdum, & reliquũ totum corpus conſpicuum erit.

[4] Satis etiam conſtat harum rerum peritis, quòd mulier, quum in uentre concepit, ſtatim horret, & calor & dentiũ ſtridor cõſequitur, & cõuulſio occupat cùm membrum, tum totum corpus, & uterum ſegnities ac torpor. Et quæ puræ ſunt, hoc perpetiuntur. Quotquot uerò craſſæ & mucoſæ ſunt mulieres, ut quammaximè his ſint obnoxiæ, nihil tamen horum percipiunt. Quatenus igitur illę mihi oſtenderunt, eatenus me id ſcire profiteor.

[5] Quòd uerò uita hominis ſeptenario dierum circumſcribatur, ex hoc quoque manifeſtum euadit. Plerique eorum, qui per ſeptẽ dies nihil edere aut bibere uolunt, his ipſis diebus moriuntur. Quos ſi qui excedant, attamen moriuntur. Quidam etiam perſuaſi ne ſeipſos fame conficiant, ſi in animum inducant comedere ac bibere: uenter tamen non amplius ſuſcipit, cùm ieiunum hiſce diebus concreuerit, moriunturq; etiam illi.

[6] Iam uerò hinc etiam illud ipſum coniectare licet. Puer ſeptimeſtris in lucem editus certa ratione natus eſt, & uiuit. Rationem autem talem habet, numerum uidelicet ſeptimanarum plenum & exactum. Octauo autem menſe nullus unquam uixit. Nouem uerò menſium & decem dierum fœtus naſcitur & uiuit, habetque ad ſeptimanas numerum exactum. Quatuor enim decades hebdomadum, dies ſunt ducenti & octoginta. Decadem autem hebdomadum ſeptuaginta dies conſtituũt. Habet autem & ſeptimeſtris partus tres decadas hebdomadum, & in unaquaque decade ſeptuaginta dies. Itaque tres hebdo-

Ὁ δὲ [1] αἰὼν ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου ἑπταήμερος. [2] πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς [a] μήτρας ἔλθῃ ὁ γόνος, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἔχει ὁκόσα περ ἐστὶν ἔχειν τοῦ σώματος. [3] ὅτι δέ τις ἀν θωμάσειεν, ὅκως ἐγὼ οἶδα. πολλὰ δὲ εἶδον τρόπῳ τοιῷδε. αἱ ἑταῖραι αἱ δημόσιαι, αἵτινες αὐτέων πεπείρωνται πολλάκις, ὁκόταν πρὸς ἄνδρα ἔλθῃ, γινώσκουσιν ὁκόταν λάβωσιν ἐν γαστρί, καὶ ἐπὴν ἀποφθείρουσιν. ἐπὴν δὲ ἤδη διαφθαρῇ, ἐκπίπτει ὥσπερ σάρξ. πυτίνῃ τινὶ σάρκα ἐς ὕδωρ ἐμβαλών, σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι, εὑρήσεις ἔχειν πάντα μέλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰ γύα· καὶ τῶν χειρῶν οἱ δάκτυλοι, καὶ τὰ σκέλεα, καὶ οἱ πόδες, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν, καὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ τἄλλο πᾶν σῶμα δῆλον.

[4] δῆλον δὲ καὶ ὅταν λάβῃ ἐς γαστέρα τὴν ἀπεκμύσησιν, αὐτίκα ἔφριξεν, καὶ θέρμη, καὶ ῥυγμὸς, καὶ σπασμὸς ἔχει καὶ τὸ ἄρθρον, καὶ τὸ σῶμα πᾶν, καὶ τὴν ὑστέρην ὅλην. καὶ ὁκόσην καθαρὰ εἰσι, † ὅτι πάσχουσιν. ὁκόσην δὲ πάσχουσιν πάσχειν καὶ βλεννώδεις, οὐ γινώσκουσι τουτέων τῶν γυναικῶν πολλαί. ἐμὲ δέ μοι ἔδοξαν, καὶ ὅτι δὴ καὶ ἀπέσημα εἰδέναι. † καὶ μὴ ὑγιὰς,

[5] δῆλον δὲ τόδε, ὅτι ἑπταήμερος ὁ αἰών. εἴτις ἐθέλει ἑπτὰ ἡμέρας φαγέειν ἢ πιέειν μηδὲν, οἱ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν αὐτῇσιν. εἰσὶ δέ τινες καὶ οἳ ὑπερβάλλουσιν, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως. εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ ἐπείθησαν ὥστε μὴ ἀποκαρτερῆσαι, ἀλλὰ φαγέειν τε καὶ πιέειν, ἀλλ' ἡ κοιλίη οὐκέτι κατεδέχετο· ἡ γὰρ νῆσις συνεφύη ἐν τούτοισιν τοῖσιν ἡμέρῃσιν· ἀλλὰ θνήσκουσι καὶ οὗτοι.

[6] ἔστι δὲ καὶ τόδε τεκμήρασθαι. τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γιγνόμενον, λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον, καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. ὀκτάμηνον δὲ γιγνόμενον, οὐδεὶ βιοῖ πώποτε. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γένηται καὶ ζῇ, καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν διηκόσιαι [b] ὀγδοήκοντα. ἐς ἃς τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων ἑβδομήκοντα ἡμέραι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἑπτάμηνον γενόμενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκά- [a] ἡμέρας

[b] ὀγδοήκοντα. ἐς ἃς τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων ἑβδομήκοντα ἡμέραι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἑπτάμηνον γενόμενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων. ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκά- [b] ἑβδομήκοντα

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 231 sur 736

©BIUM

δεκάδες δὲ ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι δέκα καὶ διηκόσιαι.

A hebdomadum decades, ex toto sunt dies ducenti ac decem.

7 καὶ αἱ νοῦσοι οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ὀξύταται γίνονται, ἡμερέων παρελθουσέων, ἐν τῇσιν ἀνακρίνονται, καὶ ἀπέθανον, ἢ ὑγιέες ἐγένοντο. καὶ τριταῖαι ἕνδεκα ἡμέρησιν, ἐν μιᾷ ἑβδομάδι καὶ ἥμισυ ἑβδομάδος. καὶ τεταρταῖαι ἐν δυσὶν ἑβδομάσιν. καὶ αἱ πεμπταῖαι, ἐν δυοῖν δέουσαι εἴκοσιν ἡμέρησιν, δυοῖν τὲ ἑβδομάδοιν καὶ ἥμισυ ἑβδομάδος. 8 αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι οὐκ ἔχουσι διὰ γνώμην, ἐν ὁκόσῳ ὑγιέες ἔσονται, ἀποφαίνεσθαι. 9 οὕτω δὲ καὶ τὰ ἕλκεα τὰ μεγάλα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, τεταρταῖα φλεγμαίνειν ἄρχεται· ἐν ἑπτὰ δὲ καθίστανται φλεγμήναντα, καὶ ἐν τεσσαρεσκαίδεκα, † δυοῖν δεούσησιν. ἢν δέ τις ἀνακῶς θεραπεύει, καὶ μὴ καταστῇ ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἐν τῇσι κεφαλῇσι μεγάλα ἕλκεα, ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄνθρωποι.

† καὶ ἐν εἴκοσιν

B

10 θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο, ὅστις ἄπειρος ἦ, εἰ ἑπτάμηνον γίνεται παιδίον. 11 ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸ ὤπωπα καὶ συχνά. 12 εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον πρὸς τὰς ἀκεστρίδας, αἳ πάρεισι τῇσι, ἐλθὼν πυθέσθω. 13 ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τεκμήριον. τοὺς ὀδόντας οἱ παῖδες ἑπτὰ ἐτέων διελθόντων πληροῦσι. καὶ ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἔστι δὲ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως ἑβδομάδες πεντήκοντα καὶ τριηκόσιαι.

C

14 τὴν δὲ φύσιος τὴν ἀνάγκην, διότι ἐν ἑπτὰ τουτέων ἕκαστα διοικεῖται, ἐγὼ φράσω ἐν ἄλλοισιν.

7 Quin & morbi acutissimi sic hominibus contingunt, uoluentibus ijs diebus, quibus iudicatur, hoc est, aut moriuntur aut sani euadunt. Tertianæ enim undecim diebus, hoc est, una & dimidia hebdomade. Quartanæ duabus hebdomadis. Quintanæ in duodeuiginti diebus, hoc est duabus hebdomadis & dimidia. 8 Cæteri uerò morbi non possunt certa ratione explicari, quoto die homo sanitatem recuperaturus sit. 9 Ad eundem modum ulcera quoque magna in capite & reliquo corpore, quarto inflammari incipiunt, septimo autem inflammatio sedatur, aut etiam decimoquarto, aut duodeuigesimo. Si quis autem accuratè medeatur, & uulnera in capite magna hoc tempore nõ sedentur, homines moriuntur.

10 Cæterùm inexpertus quispiam mirari queat, quòd septimestris puer nascatur. 11 Ego sanè hoc ipsum uidi, & quidem frequenter. 12 Si quis autem hoc deprehendere uult, facilè est obstetrices adire: quæ parientibus adsunt, & ex ipsis percunctari. 13 Est uerò & aliud signum. Pueri septem annis peractis dentes explent. At in septem annis continẽtur pleno & iusto numero exactè hebdomades trecentæ ac sexaginta.

14 Necessitatem autem naturæ, quapropter septenarijs hæc singula dispensentur, ego alijs locis declarabo.

IN

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 232 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM
ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ.

Inscriptionem: ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. Dignus sanè Hip. & propter rerum pondus, & propter methodi constantiam. Locus de fœtu septemdiali, meretricum auctoritate nitens, suspicionē iniecit, com. de Nat. pueri, ubi præter psaltriæ abortū, saltu septies repetito procuratum, nulla meretricum fit mentio, non esse Hip. Id quod Galeno etiam probatur.

ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ. Αἰὼν spacium & tempus totum significat, quo uitam & durationem entis metimur. Si igitur ens sit æternum, eiusdem αἰὼν quoq; æternus erit, ut Dei, & secundùm quosdam etiam cœlestiū corporum. Sin caducum, etiam αἰὼν finem aliquando habebit, à certo termino ad certum terminum defluens. Sic igitur hominis αἰὼν ipsa Aetas est, uitam humanam à primo ortu ad interitum usq; circumscribens, uti Gal. in Hip. λέξεσι docet, & com. 2. de Fracturis: & apud Latinos Lucretius expelli æuo pro uita fungi dixit. Ergo hocce com. de Aetate hominis, hoc est, de Numero uitæ humanæ spacium numerāte agit Hip. ut primum dignitatis gradum septenario tribuat: quandoquidem per septenarios & dierum & mensium & annorum, insignes mutationes corpori accidere, quotidiana docet experientia. Etsi uerò tractatio ista magis ad Physicum quàm ad Medicum spectare uidetur: tamen si non magis subiectū quod demonstratur, quàm ea ex quibus demonstratur consideres: cùm ex media desumtis medicina argumentis utatur, medica omnino statuenda erit, adeoq; inter cōmentarios medicos citra dubitationem recipienda, theoricos nimirum illos, & quidem physiologicos, nō autem practicos. Annexus fuit libro de Principijs: sed præter institutum auctoris, præterq; methodum. An uerò particula censeri debet libri de Septimanis, quem Gal. in 1. Epid. 2. Hippocratis nomine circumferri scribit?

DE Aetate hominis tā sani quā ægri agit. Consideratio proinde coniuncta est, eaq; propter ad commentarios, qui cō iunctim de reb. agunt medicis, referēda: qd' in librorū Hip. dispositione docuimus. Tamen quum ad intelligētiam præced. duorū Com. summopere faciat, illis eā statim adnectere uoluimus. Cō sideremus igitur & hic

Genere proponit. Vita hominis ἑπταήμερος, septemdialis est, hoc est, ἑβδομικῶς, quoniā septenarijs tota dirigitur & circūscribitur. A' specie una septenarij dierū, reliquas species septenariorū in mensibus quadragenarijs & annis subintelligit, quoniā dies pars tēporis prima est, & ueluti materia reliquorum. N. 1.

Tractationem. In humanæ uitæ spacio dimetiendo primæ partes septenario debentur. Septenarij igitur uires [illegible] τὸ τὸ

Specie declarat, tum in homine

Intra uterum. Vide signum [22].

Extra uterū. Hominis à matre separati uitā septenarij occulta ui gubernari ostendit, tū quo ad uitæ

Extrema nimirum quo ad

Interitū. Nā ut prætereamus annorū hebdomadas, secundū quas ætatū incrementa et decremēta cōtingere solēt, ut proinde climactericorum nomē obtinuerint: si qui inediā uel spōte uel coacti ferāt, magna quidē ex parte die septimo expirāt: pauci septimum superāt: qui tamē ipsi si cibū post id tēpus assumant, nihil cōmodi ex ipso percipiūt, sed necessariò moriūtur, eo quia septemdiali ieiunio exiccatū ieiunum corrugatūq; alimento uiam nō præbet, & uētriculi uis cōcoctrix per μάρανσιν exoluta est. N. 5. Plinius lib. 11. c. ult. cōplures etiā ultra undecimū durasse auctor est.

Ortū. Dierū hebdomades tanti sunt momenti, ut ipse partus secundùm decades hebdomadum fiat. Hebdomada septem dies cōtinet. Decas hebdomadum diebus constat 70. (N. 6.) Partus igitur

Vitalis est, qui de cadas hebdomadū perfectas continet sine

Tres, dies scilicet 210. qui septē mēses tricenarios integros cōstituunt. Et hic partus Septimestris dicitur.

Quatuor, dies scilicet 280. qui mēses tricenarios nouē cū D. X. decimi cōstituūt. Sic quidā legūt. Allemāti[o] 270 tolerari posse arbitratur. Nā partūematurū (septimestris .n. uidetur nimis præcox esse) ex sententia Astrologorū tria habere tēpora, māsionē scilicet in utero Minimā dierū 260. q mēses tricenarios octo faciūt cū 20 dieb. noni. & partus Nouimestris dicitur imperfectè. Mediā, dierū 270. q mēses tricenarios nouē integros cōplent. & de ista hocce loco Hip. utpote frequētiore et securiore loquutus uidetur. estq; part[o] pfectè Nouimestris. Maximā, dierū 280. q mēses tricenarios nouē cū decē dieb. decimi cōstituūt. & partus Decimestris impfect[o] dici pōt.

Mediū. Vide [bb].

Nō uitalis est, qui decada postremā hebdomadū habet imperfectā. Ergo octauo mense tricenario geniti moriūtur, quoniā de quarta hebdomadū decade triginta tantùm dies obtinent.

Διότι enarrare cùm præsentis nō sit instituti, in aliū locum atq; tempus relegabitur: Mathematica enim hæc consideratio est, non Physica uel Medica. Et sanè pollicetur se de uiribus & efficacia numerorū peculiari cōmentario scripturum. N. 14. Vt etiam com. de Septimestri, n. 63.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 233 sur 736

©BIUM

Rem ipsam, fœtum septemdialem omnium suarum partium rudimentum habere. Docēt id abortus meretricibus familiares olim apud ethnicos, ignaros æquale scelus esse uel hominem natum perimere, uel eiusdem abortum procurare. Septimo enim die caro omnium membrorum uestigia habens, quæ tamen non nisi per aquam intermediam, lineamenta tenuißima uelut incrassantem (uti docet Alex. Aphrod. lib. 1. problem. 36.) deprehendi possunt, excidere consueuit. N. 3. Carnem appellat talem, qualem com. de Natura pueri, n. 22. quamuis eius com. auctor ἑκταίην describat, hic autem ἑπταίην. Arist. uerò lib. 7. de Hist. anim. cap. 3. quadragenariæ tribuit, quæ hîc septemdiali abortioni tribuuntur.

Rudi, quæ septimo die à conceptu absoluitur. ἐπὴν ἐς τὰς μήτρας ἐλθῃ ὁ γόνος, si in uterum semen perueniat, neq; effluat. Sic legunt pleriq;. Aldinus ἐς τὰς ἡμέρας habet, et sensus erit secundùm Allemantium, si genitura septemdialis in diem siue lucem per abortum ueniat. N. 2. Duo hîc demonstranda: nimirum quo ad

Tempus, septem tantùm dierum, nō plurium hunc esse cōceptum. Nā cùm mulier certis quibusdā signis ad sensum manifestis cognoscat, quando in utero concepit: ab eo tempore facta supputatione, facilè est cōijcere, quot dierum abortus sit. N. 4. Mulier enim quæ concepit, siquidem fuerit habitu

Calidiore & sicciore, & propterea ad sensum aptiore, nunc tardius, nūc citius, horret primū toto corpore, subinde incalescit, eo quòd per dilatatas partes ex coitu aër frigidus intrat, aut etiā quia calor ad uterum sese recolligit, quemadmodū à cibo etiā horrere solemus. Arist. 12. problem. sect. 8. et Aphrodis. lib. 2. problem. 114. Etsi quibusdam sine febre & rigore cibi saltem fastidium & mensium suppreßionem cōtingere aphor. 51. com. 5. Hip. testatur. Stridet quinetiam dētibus, ex uteri neruosi consensu musculis quoq; masseterib. contractis. Nam irrigatus uterus tum à semine tum à menstruis, quæ illic congregantur, instar corij repletus distenditur. Conuellitur quoq; spiritu uaporoso replente τὸ ἄρθρον (Articulus. κατ' ἐξοχὴν coxam intelligit & femur, cuius musculi ob uteri uiciniam maximè patiuntur) interdum quoq; uniuersum corpus, si ad cerebrum usq; affectio pertingat. Exactißimè enim os uteri clauditur, teste Hip. com. 5. Aphor. 51. semenq; complectitur. Cui attestatur ea, quæ à coitu statim percipitur, locorum muliebrium siccitas, auidißimè id, quod ad sobolem generandam facere potest, admiranda naturæ prouidentia, exugentium, & ad se rapientium. Vt ergo hîc Retētrix uteri inualescit: sic ediuerso Attractrix eiusdē, sanguinē superfluū à toto corpore, Expultrice subancillante, ad se rapit, tanta uehementia, ut in calidiorib. regionibus & habitibus, in quib. & latiores meatus & mobilior sanguis est, per 30 & 40 dies à conceptu menses fluere Arist. scribat, idq; ipsum suæ quoque ætatis mulierib. etsi rariorib. accidere Hip. testetur, & nostris etiā cōtingere experientia doceat: cùm maior copia sanguinis, quàm quæ à fœtu confici queat, per uenas ceruicales uteri expellatur, ne conceptum suffocet. Præterea uerò uterus & pudendum torpet, exolutis eius uiribus ex motu, & copiosi spiritus emißione. Et hæc quidem symptomata ijs mulieribus, quæ in suo genere temperatiores sunt, nec humorum copia obruuntur, contingere solent.

Frigidiore & humidiore, prædicta accidentia uel omnino non sentit, uel saltem obscurius: & propterea etiam de conceptus & abortus tempore minus certa pronunciare potest.

aa. In fœtum magnas uires Septenarij esse ostendit, tū ex illius intra uterum

Conformatione, siue

Exacta, quæ uel quatuor septenarijs dierum, uel certè sex septenarijs absoluitur. Sic com. de Natura pueri n. 66. & 99. item de Septimestri, n. 44. marem 30 diebus, femellam 42. omnibus suis membris conformari asserit, ita ut per abortum eiecti distinctè, etiam sine aqua, agnosci poßint.

Perfectione & maturitate, quam septimo mense in utero adipiscitur. Nam cùm ante septimum prodeunt, aliquas partes immaturas habent. A' septimo eam habent omnium membrorum perfectionem, quam nouimestres. Vnde colligi potest, pueros in utero manentes postremo mense maturitatem suam consequi. Quam ipsam satis ostendunt, quando uiolenter moueri, & uiam foràs affectare incipiunt, licet non semper prodeant: quēadmodum com. de Septimestri docuit.

bb. Vitam

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 234 sur 736

©BIUM

Acutis, V. G. *in febribus Continuis tertianis, quartanis, & quintanis. Hæ enim etsi nullam habent ἀνωμαλίαν, ut intermittentes, habent tamen exacerbationes, imparibus diebus, quibus etiam criſes utplurimùm contingunt, imuadentes.* N. 7. *Ad cuius rei intelligentiã ſcire oportet, hebdomadã duab. partibus cõſtare, triade & tetrade: atq; ut in intermittẽtib. dies acceßionis ſecundùm ſeptenarios numerantur: ita in continuis ſeptimanarum partes loco dierum numerari: cumq; in illis maximum ſit incendium, & criſis præceps, in ea parte ſeptimanæ ſolui, cuius numerus exacerbationis numero correſpondet. Proinde tertiana continua tertiã periodo ſoluitur, die ſcilicet undecima, quæ hebdomadam unam cum dimidia facit. Quartana autẽ continua, quarta periodo, die ſcilicet 14. ex duabus ſeptimanis integris conſurgente. Quintana etſi rariſſima, quinta periodo, die uidelicet 17. duabus ſeptimanis cum dimidia conſtante, aut certè diebus duodeuiginti (οὐ ἔλασσον ἡμέρησιν, ἀνοῖν δέουσαι) ſi uigeſimum diem non connumeres. Allemantius hanc deſcribit tabulam.*

- Septimanæ
  - Primæ
    - Trias 1 2 3 4 Prima.
    - Tetras 4 5 6 7 Secunda.
  - Secundæ
    - Trias 8 9 10 11 Tertia, Tertianam iudicat.
    - Tetras 11 12 13 14 Quarta, Quartanam iudicat.
  - Tertiæ
    - Trias 14 15 16 17 Quinta, Quintanam ſoluit.
    - Tetras 17 18 19 20 Sexta.

  Periodus ſecundũ partes ſeptimanæ.

Non *acutis, Intermittentibus ſcilicet & chronicis. In his ſeptenarij utres non ita liquidò ſeſe exerunt, cùm propter diuturnitatem & multos errores, qui contingere poſſunt, ſint minus conſtantis iudicij.* N. 8. *Etſi tertiana ſimplex ferè ſeptima periodo acceßionis iudicari cõſueuerit.*

Internis

Externis, *utputà in Vulnerib. grauib. tũ capitis tum reliquarũ corporis partiũ. Die enim quarto (quæ prima eſt ſeptimanæ pars) inflammantur. Die ſeptimo (quæ ſecunda eſt pars) ceſſant uel intenduntur. Item 14. (quæ duæ ſunt hebdomades.) Item 17. (quæ duæ ſunt hebdomadæ cũ dimidia.) Quòd ſi intrà hos dies proba curatione ádhibita non ſoluatur inflammatio, moriuntur.* N. 9.

bb.

Vitã hominis à ſeptenario gubernari oſtendit, tũ in ijs quæ homini accidunt

- Præter naturã, in Morbis ſcilicet tũ
- Secũdũ naturã. Exẽpli cauſa Dentitionẽ adducit puerorũ, ſed tanquã aliud agẽs per anthypophorã. Obiecti onẽ
  - Proponit. *Cùm quis rerum imperitus in dubium reuocare poßit id, quod à nobis dictum eſt, Pueros ſeptimeſtres naſci.* N. 10.
  - Experientia. *Namque &*
    - *Ego ſæpe uidi, à mulierculis edoctus.* N. 11.
    - *Quiuis alius obſtetrices adiens & audire poterit & uidere.* N. 12.
  - Solũit. *Huic ego reſpõdeo: Huius dicti ueritatem nitium*
    - Ratione ducta à ſigno alio eui dente & certo. *Videtur talis ratiocinatio ſubeſſe:*
      - *Qui numerus dentitionem pueri extra uterum abſoluit, ille idem intra uterum & conceptionem & efformationem & perfectionem fœtus abſoluere uidetur.*
      - At dẽtitionẽ ſeptenario circuitu fieri docet experiẽtia. Dentes. n. (uti etiã com. de Principijs n. 91. & ſeq. itẽ de Septimeſtri n. 61. docet)
        - Naſcũtur
          - *Inciſores ſeptimo menſe à partu in prima ſeptimana.*
          - *Canini menſe 14. in ſecunda ſeptimana.*
          - *Molares menſe 28. in quarta ſeptimana menſium.*
        - Cõfirmãtur, *et prioribus qui ex lacteo alimento ortum traxerant excidẽtibus, ſupernaſcũtur noui ex ſolidiore orti alimẽto ad annum uſq; ſeptimũ. Genuinos tamẽ excipio, qui alijs 28, alijs citius, alijs tardius proueniunt. Hic autem ſeptenarius annorum complectitur triginta quinq; decades hebdomadarias: hebdomadas autem in uniuerſum 350. Anno enim tribuit Hip. hebdomadas quinquaginta: diebus quindecim & horis VI præteritis, ut quæ nullam partem decadis inſignem conſtituere poßint. Quæ hebdomades quinquaginta decadas hebdomadarias quinq; conſtituunt. Textum reſtituit Allemantius: καὶ οὐ ἐπὶ τὰ ἑπτὰ ἔτεσιν ἐγγὺς δὴ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀπρεπέως ἑβδομάδων πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι. ἑβδομάδες δὲ πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι. Etſi forte ſatis eſt legere, ἐγγὺς δὴ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀπρεπέως ἑβδομάδες πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι. uel certè, δεκάδων ἑβδομάδες πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι: ut decadum hebdomades appellet, quoniam ex hebdomadibus decades conſurgant.* N. 13.
      - Ergò *etiam intra uterum eodem circuitu dierum, conceptum, eodem uerò circuitu menſium, partum fieri probabile eſt.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 235 sur 736

©BIUM

Tempus Medicum.

AD præcedentium trium commentariorum intelligentiam faciliorem ueluti superpondiũ adijciamus Temporis, quatenus à medicis consideratur, ex Hippocrateis fontibus deductam obseruationem. Pręstent meliora periti. Tẽpus est numerus ipsius motus. Ergo tẽpus, quod medici obseruant, medici motus erit numerus. Et propterea ad Ῥαθολογίαν pertinebit, quæ motum sanitatis & ægritudinis tanquam accidentia formalia considerat. Iam ut accidens, quatenus signat, ad Σημειωτικὴν referri debet: ita quoque tempus, quatenus uel impedit uel promouet actionem medici circa corpus, ad Θεραπευτικὴν poterit accommodari. Tempus ergo medicũ est numerus motus medici, quem scilicet in ipso corpore obseruat, à sanitate morbóue pendentem, ut secũdùm illum operari possit. Motus autem corporis sani & ægri à motu superiore dependet. Proinde cùm astra in hæc inferiora agant corpora omnia, atq; adeò etiam in corpus humanum: Medicus humanarum affectionum tempora temporibus motuum cœlestium accõmodare debet. Temporum igitur species

- *Materiales* ab Astronomo petẽdę: siue iã cõsiderentur
  - *Respectu* siderum, quorũ motum tempus metitur. Sic tempora tria præcipua. Ex motu enim
    - *Solis*
      - *Alieno*, Dies naturalis oritur, cuius partes duæ:
        - *Dies*, in quatuor partes diuisa solaribus illustratas radijs immediatè, quatuor anni temporibus respondentes.
        - *Nox* lunari lumine à sole accepto illustris.
      - *Proprio*, Annus consurgit, in quatuor distinctus tempora.
    - *Lunæ*, Mensis prodit.
  - *Per se*. Sic Tẽpus aliud
    - *Simplex* & primum & basis reliquorum, Dies.
    - *Cõpositũ*, Dies plures copulati: unde cõsurgit
      - *Hebdomada*.
      - *Mensis* & Quadragenaria.
      - *Annus*.
- *Formales*, ab ipsa alteratione humanorũ corporũ ad salubritatem aut insalubritatem, eaq; uel præterita uel præsente uel futura, desumuntur. Formalis consideratio in
  - *Genere* qdẽ ab ipsa serie dierũ pẽdet, ratione quaternarij & septenarij & denarij, quorũ occulta uis est, non propter numerum, sed propter ordinẽ successionis à primo per medios ad ultimum. Sic Hip. de Septimestri n. 27. primos & septimos obseruandos potissimum ait, hos uti fines, illos uti initia. Et Hesiodus in Dieb. αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος Πρῶτον ἕνη, τετράς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ. Et Orpheus, -ἑβδόμην φίλησεν ἑκαεργὸς ἀπόλλων. Septimestres. n. numeri præcedentium uires in se colligũt spectãdasq; exhibẽt. Septimo die genitura cõcipitur. Quadragesima hebdomada nascit. Annorũ hebdomadib. ætas distinguit. Quatuor septimanis luna suũ absoluit curriculũ, singulis uerò aliũ atq; aliũ habitũ assumit. Mas semen genitale anno 14. peracto ferre incipit, licet ante 21. annũ infœcundũ sit, teste Arist. lib. 7. Hist. animal. c. 8. Lac mulierum mense septimo utile redditur. Septimo anno integritas loquendi absoluitur, secundùm Macrob. lib. 1. som. Scipionis. Ex Allemantio.
  - *Specie*, in singulis tẽporũ materialibus differẽtijs spectatur, tum
    - *Septimanarũ*. Septimanæ cõsiderãtur uel
      - *Singillatim* secũdũ suas
        - *Partes*. Vide Aa.
        - *Species*, siue differentias. Vide Bb.
      - *Coniunctim*. Vide Cc.
    - *Mensium*. Vide Ff.
    - *Annorum*. Vide Kk.

Aa. S

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 236 sur 736

©BIUM

Ad. Septimanæ ex diebus cõponuntur. Harũ considerãdus

Numerus. Septimana à septenario dierum, quoniam hoc frequentiſs. Intercurrunt tamen etiam octonæ, experientia teſte. Ergo ſeptimana conſtat diebus uel

Septem, qñ prior & poſterior pars ſeptimanæ cõmuni uinculo iunguntur. Vt 1 2 3 4=4 5 6 7. Hic enim quaternarius & præcedentes in ſe colligit, & ſequentes ex ſe propagat.

Octo, quando prior & poſterior pars ſeptimanæ uinculum commune non habent, ſed quælibet quatuor diebus exquiſitè conſtat. Vt 27 28 29 30 31 32 33 34.

Ordo ſecundùm prius & poſterius. Ergo pars anterior & poſterior, illa τριὰς, hæc τετρὰς dicitur. Proinde Hipp. ait com. de Septimeſtri n. 39. oportere ſeptimanas contemplari τριάσι καὶ τετράσι, & com. de Aetate, n. 7. febrium continuarum periodos ſecundùm ſeptimanarum partes numerare docet, pro ratione humoris, qui tertio uel quarto uel quinto die exacerbari ſolet, & proinde uel tertia uel quarta uel quinta partium periodo iudicari. Obſeruanda ſunt igitur hîc duo: tum

Materia, hoc eſt, partes ipſæ. Pars ſeptimanæ

Anterior, τριὰς Hippocrati dicitur, quoniam utplurimũ prior pars tribus tantùm diebus conſtat, rarò admodũ quatuor. In ſeptimana enim

Septem dierum, quartus medius exiſtens, ſeptimi index eſt, & propterea ad poſteriorem partem magis uidetur referendus, ita ut priori parti tres tantùm dies reſtent. Et hæc ſeptimana actu tantùm ſeptem, ratione uerò octo uidetur diebus conſtare, quandoquidẽ quartus, qui medius eſt, ad utramuis partem referri uidetur. Proindeq; coniuncta hæc ſeptimana dici poteſt, quoniam τριὰς ſuæ τετράδι uinculo medio iuncta eſt. Vt 1 2 3 4=4 5 6 7.

Octo dierum, prior quoq; pars actu quatuor habet dies. Diſiuncta igitur ſic ſeptimana uidetur, quoniam trias tetradi uinculo communi non eſt iuncta. Vt in his 27 28 29 30 31 32 33 34.

Poſterior τετρὰς eidem nuncupata, quoniam ſemper quatuor conſtat diebus.

Forma ſiue qualitas comparationis. Nã trias ſuæ tetradi uinculo communi iuncta eſt in pleriſque ſeptimanis, ſiue à 17. ſiue à 18. conſurgant, etſi in his conſtantius quàm in illis, uti ex tabellis ſeq. licebit intelligere. Ab eo ergo quod in pleriſque uſuuenit Hippoc. uniuerſim pronunciat, Septimanas τριάσι συνημμένας eſſe ἀπτώσας. A quo quidem fit, ut prioris partis finis in poſterioris principium deſinat, adeoq; hinc cõſurgant dies alij

Indices, qui plerunq; cõmunes ſunt utriq; parti ſeptimanæ, ꝓpriè dictæ: rarò diſiuncti, quãdo ſeptimana cõſtat octo dieb.

Iudices, q ſeptimanas claudunt, & in ſe præcedentiũ dierum omniũ uires colligunt.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 237 sur 736

©BIUM

Aiunt, & subinde 27. proindeq; hāc septimanarū seriē faciunt, uti Hipp. 3. Progn. ab initio, & Gal. lib. 2. de Dieb. decret. c. 4. Septimana igitur erit

Prima	1	2	3	4
	4	5	6	7
Secunda	8	9	10	11
	11	12	13	14
Tertia	14	15	16	17
	17	18	19	20
Quarta	21	22	23	24
	24	25	26	27
Quinta	27	28	29	30
	31	32	33	34
Sexta	34	35	36	37
	37	38	39	40
Septima	41	42	43	44
	44	45	46	47
Octaua	47	48	49	50
	51	52	53	54
Nona	54	55	56	57
	57	58	59	60
Decima	61	62	63	64
	64	65	66	67
Vndecima	67	68	69	70
	71	72	73	74
Duodecima	74	75	76	77
	77	78	79	80
Decimatertia	81	82	83	84
	84	85	86	87
Decimaquarta	87	88	89	90
	91	92	93	94
Decimaquinta	94	95	96	97
	97	98	99	100
Decimasexta	101	102	103	104
	104	105	106	107
Decimaseptima	108	109	110	111
	111	112	113	114
Decimaoctaua	114	115	116	117
	117	118	119	120.

Negant, sed XIIX potius sequentem, & subinde 28. proindeq; hanc septimanarum seriem constituunt. Septimana igitur erit

Prima	1	2	3	4
	4	5	6	7
Secunda	8	9	10	11
	11	12	13	14
Tertia	15	16	17	18
	18	19	20	21
Quarta	22	23	24	25
	25	26	27	28
Quinta	29	30	31	32
	32	33	34	35
Sexta	36	37	38	39
	39	40	41	42
Septima	43	44	45	46
	46	47	48	49
Octaua	50	51	52	53
	53	54	55	56
Nona	57	58	59	60
	60	61	62	63
Decima	63	64	65	66
	67	68	69	70
Vndecima	70	71	72	73
	74	75	76	77
Duodecima	78	79	80	81
	81	82	83	84
Decimatertia	84	85	86	87
	87	88	89	90
Decimaquarta	91	92	93	94
	94	95	96	97
Decimaquinta	97	98	99	100
	101	102	103	104
Decimasexta	104	105	106	107
	108	109	110	111
Decimaseptima	111	112	113	114
	115	116	117	118
Decimaoctaua	118	119	120	121
	121	122	123	124

Deductio ex eo pendet, quòd XVII quidā decretorium esse

Bb.

Neq; uerò eadem serie à Medicis septimanæ numerātur, XVII die causā dissensionis præbente, quem qui dā decretorium esse aiunt, alij negant. Specierū igitur

Potestas. Vt septimana septimanę secundùm ordinem succedit, ita quoq; posterior præcedētis uires colligit, ab occultis numerorum harmonijs dependentes, tanto efficacius, quanto septimanæ ipsæ inter se sunt dierum communi uinculo coniunctiores. Eapropter in septimanis, siue à XVII, siue à XIIX consurgant, siquidem desinant in numerum

Parem, obseruari iubet Hipp. com. de Septimestri, n. 27. diem
- XIIII, duarum septimanarum iudicatorium.
- XXIIX, quatuor septimanarum iudicatorium.
- XLII, sex septimanarum iudicatorium.

Imparem, pari ratione obseruabimus diem
- Septimum unius septimanæ.
- XXVII, quatuor septimanarum.
- XLVII, septem septimanarum.

Cc. Con-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 238 sur 736

©BIUM

Species. Sic una efficacior in iudicando altera, propter numerorum uim. Conferri enim possunt septimanæ uel secundùm quaternarium, uel secundùm denarium. Illo modo quatuor septimanæ, quæ 28. dieb. constant, mensem constituunt, nec lunarem nec solarẽ, uterq; enim maior est, sed mensem Hebdomadarium, ut ita dicam, hoc est, ex quatuor septimanis constantem. Nam reliqui dies & horæ, quæ in lunari & solari mense accedunt, cùm ne dimidiam quidem septimanam constituant, silentio prætereuntur. Posteriore uerò modo secundùm decades distribuuntur septimanæ, continetq; decas quælibet dies 70. annus uerò ut ita dicã hebdomadarius quinq; decades hebdomadum. Etsi enim supersunt dies 15. & H. 6. ad solarem annum complendum, horum tamen, minimam partem decadis constituentium, nõ magna habetur ratio. Et hoc quidem supputandi modo Hip. com. πρὸς ἀίῶν & utitur, ut ostendat septenarij uires in humano corpore tum puerorum, tum adultorũ, ubi quatuor decadibus septimanarũ fœtum in lucem prodire scribit, dieb. scilicet 280. quos etiam septẽ quadragenarias dierum constituere com. de Septimestri docuit. Cæterùm tabellam septimanarum, quarum coniunctione & Menses hebdomadarij, & Decades hebdomadariæ, & Anni hebdomadarij prodeunt, Ioan. Allemantius Heduus medicus doctiss. talem describit.

Cc. Coniuncta cõsideratio fit uel secundùm

SEPTIMANARVM

Series		Dies	
Primus	1	7	
	2	14	
	3	21	
	4	28	
Secundus	5	35	*Prima*
	6	42	
	7	49	
	8	56	
Tertius	9	63	
	10	70	
	11	77	
	12	84	
Quartus	13	91	
	14	98	
	15	105	*Secunda*
	16	112	
Quintus	17	119	
	18	126	
	19	133	
	20	140	
Sextus	21	147	
	22	154	
	23	161	
	24	168	
Septimus	25	175	*Tertia*
	26	182	
	27	189	
	28	196	
Octauus	29	203	
	30	210	
	31	217	
	32	224	
Nonus	33	231	
	34	238	
	35	245	*Quarta*
	36	252	
Decimus	37	259	
	38	266	
	39	273	
	40	280	
Vndecimus	41	287	
	42	294	
	43	301	
	44	308	
Duodecimus	45	315	*Quinta*
	46	322	
	47	329	
	48	336	
Tertiusdecimus	49	343	
	50	350	
	51	357	*Sexta*
	52	364	

MENSIS hebdomadarius

ANNVS integer solaris dierum 365. H. 6. secundùm Decades hebdomadũ numeratur. DECAS proinde Hebdomadaria alia

Partes, similes sint an dissimiles, coniunctæ an disiunctæ. Vide signum Dd.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 239 sur 736

©BIUM

Dd. Collatio duorum est generum. Altera

Simplex, quando uno tantùm modo septimanę duę inter se cõferuntur: nimirum uel secundùm

Τριάδας, hoc est, triadem cũ sua tetrade in utraque septimana conferendo. Sic igitur septimanæ duæ uel sunt

Similes. Quoniã in utraq; trias suæ tetradi uel iuncta

Est. Harum septimanarum se consequentiũ maius momentum est, sunt etiã frequentiores. Exempli causa, ßmiles sunt prima & secunda septimana, cùm utrauis communi uinculo, illa quaternarij, hæc undenarij, triadem tetradi connectat:

1	2	3	4
4	5	6	7
8	9	10	11
11	12	13	14

Non est, & harũ proinde minus esse uidetur momentum, suntq; admodum raræ. V. G.

63	64	65	66
67	68	69	70
70	71	72	73
74	75	76	77

Dißimiles, quoniam in altera iungitur trias tetradi, in altera non iungitur. Propter hanc dißimilitudinem minor est uis septimanarũ se consequentium. Exempli loco:

21	22	23	24
24	25	26	27
27	28	29	30
31	32	33	34

Τετράδας, hoc est tetradem præcedentis cum triade sequentis septimanæ, utrum communi uinculo iunctæ sint nec ne, perpendendo. Hanc collationem subintelligẽdam relinquit ex sequentibus. Sic igitur septimanæ uel sunt

Coniunctæ uinculo communi medio: & propterea in decernendo efficaciores. Et hoc frequentißimè in ijs quæ à 17. surgunt usuuenit. Ex primis enim secunda cum tertia iungitur, quarta cum quinta, quinta cum sexta, septima cum octaua, & sic deinceps. Verbi gratia:

8	9	10	11
11	12	13	14
14	15	16	17
17	18	19	20

Disiunctæ, uinculo communi medio carentes, & propterea in decernendo minus potentes. Et hoc frequentius in ijs quæ à 18. surgunt. Nã primæ septimanæ omnes sunt disiunctę, usq; ad nonã quæ decimæ, & decimã quæ undecimæ iungitur. Vtputã

8	9	10	11
11	12	13	14
15	16	17	18
18	19	20	21

Duplex, quando & trias uniuscuiusq; cum sua tetrade, & tetras præcedentis cum triade sequentis confertur. Vide signum Ee.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 240 sur 736

©BIUM

Ee. *Huius* collationis tanquam maximi momẽti Hip. meminit cõ. de Septimestri, n. 40 & 41. Sic igitur duę septimanæ inter se collatæ secundùm πρόσλα uniꝰ & alterius πρόσλα uel sunt

Absolutè inter se

Inæquales. nam & cõnexione partium dissimiles, & nullo communi uinculo constrictæ. *δύο παρὰ δύο ἀσυμμιγεῖς*, (ut com. de Septim. n. 40. docet Hip.) duæ septimanæ nullo duorum modorum constrictę, nec partium similitudine, nec uinculo medio. Quarum in iudicando propter nullam affinitatem minor est efficacia: ut

70 71 72 73
74 75 76 77
78 79 80 81
81 82 83 84

Vinculo communi nõ iunguntur, quia 77 & 78 disiuncti. Necꝫ sunt similes, cùm præcedẽs sit disiũcta, sequens suis partib. coniuncta.

Æquales, nimirum & cõnexione partium similes, & communi uinculo constrictæ. *δύο παρὰ δύο συμμιγεῖς* Hip. com. de Septim. n. 41. appellat: quarum maximum est momentum in iudicando, propter cõiunctionem arctissimam. Duæ septimanæ duobus modis coniunctæ: nimirum tum quia trias utriusque suæ tetradi iungitur, qui modus unus est ratione, licet in subiecto sit gemino: tum quia tetras præcedentis triadi iungitur consequentis.

8 9 10 11
11 12 13 14
14 15 16 17
17 18 19 20

Secundùm quid inter se æquales & inæquales. Et propterea mediarum in iudicando uirium. Ergo duæ septimanæ inter se uinculo medio uel

Sunt cõiunctæ, sed partiũ cõmistione dissimiles, cũ alteriꝰ trias tetradi sit iuncta, alterius nõ sit. Vt

21 22 23 24
24 25 26 27
27 28 29 30
31 32 33 34

Præcedens sequenti septimanæ iungitur per 27: eiusdẽqꝫ trias suæ tetradi iũcta est: sequentis non item.

Non sunt coniunctæ, sed partiũ suarum commistione similes, cũ utriusque trias suæ tetradi sit iuncta.

1 2 3 4
4 5 6 7
8 9 10 11
11 12 13 14

IV & XI pariauincula septimanas similes faciũt. VII & IIX disiũcti, septimanas ipsas disiũgunt.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 241 sur 736

©BIUM

Genere, quoniam menstrui motus lunæ per Zodiacum mẽsura est, ex eius ad solem accessu, uel recessu. Proinde ut Anni 4. sunt tempora, ita etiam Mẽsis. Hyemi nouilunium, Veri crescẽs, Aestati pleniluniũm, Autumno respondet decrescens luna.

Ff. *Mensis* considerari potest dupliciter: tũ in *Specie*. Quandoquidem luna suo ad solem accessu & recessu nunc plena est, nunc silet, nunc crescit, nunc minuitur: iccirco Mensis alius Lunaris dicitur, alius Solaris. Et rursus cùm huius motus consideratio alia sit Astronomica & exacta, alia Medica & crassa: Menses quoq; aliter exactè, aliter crassè numerantur. Denicq; mensis quilibet uel per se, uel comparatione alterius, perpendi potest. His suppositis, considerari potest uel quo ad

Species suas ab efficiẽte sumptas. Mẽsis est numerus motus lunaris. Luna suũ orbẽ cõficit menstruo spacio. Cæterũ quoniam lucet alieno lumine, eapropter cõsideratur ratione

Motus. Vide signum Gg.

Luminis siue influxus, quem nunc parcius nunc largius inferioribus subministrat. Sic Apparitorius mensis dicitur, quãdo luna soli aduersa lucem ab illo susceptam per noctẽ terris communicat, diebus ferè 26. & H. 12. Quãdo uerò cum sole coiens, lumine eiusdem ipso die nouilunij penitus absorbetur, item die uno & altero subsequente ueluti combusta uim suam inferioribus non communicat, tunc silere dicitur, diesq; illi ad mensis lunaris integri perfectionem nihil facere uidentur.

Comparantur tum generis

Eiusdem. Sic quaruires dies decretorij ex numero rum serie habẽt, easdẽ propè etiã menses tum in

Genere.

Specie. Sic v. g. in pueri corpore

Intra uterum septimus mensis omniũ membrorum perfectionẽ continet.

Extra uterum, septimo mense infantes dentire incipiunt.

Diuersi, utputa lunaris cũ solari, quaten° dispares sunt. Sic igit

Septimus lunaris expirat in solaris septimi die 24. & horis 12.

Sextus solaris in septimum lunarem incurrit, dierum quinq; numero & horis 15.

Octauus lunaris expirat in octaui solaris die 23 & horis aliquot.

Accidentia, cõparatiõe mẽsium & commixtiõe mutua. Quorũ utrũq; propterinsignes mutatiões, quas experiẽtia obseruauit, in cõsiderationẽ meritò uenire debet. Mẽses igitur inter se

Commiscentur, & uel generis

Solaris cum solari, quando prior mensis augetur decẽ diebus ab alio mense assumptis, ita ut dierum QVADRAGENARIA cõsurgat, τεσσαρακονταετὴς Hip. dicta, magnarum mutationũ momento insignis, ex quaternarij & denarij inuicem complicati, item septenarij & senarij, occulta ui consurgens. Hęc ad Mensiũ differentias accidẽtales referre uidetur Hip. quandoquidem octauum mẽsem à sexta quadragenaria constitui dicit. Vide signum Hh.

Eiusdẽ. utputa

Lunaris cum lunari. Vide signum Ii.

Diuersi, utputa lunaris cũ solari, siue (ut Hip. loquitur com. de Sept.) cũ anno, hoc est, anni parte duodecima. Sic lunari cuilibet à solari accedit tantùm dies unus, & minuta ferè 30. Proinde com. de Septimestri partu ait, octauũ mẽsem lunarem, parte quota à solari mutuata, uix commemoratu dignum esse.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 242 sur 736

©BIUM

Gg Luna conſideratur, tũ reſpectu motꝰ

Proprij, quo ſuum circulũ abſoluit. Peragratoriꝰ mẽſis dicitur, & Lunaris. Cuius quidem ſpecies duæ. Alter enim eſt

Integer & perfectus, tot numero dies habens, quot ei decernuntur modo conſiderandi uel

Exactiore & Aſtronomico. Menſis igitur lunaris integer

Vnus conſtat D. 29. H. 12. Mín. 44. Secundis 4.

Duo conſtant D. 59. H. 1. Mín. 28. Sec. 8.

Craßiore & Græcanico, quem Hip. ſequitur in plurib. locis. Eſt enim quodãmodo mediꝰ inter mẽſem ſolarẽ & peragratorium, apparitionesq; lunares: quorum ille diebus 27. & H. 8. ferè, hic diebus 26. & H. 12. aliquãdo etiam pluribus integratur. Ergo

Vnus habet D. 29. H. 12.
Sex habent D. 177.
Septẽ habẽt D. 206. H. 12. Hic partus propriè & perfectè Septimeſtris.
Octo habẽt D. 236. H. 12.
Nouẽ habẽt D. 265. H. 12. Hic partus propriè Nouimeſtris.
Decem habent D. 295.
Vndecim D. 324. H. 12.

Mutilus & imperfectus uel

Cum præcedentis reſpectu, ut qñ quinq; uel ſeptẽ uel 15. dies uniꝰ menſis pro toto menſe ponũtur, mẽſisq; adeo incipiẽs & progrediens, pro mẽſe ſumitur integro. Id quod in fœtus geſtatiõe frequenter accidit. Sic nanq;

Septimus dicitur, qui ſex menſes Græcanicos plenos dierũ ſcilicet 177. continet, & præterea à ſeptimo ſumit dies quinq; cũ horis 12. ità ut cõſtet diebus 182. H. 15. qui faciunt mẽſes ſolares ſex integros, ſiue annum ſolarem dimidiatum. Et hic etiã partus Septimeſtris dicitur Hip. de Septim. n. 1.

Decimus uocatur, qui nouem Græcanicos integros ſiue dies 265. habet, & præterea à decimo ſumit dies quinq; cum horis aliquot. Sic partus Decimeſtris, qui die quinto decimi in lucem editur, nĩ mirum die 270. uel etiam plurib. ut die 280, qui finis eſt ſeptimæ quadragenariæ.

Vndecimus nũcupatur, qui ad ſeptimã quadragenã dies 280 capiẽtem, quinq; dies ſupra dimidium ab undecimo mẽſe ſumit. Sic partus dicitur Vndecimeſtris Hip. com. de Septimeſtri.

Abſq; præcedentis reſpectu. Vt quando menſis ſecundùm hebdomadas conſideratus, quatuor hebdomadibus conſtare dicitur, quæ 28 tantùm dies conficiunt. Reliqui dies ad lunarem uel etiam ſolarem addendi menſem, cùm ſeptimanam nullã conſtituere poſſint, tanquam inutiles negliguntur. Et hic quidem mẽſis Hebdomadarius dici poteſt. De quo ſuprà in Hebdomadis. Cuius menſis com. de Aetate rationem habet Hip.

Alieni, quatenus ſolis curſum per Zodiacum comitatur, & uelut imitatur. Menſis Solaris dicitur. Qui ſimiliter ſi conſideretur modo

Exactiore & Aſtronomico,

Vnus conſtat D. 30. H. 10. Mín. 30.
Sex conſtant D. 182. H. 15. Hip. de Sept. n. 1.
Octo habent D. 213. H. 1. Mín. 30.
Nouem D. 273. H. 22. Mín. 30.
Decem D. 304. H. 9.
Vndecim D. 334. H. 19. M. 30.

Craßiore & Medico,

Vnus habet D. 30. H. 10. Quãuis etiam horæ omittantur. Vt com. de Aetate, n. 6. ubi per menſes tricenarios, hoc eſt, diebus 30 conſtantes, decadas hebdomadarias dimetitur.
Sex integri D. 182. H. 15.
Septem integri D. 213.
Octo integri D. 243. H. 8.

Hh. Ergo

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 243 sur 736

©BIUM

Hh. Ergo si consideretur mēsis secundùm quadragenarias in

- *Genere*, Mensis compositus ex 40 diebus constat, quoniam præter legitimos dies suos mutuatur decem alios à mense uel
  - *Præcedente*, & Quadragenaria Anticipans dici potest.
  - *Sequente*, & Quadragenaria Tardans nuncupari poterit.
- *Specie*, prout in humano fœtu suas uires ostendit tū
  - *Intra* uterum matris delitescentē per nouem menses cum decimi ferè dimidio. Quod tēpus diebus circūscribitur 282. Qui ipsi ad septem quadragenarias siue septem mēses cōpositos reuocantur, inter quos Hipp. præcipuè obseruādas putat (propter insignes & periculosas immutationes) primam, & sextā: deinde septimā, propter salubritatē suā: cui affinis etiam est secunda. Extenditur enim τεσσαρακοντὰς
    - *Prima*, ad diem 40. & comprehendit mensem primum, & secundi initium. Intra quod tempus crebri abortus fiunt, & fœtus conformatur. Hanc primam facit Hip. τεσσαρακοντάδα.
    - *Secunda* ad 80. & comprehendit menses duos, & tertium mutilum: quo tempore fœtus perfectè augetur, optimeq; habet, & matrès uterum facillimè ferunt.
    - *Tertia* ad centesimum uigesimum. & comprehendit menses quatuor integros.
    - *Quarta* ad 160. & comprehendit menses quinq;, & sexti initium.
    - *Quinta* ad 206. & comprehēdit menses sex, & septimum mutilum.
    - *Sexta* ad 240. & cōprehendit menses octo integros. Quam facit Hip. secūdam τεσσαρακοντάδα. Et hic est octauus mēsis lunaris compositus, lib. de Septimestri: quo & fœtus in utero ægrotās, suppurationes pati, mutilari, & excæcari interdum solet: & mater peius sese habere, quàm reliquo gestationis tempore deprehenditur. Hic autem mēsis decem dies assumit uel à mense
      - *Præcedente* septimo, & Anticipans octauus dicitur. Quando mulier luna crescente, & hemisphærium nostrum conscendente, inferioremq; epicycli partem perreptante, idq; in signo mobili, cōcepit, tunc à die 207 (qui initiū dat octauo lunari simplici) anterius retrogredietur ad 197 diē (qui uigesimus est septimi mensis) ac inde inchoās in 236 diem terminabitur.
      - *Sequente* nono, & Tardās octauus erit. Vt quādo mulier luna decrescēte, ab hemisphærio recedente, superioremq; epicycli partē perambulante, in signo fixo concepit, tunc à die 207 tardando ad 217 (qui decimus est noni mensis) retrò labitur, & inde incipiens in 256 desinit.
    - *Septima* ad 280. & nouem menses comprehendit integros, cum decimi dimidio. Proinde pueri dicuntur Δεκάμηνοι, decimo incipiente nati: uti ἑπτάμηνοι, incipiente septimo. Hanc facit Hip. tertiam τεσσαρακοντάδα, in qua nati pueri, cùm periculum sextæ in utero superarint, licet minus sint corpulenti, tamē ingenio longè uidentur esse præstantiores.
  - *Extra* uterum edito. Vt ergo puerpera à partu per 40 dies purgatur: ita quoque puer editus per totidem dies purgari cōspicitur, donec omne id, quod ex menstruo maligni hausit in utero, uel etiam extra uterum ex insolito alimenti genere uitij cōtraxit, purgetur. Quòd si puer edatur mense lunari
    - *Septimo*, sextam τεσσαρακοντάδα perferre cogetur extra uterum, τὴν τεσσαρακονθήμερον κακοπαθείην, quæ pueris periculosissima accidit, quia teneri admodū sunt, cùm perfectum gestationis tempus in utero nondum compleuerint.
    - *Decimo*, propterea quòd locis uteri calidis diutissimè assueuerunt, mutationem ambientis ægrè ferunt, & octauæ τεσσαρακοντάδος periculo subijciuntur.

Ii. Ergo

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 244 sur 736

©BIUM

Accidentalis, ex imperitia mulierum, quæ tẽpus conceptus primo menſi integro tribuunt, quod tamen dimidiato tantùm tribuendũ erat. Quãdo enim mulier in ipſo nouilunio, quod menſis prima pars eſt, propter menſtrui fluxũ concipere nequit, neceſſe eſt ut in reliquis partibus concipiat. Quotocunq; igitur die cõcepit, ab eo die uſq; ad eundẽ diẽ ſequentis menſis computãt integer. v.g. ſi quæ cõceperit 15 die mẽſis primi, ea ſi pariat mẽſis ſeptimi die 15, ſex tantũ mẽſes integros uterũ geſtauerit. Quã quidẽ cõputãdi rationẽ Hip. de Septimeſtri n. 2. & de Octimeſtri n. 23 & 24. docet: cuius ignorãtia mulieres ſæpe fallunt, ut mẽſem imperfectũ primũ quo concepere pro integro numerãtes, pluribus diebus ſolito fœtũ ſe geſtaſſe affirment.

Eſſentialis, propter actionẽ caloris materni in fœtũ. Mater enim toto geſtationis tempore ſuas uires omnigenas puero impertit, ſed pro lunæ motu nunc largius, nunc parcius, nunc minimum. Ergo ſi menſem perfectum dierum 29 cum dimidio ſtatuamus, per quos fœtui ſuas uires mater communicat: ſanè cùm ſingulo menſe diebus aliquot ferietur, eos dies in perfecti menſis numerũ non uenientes de alijs menſibus ſuppleri oportebit. Hinc iam commixtio mẽſium oritur: quando ſcilicet ad complementũ D. 29. H. 12. menſis lunaris, per quos luna in hæc inferiora agere debet, totidem dies de ſequenti menſe in complementum otioſorum ſumuntur. Id quod in Decimeſtri & Vndecimeſtri partu Hip. com. de Octimeſtri n. 21. docet. Ad cuius intelligentiam ſciendum, quòd lunæ motum menſes mulierum ſequuntur: pro menſium autem motu geſtatio quoq; pueri uariat. Luna igitur potentiſsimè per totum mẽſem inferiora afflat, regit, gubernat, incrementum dat: in coitu ſolo, quo ſolem aſſequitur & tranſmittit, nihil aut parum uirtutis ijſdem impertit, qui dies unus eſt: & tamen biduo pòſt, interdum etiam triduo, cõbuſta radijs ſolaribus obtegitur, neque uires ſuas in terras demittit. Similiter mulieri extra conceptum menſes ipſo nouilunij die fluere incipiũt, quòd tunc laxatis uelut habenis quicquid in corpore ſuperfluũ eſt expellatur. Semel inde facta uia, pro uario mulieris temperamẽto, uni duobus, alteri III, quibuſdam V, uel VII, uel XII diebus fluxio perſtat. At poſteaquam concepit, cùm per totum reliquum menſem calor ſpiritu & alimento conueniente fœtum fouerit, refecerit, ſuſtentaritq;, tempore ſilentis lunæ nihil uel parum admodum ſuarum facultatum fœtui impertiet, tot diebus, quot illi extra conceptum menſes fluere ſolebant. Per quos igitur dies nihil ipſi fœtui accedit commodi, ij pro otioſis habentur, & propterea in perfecti menſis numerum uenire non poſſunt. Iam uerò cùm numerus dierum integri menſis ad tricenarium proximè accedat, in locum otioſorum totidem utiles erũt ſubſtituendi de menſe ultimo, in quo fœtus in lucem editur. Ergo quæ mulieres purgantur diebus pluribus, tardius pariunt, cùm plurimum alimenti fœtui poſſint ſubminiſtrare: quæ pauciorib⁹, citius, propterea quòd fœtus alimenti inopia urgente locũ mutare quærit. Et hæc quidem cùm in eo fœtu qui ex ſemine ſeptimeſtri, tum in eo qui ex ſemine nouimeſtri producitur, ſecundũ Fracaſt. lib. 1 de Antipath. quorum ille ad IX, hic etiam ad XI. propter ſupplementũ dierum otioſorum pertingit. Quando igitur mulieri menſes conſueuerunt purgari per diem

Vnũ, quæ triceſima eſt pars mẽſis, eidem, ſi ſemen ſit nouimeſtre, de decimo menſe loco dierũ otioſorũ addendi erũt dies nouẽ. Sin ſeptimeſtre, ſub ſeptimi ſolaris initium dimidio anno completo, in ſeptimi lunaris mediũ incidet: quoniã ſex mẽſes lunares faciũt dies 177. de ſeptimo accedunt dies quinq; cũ dimidio, præterea dies completorij ſeptem. ſumma dies 190 ferè. Porrò mulieres uno tantùm die purgari ſolitę aut ſteriles ſunt (uti etiã quę mẽſtruis penitus carent, cùm fœtui alimentũ ſufficiẽs nõ poſſint ſuggere re) aut certè ſeptimo mẽſe pariunt.

Duas, quę decima quinta pars eſt mẽſis, ad complementum otioſorũ dierũ addendi erunt de menſe decimo dies XIIX, ſi nouimeſtre ſit: ſin ſeptimeſtre, partus incidet in 24. men. VII. lunaris.

Tres, quę decima pars eſt mẽſis, ad cõplementũ otioſorũ dierũ addẽdi erũt, ſi ſeptimeſtre ſit, dies 27 de menſe ſeptimo & octauo, incidetq; adeo partus in diem tertiũ & dimidiatũ octaui menſis. ſin nouimeſtre, totidẽ dies: adeoq; fœtus editus dicetur & Nouimeſtris, quoniã in nono integro cum decimi additamẽto natus: & Decimeſtris, ꝓpterea q 27 die decimi natus: & Vndecimeſtris, qa proximè accedit ad undecimũ. Nam ſi 266 dieb. nouẽ Græcanicorũ menſiũ addant 27 completorij dies, & rurſus pro trib. diebus menſtruorũ decimi menſis tres alij, exurgẽt dies 296. qui in undecimi mẽſis initium incurrunt.

Quinq;, quæ ſexta pars eſt mẽſis, ad complementũ otioſorũ dierũ addẽdi erũt dies XXXV. Ergo ſi ſemẽ ſeptimeſtre ſit ex ſui natura, pariet die quinto noni mẽſis: ſin nouimeſtre, pariet die 300, qui 25 eſt decimi menſis.

Septem, otioſi dies erũt in fœtu ſeptimeſtri 49. qui ſi de ultimis dieb. addãtur, incurret partus ferè in 19 diẽ noni mẽſis. In nouimeſtri uerò, ad initiũ noni menſis ſi addas 45 D. emergent D. 310. Itaq; die ferè 20. M. XI. edetur.

Duodecim, in eandẽ cenſurã ueniũt, niſi ꝓ hæ ipſæ propter menſtruorũ abũdantiã ad cõceptũ uidentur ineptiores.

II. Ergo lunarium menſium commixtio fit partim

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 245 sur 736

©BIUM

Kk. *Annus* est mẽsura motꝰ cœlestis, quo Sol Zodiaci XII. signa conficit. Huius igitur cõsideremus

- *Essentiam.* Ergo
  - *Totus* annꝰ certo dierum numero absoluitur, quib. omnia Zodiaci signa Sol percurrit motu proprio ab occasu in ortum, more reliquorum planetarũ: qui alioqui motu primi mobilis ab ortu in occasum 24 horarum spacio abripitur. Hi ipsi dies si cõsiderentur quo ad motum
    - *Solis* principis per se, per accidens etiã ad lunæ motũ referãtur, quæ instar matris solẽ patrẽ cõsectatur: sic quemadmodũ Mensis ex sui natura lunæ motũ metit̃, solis uerò per accidens: ita Annus solis motum per se, per accidẽs etiam lunæ. Erit igitur annus alius
      - *Solaris*, ex duodecim mensibus solaribus consurgens: & supputatione quidem
        - *Exactiore* habet D. 365. H. 6.
        - *Craßiore* habet D. 365.
      - *Lunaris*, ex duodecim mensibus lunarib. ortus: qui supputatione quidem
        - *Exactiore* constat D. 354. H. 8. M. ferè 49.
        - *Craßiore* habet D. 354.
    - *Omnium* planetarum septẽ, per hebdomadas diuiduntur. Quæ rursus septimanæ siquidem cõsiderẽtur secundùm
      - *Quaternarios*, siue secundùm Menses hebdomadarios, Annus solaris constabit mensib. tredecim, quorum singuli quatuor septimanis siue diebus 28 circumscribuntur. Supererunt tamen dies unus & H. 6.
      - *Denarios*, Annus solaris integer quinq; integris decadibus (quarũ singulæ dies constituunt 70) & dimidia, die quinetiam uno & H. 6. constabit. Cæterùm dimidia decas cum supplemẽto non computatur. Vt com. de Aetate, n. 12. ubi septem annos dicit cõstare decadibus hebdomadarijs 35. hebdomadibus autem in uniuersum 350. Itaq; anno hebdomades 50 tribuit, & hebdomadarias decades quinq;.
  - *Partes* anni uariæ, pro diuersa motus consideratione. Vide signum ☙
- *Accidẽtia* siue Adiuncta, quæ certo annorũ numero uel etiã certis anni partib. cõtingere solẽt. Ergo hîc cõparant̃ inter se uel anni
  - *Integri*, uiresq; suas ex numerorum proportione sumunt, quẽadmodum dies critici & menses. Proinde septenarijs Annorũ ætates circũscribuntur & definiũtur: & Hip. de Septimestri, anno septimo dentes excidere & nouos supernasci ait.
  - *Nõ integri*, sed secundùm partes sumtas à
    - *Motu.* Annus dimidiatus sex menses solares continet, qui quidẽ propter insignẽ mutationẽ, quã sol facit, qñ à bruma V. G. ad solstitiũ æstiuum, uel ab æquinoctio uerno ad autumnale æquinoctiũ peruenit, embryonis tenerum corpus ad exitũ stimulat, isq; fœtus Septimestris dicitur Hip. quoniam die 5 & horis 15 septimi mensis lunaris editus est.
    - *Lumine.* Sic quatuor Anni tempora consideran tur & in corporibus
      - *Puerorum.* Inquit Hip. de Octimestri n. 17. τὰ ἡλίῳ ξυντροφώτατα μάλιστα κρατιστεύειν: quasi uelit pueros in lucem editos Sole ad nos redeũte post brumam, uel etiã æquinoctio uerno, longè uegetiores ijs esse, qui solstitio æstiuo uel æquinoctio autũnali nascunt̃, sole à nobis recedẽte.
      - *Adultorũ.* Sic Hip. com. de Natura humana docet in corporib.
        - *Sanis* humores secundùm anni tempora moueri.
        - *Aegris* morborum iudicationes in contrarijs, exacerbationes in similib. anni temporib. fieri. Proinde morbos præter dierum crises à partibus anni interdum sumere iudicium, quòd qui uerè cœperũt & grauiter afflixerunt, autumno soluantur: qui uerò per æstatẽ, hyeme soluãtur, aut saltem mitiores euadant.

☙ Qua-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 246 sur 736

©BIUM

- Quatenus enim sol mouetur motu
  - *Alieno* primi mobilis, sic cùm in Zodiaco gradum singulis diebus faciat, Annus in 365 D. & H. 6. diuidetur, quòd tot dies ad proprium motum per omnia Zodiaci signa peragranda requirat. Anni rursus cùm duæ sint partes, Anni dimidium
    - *Solaris*
      - *Exacti* habet D. 182. H. 15.
      - *Crassioris* habet D. 182.
    - *Lunaris*
      - *Exacti* habet D. 177. H. 4. min. ferè 24.
      - *Crassioris* constat D. 177.
  - *Proprio* ab occasu in ortum, & quolibet die gradum unum Zodiaci in 365 gradus diuisi conficit: sic ratione habita solaris
    - *Motus* per Zodiacũ, cùm is in XII signa diuidatur, singula XXX gradibus constantia, Annus quoq; in XII partes diuidetur, quos Menses uocant, per se quidem solares, lunares per accidens. Proinde annus distinguitur in duo Semestria.
      - *Luminis* diurni, quo in hæc inferiora agit, quandoquidem illud nunc decrescit, nunc consistit, nunc accrescit, obliquitatem Zodiaci imitando, qua is Tropicos extremos & Aequinoctialem medium ueluti cõplectitur: annus diuiditur in quatuor Trimestria, siue quatuor Partes anni κατ' ἐξοχὴν dictas, in Ver, Aestatem, Autumnum & Hyemem: diuiditur inquam respectu
        - *Extremorũ* Tropicorũ in duo Solstitia, quorũ altero dies est longissimus, altero est breuissimus. Solstitium igitur
          - *Brumale*, qñ sol ad Meridiem lõgissimè prouectus ad Tropicum usq; Capricorni, ad nos redire incipit, adeoq; noctes decrescunt, dies uerò accrescunt.
          - *Aestiuũ*, quãdo sol ad Septẽtrionem longissimè prouectus, ubi ad Tropicum Cãcri peruenit, à nobis recedere incipit, adeoq; noctes accrescunt, dies uerò decrescunt.
        - *Medij* Aequinoctialis, qui dies noctib. æquat, in duo Aequinoctia: alterum
          - *Vernũ*, in Ariete.
          - *Autũnale* in libra.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 247 sur 736

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ

Sententiæ distinctè sunt secundùm Galenum.

De Natura hominis.

ΟΣ[1] τις μὲν ἔωθεν ἀκήκειν λεγόντων, ἀμφὶ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνης, πρόσωθεν ἢ ὀκόσον αὐτῆς ἐς ἰητρικὴν[2] ἀφίκει, τοῦτο μὲν ἐκ ἐπιτήδειος οὐδὲ ὁ λόγος ἀκήκειν. [2] ὅτε γὰρ παμπαν ἠέρα λέγων τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ὅτε πῦρ, ὅτε ὕδωρ, ὅτε γῆν, ὅτ' ἄλλο ἐδέν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι τοῦτα λέγειν παρείημι. [3] δοκέουσι δέ μοι ἐκ ὀρθῶς γινώσκειν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. [4] γνώμη μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, [5] λέγουσι δὲ οὐ πάντα, [6] ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης τὸν αὐτὸν λόγον τὸν αὐτὸν προφέρονται. [7] φασὶ γὰρ εἶναί τι ἓν, ὅ, τί ἐστι, [8] καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ ἅπαν τε καὶ τὸ πᾶν. [9] κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα ἐκ ὁμολογέουσι. [10] λέγει δ' αὐτέων ὁ μὲν τις φάσκων, ἠέρα τοῦτο εἶναι, τὸ εἶναι καὶ τὸ πᾶν, ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν· [11] καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύρια τε καὶ τεκμήρια, ἅπερ ἔστιν οὐδέν. [12] ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ γνώμῃ πάντες προσχρέονται, λέγουσι δ' οὐ τὰ αὐτά, δῆλον ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτά. [13] γνοίη δ' ἄν τῷ δέ τις μάλιστα, παρεγχωρέουσι αὐτέοισιν αὐτὰ λέγουσι. [14] πρὸς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, τῶν αὐτέων ἐναντίον ἀκροατέων, οὐδέποτε τρὶς ἐφεξῆς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος φανήσεται ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν οὕτως ἐπικρατέει, ποτὲ δὲ οὕτως, ποτὲ δέ, ὥν ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον. [15] καίτοι δίκαιόν ἐστι, τὸν † ἐπαγγελλόμενόν τι φαύσκειν ὀρθῶς γινώσκειν † ἀμφὶ τῶν πρηγμάτων, παρέχειν αἰεὶ ἐπικρατοῦντα τὸν λόγον τὸν ἑωυτοῦ, εἴπερ ἐόντα γινώσκει, καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. [16] ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἀνθρώποισι σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων, ἀπὸ ἀσυνεσίης. [17] τὸν δὲ μέλιστα λόγον ὀρθοῦν. πείσει μὲν ὀλίγων τεκμηρίων ἀρκέει μοι τὰ εἰρημένα.

[18] τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μὲν τινες λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μουνόν ἐστιν· οἱ δ' αὖτε, χολὴν φασὶν εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ἔνιοι δέ τινες, φλέγμα. [19] ἐπίλογον δ' ὃν πιεύσαντες καὶ αὐτοὶ πάντες τὸν αὐτὸν. τὸ γάρ τι εἶναι φασὶν, ὅ, τι ἕκαστος ἥδηλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. [20] ἔστι δὲ τοῦτο ἓν, μεταβάλλοντα τῷ ἰσχνῷ καὶ τῷ δυνάμιν, ἀναγκαζόμενον ἀπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γλυκέος καὶ γλυκοῦ, καὶ πικροῦ, καὶ λευκοῦ, καὶ μέλανος, καὶ παντοίου τινὸς ἄλλου. [21] ἐμοὶ δὲ

QVICVNQVE[1] de natura humana altiùs differentes audire consueuit, quàm ad Medicinam pertineat, huic non est commodum hunc meum sermonem audire. [2] Neque enim prorsus aut aerem dico hominem esse, aut ignem, aut aquam, neque terram, aut quicquam aliud, quod non manifestum sit unum in homine esse: sed uolentibus tamen hæc dicere permitto. [3] Videntur autem mihi talia dicentes non rectè rem cognoscere. [4] Nam cùm sententia eadem omnes utantur, [5] neq; interim eadem dicant, [6] sententiæ tamen epilogum eundem inferunt. [7] Aiunt enim unum quid esse, quodcunque tandem est, [8] & idipsum esse unũ ac uniuersum. [9] Secundùm nomina autem non consentiũt. [10] Alius enim esse hoc unum ac uniuersum aerem statuit, alius ignem, alius aquam, alius terram: [11] & adhibet unusquisq; assertioni suę testimonia ac signa, nullius momenti. [12] Hoc ipso enim quòd eadẽ sententia omnes utuntur, at nõ eadem dicunt, manifestum fit quòd ea neq; cognoscant. [13] Atq; hoc ex eo uel maximè quis cognouerit, si ipsorum disceptationibus interfuerit. [14] Nam quum ijdem uiri inter se disceptant, ijsdem auditoribus præsentibus, nunquam ter consequenter idẽ homo uincit in eodem sermone: sed modò hic, modò alius superat, modò tertius, cui fuerit lingua maximè uolubilis ac populo grata. [15] Atqui decebat eum, qui de rebus se rectè cognoscere pronunciat, semper in disputando uictorem euadere, si quidem uera cognoscit, eademq; ex animi sententia pronunciat. [16] Cæterùm uidentur mihi homines isti semetipsos euertere præ imprudẽtia, eandem opinionem, diuersis tantùm nominibus, profitendõ, [17] adeoque Melissi opinionem confirmare. De quibus hæc pauca dixisse sufficiat.

[18] Iam uerò ex Medicis quidam dicunt, hominem sanguinem tantùm esse, alij bilem, alij pituitam: [19] qui tamen omnes epilogum eundem faciunt. Vnum enim quid esse dicunt, quodcunque cuique ipsorum nominare placuit: [20] & idipsum unum existens, speciem ac uim suam mutare, coactum à calido ac frigido, fieriq; & dulce, & amarũ, & albũ, & nigrum, & quiduis aliud. [21] Quæ tamen ipsa

ipsa mihi aliter se habere uidetur. Et plurimi quidem talia quædam, & his similia pronunciant. [22] Ego autem dico, si unum esset homo, nunquam sanè doleret. [23] Neque enim esset quod dolorem inferret, si unum existeret. [24] Quinetiam si doleret, necesse foret & remedium unum esse. [25] Nunc uerò plura sunt. [26] Multa enim insunt in corpore, quæ quum à se mutuo præter naturam calefiunt & frigefiunt, siccanturque & humectantur, morbos pariunt. [27] Quare multæ etiam species morborum sunt, & multiplex eorundem medela. [28] Existimarim uerò ego eum, qui hominem sanguinem solum esse dicit, & nihil aliud, ostendere debere, ipsum non transmutare speciem, neque omnigenis mutationibus obnoxium esse, [29] & saltem horam aliquam anni, aut hominis ætatem dari, in qua sanguis solus in homine inesse appareat. [30] Verisimile est enim, unum aliquod esse tempus, in quo appareat ipsum in seipso unum existere. [31] Eadem censuerim etiam de eo qui hominem pituitam solùm esse dicat, & qui bilem. [32] Verumenimuerò quæcunque ego hominem esse dixero, ea demonstrabo, & secundùm legem, & secundùm naturam, semper similiter se habere in iuuene, & sene, tempore frigido æquè ac calido. [33] Proferam insuper signa, & causas necessarias ostendam, per quas unumquodque augescit ac minuitur in corpore.

[34] Primùm quidem igitur necesse est generationé fieri non ab uno. [35] Quomodo enim unum existés, aliud quid generarit, si non alicui alteri misceatur? [36] Deinde, si uel diuersi generis misceantur, [37] uel eandem uim habentia, neque generabunt, neque quicquam nobis conferent. [38] Præterea si calidum ac frigidum, & siccum ac humidum moderatè inter se non sint affecta, sed alterum alteri multum antecellat, & fortius debiliori præstet, ne generatio quidem fieri poterit. [39] Quomodo ergo uerisimile est, ab uno quid generari, quum neque à pluribus generetur, nisi habuerint temperamentum inter se probè conueniens? [40] Necesse itaque est, tali existente natura, cùm aliorum omnium, tum hominis, non unum esse hominem: [41] sed singula, quę ad generationem eius collata sunt, uim eam in corpore habere, quam in primo statim ortu cõtulerunt. [42] Necesse quinetiam est redire singula ad cognatam suam naturam, homine moriente, humidum nimirum ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. [43] Talis autem & animalium est natura, & aliorum omnium, generanturque similiter omnia, & occi-

A ἐοῦσε τῶνδε ἕκειν. οἱ μὲν ἓν τοιαῦτά τινα, καὶ ἐπεγγύσασι τοιέων, ὁκοῖόν φαίνονται. [22] ἐγὼ δὲ φημι, εἰ εἷς ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεσεν. [23] οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν [2] τὸ τι ἀλγήσειεν εἷς ἐόν. [24] εἰ δὲ ἓν ἀλγήσει, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον εἷς εἶναι. [25] νυνὶ δὲ πολλά. [26] πολλὰ γὰρ ἐνεστιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων περὶ φύσιν θερμαίνηται τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηται τε καὶ ὑγραίνηται, νέσους φύτει. [27] ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν. [28] ἀξιῶ δὲ ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι μοῦνον τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μὴ δὲ γίνεσθαι παντοῖον· [29b] ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. [30] εἰκὸς γὰρ εἶναι μίαν τινὰ ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἓν ἐόν. [31] τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι, καὶ περὶ χολῆς φάσκοντος. [32] ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω, ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ τοῦτο ἐόντα [c] ὅμοια, καὶ νέου ἐόντος, καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ἐούσης καὶ ψυχρῆς, καὶ θερμῆς. [33] καὶ τεκμήρια παρέξω, καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι' ἃς ἕκαστον αὔξεταί τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι.

[34] πρῶτον μὲν ἓν ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. [35] πῶς γὰρ ἂν εἷν γ' ἐόν τι γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη; [36] ἔπειτα οὐδὲ ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται, [37] καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν, γονὰ, οὐδὲ ἂν τοῦτα ἡμῖν συντελέοιτο. [38] καὶ πάλιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἔχει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ προέχει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, οὐκ ἂν γένοιτο. [39] ὥστε πῶς εἰκὸς [d] ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι; [e] ὅτε γε δὲ ἀπὸ τῶν πλειόνων γονὰς, ἢν μὴ τύχη καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος τῆς πρὸς ἄλληλα; [40] ἀνάγκη νῦν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, [41] ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵλπερ ξυνεβάλετο. [42] καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος ἀνθρώπου, τό, τε ὑγρὸν [†] πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν. [43] τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. ξυνίστησι γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν προειρημένων πάντων,

[2] ὑφ' ἑτέ

[b] ἄλλην

[c] ὁμοίως

[d] ἀφ'

[e] ὅπε

[†] προχωρεῖ σαι.

καὶ πλοῦτα κζ τὰ ἐρημενα εἰς τὸ ἑωυτὸ ὅθεν
[a] ξωυ ἑσῃ περ [a] ζώοντι ἕκαστον, ἐνταῦθα ἓν ἕκαστον ἀπεχώρησε.
18 [44] τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν δίττην, ἥν τε ξανθὴν καὶ μέλαιναν. [45] καὶ ταῦτ' ἐστὶν αὐτέων ἡ φύσις τοῦ σώματος, [46]
19 καὶ δι' ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. [47] ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς τε ἄλλης κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα δὲ μεμιγμένα ἦ. [48] ἀλγέει δὲ, ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλεῖον εἶη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μὴ κεκριμένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν.
20 21 [49] ἀνάγκη γὰρ, ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ᾖ, ἔνθέν τε ἐξέρηκεν οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα † αὖ ἢ † ἐπιχυθῇ ὑστερημπολάμενον, ὀδυνᾶν τε καὶ πόνον παρέχειν. [50] καὶ γὰρ ὅταν τι τουτέων ἔξω τοῦ σώματος κρυῇ πλεῖον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδυνᾷ παρέχει ἡ κένωσις.
22 23 [51] ἢν [b] ταῦτα πάλιν ποιήσῃ ἔσω τὴν κένωσιν, καὶ τὴν μετάστασιν, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πλὴν αὐτέων ἀνάγκη δυνᾶσθαι τὴν ὀδυνίην παρέχειν κατὰ τὰ ἐρημένα, ἔνθεν τε ἐξέρηται, καὶ [c] ἔνθα ὑστερέβαλεν.
24 [52] εἰπὼν δὴ ἃ αὖ φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ [d] ταῦτα ἐόντα, καὶ κατὰ
25 νόμον, καὶ κατὰ φύσιν. φημὶ δὴ εἶναι αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν, ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. [53] καὶ τουτέων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν νόμον τὰ οὐνόματα διωρίσθαι φημὶ, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ αὐτὸ οὔνομα εἶναι. [54] ἔπειτα τὰς ἰδέας κατὰ φύσιν κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. [55] πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ [e] ψαυόμενα ψαύοντι ὅμοια δοκέει εἶναι; [56] οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ,
26 [f] οὔτε ὑγρά. [57] ἀνάγκη τοίνυν, [f] ὅπου τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τήν τε ἰδέην καὶ τὴν δυνάμιν, μὴ σὺν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταυτόν ἐστι.
27 [58] γνοίης δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι ἔχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δυνάμιν τε καὶ φύσιν τ' ἑωυτέων. [59] ἢν γάρ τινι δίδως ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὃ τι φλέγμα ἄγει, ἐμέειν σοι φλέγμα. καὶ ἢν δίδως φάρμακον, ὃ τι χολὴν ἄγει, ἐμέειν σοι χολήν. [e] ταὐτὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. κζ [e] ταῦτα δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν δίδως φάρμακον, ὃ, τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. [60] κζ ἢν τρώσῃς αὐτέων τῶν σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γενέσθαι, ῥυή-

A occidunt similiter omnia. Constat enim natura ipsorum ex his prædictis omnibus, & desinit unumquodque iuxta prædicta in seipsum: hoc est, unde ortum est quoduis, eò recedit.

44 Iam uerò continet in seipso corpus hominis & sanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam atque nigram: 45 quibus natura corporis illius constituitur, 46 & per quæ ægrotat & sanitate fruitur. 47 Et sanitate quidem fruitur tum maximè, quando temperamentum hæc inter se habuerint moderatum, tum facultate, tum copia, præsertim post mixtionem. 48 Ægrotat autem, quum horum aliquod aut parcius aut abundantius

B fuerit: aut etiam à reliquis separetur in corpore, neque cum reliquis omnibus contemperetur. 49 Necesse est enim, quum quid horum secretum fuerit, & per se steterit, non solùm eum locum unde secesserit morbidum fieri: sed etiam eum, in quo stat, & in quem propter nimiã eiusdẽ copiã diffusum est, dolore ac morbo uexari. 50 Etenim quũ quid horũ extra corpus effluxerit amplius quã redũdantiæ modus requirat, euacuatio ipsa dolorem exhibet. 51 Rursus si intra corpus fiat eiusdem euacuatio, & transitio, & ab alijs secretio, geminatum dolorem exhibere necesse est, uelut dictum est, nempe & ei parti unde secesserit, & in quam receptũ redundat.

C 52 Porrò cùm receperim, quæcunque hominem esse dixero, ea me demonstraturum semper talia esse, & iuxta legem & iuxta naturam: proinde dico hominem esse sanguinem, & pituitam, & bilem flauam ac nigram. 53 Quorum ipsorum nomina primùm iuxta legem distincta esse affirmo, neque ulli ipsorum idem nomen esse: 54 deinde species iuxta naturam separatas esse, & neque pituitam similem esse sanguini, neque sanguinem bili, neque bilem pituitæ. 55 Quo enim modo hæc inter se similia sint, quorum neque colores similes uidentibus apparent, neque ad manuũ tactum similitudo aliqua deprehenditur? 56 Neq; enim similiter calida sunt, neq;

D frigida, neq; sicca, neque humida. 57 Proinde quum plurimum inter se discrepent & specie, & facultate, necesse est ipsa non unum esse: nisi fortè ignis etiam & aqua idem sunt.

58 Quòd autem hęc omnia non unum sint, sed unumquodque ipsorum uim & naturam suam habeat, uel hinc cognoscere licebit. 59 Si enim homini alicui medicamentum dederis, quod pituitam ducit, pituitam tibi uomet: & si pharmacum dederis bilem ducens, bilem tibi uomet. Eadem ratione & bilem atram purgabit, si medicamentum exhibueris quod bilem atram ducit. 60 Quòd si partem aliquam sauciaris, ut uulnus fiat, effluet inde

de ſanguis.[61] Atque hæc omnia fieri conſpicies omni tempore, interdiu noctuq;, & hyeme & æſtate, quadiu ſpiritū attrahere, eūdēq; reddere ualebit homo.[62] Valebit aūt, donec uno aliquo eorum, quæ cōgenita ſunt, fuerit priuatus.[63] Congenita aūt ſunt prædicta.[64] Quomodo enim non congenita eſſent?[65] Primùm etenim manifeſtum eſt, hominem in ſeipſo hæc omnia ſemper habere, quandiu uiuit.[66] Deinde genitus eſt ab homine hæc omnia habente.[67] Poſtea adoleuit in homine hæc omnia habente, quæ ego nunc dico ac demonſtro.[68] Cæterùm qui ex uno conſtare hominem aſſerunt, uidentur mihi hoc argumento perſuaſi.[69] Nimirum quum uiderent eos, qui medicamenta hauſerunt, in ſuperpurgationibus interijſſe, alios quidem bilem uomentes, alios pituitam: id, in cuius euacuatione hominem emori uiderunt, hominem eſſe crediderunt.[70] Eodem plane argumento nituntur, qui ſanguinem dicunt hominem eſſe. Quandocunque enim uident iugulatos homines, & ſanguinem ex corpore ipſorum effluentem, hunc ipſum animam in homine eſſe putant.[71] Et his ſanè teſtimonijs omnes utuntur in ſermonibus ſuis.[72] Atqui primùm quidem in ſuperpurgationibus nemo unquā mortuus eſt, ob ſolius bilis euacuationem. Nam ſi quis pharmacum biberit, quod bilem ducit, primùm bilem uomet, deinde pituitam, poſtea per uim atram quoq; bilem à flaua diuerſam, poſtremò moribundus etiam ſanguinem purum uomet. Eadem perpetiuntur à medicamentis pituitam ducentibus. Primùm enim pituitam uoment, deinde bilem flauam, poſtea atram, morientes autem ſanguinem purum, & in hoc mox uitam finiunt.[73] Quandocunque enim pharmacum corpus intrauerit, primùm quidem ducit id, quod ex omnibus in corpore exiſtentibus ſibi maximè ſecundùm naturam familiare fuerit: deinde uerò etiam reliqua trahit, atque purgat.[74] Quemadmodum enim ſe res habet in ijs quæ uel ſponte naſcuntur, uel conſeruntur, ubi in terram peruenerint, ut unumquodque trahat id, quod naturæ ſuæ familiare in terra exiſtit (ineſt autem in terra & acidum, & amarum, & dulce, & ſalſum, & omnigenum) & primò quidem plurimum eius trahat in ſeipſum, quod ſibi ipſi iuxta naturam maximè familiare fuerit, deinde etiam reliqua.[75] Tale quiddam etiam pharmaca in corpore faciunt. Quæcunque enim bilem ducunt, primùm meraciſſimam bilem purgant, poſtea uerò mixtam: quæ pituitam, primùm meraciſſimā trahūt, poſtea mixtā. Iugulatis itidē primū quidē ſanguis calidiſſimus & ruberrimus pfluit, deinde pituitoſior ac bilioſior.

[76]Por-

A ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα.[61] ϗ ταῦτα πάντα ποιήσει πάντα πᾶσιν ἡμέρῃ ϵ νύκτα, καὶ χειμῶνϴ, καὶ θέρεϴ, μέχρις ἂν ἄσωματος ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν ἐς ἑωυτόν, καὶ πάλιν μεθιέναι.[62] ἄσωματος δ' ἔστιν, ἐς ὃν τινὸς τετέων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων.[63] ξυγγέγονε δ' ταῦτα τὰ εἰρημένα.[64] ὡς γὰρ ἂ ξυγγένοιτο;[65] πρῶτον μὲν φανερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεί, ἕως ἂν ζῇ.[66] ἔπειτα γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου, ταῦτα πάντα ἔχοντος.[67] ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ, ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε ϵ ἀποδείκνυμι.[68] οἱ δὲ λέγοντες, ὡς ἓν ἐστιν ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι.[69] ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα, ϗ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δὲ πίνας φλέγμα, ἕτερον ἑκάτερον αὐτέων νόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὃ, τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτὸν ἀποθνήσκοντα.[70] ϗ οἱ τὸ αἷμα φαίνεσθαι εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέωνται), ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους, ϗ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τῶν σώματος, ἕτερον νομίζουσιν εἶναι τὸ ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.[71] ϵ μαρτυρέοισι τετέοισι πάντες χρέωνται ἐν τοῖσι λόγοισι.[72] καίτοι [a] πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν ἀθέης πω ἀπέθανε χολὴν μόνον καθαρθείς· ἀλλ' ὁκόταν τὶς πίῃ φάρμακον, ὃ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέει, ἔπειτα δὲ φλέγμα, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τῇ χολῇ ἐμέει χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι. τελευτῶντες δὲ ϵ αἷμα ἐμέει καθαρόν. τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσιν ϗ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, ϵ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν.[73] τὸ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν ἐσελθῇ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει, ὃ αὐτέου κρατέει φύσιν μάλιστα ἢ, τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει.[74] ὥσπερ τὰ φυόμενά τε ϗ σπειρόμενα, ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκῃ ἕκαστον τὸ κρατέει φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ (ἔστι δὲ ϗ ὀξὺ, ϗ πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἁλμυρὸν, ϵ ἄσαπτον) πρῶτον μὲν ἓν πλεῖστον τουτέου ἕλκυσιν εἰς ἑωυτὸ, ὅ, τι περ ἢ ἑωυτέῳ κρατέει φύσιν· ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τἄλλα.[75] τριττὸν [b] δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι, ὁκόσα μὲν χολὴν ἄγει, πρῶτον ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε χολὴν, ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ δὲ φλέγματος φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ τοῖσιν ἀποσφαζομένοισιν, πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον, ἔπειτα δὲ ῥέει φλέγματος δεύτερον καὶ χολώδεστερον.

28 29 [a] πρότερον 30 31 32 [b] δὲ

[76]αὖ-

©BIUM

32 [76] αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος. [77] τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. [78] ψυχρότατον γάρ ἐστι. [79] τεκμήρια δὲ τουτέων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον, εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος, καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν. [80] καί τοι γλισχρότατόν ἐστι, καὶ βίη μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν [81] (ὁκόσα δὲ βίη [a] ἔρχεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης) [82] ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς πάντα ταῦτα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. [83] ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. [84] οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος. [85] καὶ τὰ οἰδήματα * λευκότατα γίνεται μάλιστα † ταύτην τὴν ὥρην, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα.

[a] ἄγεται

* αὐτέοισι

† κατὰ

[b] ἔτι μένει

33 [86] τοῦ δὲ ἦρος, τὸ φλέγμα [b] ἔστι μὲν ἰσχυρότερον ἐν τῷ σώματι, [87] καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. [88] τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει, καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται. [89] τὸ [c] δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων, καὶ τῶν [d] θερμημερεῶν. [90] κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέων ταῦτα ἐστὶ μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ. [91] ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. [92] γνοίης δ' ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντερεῶν ἁλίσκονται, [93] καὶ ἐκ τῶν ῥινέων αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι, [94] καὶ θερμότατοι εἰσὶ καὶ ἐρυθροί.

[c] δὴ

[d] θερμημερεῶν

34 [95] τοῦ δὲ θέρεος, τό, τε αἷμα ἰσχύει ἔτι, [96] καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, [97] καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον. [98] γνοίης δ' ἂν τοῖσδε. [99] οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, [100] καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρονται. [101] δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι, [102] καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. [103] τὸ δὲ φλέγμα τῆς θερίης ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ. [104] ἐναντίη γὰρ αὐτέου ἐστὶ τῇ φύσει ἡ ὥρη· ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή.

35 [105] τὸ δὲ αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. [106] ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. [107] ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν.

36 [108] ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν κατὰ λαμβάνη, ἥτε χολὴ ψυχομένη, ὀλίγη γίνεται. [109] καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν, ἀπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος, καὶ ὑπὸ τοῦ μήκεος τῶν νυκτῶν.

37 [110] ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, [111] ὑπὸ δὲ τῆς περιϊσταμένης ὥρης ποτὲ μὲν πλείω γίνεται σφῶν αὐτὰ ἑωυτέων, ποτὲ δὲ ἐλάσσω ἕκαστα, [112] κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν.

38 [113] ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων, καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. [114] οὐ γὰρ ἂν μείνειεν τουτέων οὐδὲν οὐδένα χρόνον, ἄνευ

A [76] Porrò pituita in homine hyeme augetur: [77] ut quæ hyemi maximè secundùm naturam conueniat ex omnibus in corpore existentibus. [78] Frigidissima enim existit. [79] Signa autem, quòd pituita frigidissima sit, hæc sunt. Si enim pituitam & bilem & sanguinem contingere libuerit, pituitam sanè frigidissimam esse comperies. [80] Etsi uerò uiscosissima est, & post bilem atram omnino ad eductionem ineptissima, ut non nisi magna cum ui attrahatur ([81] quæcunque autem per uim trahuntur, hoc ipso calidiora fiunt) [82] nihilominus tamen frigidissima esse apparet pituita ex sua ipsius natura. [83] Quòd autem hyems corpus pituita repleat, inde cognoscere datur, [84] quòd homines pituitosissima & spuunt & emungunt hyeme, [85] & tumores laxi albissimi fiunt maximè hoc tempore, itemque reliqui morbi pituitosi.

B

[86] Cæterùm uere pituita quidem adhuc fortis in corpore manet, [87] sed sanguis augescit. [88] Nam & frigora remittunt, & imbres superueniunt. [89] Sanguis igitur iuxta hæc augescit, ab imbribus uidelicet & calidorum dierum tepore. [90] Hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipsi conuenit. [91] Est enim humidum & calidum uer. [92] Signa autem hinc colligere licet. Quoniam homines uere & æstate maximè dysenterijs corripiuntur, [93] & sanguis ex naribus ipsis fluit, [94] & calidissimi sunt ac ruberrimi.

C

[95] Aestate uerò sanguis adhuc uiget, [96] & bilis in corpore eleuatur, [97] & usq; in autumnum porrigitur. [98] Id quod hinc cognoscere potes. [99] Homines sua sponte hoc tempore bilem uomunt, [100] & in medicamentorum potionibus biliosiora purgantur. [101] Idipsum quoque ex febribus, [102] & colore corporis colligas. Pituita [103] econtrà æstate debilior seipsa est. [104] Contrarium est enim naturæ eius id tempus, calidum puta & siccum.

[105] Sanguis uerò autumno paucissimus fit in homine. [106] Siccus enim est autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. [107] Atra porrò bilis autumno & plurima & fortissima est.

D

[108] Postquam autem hyems apprehéderit, bilis flaua perfrigerata imminuitur. [109] Pituita econtrà augetur, tum ob pluuiarum copiam, tum propter longitudinem noctium.

[110] Hæcce igitur omnia corpus humanum semper habet, [111] uerùm pro téporis ratione singula aliquando augentur, aliquando minuuntur, [112] secundùm partem & secundùm naturam.

[113] Quemadmodum annus omnis omnium particeps est & calidorum & frigidorũ, & siccorum ac humidorum ([114] neque enim quicquam horum, ne minimo quidem tempore,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 252 sur 736

©BIUM

pore consisteret ac duraret, sine omnibus his quæ in hoc mundo insunt: uerùm si unum aliquod deficeret, omnia sanè abolerentur.[115] Ab eadem enim necessitate omnia consistunt & mutuò aluntur) [116] Sic etiam si quid ex homine deficeret ex his, quæ ipsi cógenita sunt, non sanè uiuere posset homo. [117] In anno autem aliquando quidem hyems maximè uiget, aliquando uer, modò æstas, modò autumnus. [118] Sic etiam in homine, aliquando pituita præualet, aliquando sanguis, aliquando bilis, primùm quidem flaua, deinde etiam nigra appellata. [119] Cuius rei euidentius argumentum hoc esto: quòd si eidem homini idem pharmacum quater in anno dederis, uomet tibi hyeme quidem pituitosissima, uere autem humidissima, æstate biliosissima, autumno deniq; nigerrima.

[120] Quum hæc ita se habeant, quicunque morbi hyeme augescunt, eos æstate desinere par est: [121] quicunque uerò æstate augescunt, hyeme: [122] nisi certo dierum circuitu discedant. [123] De quo alibi dicam. [124] Quicunque autem morbi uere fiũt, eorum discessum autumno expectare oportet. [125] Quicunque uerò autumnales morbi sunt, eorum discessum necesse est uere fieri. [126] Quòd si quis morbus hæc tempora transgressus fuerit, eũ annuum fore scito.

[127] Medicum quoque sic morbis mederi oportet, quasi unumquodque horum in corpore præualeat eo tempore, quod suæ naturæ conuenientissimum existit.

A ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ· ἀλλ' εἰ ἔν τι ἐκλίποι, πάντ' ἂν ἀφανισθείη. [115] ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτέης ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ὑπ' ἀλλήλων. [116] οὕτω δὲ καὶ εἴτι ἐκ τοῦ 39
ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν ξυγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. [117] ἰσχύει δὲ ἐν τῷ 40
ἐνιαυτῷ, τοτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, τοτὲ δὲ τὸ ἔαρ, τοτὲ δὲ τὸ θέρος, τοτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. [118] οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τοτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, τοτὲ δὲ τὸ αἷμα, τοτὲ δὲ ἡ χολὴ, πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δ' ἡ μέλαινα καλεομένη. [119] μαρτύριον δὲ [a] σαφέστερον, εἰ ἐθέλεις τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα.

[a] σαφέστατον 41

B

[120] ὀφείλει οὖν, τουτέων ὧδε ἐχόντων, ὁκόσα 42
μὲν τῶν νοσημάτων τοῦ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν. [121] ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν. [122] ὁκόσα μὴ αὐτέων ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσσεται. [123] τὴν δὲ περίοδον αὖθις φράσω, τὴν τῶν ἡμερέων. [124] ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νουσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπαλλαγήν. [125] ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. [126] ὅτι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ὡς ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσομένον.

C

[127] καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἰῆσθαι τὰ νοσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτῷ κατὰ φύσιν οὖσαν μάλιστα. 43

IN

Liber 2us hic non est ascriptus, quia non genuinus, ex Galen.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 253 sur 736

©BIUM

IN HIPPOCRATEM

ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

HIPPOCRATIS. Citra controuersiam genuinus fœtus est, uel Platonis Phædro teste. Nec; uerò ab alio, quàm ab Hippocrate, scribi potuisse, & sapientiæ fœcunditas, & methodi elegantia, & characteris proprietas indicat. Atq; ut in summa semper admiratione fuit Cōmētarius iste, ita nō defuerunt, qui quæstus causa quædam huic assuerent, de Morborum ortu, differētijs causis, signis, curatione Venarum propagatione & sectione: de Tabe, de Signis ex urina, de Febribus: quæ neq; Hippocratis, neq; Polybi eius discipuli esse Gal. testatur. Assuerunt quinetiam libellum de Salubri diæta, quem Polybo ille idem tribuit.

DE NATVRA HVMANA. quatenus medici cognitioni subijcitur, ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, quæ & in nascente & in iam nato spectatur, ut est, & ut esse incipit. Φύσις de Materia simul & de Forma dicitur, sed de Forma præcipuè. At hìc per Naturam humanam intelligit hominis Materiam proximam, ex qua homo, cùm primùm satus est, & incrementum cepit & alimentum, & per quam etiā nunc uiuit & moritur, ualet & ægrotat. Hanc autem non unicam esse, sed multiplicem, hominemq; adeò non uno humore, sed quatuor humorum massa, spiritu & calore uelut animata & informata, constare, hoc com. ostendet Hipp. non philosophicis rationibus incertis, & obscuris, sed medicis argumentis apertis, & ipsius sensus iudicio cognitis, utendo. Principia ergo corporis Humores facit, quòd ex hisce & corpus generetur, in semen conuersis: & nutriatur, partim in utero matris, menstruo, partim extra uterum, uel sub lactis materni specie, uel sub specie alimentorum: siquidem ui hepatis primorum humorum massa conficitur, è qua secundi humores partes singulas alunt. Com. de Principijs unum principium statuit, Calidum, sub quo tamen necessariò cōprehenditur ipsum Humidum. Primo de Diæta Ignem & Aquam principia rerum ponit. Vtrobique rectè, nec secum ipse pugnans. Orbis quisque sibi, Claudiano teste, & microcosmus homo est, uniuersi imaginem repræsentans. Vti enim Terra Aquā, Aqua Aërem locat, Ignis per omnia dispersus uegetat & mouet, reliqua omnia: ita quoq; Solida corporis humores, Humores ipsos Spiritus continent: omnia peruadit Calor, proximum Animæ tanquam cœlestis particulæ instrumentum, eiusdemq; cum corpore uinculum.

Inscriptio perpē dēda.

Duo occurrunt cōsideratione digna. Commentarij huius

Contextus explicandus. Quæstio est, VTRVM Natura humana, hoc est, materia proxima, ex qua homo oritur, augetur & conseruatur, simplex sit an multiplex. Quæstionū explicandarū uia duplex: altera λατοφατική, quæstiōis partem, quæ uera est uel re ipsa, uel opinione, demonstrādo: altera ἀποφατική, alterutrā partē quæstionis, quæ falsa est, eſſe uidetur, confutando. Via utrauis insistit Hip. Namq; opinionem de Natura humana

Aliorum examinat. Vide signum L.

Suam enarrat, & Naturā humanā multiplicē esse ostendit. Sē tētiam suam

Proponit. Ego Naturam humanam declarabo, &

Essentialiter, secundùm ipsius essentiam, tum φύσει, quatenus Sensus experientia singulari deprehenditur, tum νόμῳ, quatenus Rationis discursu uniuersali cognoscitur, in homine cuiusuis ætatis, quouis anni tempore inesse. N. 32. Ἀπόδειξις proinde duplex secundùm Hippocratem, altera λατὰ φύσιν, eademq; ἀναδεικτική, altera λατὰ νόμον, uidelicet διανοητική.

Accidentaliter, ex Ortu, Incremēto & Interitu corporis humani: quæ accidētia, ut communissima sunt, ita communis principij materialis mutationem necessariò sequuntur. N. 33.

Declarat. Principia naturæ humanæ alia sunt

Communia cum reliquis entibus naturalibus omnibus, magisq; remota, & proinde ad Physicos potius quàm ad Medicos pertinentia, plura numero secundùm quatuor primas qualitates totidē elementorum classibus comprehensa. Quod ipsum demonstrat ex communissimis accidentibus, ex Ortu scilicet & Interitu. Vide in seq. signum III.

Peculiaria, magis propinqua, & medicæ considerationis propria, cùm ex his et salubritatis & ægritudinis cognitio atq; curatio dependeat. Vti etiam quæuis alia entia naturalia principijs propinquis differunt & à seinuicem, & ab homine: communibus uerò & inter se & cum homine conueniunt. Vide signum IV.

L Qui

©BIUM

I. Qui de Natura humana perperam disputant, eamq; Vnicã & Simplicem esse dicunt, uel sunt

Qui de Natura humana medicè uel disputant, uel disputantes audiunt, sensus euidentia potißimùm niti debent. Ratio. Neq; enim Asclepiadarum schola temerè credit affirmanti, hominem esse unum, nisi id quod esse dicit hominem (siue Elementum sit, siue sit Humor, ut Medici quidam, de quibus pòst n. 18.) omni tempore unum & solum in homine reperiri ipsius sensus testimonio ostenderit. N. 2. (Com. de Vet. med. n. 129. Naturam rerum ex medica arte omnium optimè perspici & cognosci tradit.) Hac igitur propositione uidetur Hippocrates Elementorũ doctrinam proscribere, ut quæ remotior sit, & Physico potius quàm Medico cõueniat. Medicus enim eam tantùm materiam corporis persequitur, quam ipso sensu in corpore omni tempore inesse potest ostendere. At Elementum uel unum, uel omnia simul, omni tempore in corpore inesse, non sensus, sed ratiocinatio, sensibilibus quibusdam argumentis actionum & paßionum naturalium usa, colligit. Proinde disputationẽ de Elementis philosopho Naturali relinquendam innuit, & ab eo tantùm mutuandum, quatuor Elementa esse uniuersi, quibus totidem humores in corpore mixti respondeant. Consentit tritum Aristoteleum illud, Vbi desinit Physicus, illic Medicus incipit elegans.

Respectũ quidem medicinæ Alienã esse à Medici consideratione ostendit, ratiocinatione tali:

Physici. Etsi de eo non constat, quinam ueterum Hominẽ unum esse uoluerint: de eo tamen uel ex primo Physico Aristot. constat uniuersim, principium unum à multis positum fuisse: & per consequens eosdem Hominis quoque, qui uniuersi pars sit propè dignißima, naturam simplicem affirmare uoluisse. Horum igitur opinionem tanquam falsam confutare non aggreditur (quoniam ad Physicum pertinet de Elementis tractare) sed tantùm, pro sua modestia, Physicorũ sui tẽporis disputationem de Natura humana

At Physici doctores & discipuli (ætate Hippocratis) sensus euidentia non nituntur, sed obscura ratiocinatione eandem partis uniuersi, quæ uniuersi est, naturam siue materiam esse dicentes, alij ignem, alij aërem, alij aquã, alij terram esse dicunt Hominem.

Ergò neque Physici doctores de Natura humana medicè disputare, neq; horum discipuli de Natura humana medicè disputantẽ Hipp. audire debent, quia oleum & operam perdent, animis ipsorum falsa hæresi præoccupatis. N. 1.

Per se uerò ineptam & philosophis indignam esse probat, hoc potißimùm argumento, quòd ne ipsi quidem ea, quæ dicunt, intelligant. N. 3. Vide in sequentibus signum 11.

Medici. Medicorum quorundam de Natura humana opinionem falsam

Proponit. Eorum scilicet

Λόγον, quòd Hominem dicunt uel Pituitam esse, uel Bilem, uel Melancholiam, uel Sanguinem. N. 18.

Ἐπιλογον cõmunem, quo omnes utuntur ad confirmandam suam opinionem. Consentiunt in eo omnes, quòd hominem

Per se Vnum quid esse probant, in hunc modum:

Quod est, unum est. Sic omnia unum à Physicis edocti statuebant.

Homo est, uidelicet nõ infima uniuersi pars.

Ergò homo unum est, hoc uel illud. N. 19.

Per accidens non unum, sed Multa esse aiunt, pro uaria actione caloris atque frigoris, qua id quod unum est & speciem suam & facultatẽ mutat, ita ut nunc amarum, nunc dulce, nunc album, nunc nigrum reddatur. N. 20.

Confutat. Vide signum ☞

☞ Confu-

©BIUM

- Confutat opinionem aliorum falsam de Natura humana, tum in
  - Specie, eorum opinionem, qui hominem uolũt constare uel ex solo
    - Sanguine. Duobus argumentis errorem illorum detegit. Altero sumto ab
      - Natura, in hũc modum:
        - Si homo unum esset, non doleret. (Idem quoque de Delectatione dici posset.) N.22. Ratio, quia non nisi ab agente contrario dolor percipitur. At si unum omnia, nihil est contrarium, neque in corpore, neque extra corpus, à quo affici possit. N.23. Vt enim quàm maximè à calido & frigido id, quod unum per se est, alterari & affici dicant, & eatenus multa fieri: calor tamen & frigus, si quidem per se sunt aliquid, non unum ens esse conuincunt: sin uerò accidentia tantùm sunt entium, entia autem unum sunt, ex æquo certè omnibus conuenient: & proinde alterare quidem poterunt, expellendo se inuicem, at dolorem inferre non poterunt, cùm dolor ex affectione præter naturam oriatur.
        - Atqui dolet.
        - Ergò homo non est unum.
      - Genere, duobus argumentis. Quorum alterum sumitur ex Doloris, qui morbos ferè omnes comitatur,
        - Si homo unum existẽs doleret, remedium etiam doloris unicum esset. N.24. Vnum enim uni tantùm contrarium est.
        - Curatione: ueluti per ἀντιπαράστασιν. Vt demus, Hominem unum dolere: ex ipsa nihilominus curatione non unum esse conuincemus:
          - At remedium doloris non est unicũ. N.25. Deducit:
            - Qualis morbus, talis curatio.
            - At morbus multiplex: ut etiam ea, que morbos faciũt, sunt multiplicia. N.26.
            - Ergò etiam curatio multiplex. N.27.
        - Ergò neque homo est unum.
    - Accidente Mutatione siue Alteratione corporis:
      - Si homo sit sanguis tantùm, certè nunquam alterabitur.
      - Atqui homo alteratur, nec ostendi potest uel ætas, uel annus, uel dies unus uitæ humanæ, quo non sit obnoxius mutationibus. N.28.
      - Ergò homo non est sanguis tantùm.
    - Substantia humorum, quæ sensuum iudicio subijcitur:
      - Si homo sanguis tantùm esset, uno aliquo tempore anni (utputa ueris) uel ætatis (ut adolescentiæ) ostendi posset sensu, sanguinem tantùm, & nullos præterea humores in homine esse. N.30.
      - At non hoc. N.29.
      - Ergò neque illud.
    - Phlegmate, aut Bile utrauis. Eadem argumenta contra singulos singularum opinionum auctores & defensores afferri possunt. N.31.

II. Inca

©BIUM

11. Ineptam esse ueterũ Physicorũ de Natura humana assertionem ostẽdit partim ex eorundem de natura humana digladiantium disputandi

Modo, quoniã cũ eodem utantur argumento, diuersa tamen concludãt. N. 12. In hũc modum:

At hi tales in ratiocinatione

Generis conueniũt. Nimirũ & in

Γνώμη siue principe syllogismo. N. 4. Videntur enim omnes tali ratiocinatione uti:

Vniuersum est unum. N. 8.

At homo pars uniuersi, eiusdem est naturæ cum toto.

Ergò homo etiam est unum.

Ἐπιλόγῳ, siue probatione τῆς γνώμης, uidelicet propositiõis maioris principis syllogismi. N. 6. Ratiocinationis hæc est deductio:

Ens unum est. N. 7.

Vniuersum est ens.

Ergò uniuersum est unum.

Speciei discrepãt. λέγουσι οὐ ταυτὰ. N. 5. Et quidem

Λόγος est diuersus. τὰ ὀνόματα, ea quæ dicunt esse Vniuersum. N. 9. Alius quidem ignem, ut Hippasus Metapontinus & Heraclitus Ephesius: alius aërem, ut Anaximenes Lampsacenus: Thales Milesius aquam: Hesiodus Ascræus, & post eum Pherecydes Syrus, terrã. N 10. Inuentus quinetiam, qui medium quid inter aërem & ignem uniuersi principium statueret. De quibus Arist. primo Physico & Metaphysico. Ratiocinatio in specie talis:

Vniuersum est uel ignis, uel aër, uel aqua, uel terra.

At homo est pars uniuersi.

Ergò homo, uel est ignis, uel aër, uel aqua, uel terra.

Ἐπιλογῷ, hoc est, probatio per Auctoritates Personarum, & Testimonia Rerum uaria: quæ tamen, omnia in eo conueniunt, quòd Nihil sunt, nullius ueritatis. N. 11. Argumento nimirum uno eodemq; omnes utebãtur, Transmutatione scilicet, hoc est, concretione & secretione elementorum mutua. Cùm illi quidem ex igne concreto aërem, aquam, & terram: hi ex terra attenuata aquam, aërem, & ignem generari, multis indicijs astruerent: & quilibet id, è quo reliquà orirentur, principium appellaret.

Ergò hi tales nec genus, nec speciem suæ ratiocinationis intelligunt.

Qui eius rei, quam profitetur, exactam ueritatem nouit, eandem contra impugnantium mendacia defendere poterit. N. 15.

Euentu, cõfutatione scilicet. N. 13.

At hi tales dogma suum contra impugnantes defendere nequeunt, sed nunc superant in disputationibus, nunc superantur. N. 14. Ex adiuncto illustrat. Itaq; euenit illis, ut &

Suas ipsi opiniones mutuò perimant, & mutuis ueluti concidant uulneribus: nimirum, nec hoc nec illud Ens finitum principium reliquorum esse posse. N. 16.

Aduersarij communis Melissi Samij opinionem stabiliant. N. 17. Vti enim Ens finitũ Parmenides statuebat, ita Melissus infinitum, essentiam quandam ingenitam & incorruptibilem, aptam elementorum generationi: ille fortassis respectu formæ, hic respectu materiæ: etsi in eo contra philosophiã peccaret naturalem, quòd immobile idipsum putaret. Ex cuius deinde opinione Materiæ primæ inquirendæ occasionem arripuere posteri.

Ergò hi tales rei, quam profitentur, exactam ueritatem non norunt.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 257 sur 736

©BIUM

Si plura sunt principia materialia, quatenus homo oritur, cùm prius non esset: plura etiam erunt, quando iam est homo. Sequuntur enim orta à principijs naturam suorum principiorum.

Si ad rerum naturalium reliquarum omnium generationem materialia principia plura concurrunt, concurrent etiam ad generationem hominis. N. 40.

Atqui ad generationem rerum naturaliũ omnium reliquarũ principia materialia plura concurrunt. Ostendit ex conditionibus, omnium consensu ad generationẽ naturalẽ requisitis. Sunt autem duæ præcipuæ: uidelicet

Μίξις, hoc est, eorũ, quæ ad generationẽ faciũt, quia disiũcta sunt, Coitus atq; Mixtio. Quæ prior est cõditio materialis. Sic generationis principia plura numero necessariò statui ostendit:

Quod unum est, misceri nequit. N. 35.

At quod ad generationem pertinet misceri oportet. Primus enim gradus ad generationem, est Mixtio siue Coitus eorum quæ ad generationem faciunt.

Ergò quod ad generationem pertinet, non est unum. N. 34.

Κρᾶσις, eorũ scilicet, quæ per mixtionem coniuncta sunt, Proportio & tẽperies debita. Quæ posterior est cõditio ad generationem requisita, uelut formalis, κατὰ δυνάμιν & κατὰ πλῆθος subdiuisa. Ratiocinatio talis:

Si ne plura quidem generare possunt, nisi debitã κρᾶσιν obtinuerint, unũ generationis principium esse nequit. N. 39. Nam crasis non unius est, sed multorum diuersorum ad unum effectum communem concurrentiũ.

Atqui illud est. Deducit. Κρᾶσις requiritur tum secundùm

Qualitatem. κατὰ δυνάμιν. Et hæc secunda est conditio. Qualitas illa duũm generum. Oportet enim ea, quæ ad generationem faciunt, partim conuenire, partim differre (alioqui διὰ γονὰς, διὰ αὖ ταῦτα ἡμῖν σωτελέοιτο. An prius illud in margine adscriptum ad explicationem posterioris, in cõtextum deinde irrepsit? An tautologia est, & in posteriore subaudiri debet, πρὸς γόνεσιν?) Oportet enim ea inter se tum

Conuenire, & ὁμόφυλα esse, eiusdem gẽtis, ordinis, atq; finis, alioqui nunquam quicquam generabunt. N. 36. V. G. Elementi pars cũ parte Elementi ὁμόφυλος est, homo cum homine.

Differre, & contraria facultate prædita esse: ut nimirum alterum agendi, alterum patiendi ui excellenter sit præditum. Nam si eadẽ facultate sint prædita, licet plura, non generabunt. N. 37. In elementis oportet alterum actiuum esse, alterum passiuum: in animalibus actio & passio distinguitur ipso sexu.

Quantitatem, κατὰ πλῆθος, ut δυνάμεων iusta sit mensura: quæ tertia est conditio ad generationem requisita. Licet plura sint numero dum miscentur, licet ὁμοφύλοις facultatibus diuersa, nisi tamen quantitas sit debita inter calidum & frigidum, inter humidum & siccum, ut agendo repati, & patiendo reagere possint, nulla fiet generatio. N. 38.

Ergò & hoc erit.

Ergò etiam ad hominis generationem plura principia materialia concurrunt.

III. Ratiocinatio talis est: At plura sunt principia materialia hominis, ut oritur. Demonstrat tali prosyllogismo:

Ergò etiam plura erunt principia hominis quando iam est. Conclusionem illustrat ex ijs quæ contingunt tum

Homini

Viuenti. Nam quamdiu uiuit homo, unumquoduis horum peculiarẽ uim habere dignoscitur, quam à principio ortus contulit. N. 41.

Morienti. Nam quum moritur homo, singula redeunt ad Elementum suum, è quo sunt desumta. N. 42.

Animalibus reliquis, quæ eodem planè modo, quo homo, secãdùm principia materialia oriuntur, uiuunt, corrumpuntur. N. 43. Locus hic ex primo de Dieta explicandus, ubi de Iouis regno & regno Plutonis, non theologicè, sed physicè disputat: nihilq; interire, sed locum tantùm mutando, ortui & interitui obnoxia esse contendit omnia.

IV. Quæ:

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 258 sur 736

©BIUM

IV. Quę nam et qualia sint generationis & essentiæ humanæ materialia principia proxima Hip.

- Natura hominis hisce absoluitur, tanquam materia subiecta medico. N. 45.
- Proponit. Esse uidelicet Humores quatuor, totidem elementis correspondentes, Sanguinem, Pituitam, Bilem flauam, & Bilem atram. N. 44. Nam &
  - Affectiones hominis, quarum respectu circa corpus humanum medicus uersatur, ad hæc quatuor referuntur, Sanitas scilicet et Morbus. N. 46. Declarat. Homo enim
    - Valet horũ beneficio. N. 47. (uti etiã com. de Vet. med. n. 79.) quando scilicet & quo ad
      - Κρᾶσιν, sibijnuicem respondent, tum debita
        - Qualitate, δυνάμει.
        - Quantitate, πλήθει.
      - Μίξιν, inter se mixti sunt, non secreti.
    - Aegrotat horum maleficio. N. 48. (Sic quoq; com. de Veteri medicina n. 80.) quãdo scilicet uel quo ad
      - Κρᾶσιν, respectu
        - Quantitatis, abundat alter, alter deficit.
        - Qualitatis, facultas unius intensior est, alterius remissior.
      - Μίξιν, humor unus à massa reliquorum humorum segregatur & recedit. Declarat. Quando segregatur humor à reliqua massa, necesse est dolores oriri tum in ea parte, à qua præter naturam receßit, tum in ea parte, in quam præter naturam incubuit. N. 49. Quòd si ergò recedens humor à reliquis
        - Extra corpus pellatur, ipsa Euacuatio simplicem dolorem pariet. N. 50.
        - Intra corpus maneat, geminus dolor excitabitur, in parte quidem, unde exceßit, ab Euacuatione: in parte uerò, in quã incubuit, à Repletione. N. 51.
- Demonstrat, & κατὰ νόμον, & κατὰ φύσιν, quatuor esse humores in corpore. N. 52. Et quidẽ κατὰ
  - Νόμον, secundùm opinionem hominum, recta ratione nitentium, ostendit ex ipsorum nominum diuersitate, diuersos esse humores. Nam si nõ essent diuersi, non efferrentur diuersis nominibus à medicis peritis & experientibus. N. 53.
  - Φύσιν, secũdùm rei naturam, sensus iudicio subiacentẽ, idipsum ostendit. Nimirum tũ ex humorum
    - Qualitate, quã ἰδέαν uocat, Speciem, quæ sensui uisus secundùm colorem, sensui uerò tactus secundũ qualitates tactiles obijcitur. N. 54. Deducit:
      - Quæ secundùm qualitates externas sensiles differunt, differunt etiam secundùm essentiã internam, quæ sola ratione cognoscitur: & propterea non sunt unum.
      - At humores quatuor secundùm qualitates externas, tum uisiles, tum tactiles, differunt. Cùm neq; colore conueniant, sed bilis aspectu sit flaua, sanguis ruber, pituita alba, melancholia nigra: neq; contactu eandem speciem referant, sed pituita frigida sit, bilis feruens, id quod in deiectione humorum ægri manifestè sentiunt. Alius itidem alio tenuior & fluidior, ut proinde humidior actu uideatur esse: alius craßior & tenacior & ad fluxũ ineptior, uti paulo pòst declarabitur. N. 55.
      - Ergò humores quatuor differunt etiam secundùm essentiam internam, neque sunt idem. N. 56. Confirmat simili. Nisi quis etiam ignem & aquam, uisili & tactili qualitate differentia elementa, unum esse contendat. At hoc si absurdum est, etiam illud erit. N. 57.
    - Motu. Vide signum V.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 259 sur 736

V. Quatenus moueantur humores, sic quaternario atteſtantur, tũ

Extra corpus p pharmacum aut phlebotomiam. Opinionis igitur

Aduerſariorum falſitatem, qui hominem unico humore conſtare arbitrabãtur, hoc ipſo argumento abuſi, detegit. Falſum dogma aduerſariorum, unicum in corpore humorem eſſe contendentium,

Suæ ueritatem oſtendit. Vide ſignum VI.

Proponit. Vno eodemque argumento omnes uti tuntur, licet non unum idemq; concludant, ſed alij Phlegma, alij Bilem, alij Melancholiã, alij Sanguinem naturam hominis eſſe ſtatuãt, ſiue (ut n. 70.) animam. Sic Ariſt. lib. 1. de Anima Critiam in ſanguine animam collocaſſe ſcribit. Ratiocinatio autem illorum talis eſt:

Sine quo humore homo ſuperuiuere nequit, is congenitus & principium materiale eſt. Propoſitio omnibus cõfeſſa, quam γνώμην uocare uidetur. N. 68.

At quidam ſine bile, alij ſine pituita, alij ſine melancholia, alij ſine ſanguine hominem ſuperuiuere poſſe negant. Aſſumtionis probatio eodem nititur argumento apud omnes. N. 71. Nimirum Humoris euacuatione, quæ fit per

Pharmacum, in ſuperpurgationibus. Nam quoniam alios bilem, alios melancholiam, alios pituitam, euomentes mori uident, ex eius, quod euomunt moribundi, euacuatione illos mori arbitrantur. N. 69. Vide Gal. 3. de S. M. c. 27.

Vulnus. Nam quoniã ſanguine omni exhauſto moriuntur, ſanguinis euacuatione mortuos aſſerunt. N. 70.

Ergò ſecundùm aliquos bilis, ſecundùm alios pituita, ſecundùm alios melancholia, ſecundùm alios ſanguis erit uitæ principium materiale, & humor congenitus.

Confutat, ſuomet ipſos gladio per Elẽchũ iugulans, et argumẽtum inuertens:

At non uno ſolo humore, ſed omnib. quatuor euacuatis, homo moritur. N. 72. Rationem

Illuſtrat ſimilitudine:

Quo humore euacuato, homo moritur, is congenitus eſt, & principium uitæ materiale cenſeri debet.

Affert. Etſi enim Pharmacum primò & per ſe humorem ſibi familiarem trahit: tamen eo toto euacuato, trahit quoq; è reliquis, eũ qui ad fluxionem eſt promtiſſimus, & poſt hunc tertium, uſq; ad quartum: in cuius euacuatione cùm moriatur homo, imperiti ob huius ſolius euacuationem mortuum putant hominem. N. 73.

Quemadmodum ea quæ plantantur & ſeruntur, primùm quidem alimentũ ſibi familiare ſimplex trahunt è terra, eo autem deficiente illud quod huic uicinũ eſt, & cum illo mixtum magis minúſue ſimile. N. 74.

Ita etiam Pharmaca corpus ſubingreſſa, bilem primò puriſſimam trahunt cholagoga, inde mixtam: pituitam ſimiliter puram trahũt phlegmagoga, deinde mixtam. Item in iis, qui iugulantur, ſanguis primò fluit calidiſſimus, & rubicundiſſimus, poſtea uerò pituitoſior & bilioſior. N. 75. Attractione igitur Pharmaca purgare, arbitratur Hip. ut ſcilicet uis medicamẽti ſpirituoſa ad partes trãſmiſſa, humori familiari manũ ueluti porrigat, eoq; allecto, expultrice animali facultate partis inſurgẽte, ad uentrẽ reuertatur, & cũ ſuo ſimili, à quo exierat, imitatione quadam chymicæ combibitionis (quã quis μετεμπνευμάτωσιν appellare poſſet) denuò iungatur, adeoq; humor primùm ſimplex purusq;, ſubinde etiam reliqui, quibuſcũ mixtus erat, educantur: nõ ſecus atque lignum ferro perfricatum à magnete trahitur. Quæ cauſa eſt, cur idem ſæpe medicamentũ in diuerſis diuerſos educat humores: quod alioqui per ſe ex ſui natura unum ſolum educere debuerat.

Ergò nõ unus ſolus humor, ſed omnes quatuor congeniti ſunt, & uitæ principium materiale conſtituunt.

Intra corpus. Humores quatuor quolibet anni tempore omnes in corpore inſunt, ſed tamen pro temperie uaria alio tẽpore alius humor Abundat, αὔξεται καὶ ἀείρεται, augetur, efflorescit, & ueluti efferuescit, tũ mole, tũ facultate: alius Paucißimus eſt, proinde ἐλάχιστος καὶ ἀσθενέστατος uocatur, tũ mole, tum facultatẽ: alius deniq; Mediocri modo ſe habet, & ἰσχύειν dicitur, tũ mole, tũ facultate. Quolibet igitur anni tẽpore humor unus eſt copioſißimus, alter paucißimus, tertius mediocris, quartus paucus, cuius tamẽ Hip. nõ meminit, fortè quia nõ magni uidebatur momẽti. Obſeruandum autem, ordinem ab Hip. conturbari in quibuſdam: id quod numerorum tranſpoſitio docere poteſt. Niſi quis ſuſpicetur, ſciolos ea quæ deeſſe uidebantur ſupplere conatos, Hippocratis contextui alieno loco quædam interpoſuiſſe. Vide ſignum VII.

VI. Oſten-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 260 sur 736

©BIUM

VI. Oſtendit igitur Hip. Humores quatuor in corpore inesse, eosq;

- Differre ſpecie & facultate, tali ratiocinatione:
  - Quæcunque omni uitæ tempore, in corpore hominis ineſſe, & diuerſa eſſe deprehenduntur, naturâ oportet diuerſa eſſe, & peculiarem facultatem ſingula habere.
  - At humores quatuor omni tempore uitæ humanæ & corpori ineſſe & diuerſi eſſe deprehenduntur. N. 61. Oſtendit ex diuerſitate educēdi humores è corpore. Namque
    - Pharmaco quolibet tempore anni, & ætatis, qualibet hora diei exhibito, quod cholagogum eſt bilem, quod phlegmagogum pituitam, quod melanagogum bilem atram educet. N. 59. Et hoc quidem ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ: nimirum ſi humor ad educendum ſit paratus, ſi loca aperta.
    - Vulnere, adaperta uena, ſanguis profluet. N. 60.
  - Ergò humores quatuor naturâ ipſa diuerſi erunt, & peculiarem facultatem ſinguli habebunt. N. 58.
- Conuenire in eo quòd congeniti ſunt, & omnes ſimul principiū materiale cōſtituunt, tali ſyllogiſmo:
  - Homo non moritur, niſi priuetur uitæ principijs congenitis. N. 62.
  - At homo priuatus quouis ex humoribus quatuor, moritur. Quod ipſum etiam in ſeq. n. 116. apertè profitetur. At quomodo hoc? Priuatio humoris boni atq; naturalis, ad conſtitutionem totius & ſingularum partium facientis (per quam priuationem uniuerſalem ut homo totus perit, ita per priuationem particularē pars aliqua hominis perit) fieri poteſt uel per
    - Euacuationem è loco in locum factā. Et quidē reſpectu
      - Loci, fieri poteſt uel
        - Extra corpus.
        - Intra corpus.
      - Modi, fieri poteſt uel
        - Sponte, tam criticè, quàm ſymptomaticè, natura expellente, uel ſaltem non retinente.
        - Non ſponte, coacta ſcilicet natura, ut expellat, uel ſaltē non retineat, per
          - Pharmacum, quod primò familiarem ſibi humorem trahit, mox uia facta reliqui etiam humores efflunt. Vt in ſeq. docet.
          - Vulnus, quomodolibet inflictum.
    - Corruptionē in corpore toto, aut in parte aliqua corporis factā, ut humor naturalis in humorē toto genere præter naturā, tanquā in uenenū conuertatur, uel quo ad ſubſtantiā totā, uel quo ad ſubſtantiæ partē, ſiue craßiorē, ſiue tenuiorē & ichoroſam. Humor enim naturalis uti ſuā habet materiā, ita ſpiritu & calore ueluti informatur, quib. planè corruptis, mortē ſubſequi neceſſe eſt, cùm harmonia totius corporis, uel partis, ſit ſublata. Sic in Apoplexia per obſtructionem alteratis ſpiritibus, humores corrumpuntur, homo moritur. In Hydrope ſanguis in aquam cōuertitur: in Peſtilentia ſpiritus inficiuntur.
  - Ergò humores quatuor ſunt uitæ principia congenita. N. 63. Pro δὲ, legendum δὴ. Concluſionem confirmat. Quomodo enim non eſſent congeniti? N. 64. Cùm homo quilibet, ſi conſideretur ut
    - Eſt, omni tempore & hora quatuor hos humores in ſe cōtineat. N. 65. Vti paulo antè n. 61. affirmauit, & in ſeq. etiam oſtendet.
    - Oritur, à parentibus genitus ſit, quatuor humores habētibus. Namq; & à
      - Patre principium ſumſit. N. 66.
      - Matre ſumſit incrementum & alimentum, tum intra tū extra uterum. N. 67.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 261 sur 736

©BIUM

VII. Hippocrates igitur motum humorum in corpore

- Declarat, tum
  - Hyeme Pituita uiget. Vide signum IIX.
  - Singil latim, secũdùm anni tẽpora deducẽdo. Quorũ terminos ex com. de Aëre, Aquis, & Locis petes. Igitur
    - Vere est
      - Paucissima Melancholia, utputa è diametro pugnans cum ueris temperie. Subintelligitur.
      - Mediocris Pituita. N. 86.
      - Abundatißim⁹ Sanguis. N. 87. Ostendit partim
        - Ratione:
          - Quo tempore anni calor & humor principatum exercent, eodem quoq; sanguis augetur.
          - At uere calor & humor principatum exercent. N. 88. Ratio. Hæc enim pars anni, quia calida est & humida suapte natura, caloris & humoris motui inprimis oportuna est, propter symboleitatem. N. 90.
          - Ergò uere etiam sanguis augetur, propter caloris & humoris copiam. N. 89. (τὸ δὴ αἷμα legendũ, pro δὲ.) Nã & sanguis ipse natura sua calidus est & humidus. N. 91.
        - Experiẽtia et signis quibusdã sumtis tũ à corporis
          - Morbis, qui uere solent accidere. N. 92.
          - Symptomatis. Vtputa ab
            - Hæmorrhagia narium, quæ uere solet infestare. N. 93.
            - Habitus qualitate calida ad tactum, aspectu rubicunda. N. 94.
    - Aestate
      - Deficit tum mole tum uiribus Pituita. Subintelligitur.
      - Mediocris est Sanguis, ex reliquijs ipsius ueris. N. 95.
      - Abundat Bilis, & efferuescit in corpore. ἀείρεται. Nisi quis interpretetur, pro μετεωρίζεται, ut auctor com. de Salubri diæta. Ebulliens enim superiora petit, & per uomitum reijcitur. N. 96. Signa huius sunt quædam. N. 98. Namque &
        - Excretiones biliosæ per æstatem apparent tum
          - Spõtaneæ. N. 99.
          - Pharmaco propinato longè copiosiores quàm alijs anni temporibus. N. 100.
        - Morbi ex bile orti per id tempus frequentiores sunt. Vtputa Febres tertianæ tam cõtinuæ, quàm intermittentes. N. 101.
        - Habitus corporis bili attestatur. N. 102.
    - Autumno
      - Paucissimus est Sanguis. N. 105. Ratio. Naturæ enim autumni, qui frigidus est & siccus, contrarius est sanguis, calidus & humidus suapte natura, N. 106. Vnde colligimus, superiore loco post n. 97 posita uerba (ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται· ἐναντίον γὰρ αὐτέου τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν) superflua esse, & non suo loco à quopiam inserta.
      - Mediocris est Bilis, præcedente æstate collecta. N. 97. Rerũ transpositio ex numeri trãspositione deprehẽditur. Nisi quis putet uerba illa, quæ post 97 numerũ induximus, huc transferenda, nimirũ ἡ δὲ χολὴ κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. Quod si admittatur, certè priora illa n. 97 posita, καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον, superuacanea erunt.
      - Abundat Melancholia. N. 107.
  - Vniuersim concludendo. Humores igitur quatuor in corpore
    - Insunt, semper & omni anni tempore, dum uiuit homo. N. 110.
    - Mouentur et mutãtur ꝓuaria cõstitutiõe anni tẽporũ, tum
      - Per se, nunc ualidiores, nunc debiliores, tum mole, tum facultate. N. 111.
      - Respectu loci in quo insunt, Totius uidelicet & Partium. κατὰ μέρος partium, & κατὰ φύσιν totius. N. 112. Verbi gratia, Bilis æstate in toto corpore copiosior est, quàm reliquis anni temporibus, & id secundũ φύσιν totius. Sin uerò partes considerentur, Hyeme cystis fellis, receptaculum bilis proprium, copiosiorem habet bilem, quàm reliquæ partes Aestate, quæ bilis receptacula non sunt.
- Confirmat. Vide IX.

IIX. Hye,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 262 sur 736

©BIUM.

Qui humor hyemi, natura & temperie ſua, ſimillimus eſt, is bruma etiam augetur.

Humor frigidiſſimus, hyemi ſimillimus eſt.

Per ſe, frigidiſſima eſt ad tactum, ſi conferatur cum bile, melãcholia et ſanguine. N. 79. Attactũ illius intelligit, non tã cùm è corpore expulſa eſt, quã cũ adhuc in ipſo corpore cõtenta & agitata, ipſius partis, in qua ſubſiſtit, ſenſu frigida eſſe deprehenditur. Sic qui catarrhoſa habẽt capita, de occipitij frigore frequenter cõquerũtur: & nos in purgationibus diuturnis, ex Andreæ Petri Peruſini medici inſtituto, Syrmaiſmum Aegyptiorum & benignitate & aſſiduitate & efficacia ſua longè ſuperantibus, ut reliquorum humorum ſenimam incredibilem, ſic pituitæ præſertim omnigenæ, & ad tactum quoq; frigidiſſimæ, uim maximam, noſtro primùm, deinde multorum aliorum cum commodo expurgari reapſe deprehendimus.

At Pituita omnium humorum eſt frigidiſſim°. N. 78. Et quidem

Per accidens incaleſcit, ſed ita tamẽ, ut congenitã frigiditatem tum quoque præ cæteris retineat. N. 82. Ratiocinatio eſt talis:

Quę uiolenter agitãtur, motus uiolentia incaleſcunt. N. 81.

At pituita uiolenter agitatur, propter lentorem & tenacitatẽ ſuam, qua expulſioni reſiſtit. N. 80.

Ergo pituita motus uiolentia incaleſcit, & inflãmationes parit frequẽtes, & quia ſuo lentore adhæret tenaciter, uehementes etiã & diuturnas. (Sic puls lactea potenter urit, quoniã adhæret.) Quam fortaſis ob cauſam ἀπὸ τῦ φλεγμαίνειν Phlegmatis appellationem traxit.

At hyemis naturæ Pituita ſimillima eſt inter omnes humores. N. 77. Probat:

Ergò Pituita hyemi ſimillima eſt.

Διότι, cur Pituita hyeme abũdet:

Abundantiſſima Pituita. Oſtendit τὸ

Ergo Pituita per brumam maximè augetur. N. 76. Videtur à cõtrario humore confirmare, turbato tamen ordine:

Quemadmodum Bilis hyeme deficit, propterea quòd hyemis temperies cum bile è diametro pugnat. N. 108.

Ita Pituita hyeme augetur, propterea quòd hyemis temperies Humida ob multitudinem imbrium, & Frigida ob multitudinem noctium, pituitæ temperiei ſimillima eſt. N. 109.

II X. Hyeme igitur eſt

Ὅτι, quòd Pituita hyeme abũdet. N. 83. Signa abundantiæ ſumuntur tum à corporis

Excrementis pituitoſis. N. 84.

Morbis pituitoſis, qui hyeme magis, quã reliquis anni temporibus, infeſtare ſolent. N. 85.

Mediocris Melancholia.

Pauciſſima Bilis. N. 103. Ratio. Eſt enim natura ſua hyemis naturæ planè contraria. Bilis ſicca & calida, Hyems frigida & humida. N. 104. Turbationem ordinis indicant numeri.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 263 sur 736

IX. Confirmat ea, quæ dixerat de motu Humorum in corpore secũdùm anni tẽpora, tũ Ratione, ducta partim ab humorum

Similitudine ab uniuersitate rerũ desumta, cuius pars magna homo est: ut proinde eius dẽ naturæ cũ toto suo esse deprehendatur: & remotiora principia principiorũ propinquiorũ fontes esse cõstet. Humores quatuor in corpore humano

Inesse, ex ipsius anni cõstitutione uniuersali agnoscere licet:

Quemadmodum Annus omni tempore & caloris, & frigoris, & humoris, & siccitatis particeps est. N. 113. Ratio. Nam si unũ horũ deficeret, uniuersi machimã cõcidere foret necesse. N. 114. Idipsum 1. de Diæta n. 73. fusius. Quid ita? Quoniã ab eadem necessitate cõstituta sunt omnia. N. 115. Voluntas in creatore, Necessitas obedientiæ in creatis, illa formæ, hæc materiæ conueniens. Creator aũt, utpote sapientissimus, non nisi ea, quæ necessaria erãt, operi suo adhibuit. Proinde æqualis est necessitas omnium horum quatuor, & singulorum.

Ita quoq; homo, tanquã microcosmus quidã, omni tempore uitæ suæ quatuor humoribus præditus est, secundùm excessum qualitatũ, qualitates quatuor tũ anni tẽporum, tum elementorum referentibus (nam alioqui in quolibet horum duæ qualitates diuersimodè prædominantur) & si unus horum deficiat, hominẽ perire necesse est. N. 116. Id quod suprà quoq; n. 62. affirmauit.

Muta ri, secũdũ Anni tẽporũ mutationẽ:

Quemadmodum Annus, licet omnib. qualitatibus omni tempore sit præditus, alio tamen tẽpore alia qualitate præ cæteris excellit, à qua excellẽtia in quatuor tempora diuiditur, in Hyemem, Ver, Aestatem & Autumnum. N. 117.

Ita quoq; Homo, licet omnibus humorib. omni tẽpore sit præditus: alio tamen tempore tum secundùm Anni constitutionem, tum secundùm Aetatem, alia qualitas, alius humor prædominari uidetur. N. 118. Sic Hyeme abũdat Pituita, quam humorũ frigidissimum n. 29 appellauit. Vere sanguis, quem n. 119 humidissimũ nuncupat. Eademq; analogia Aestate Bilis calidissima, Autumno Melancholia siccissima.

Excrementis, cùm alio tempore alia abundent. Nam si eidem homini idem pharmacũ (præsertim uerò compositũ, & catholicũ, hoc est, quod omnes humores purgare possit) quater in anno dederis, etsi pharmacum primò trahit humorẽ sibi conuenientẽ, mox eum qui ductu facilior est (id quod n. 72 docuit) tamen quo ad quantitatẽ eorum quæ educũtur, hyeme quidẽ pituitosissima, uere humidissima (serum puta sanguinis uehiculum, & eiusdem abundantis indicium) æstate biliosissima, autumno nigerrima, & per uomitum & per secessum euacuabuntur. Nam humori dominanti mixti reliqui, colorem & qualitatem eius uidentur æmulari. N. 119. Sic quoq; n. 75 à phlegmagogis phlegma primò merum, inde mixtum trahi dixit.

Effectis, à Morbis scilicet, quorum causæ materiales ferè Humores sunt uel præsentes sua quãtitate qualitatéue, uel absentes. Morbi igitur, qui ex motu humorũ simili secundùm anni tempora oriuntur, eorundẽ motu dissimili secundùm anni tempora soluuntur. Motum hunc in morborum profligatione obseruatum

Natura ipsa. Motus enim morbi in tempore est quadriuariã distincto, in Principiũ, Augmentum, Statum & Declinationem. Atq; ut tempus metitur motum: ita motus principum luminarium, Solis scilicet & Lunæ, metitur ipsum tempus. Proinde etiam morborum motus alius iudicatur secundùm motum proprium

Solis, qui pro uario accessu et recessu Annum in quatuor diuidit tempora, in quibus temporibus humores similes augentur, & dissimiles minuuntur: imminuti autem à natura uel

Euincũtur, & morbi semestris fit solutio sub id tẽpus anni, quod humori morbũ facienti contrariũ est, eadem proculdubio mensium proportione, quæ in dieb. obseruatur. V. G. inuadat morbus uernus, sub Veris principiũ. Quartus mẽsis erit Aestatis primus, septimus erit primus Autũni, in quo septimo crisis expectanda. Sic igitur morbi

Hyemales, desinũt Aestate, quæ Pituitæ planè contraria est. N. 120.

Aestiui, Hyeme. N. 121.

Verni, Autumno. N. 124.

Autũnales, Vere. N. 125.

Non euincuntur, sed mitigantur tantùm, à constitutione anni contraria: quæ ubi expirarit, ad ingenũ redeunt, atq; ita σύνεσις fiunt νοσήματα, per multos annos durantia. N. 126.

Lunæ, quæ mensis spacio cursum suum conficit, & pro uario incremento & decremento humorem noxium (& præsertim biliosum, qui facillimè omnium & educi & resolui potest. Vt proinde hanc cõditionem morbis æstiualibus eximiè adijcere uoluerit) uariè mouet, morbiq; tempora distinguit, secũdùm περίοδον τῶν ἡμορρῶν (N. 122.) quo iudicantur & soluuntur morbi tum Acuti, tum Chronici, illi quidem certo dierum numero, quorum singulos Sol efficit, omnes simul Luna moderatur: hi uerò secundùm numerum hebdomadarum, quas sola Luna efficit. Cæterùm periodus ista secundùm dies criticos, cùm ad præsens institutum per se non faciat, sed per accidens tantùm, ut intelligatur scilicet morborum non omnium solutionem secundùm anni tempora fieri, iccirco alio loco explicanda ueniet. N. 123.

Medicus, qui Naturæ minister est. Nam quo tempore anni humor noxius in corpore pauciſsimus est, eo maximè morbum profligari posse nouit: quo uerò abundantiſsimus, eo difficillimè. N. 127.

IN

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 264 sur 736

©BIUM

IN motu Humorũ secũdùm anni Tempora, ex ijs, quæ hoc com. dicta sunt ab Hip. occasionem sumentes, corollarij loco obseruem⁹ motus huiusce tum

- *Causas*, similitudinẽ scilicet, uel dissimilitudinem temperiei Humorũ quatuor, & anni Temporum quatuor. Nam quilibet humor, per quatuor anni tempora ductus, primò Paucus est, & uelut principiũ habet sui motus: sequente abundat, & augmentum sumit, ita ut sub finẽ Copiosissimus reddatur: tertiò uiget, & secundùm Hip. uelut in statu est, quia Mediocris, medius scilicet inter summã copiam & summam inopiã: ultimò deficit, declinat, Paucissimus existit. Quæ ipsa etiã morbi temporum analogia est. Quando igitur Humor secundùm qualitatem
  - *Vtranq; cum Tempore anni*
    - *Conuenit*, eo tempore secundùm Hip. αὔξεται, augetur, quo ad molem: itẽ ἀείρεται, attollitur & efferuescit, quo ad facultatem. Sic igitur augetur, abundat, prædominatur, efflorescit, COPIOSISSIMVS euadit & ἰσχυρότατος
      - *Vere* Sãguis.
      - *Aestate* Bilis.
      - *Autumno* Melancholia.
      - *Hyeme* Pituita.
    - *Discrepat*, eo tempore secundũ Hip. & mole ἐλάχιστος, & facultate ἀσθενέστατος humor est, nõ ꝙ planè deficiat (neq; n. id stante uita fieri potest) sed ꝙ in corpore delitescat, & ambiẽtis aeris utraq; qualitate ueluti opprimat. Igitur deficit, PAVCISSIMA est, minuitur, deflorescit
      - *Vere* Melancholia.
      - *Aestate* Pituita.
      - *Autũno* Sanguis.
      - *Hyeme* Bilis.
  - *Alterutram cũ anni Tẽpore conuenit, secundùm altera discrepat, siquidẽ is Humor tẽpore præcedenti fuit*
    - *Copiosissimus*, sequẽte statim tẽpore reddetur MEDIOCRIS, & ἰσχύειν dicitur Hip. (ut differat ἀπὸ τοῦ ἰσχυρότατον εἶναι. quãuis τοῦ ἰσχύειν uoce n. 127 utatur pro uoce αὔξεσθαι) hoc est, tum mole, tũ facultate uigere adhuc, nõ tamen prædominari: cùm alterutra tantùm qualitate cõueniat cum anni tempore præsente, nimirũ uel
      - *Actiua*, Passiua interim discrepet. Sic Mediocris est
        - *Aestate* Sanguis (propter Caliditatẽ) q̃ præcedẽte Vere copiosissimus fuerat.
        - *Hyeme* Melãcholia (ꝓpter Frigiditatẽ) quæ præcedẽte Autũno abundauerat.
      - *Passiua*, Actiua interim discrepet. Sic Mediocris est
        - *Vere* Pituita (ꝓpter Humiditatẽ) quæ præcedẽte Hyeme copiosissima fuit.
        - *Autũno* Bilis (ꝓpter Siccitatẽ) quæ præcedente Aestate abundarat.
    - *Paucissimus*, sequente tempore reddetur PAVCVS, eo quòd sequentis tẽporis altera qualitate sibi amica refocillatur, cùm præcedentis utranq; qualitatem inimicam esset expertus. Hip. subintelligendum relinquit hunc quartũ motum, in quo humorem fortassis ἀσθενίειν, καὶ ὀλίγον εἶναι dicere possemus, qui præcedẽte tempore ἀσθενέστατος fuerat & ἐλάχιστος. Cõuenit igitur cum præcedente tempore uel qualitate
      - *Actiua*, Passiua discrepat. Sic nãque pauca est
        - *Vere* Bilis, excitata Veris caliditate, q̃ Hyemis frigore & humore penè obtorpuerat.
        - *Autumno* Pituita, frigiditate Autũni refocillata, quæ Aestatis intẽperie prorsus uidebatur exoluta.
      - *Passiua* discrepat Actiua. Pauca est igitur
        - *Aestate* Melãcholia, siccitate Aestatis excitata, quę Veris humiditate & calore propè abolita erat.
        - *Hyeme* Sãguis, humiditate saltẽ Hyemis oblectatus, cũ contraria Autũni temperie ferè interstinctus uideretur.
- *Differentias* quatuor, cùm unicuilibet cõstitutioni quatuor temporum, quatuor humorum motus diuersimodè conueniat, nimirũ uel plurimus, uel paucissimus, uel mediocris, uel exiguus. Ex quibus tamẽ quatuor differentijs XX aliæ deduci possunt, solo respectu differentes. Vide signum ⁂

⁂ Tria

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 265 sur 736

©BIUM

Tria in his conſiderationedigna occurrunt, Humor, qui mouetur, Tempus anni in quo mouetur, & Motus ipſius ratio. Prout ergo differentiam primã ab hoc, uel illo, uel tertio auſpicaberis, & hiſce deinde ſecũdò & tertiò, hoc uel illud attribues, ita uariæ orientur ſpecies, per ſex tabellas diſtinctæ, quarum tabularum tamen quælibet omnes ſpecies comprehendat. Periclitemur ſanè in ſpecierũ deſcriptione: & methodicã eiuſdem rei diuiſionem diuerſis principijs ſumtis diuerſam fieri poſſe oſtendamus. Ergo ſi primò conſideremus

Tempora anni, & his accõmodem⁹ ſecundo loco

Modũ, tertio loco Humores, hæc tabella erit:

	Copioſiſs.	Paucíſs.	Mediocris	Paucus
Hyeme	Pituita	Bilis	Melanch.	Sanguis
Vere	Sanguis	Melanch.	Pituita	Bilis
Aeſtate	Bilis	Pituita	Sanguis	Melanch.
Autumno	Melanch.	Sanguis	Bilis	Pituita

Humores, tertioloco Modum: hæc erit ſecunda tabella:

	Pituita	Bilis	Melanch.	Sanguis
Hyeme	Copioſiß.	Pauciſs.	Mediocris	Paucus
Vere	Mediocris	Pauca	Pauciß.	Copioſiß.
Aeſtate	Pauciß.	Copioſiß.	Pauca	Mediocris
Autumno	Pauca	Mediocris	Copioſiß.	Pauciß.

Humores, & his accõmodem⁹ ſecundo loco

Modum, tertio loco Temporaanni: hæc erit tertia:

	Copioſiſs.	Paucíſs.	Mediocris	Pauca
Pituita	Hyeme	Aeſtate	Vere	Autumno
Sanguis	Vere	Autumno	Aeſtate	Hyeme
Bilis	Aeſtate	Hyeme	Autumno	Vere
Melanch.	Autumno	Vere	Hyeme	Aeſtate

Tẽpora, tertio loco Modum: hæc quarta erit:

	Hyeme	Vere	Aeſtate	Autumno
Pituita	Copioſiß.	Mediocris	Pauciß.	Pauca
Sanguis	Paucus	Copioſiß.	Mediocris	Pauciß.
Bilis	Pauciß.	Pauca	Copioſiß.	Mediocris
Melanch.	Mediocris	Pauciß.	Pauca	Copioſiß.

Modũ, & huic accõmodemus ſecundo loco

Tẽpora, tertio loco Humores: hæc quinta:

	Hyeme	Vere	Aeſtate	Autumno
Copioſiſs.	Pituita	Sanguis	Bilis	Melanch.
Paucíſs.	Bilis	Melanch.	Pituita	Sanguis
Mediocris	Melanch.	Pituita	Sanguis	Bilis
Pauca	Sanguis	Bilis	Melanch.	Pituita

Humores, tertio loco Tẽporaanni: hæc ſexta erit:

	Pituita	Sanguis	Bilis	Melanch.
Copioſiſs.	Hyeme	Vere	Aeſtate	Autumno
Paucíſs.	Aeſtate	Autumno	Hyeme	Vere
Mediocris	Vere	Aeſtate	Autumno	Hyeme
Pauca	Autumno	Hyeme	Vere	Aeſtate

HIP.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 266 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΑΕΡΩΝ, ΥΔΑΤΩΝ, ΤΟΠΩΝ.

De Aere, Aquis, Locis.

QVICVNQVE[1] artem medicam integrè cõsequi uoleт, hæc faciat oportet. [2] Primò quidem temporum anni rationem habeat, quid unumquodque illorum possit. Quandoquidem ut inter se plurimùm differunt, ita quoque mutationes corporibus afferunt uarias. [3] Deinde etiam uentorum calidorum & frigidorum, tum eorum maximè, qui omnibus hominibus sunt communes, tum eorum qui unicuiq; regioni sunt indigenæ & proprij. [4] Aquarum item facultates examinare conuenit. Quemadmodum enim gustu differunt, & pondere seu quiete, sic quoque uirtute aliæ alijs longè præstant.

[5] Quare si quis ad urbem sibi incognitam perueniat, circunspicere oportet eius situm, [6] quomodo scilicet ad uentos & solis exortus iaceat: Cùm non sit idem, ad septentrionem uel ad austrum sitam esse: neque idem, ad solem exorientem, uel occidentem. [7] Et hæc quidem diligenter oportet perscrutari: sed & aquarum insuper rationem habere, utrum palustribus utantur & mollibus, an duris: siue ex sublimi, siue ex saxoso loco scaturientibus: salsis itẽ, crudisue. [8] Terra etiam ipsa consideranda, nudáne sit & aquis carẽs, an densa & aquosa: item an concaua & æltuosa, an alta & frigida. [9] Hominum insuper uictus ratio perquirẽda cuinã dediti sint: an bibuli sint & comessatores & ocio dediti, an & exercitijs corporis & laboribus alijs studeãt, uoraces interim, sed uini temperantes. [10] Et ab his quidẽ singula cõiectare oportet. Nam qui hęc omnia probè, quantum eius fieri potest, cognouerit, aut horũ plurima, in quamcumq; urbẽ, licet ignotã, ingressus fuerit, neque morbos ei regioni peculiares & patrios, neq; communium naturam, quæcunq; tandem ea fuerit, ignorabit: & propterea neq; in eorundem curatione uel dubitabit uel errabit. [11] Quorum utrunq; illis euenire solet, qui nullam hæc priùs cognoscendi curam habuere. [12] Quinetiam de uniuscuiusque temporis ac anni futuri constitutione prædicere poterit, qui morbi cõmuni adfectione ciuitatem sint inuasuri tum æstate, tum hyeme, & quæcunq; pericula unicuiq; sint timenda ob uictus diuersitatem. [13] Quum enim temporum mutationes, & astrorum ortus ac occasus, quemadmodum singula horum eueniãt, obserua-

ΙΗΤΡΙΚΗΝ[1] ὅστις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν, τάδε χρὴ ποιέειν. [2] πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅ, τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη. οὐ γὰρ ἐοίκασιν ἀλλήλῃσιν, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν αὐτῇσι τε ἑωυτέων, καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσιν. [3] ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα, τά τε θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά. μάλιστα μὲν τὰ κοινὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν· ἔπειτα δὲ καὶ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ ἐπιχώρια ἐόντα. [4] δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνθυμέεσθαι τὰς δυνάμιας. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ στόματι διαφέρουσι, καὶ ἐν τῷ στεθμῷ, ἕτω ἕκαστον δύναμις διαφέρει πολὺ ἑκάστου.

[5] ὥστε ἐς πόλιν ἐπειδὰν ἀφίκηταί τις, ἧς ἄπειρός ἐστι, διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτέης, [6] ὅκως κέεται καὶ πρὸς τὰ πνεύματα, καὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου. οὐ γὰρ τωὐτὸ δύναται, ἤν τε πρὸς βορέην κέηται, καὶ ἤν τε πρὸς νότον· οὐδ' ἤν τε πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οὐδ' ἤν τε πρὸς δύοντα. [7] † τοῦτο δὲ † πρὸς ἐνθυμέεσθαι ὡς κάλλιστα καὶ τῶν ὑδάτων πέρι, ὡς ἔχουσιν, καὶ πότερον ἑλώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσιν, ἢ σκληροῖσί τε, καὶ ἐκ μετεώρων, καὶ ἐκ πετρωδέων, ἔνθε ἀλυκοῖσι, καὶ ἀπεράμνοισιν. [8] καὶ τοῦ γεώδεος, πότερον ψιλή τε ἐστὶ καὶ ἄυδρος, ἢ δασέα καὶ ἔνυδρος· καὶ ἔνθε ἐν κοίλῳ ἐστὶ καὶ πνιγηρὴ, ἔνθε μετέωρος καὶ ψυχρή. [9] καὶ τοῦ διαίτεων τῶν ἀνθρώπων, οἵη ἥδονται. πότερον φιλόποτοι, καὶ ἀριστοῦσι, καὶ ἀπαλαίπωροι ἢ φιλογυμνασταί τε, καὶ φιλόπονοι, καὶ ἐδωδοὶ, καὶ ἄποτοι. [10] καὶ [2] ἀπὸ τουτέων χρὴ ἐνθυμέεσθαι ἕκαστα. εἰ γὰρ τοῦτα εἰδείη τις καλῶς, μάλιστα μὲν πάντα, εἰ δὲ μή, τάγε πλεῖστα, οὐκ ἂν αὐτὸν λαθάνοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον, ἧς ἂν ἄπειρος ἦ, ἔνθε νοσήματα ἐπιχώρια, ἔνθε τῶν κοινῶν ἡ φύσις οἰκείη τίς ἐστιν· ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τὸ νόσων, μηδ' ἁμαρτάνειν· [11] ἃ εἰκὸς ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μηδεὶς τοῦτο πρότερον εἰδὼς προφρων τις ᾖ. [12] πρὸς ἑκάστῳ δὲ χρόνῳ προσιόντος καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγοι ἄν, οἵῃσι τε νοσήμασι μέλλει πάγχοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν, ἢ θέρεος, ἢ χειμῶνος· οἵῃσι τε ἕκαστος κίνδυνος γίγνεσθαι, ἐκ μεταβολῆς τῆς διαίτης. [13] εἰδὼς γὰρ τὰς ὡρέων τὰς μεταβολὰς, καὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας, καθότι ἕκαστον τουτέων γίγνεται, προσιδεῖν ἂν τὸ

ἔτος

©BIUM

ἔτος, ὁκοῖόν τι μέλλει γίγνεσθαι. [14] ὅτως ἄν τις ἐρευνώμενος καὶ προγινώσκων τοὺς καιροὺς, μάλιστ' ἂν εἰδείη περὶ ἑκάστου, καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνει τῆς ὑγιείης, καὶ κατ' ὀρθὸν φέροιτο οὐκ ἐλάχιστα ἐν τῇ τέχνῃ. [15] εἰ δὲ δοκέοι τίς ταῦτα μετεωρόλογα εἶναι, εἰ μεταστάιη τῆς γνώμης, μάθοι ἄν, ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικὴν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον. ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσιν καὶ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσιν τοῖσιν ἀνθρώποισιν. [16] ὅκως δὲ χρὴ ἕκαστα τῶν προειρημένων σκοπεῖν καὶ βασανίζειν, ἐγὼ φράσω σαφέως.

[17] ἥτις μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα κεῖται τὰ θερμὰ (ταῦτα δ' ἔσται μεταξὺ τῆς τε χειμερινῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν) [18] καὶ αὐτέη ταῦτα τὰ πνεύματά ἐστι ξύννομα, τῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων πνευμάτων σκέπη. [19] ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐστὶ τάτε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα, καὶ ἀνάγκη εἶναι [a] μὴ μετέωρα, τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά. [20] καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων κέονταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασί τε χρῶνται ἀγαθοῖσιν, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιούτων μεταβολέων. [21] ὁκόσαι δὲ ὕδασί τε ἐλείοισι χρέονται, καὶ λιμνώδεσιν, κεῖνταί τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον. [22] κἢν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται, θᾶσσον παύονται αἱ νοῦσοι. [23] ἢν δὲ ἔπομβρον, πολυχρόνιοι γίνονται, καὶ φαγεδαίνας εἰκὸς ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος, ἢν ἕλκος ἐγγένηται. [24] τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν, καὶ φλεγματώδεας· τάς τε κοιλίας αὐτέων πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ φλέγματος ἐπικαταῤῥέοντος· τά τε εἴδεα ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτέων ἀτονώτερα εἶναι· ἐσθίειν δ' οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι, οὐδὲ πίνειν. ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἴησαν ἀγαθοὶ πίνειν· ἡ γὰρ κραιπάλη μᾶλλον πιέζει. [25] νοσήματά τε τάδε ἐπιχώρια εἶναι. [26] πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας νοσερὰς καὶ ῥοώδεας εἶναι· ἔπειτα πολλὰς ἀτόκους ὑπὸ νόσου, καὶ οὐ φύσει, ἐκτιτρώσκεσθαί τε πυκνὰ. [27] τοῖσί τε παιδίοισιν ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσιν [b] τὸ παιδίον ποιέειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. [28] τοῖσι δὲ ἀνδράσιν, δυσεντερίας, καὶ διαῤῥοίας, καὶ ἠπιάλους, καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινοὺς, καὶ ἐπινυκτίδας πολλὰς, καὶ αἱμοῤῥοΐδας ἐν τῇ ἕδρῃ. [29] πλευρίτιδες δὲ, καὶ περιπνευμονίαι, καὶ καῦσοι, καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται, οὐκ ἐγγίνονται πολλά. οὐ γὰρ οἷόν τε, ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἐῶσι, τὰς νούσους ταύτας ἰσχύειν. [30] ὀφθαλμίαι τε ἐγγίνονται ὑγραὶ, καὶ οὐ χαλεπαὶ, ὀλιγοχρόνιοι, ἢν μήτι κατάσχῃ νόσημα πάγκοινον ἐκ μεταβολῆς. [31] καὶ ὁκόταν τὰ πεντήκοντα ἔτεα ὑπερβάλλωσι, κατάῤῥοοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκε-

[a] καρτα

[b] τὰ παιδία ποιέειν. uel, τό τε θεῖον ποιέειν

A seruarit, prenoscet utiq; & de anno, qualis sit futurus. [14] Hoc modo si quis rimatus fuerit ac præcognouerit occasiones quasq;, eas tũ quibusuis alijs singillatim accõmodare sciet, tum præsertim eò referet, ut & ad sanitatem conferant pleraq;, & recta uia administrẽtur in arte omnia. [15] Quòd si cui hæc ad Meteororum theoriam pertinere uideantur, is si ab hac opinione dimoueatur, intelliget, non minimam partem conferre ad rem medicam ipsam Astronomiam, quin potius maximam, quum unà cum temporibus etiam uentres hominum mutentur. [16] Quomodo autem singula quę diximus scrutari ac explorare oporteat, deinceps dicam manifestè.

[17] Quæcunq; ciuitas ad uentos sita est calidos (eos nimirum, qui inter brumalem solis exortum & occasum flant) [18] ut hosce quidẽ habeat patrios, à septẽtrionalibus uerò uentis tuta ac protecta sit: [19] ea aquis abũdat subsalsis, quæ cùm in superficie scaturiant, necessariò æstate calidæ, hyeme frigidæ sunt. [20] Quòd si quæ urbes bene sint sitæ quo ad solẽ, & quo ad uentos, aquasq; bonas habeant, eæ minùs à talibus mutationibus afficiũtur. [21] Quæ uerò aquis palustribus ac lacustribus utuntur, & non bene sitæ sunt ad uentos, & ad solem, hæ magis. [22] Et si quidem æstas sicca fuerit, citiùs sedantur morbi. [23] Sin pluuia, diuturni fiunt: & ex ulceribus phagedænas quauis tandem occasione oboriri uerisimile est. [24] Si uerò hyems frigida sit, homines capita humida ac pituitosa habere par est: & uentres ipsorum frequenter exturbari, pituita à capite influente: habitu uerò corporis plerosq; debiliore esse: quinetiam ad edendum ac bibendum minùs promtos. Nam qui capita debilia habent, nõ fuerint strenui potores: crapula enim magis grauat. [25] Morbi uerò hi ipsis uernaculi sunt. [26] Primùm quidem mulieres morbosæ, ac fluxionibus obnoxiæ sunt: multæ insuper steriles ex morbo, non autem natura, & frequẽter abortiũt. [27] Pueris uerò superueniunt conuulsiones ac anhelationes, qui morbi puerorum & sacri esse putantur. [28] Viris autem dysenteriæ, & diarrhœæ, & epialæ, & febres diuturnæ hybernæ, & pustulæ nocturnæ multæ, & hęmorrhoides in sede. [29] Pleuritides autem, & peripneumoniæ, & febres ardentes, & quicunq; acuti morbi putantur, raræ sunt. Neq; enim morbi isti grassari possunt, ubi alui fluidæ existunt. [30] Lippitudines insuper oboriũtur humidæ, nõ graues, nec diuturnæ: nisi ex mutatione temporum morbus aliquis omnibus communis occupet. [31] Et ubi quinquagesimum annum superauerint, defluxiones ex ce-

cerebro accedentes, homines ſemiſidera- A
tos faciunt, ubi caput derepente inſolatum,
aut frigore correptum fuerit. [32] Atque hi qui-
dem morbi ipſis uernaculi ſunt. Quòd ſi mor
bus aliquis omnibus communis ex tempo-
rum mutatione oboriatur, etiam illius parti-
cipes erunt.

[33] Quæcunque uerò ciuitates his ex oppo-
ſito ſitæ ſunt ad uentos frigidos, inter occa-
ſum ſolis æſtiuum, & orientem æſtiuum: [34]
ijſque hi uenti uernaculi ac indigenæ ſunt,
ab auſtro uerò & calidis uentis ſunt protec-
tæ: de his ſic ſe res habet. [35] Primùm qui-
dem aquæ quas habet & duras & frigidas ut
plurimum dulceſcunt. [36] Homines autem e-
rectos & exuccos eſſe neceſſe eſt: [37] & plures B
uentres infernos inuictos ac duros habere,
ſupernos uerò fluidiores: bilioſoſque magis
quàm pituitoſos eſſe. Capita uerò ſana ac du
ra habent: & plerunque uaſa ipſis rumpun-
tur. [38] Morbi autem ipſis ſuperueniunt popu
lariter, pleuritides, & quos acutos eſſe rece-
ptum eſt. Idque neceſſariò, quum alui duræ
exiſtant. Suppurati itidem multi ex quauis
occaſione fiunt. Huius autem cauſa eſt, cor-
poris erectio, ac uentris duricia. Siccitas e-
nim & aquæ frigiditas facit ut uaſa rumpan-
tur. [39] Edaces autem tales naturas eſſe neceſ
ſe eſt, & non multum bibaces. Non enim fie-
ri poteſt, ut ſimul multum edant ac bibant.
[40] Lippitudines que his fieri ex temporis in- C
teruallo neceſſe eſt, duras autem ac uehe-
mentes, & ſtatim oculos rumpi: [41] Sangui-
nis item ex naribus fluxiones uehementes
æſtate fieri iunioribus triginta annis: [42] Mor
bos etiam ſacros appellatos, paucos qui-
dé, uerùm uehementes. [43] Longæ uerò uitæ
magis quàm alios, hos homines eſſe par eſt:
[44] & ulcera citra magnam inflammationem
oboriri, neque efferari: [45] Mores uerò magis
feros quàm manſuetos. [46] Ac uiris quidem
hi morbi uernaculi ſunt: [47] tum uerò etiam ſi
quis omnibus communis ex temporum mu
tatione ingruat. [48] Iam quo ad mulieres, pri-
mò quidem difficulter concipiunt propter
aquas, quæ duræ ſunt, ac crudæ, & frigidæ. D
Purgationes enim menſium non contingũt
commodæ, ſed paucæ ac prauæ. Deinde pa-
riunt difficulter, & non ualde abortiunt. V-
bi uerò pepererint, pueros nutrire non poſ-
ſunt. Lac enim ab aquarum duricia ac crudi-
tate extinguitur. Et tabes frequentes à partu
fiunt. Præ uiolentia enim ruptiones ac uulſu
ras habent. [49] Pueris autem hydropes in te-
ſtibus fiunt, quandiu parui fuerint: deinde
ætatis progreſſu euaneſcunt. [50] Pubeſcunt
autem

ἐγκεφάλε παραπληκτικὲς ποιέεσι τὲς ἀν-
θρώπες, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθεῶσι τὸν κε-
φαλὸν, ἢ ῥιγώσωσι. [32] ταῦτα μὲν τὰ νοσήμα-
τα αὐτόχθονά ἐσιν. χωρὶς δέ, ἤν τι
πάγκοινον κατάσχῃ νοσήμα ἐκ μεταβολῆς
τῶν ὡρέων, καὶ τετέων μετέχσιν.

[33] ὁκόσαι δ' αὐτικέονται πρὸς τὰ
πνεύματα τὰ ψυχρὰ, μεταξὺ τῶν δυσμῶν
τῶν θερινῶν τε ἡλίε, καὶ τῆς ἀνατολῆς τῆς θε-
ρινῆς· [34] καὶ αὐτῆσι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐπι-
χώρια ἐσιν, τὰ δὲ νότα καὶ τῶν θερινῶν πνευ-
μάτων σκέπη· ὥσε ἔχει καὶ τῶν πόλεων τε-
τέων. [35] πρῶτον μὲν τὰ ὕδατα τὰ σκληρά τε
& ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γλυκαίνεται. [36]
τὲς δὲ ἀνθρώπες ἐντόνους τε καὶ σκελιφρὲς
ἀνάγκη εἶναι. [37] τές τε πλέους τὰς κοιλίας
ἀτερέμνους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω, τὰς
δὲ ἄνω εὐρωτέρας· χολώδεάς τε μᾶλλον ἢ
φλεγματίας εἶναι. τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγιηρὰς
ἔχουσι καὶ σκληράς. ῥηγματίαι τε εἰσὶν ἐπὶ
τὸ πολύ. [38] νοσεύμασι δὲ αὐτέοισιν ἐπι-
δημέεται πλευρίτιδές τε πολλαὶ, αἵτε ὀξέαι νο
μιζόμεναι νοῦσοι. ἀνάγκη δὲ ὧδε ἔχειν, ὁκό-
ταν κοιλίαι σκληραὶ ἐῶσιν. ἔμπυοί τε πολλοὶ
γίνονται ἀπὸ πάσης προφάσιος. τουτέου δὲ
αἴτιόν ἐσι τοῦ σώματος ἡ σύστασις, καὶ ἡ σκλη
ρότης τῆς κοιλίης. ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας
ποιέει εἶναι, καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. [39]
ἐδωδίμους δὲ ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας
εἶναι, καὶ οὐ πολυπότας. οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα πο-
λυβόρους τε εἶναι καὶ πολυπότας. [40] ὀφθαλ-
μίας τε γίνεσθαι μὲν διαχρόνους, γίνεσθαι
δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυρὰς, καὶ εὐθέως ῥήγνυσθαι
τὰ ὄμματα. [41] αἱμορροίας δὲ ἐκ τῶν ῥινέων
τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων γίνεσθαι ἰσχυ-
ρὰς τοῦ θέρεος. [42] τά τε ἱερὰ νοσεύματα κα-
λεύμενα, ὀλίγα μὲν ταῦτα, ἰσχυρὰ δέ. [43] μα-
κροβίους δὲ τοὺς ἀνθρώπους τουτέους μᾶλ-
        - Communes, qui sequuntur communem cœli influxum. N. 47. Sic namq; pestilentias cõtagiosas non minus Septẽtrionalibus quàm Australibus familiares esse, etsi non tanta uehementia depopulentur, experientia docet. Vt proinde insania eorum, qui omnia ad qualitates primas magno supercilio reuocare conantur, uel unico hoc argumento satis redargui queat.
      - Mulieribus. N. 48. Namq; &
        - Conceptus difficilis. στρυφναὶ, acerbæ quo ad cõceptum. uti opponantur ἐναρικύμοσι, de quibus infrà n. 60. Nisi quis legere malit, στροφαὶ πολλαί.
        - Partus laboriosus.
        - Post partum & lactis defectus, & tabes interdum.
    - Aetatis
      - Iuuenibus ante XXX annum, Fluor sanguinis narium. N. 41.
      - Pueris, Hydropes testium. N. 49.

III. Ciui-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 290 sur 736

©BIUM

III. Ciuitas sita inter solis æstiuos & hybernos

- Ortus, salubrior est quã priores illæ. N. 51. Explicat
  - Causam, partim
    - Aerẽ. Namq;
      - Temperata est quo ad calorem & frigus. N. 52.
      - Veri simillima esse uidetur. N. 58.
    - Aquas splẽdidas, puras, coloratas, molles, radijs solaribus matutinis ueluti excoctas. Aer. n. matutino tẽpore dominatur, quod Veri simile est: qui si solis radijs, quàm primùm suprà horizontem emergit (ἀνίσχων. A quo diuersus est, ἄνω ἀρθεὶς, in altũ euectus, postquã horizonte transcẽso ad uerticẽ tendit, ut infrà n. 62.) maturè illustretur, aquæ permixtus, eam splendidã reddit: si non illustretur (uti paulo pòst n. 62.) obscuriorẽ aquã relinquit. N. 53. Nã cùm omnia ab uno profluant, inter se quoq; similia esse uidentur, tũ magni, tum parui mundi partes. Quod quidem hac tabella liquere potest:

Cœli cardines:	Ortus ut n. 51. 58.	Meridies	Occasus ut n. 67.	Septent.
Venti:	Eurus	Auster	Zeph.	Boreas
Anni tẽpora:	Ver	Aestas	Autum.	Hyems.
Diei partes:	Manè	Merid.	Vespera	Nox.

  - Effectus, ipsam scilicet
    - Homi nũ constitutionem
      - Naturalem, quo ad
        - Corpus. Ergo
          - Habitus corporis floridus est. N. 54.
          - Actiones probæ: sic
            - Vox clara est. N. 55.
            - Fœcunditas inest mulieribus. N. 60.
        - Animum, Ingeniosi & iracundi solent esse. N. 56.
      - Præter naturam. Morbi pauci illos infestant: si qui tamen interdum oriantur, similes sunt illis, qui ad calidos uentos habitantibus accidunt. N. 59.
    - Reliquorum omnium, tum quæ è terra nascuntur, tum animalium quorumuis, optimam constitutionem. N. 57.
- Occasus, cùm orientalibus uẽtis careat, australes uerò habeat, à septentrionalibus obiter tantũ attingatur, morbosissima est. N. 61. Declarat
  - Causam pendere partim ab
    - Aqua, quæ non est clara, sed turbida. Aer enim qui ex 4. diei partibus matutinũ tempus occupat, & ueri respondet, aquæ permixtus, cærulitate sua illius obscuritatem auget, cùm matutinos statim solis radios non admittat, nec nisi à sole iam in altũ euecto illustretur: ut proinde aer, qui mane aquæ inhæsit, à meridie corrigi nequeat, sed uehementia repentini caloris magis turbetur. N. 62. Turbida aũt aqua, quo magis corpulenta est & minus cocta, eo insalubrior.
    - Aeris ualde inæquali & præternaturali constitutione. Nam æstate manè frigidæ quidem spirant auræ (propter solis orientis radios prohibitos) succedit tamen æstus solis uehementior, corpora ueluti coquens, usq; ad occasum. N. 63. Ventos igitur maiore anni parte aquosissimos habent, cũ sol matutinus non attingat, & attollantur tantùm uapores, non resoluantur. Orientales quidem uentos (ueris æmulos) nullos habent, Occidentales uerò habent: qui tamen ipsi cùm Autumni tempora referãt, ut suapte natura frigidi & sicci sunt, ita per accidens humectãtur, propterea quòd à sole matutino non commiscentur, à meridiano turbantur tantùm & aduruntur, à uentis Australibus inquinantur, ab Aquilonaribus remissis non expurgantur, adeoq; crudis uaporibus humidis scatent. Euentilatione igitur nulla accedente, uel exigua, necesse est aerem quietum nunc frigore compressum, nunc calore turbatum, reddi morbosissimum. Quòd si nunc ad partes diei hæc regionis intemperies conferatur, similem iudicare possimus tempori inter matutinum & uespertinum medio, cuius extrema sint frigida, intermedium æstuet. N. 67.
  - Effectus tum
    - Secundùm naturã. Quo ad corporis
      - Habitum, Decolores & debiles sunt. N. 64.
      - Actiones, utputa quo ad uocem, uoce rauca sunt prædicti. N. 66.
    - Præter naturam. Omnium morborum genere, uel ad calidos uel ad frigidos uentos sitis regionibus familiarium, hanc ciuitatem incolentes infestantur, cùm & æstuent & frigeant. N. 65. Synchysis est: πάν. τῶν νοσ. προ. ὀδ. μέ. αὐ. μετ. ἀποκέκρ.

IV. Aqua

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 291 sur 736



Ad. Oriun-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 292 sur 736

©BIUM

Ad. Oriuntur aquæ uel in

- Terra: & uel
  - Non mouētur, sed stagnant, ut sunt Palustres & Lacustres, quæ propter cœli & aeris inæqualē uariamq; impreßionem, & propter insignem partium diuersitatem (cùm ex omnis generis aquarum colluuie colligantur) morbosißimæ euadunt. N. 69. σπλῆνες μεμυωμένοι, in rotūdum tumorem elati lienes, ad musculi similitudinem, quem com. de Vet. med. σάρκα περιφερῆ esse definiuit. Com. de Flatib. n. 177. carnes colliquatas in pedes descendere ait, ut hic in lienem.
  - Mouentur atq; fluunt, quas n. 83. Fontanas in uniuersum appellare uidetur, siue Fontium propriè dictorum sint, siue Fluminū, è fontiū uariorū colluuie ortorū. De quorū differentijs confusè agit. N. 70. & seq.
- Aere, & decidūt uel liquidæ per Pluuiā, uel concretæ in Niuē aut Glaciē seu Grādinem. N. 84. et 102. Ergo
  - Pluuiales, quo ad qualitates suas &
    - Grauissimas esse, & tenuißimas, & splendidißimas, & dulcißimas, ὑπὲρ
      - Ori proponit. N. 85.
      - διότι enarrat, simul etiam de qua pluuiæ parte intelligi debeat, imo & catena quadā, quæ Resolutioni logicæ similis est, ostēdit:
        - Sol id, quod in aqua tenuißimum est & leuißimum, sursum educit & attrahit. N. 86. Et hæc prima est humidi secretio, quæ in Terra fit. Probat partes propositionis: materiam scilicet
          - Quam rapit Sol, esse partem aquæ leuißimam. argumento Maris, quod propter hanc aßiduam purioris partis extractionem salsum redditur. N. 87.
          - Equa rapit, esse inferiora corpora naturalia, quæcunq; humido aliquo sunt prædita, tum inanimata, tum animata, tam uegetantia quàm animalia. N. 88. Quod ipsum ostendit
            - Signo siue exemplo Hominis apricātis, quiqua parte nudus est, non sudat, qua uerò tectus est, sudat. N. 89.
            - Ratione sumta à putredine, tanquā ab accidente. Nam pluuialis aqua facillimè putrescit propter heterogeniā suam, cū ex diuersißimis corporib. sit educta. N. 90.
        - Sursum uerò attracti uapores circū aguntur, & secundā secretionē partiū in inferiore aeris regione patiuntur. Pars enim uaporum
          - Impurior secernitur, Nebulamq; & caliginem facit. N. 91.
          - Purior à sole percocta dulcescit. N. 92. Dulcedinē signo confirmat. Nam reliqua etiā omnia quæ coquuntur moderatè dulcescere deprehenduntur. N. 93.
        - Porrò in mediam aeris regionē delata pars uaporū purior, tertiā secretionem subit. Pars enim
          - Tenuior, frigoris coactionē effugiens, dispersa manens, semper sublime petit. N. 94.
          - Crassior ui aeris frigidi in Nubem coacta, pondus acquirit, uiq; uentorum deorsum fertur. N. 95.
        - Hac tertia separatione facta, nubibusq; in media regione consistētibus, seditio quodāmodo oritur, aere ipso, qui in perpetuo motu est, aliena corpora impatienter ferēte, eademq; deorsum per pluuiam præcipitante: cuius quidem pluuiæ pars
          - Prior, à uapore craßiore & ponderosiore prouenit, in nubem coacta, alteriq; nubi uiolenter occurrens: quo quidem impulsu utraq; grauitatis ueluti momentum acquirens deorsum fertur. N. 96.
          - Posterior tenuior est: quādoquidem uapor, qui nondum consistit, ex uehemente illo motu parte sui pinguiore conflagrat (unde fulgura, atq; fulmina, spiritu sulfureo & nitroso inter se depugnantibus: tonitrua item, spiritus cum uehemētia erumpentis potius quàm nubium collisarum argumenta) parte uerò aquosiore deorsum fertur, & priori illi permiscetur. N. 97.
    - Insalubres, & ad potum minimè idoneas esse, præsertim quæ primæ deciderunt, decoctione tamen & percolatione emendari posse, docet. N. 98.
  - Niuales uel glaciales, frigoris scilicet ui concretas, sed postea eliquatas in suis fontibus, omnes malas esse (& in uniuersum quaslibet alias, optimas licet ex sui natura, ubi semel congelatæ fuerunt) affirmat. N. 99. Rationem
    - Affert. Nam ui frigoris pars illorum subtilior exprimitur, craßior remanet. N. 100. Itaq; aqua rosacea congelata si uas aperias, spiritus erumpit fragrantißimus, ui frigoris à phlegmate separatus inerti & inodoro.
    - Confirmat signo. N. 101.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 293 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 294 sur 736

©BIUM

Dd. Ergo Aqua in

- Genere, corpori humano uel bona est & salubris, uel mala et insalubris: & uel
  - Absolutè corpori salubri talis. Sic Aquæ cõditiones, aliæ
    - Simplices. Vide signum * *
    - Mixtæ, quædam bonæ, quædam malæ insunt. Sic ferè infinitæ uarietates, pro mira differentiarum compositione. Cui plures bonæ conditiones insunt, in latitudine bonæ aquæ comprehendẽda: cui plures malæ, inter malæ aquæ species connumeranda.
  - Secundùm quid, corpori insalubri talis. Nam quæ per se & absolutè mala est, respectu morbi, cui applicatur, salubris euadit. Vti n. 73. & 79.
- Specie, hunc uel illum effectum hominis imprimit, tum
  - Corpori uel
    - Salubrẽ, nimirũ quia sanitatem
      - Cõseruat, uel quo ad qualitates
        - Primas
          - Refrigerando.
          - Humectando.
        - Secundas:
          - Aperiendo.
          - Soluendo uentrem.
      - Restituit contrarietate sua. N. 77. & seq. Ergo qui uentres habent
        - Calidos, utantur aquis dulcibus.
        - Frigidos & humidos, utantur aquis salsis.
    - Insalubrem, quo ad
      - Causas: quia
        - Humores parit pituitosos uel biliosos.
        - Limum & arenam congerit in uesica & renibus.
      - Symptomata: ut quia
        - Vocis raucedinem parit.
        - Edaces & siticulosos reddit.
        - Ventres adstringit. Menses à partu supprimit.
        - Maciem inducit.
        - Difficultatem conceptus & partus inducit.
      - Morbos. Vt enim 69. & 103. ab aqua mala oritur
        - Lienis tumor. Leucophlegmantia.
        - Hydropes tum uentris tum uteri.
        - Dysenteria.
        - Quartanæ, Causi.
        - Peripneumonia.
        - Insania.
        - Tabes fœtus.
        - Herniæ.
        - Varices, Vlcera.
        - Calculus, Stranguria. Ischias.
  - Animo. Nam quæcunq; de morum mansuetudine & feritate, de ingenij acumine & hebetudine in enarratione locorum tum particulari tum generali dicuntur, præsertim uerò n. 174. & seq. ea quoq; ab aqua prouenire sunt æstimanda.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 295 sur 736

©BIUM

*** Simplices cōditiones aquæ insunt

- Bonæ quo ad
  - Motum. Fluens, non stagnans, nec quiescens: neq; fluminum, multò minus torrentium, sed fontium.
  - Locum sui ortus. Nō cœlitus delapsa, sed è terra scaturiēs, nō collecta in lacu exteriore. Et sic rursus ratio habēda tum
    - Lacus seu Aqualiculi interioris, in quo cōfluit: & quo ad loci
      - Substantiam. E colle terreo fluens.
      - Situm. Situs profundus sit, non superficiei terræ propinquus.
    - Fōtis externi, per cuius os effluit: respectu quidem
      - Cœli, ad solis ortus æstiuos: deinde quæ inter ortus & occasus æstiuos: tertiò quæ inter occasus æstiuos & hybernos scaturiunt. N. 72. & 74.
      - Terræ, è loco sublimi & edito fluant; nō depresso. ut n. 71.
  - Substantiam partium homogeneam: non è Flumine magno uel Torrente, sed è Fonte uel Riuo non permixto alijs aquis fluat.
  - Qualitatē consideratā uel
    - Respectu sensus sub quē cadit. Secundùm qualitatē igitur
      - Visilem, Aspectu sit Clara, Albicans.
      - Auditilem, Murmur lene edat.
      - Olfactilem, Odorata.
      - Gustatilem, Dulcis.
      - Tactilem, Calida hyeme, æstate frigida.
    - Per se, quo ad
      - Totius substantiæ
        - Consistentiam materialē, sit Tenuis. quo ad formalem, sit Cocta, non cruda.
        - Pondus, sit Leuis.
      - Partes, Homogenea sit, non mixta ex uarijs.
  - Passionem quam perfert ab
    - Animali, à quo assumitur, sic & Concoctu sit facilis, & excretioni oportuna.
    - Vino, quod immiscetur. Vinum modicum benè ferat. ut n. 71.
- Malæ quo ad
  - Motum. Stagnans, Lacustris, maximè Palustris.
  - Locū sui ortus. Aqua
    - Cœlestis, Pluuia, maximè uerò Niualis.
    - Terrestris respectu sui
      - Lacus, seu Aqualiculi, quo ad
        - Substantiam. E saxeo aut metallico fonte fluens.
        - Situ. Superficiarius est, non profundus.
      - Oris, quo ad Cœlum, ad Austrum quo ad Terram, è loco humili scaturit.
      - Riui, qui limosus est & pinguis.
  - Substantiam partium heterogeneam. Aqua Fluuiorum magnorum uel Torrentium aqua pluuia auctorum ex uarijs aquis mixta: ut n. 103.
  - Qualitatem consideratam
    - Respectu cognoscētis tum
      - Visilem, Turbida, decolor, nigricans.
      - Auditilem, Sine susurro labens.
      - Olfactilem, Fœtida.
      - Gustatilem, Amara, Acerba.
      - Tactilem, Calida æstate, hyeme frigida.
    - Per se, quo ad
      - Totius substantiæ
        - Consistentiā
          - Materialem: Crassa, Dura.
          - Formalē, respectu caloris Cruda, Frigoris Cōgelata.
        - Pondus: Grauis.
      - Partes: Heterogenea, ex uarijs generibus mixta.
  - Passionem, quatenus patitur ab
    - Animalis facultate: Difficilis concoctu, transitu.
    - Vino: Non benè fert uinum.

Ee. Aquæ differentiæ à passione sumūtur: quatenus scilicet patitur aqua uel ab

- Animalis facultate
  - Concoquente, quæ natiuam aquæ cruditatē uel cocturam superare potest uel non potest. Sic aqua alia Concoctu facilis, quæ facillimè liquescit: ut n. 80. alia difficilis.
  - Excernente. Excretu uel facilis, uel difficilis.
- Vino: quod uel ferre potest, multum, paucum: ut n. 71. uel non potest.
- Vento. ut n. 104. Alij enim Boreas, alij Auster robur addit. Sic aqua et calescit, & refrigeratur.

V. τύπως

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 296 sur 736

©BIUM

V. Τόπων siue Terrarum cõsideratio-nem instituit Hippocrates non Mathe-maticam, sed Medicã. De-scriptio igi-tur à Cosmo graphis mu-tuanda cùm alijs, tum à Strabone præcipuè, et Ptolemæo, et Mela, & Pli-nio. Diuer-sitas uerò ad rem faciens medicam hìc tradẽda tum

Asia agit. Vide signum §

Particula-ris, secũdum partes præ-cipuas duas, cultu maxi-mè insignes & frequen-tatas, Asiam scilicet et Eu ropam: uti N. 120. pro ponit. Afri-cam certè A-siæ appendi-cẽ facere ui-detur, n. 124. ubi de Aegyptijs et Libybus se e-gisse asserit. Atlantica ue tus, Peruuia hodierna, Hippocrati planè ignota fuit. Ergo de

Europa disputatur tum

Vniuer-sim, si secun-dùm partes præcipuas cũ Asiæ præ cipuis partì-bus confera-tur. (N. 170.) Ergo incolæ quo ad

Cor-pora, multum diffe-rũt, ni-mirum ij q ha-bitant Euro-pæ

Extrema ad

Saurom atæ Europei, Mæotidis accolæ, Agathyrsis uicini. Eos Mela lib. 2. etiam Hamaxobitas appellari ait. Plin. lib. 4. c. 12. & lib. 5. cap. 5. & lib. 6. c. 13. Ama-zonum Sauromatidum meminit: quæ à Themyscirenis diuersæ sunt, ad Thermo doontem fl. Asiæ. Nomen habent, quòd mamma dextra careant.

Aqui-lonem: ut puta

Scythæ in

Genere, Europei, secun-dùm Tanais ripam & Mæotidis Euxiniq; lito-ra usq; ad Istri ostia.

Specie, Nomades dicti, pro ximi Hyperboreis, altio-res Scythis agriculturæ deditis, quos Plin. lib. 4. ob idipsum Aroteras, Strabo lib. 7. Georgos uocari scribit, propter terræ fertilißimæ cultum. N. 139. Vide signum 22

Medium.

Austrum. Vt sunt Insulani Græci.

Incolæ horum mirè uariant, pro ratione loci, & cœli, & politiæ. N. 167.

Animum, magis feri sunt & belli-cosi in uniuersum quàm Asiani, tum

Natura. N. 168. τὸ ἄγριον, καὶ ἀμίκτον, incorruptum, fi-dum, integrum, constans. Re-ctius fortè ἀμίλικτον, impla cabile, cùm τῷ ἀγρίῳ statim τὸ ἥμερον, τῷ ἀμιλίκτῳ τὸ ἥπιον opponat.

Lege & institutione: quia li-beri. N. 169.

Singillatim. Si partis cuiuslibet ratio peculiaris habeatur, quatenus non sibi undi-quaque similis est, sed loca habet inter se ualde diuersa: sic eiusdem partis Europæ, tanquam unius ciuitatis, φύλαι & ueluti tribus hominum uariæ sunt, & quo ad cor-pora & quo ad animum. N. 171. Cuius quidem rei causam in genere ex præcedenti-bus repetit. N. 172.

Vniuersalis. Hoc est quod N. 173. ait, sese σαφέστερον de his dicturum, nimirum regulas omnibus terræ dif-ferentijs communes traditurum. Vide signum VI.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 297 sur 736

©BIUM

- De Asia (sicuti n. 36. colligitur) tractat in
  - Genere primùm, eamq; totam Europæ confert atq; præfert: causam insuper eius rei affert. N. 121. Vide Strabonem lib. XI.
  - Specie, & non secundùm omnes partes similem per omnia esse affirmat. N. 122. Siue spectes
    - Corpora, uti N. 131. colligit. Asiæ pars
      - Media optimè constituta est, & planè temperata. N. 123.
      - Extrema, altera uergit ad
        - Austrum, Aegyptus & Lybia. N. 124. Lacuna hic magna subest, de Asia Australi, quæ Lybiam & Aegyptũ comprehẽdat, ut n. 138. innuit. Cùm prius egerit de Media, posterius etiam de Boreali sit acturus. Vltima certè uerba huius periodi, de uenerea Africanorum intemperantia, quæ in feris etiam deprehenditur (unde tritum illud, Semper noui quid Africa) ut mutilata sunt, ita cum præcedentibus non cohærent.
        - Aquilonẽ, ad dextrã partẽ ortus hyberni, usque ad Mæotidẽ paludẽ, quæ Asiæ et Europæ terminus est. Scythia hæc est Asiatica, Europeæ Scythiæ contiguã, à Tanai & Mæotide & Euxino in Oriẽtẽ excurrẽs, Oceano à Septẽtrione, à Meridie Tauro terminata N. 125. In
          - Genere, κατὰ τὸ
            - ὅτι, Gentes inter se plurimum differre asserit. N. 126.
            - διότι, causam differẽtiæ addit. N. 127.
          - Specie agit de ijs populis, quorũ insignis est diuersitas ab alijs. N. 128. Vt de
            - Macrocephalis. N. 129. Mela lib. 1. Plin lib. 7. Themyscirena Põti regio. In ea Macrocephali, Discheri, Buxeri: raræ urbes, Cerasus & Trapezus.
            - Phasianis, seu Colchis, à Phasi flumine è Moschis orto, Ponti accolis. N. 130.
    - Animũ. Differũt enim Asiani quo ad mores & ab
      - Europeis. Nam minus animosi & bellicosi sunt, (uti etiam Strabo lib. 2.) magis uerò humani & exculti partim
        - Natura, ob cœli influxus diuersitatem. N. 132.
        - Lege siue institutione & educatione, quoniam tyrãnis parent Asiani, & serui sunt. Quod ipsum
          - Declarat. Consuetudinem Asianorum sub regibus uiuentium facit geminam. Aut enim
            - Militant, & domi etiam ad armorum exercitia lege inuitantur: cæterùm cùm uictoriæ fructus omnis penes reges sit, inuiti id faciunt, & imbelles maximè uideri cupiunt. N. 133.
            - Non militant, & domi etiam ab armorum omni exercitio lege arcentur, ne quando regium imperium excutiant. Qua armorum cessatione & interdicto etiam bellicosa ingenia ueluti euirari, uel Lydorum exemplo constat: quos Cyrus Persarum rex omni uoluptatum genere effœminauit, uti ne auitæ uirtutis recordatione aliquando rebellarent. Pro ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, lego: ἡμεροῦσθαι τὴν γνώμην ὑπὸ ἀπολεμίης τε καὶ ἀργίης. N. 134.
          - Confirmat à contrario. Nam Asiani liberi non minus bellicosi sunt Europeis. N. 135. Quales fuisse Cares historiæ docẽt, mercenaria militia celeberrimos: item Iones Græcorum colonos.
      - Seinuicem. N. 136.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 298 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 299 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 300 sur 736

©BIUM

Scytharum, superstitiosè à Deo hoc malum sibi immitti opinantium. N.155.

Sua, Physicè. Diuinum quidem hoc malum esse, ut omnia ea sunt, quæ à natura Dei ministra proueniunt: non autem quòd à Deo irato hoc malum immittatur. N. 156. Declarat & enarrat causam. N.157. Historicæ fidei innitens Hippocrates hæc scripsit. Etsi uerò de Venis istis dubitari potest, utrum dentur, & si dantur, utrum sectio illarum sterilitatem afferre queat: negari tamen non potest, climatum antipathiam & sympathiam in corporibus humanis euidentißimam interdum deprehendi, adeoq; fieri posse, ut sub uno cœlo secta uena, prosit uel obsit, sub alio non item: uti etiam uidemus morbos pro regionis diuersitate uel faciles uel difficiles reddi. Neque uerò omnia, quorum ratio expeditè reddi nequit, in dubium sunt reuocanda, nisi cum Protagora ingenium tuũ ἀπαύτων μέτρον statuere uelis.

Proponit, ex sententia

Demonstrat, tum

Ex æquo omnes, tam pauperes quàm diuites, quotquot uidelicet Deos offendissent. N.159.

Frequentius pauperes quã diuites. N. 160. Tali ratiocinatione:

Qui Deos magis honorãt, illis gratiores sunt & acceptiores. Rationem affert:

Si Dijs gratus est honos, illi què Deos magis honorant gratiores illis erunt, & iræ diuinæ minus obnoxij. N.161.

At illud est.

Ergò & hoc erit.

At diuites magis honorare & placare possunt Deos quàm pauperes. N.162.

Ergò diuites gratiores dijs erunt, minusq; iratos Deos experientur: pauperes uerò magis. N. 163.

Si à Dijs hoc mali illis eueniret, certè morbo isto corriperentur

Nunc uerò non omnes ex æquo, sed diuites potius, qui equitando maximas opes & potentiam acquisiuerunt, quàm pauperes, hoc morbo corripiuntur. N. 158.

Ergò morbus hic non est à Dijs.

Ἀποφατικῶς, Non esse à Deo, ut Scythæ opinabãtur, tali syllogismo:

Κατηφατικῶς, Diuina quidẽ esse, quia à natura proueniunt, sed nõ à Deo immissa mala, sed propria culpa acquisita. N. 164. Confirmat. Hoc enim

Commune est omnibus, qui equitant, ut articulorum doloribus & ischiade & podagra corripiantur, & ad uenerem ignaui reddantur. N.165.

Proprium insuper Scythis accidit, quòd non tantùm equitant, uerumetiam braccas gestant, quibus uirilia ueluti constricta & coartata, sui muneris admoneri non possunt. Itaq; languida primùm redduntur: mox etiam accedente articularium dolorũ curatione inepta penitùs euirantur. N.166.

cc.

Mares ad generandum ineptos esse, signo castrationis, quæ Scytharum opulentißimis accidit, ostẽdit. εὐνοχίαι enim fiunt, & ἀνανδρίαι. N. 154. Herodotus lib. 4. Enaries Scytharum uates androgynos facit. Idem in Clio auctor est, Scythis ob direptum Veneris Vraniæ templum apud Ascalonitas morbum femineum à dea immissum fuisse, eoq; laborantes ἀνάνδρους, siue ἀνάνδρους à reliquis dictos. An fortè corrupta uel huius uel illius loci lectio? Mercurialis lib. 3. cap. 7. & Turnebus dubitãt. Cæterùm causam huius euirationis

VI. Ad

VI. Ad uniuersalem Terrarum intelligentiam, &

- Contextum Hippocratis elucidemus. τὸ
  - Quatuor regionũ exemplis illustrat. Nam qui habitant regionem respectu
    - Figuræ
      - Vallosam, ualles pratosas, cauas, suffocatas, uentis calidis obnoxias. (N. 175.) Et hi quo ad corporis
        - Exterioris
          - Habitum, uasti potius sunt & carnosi, quàm magni & proceri. λαχνοίαν, quorũ proceritas reliquorum canon esse queat. Aut certè erecti, & ueluti ad regulã directi, minimè uentricosi. λαμπρὸς Corn. splendidos uertit. Cæterum de colore uegeto loquitur Hip. quibus opponit tacitè lienosos, ictero nigro laborantes.
          - Colorem, nigri potius quàm flaui.
        - Interioris
          - Humores, Bilioſi potius quàm pituitosi.
          - Sanitatem, si flumina, quibus aquas stagnantes educãtur,
            - Habeant, salubriter degunt.
            - Non habeant, uitijs lienis atq; uentris obnoxij reddũtur. ὑδέρεα λιμνέαι pro λιμναῖαι lego. Corn. φρεατίαι legisse uidetur.
      - Mitem (λείην, τῇ τροχιῇ contrariam) cultui aptam, altam, & perflabile, & irriguam: hi forma inter se similes sunt, corpore magno & procero, animo mansueto & humano. N. 176.
      - Qualitatis,
        - Asperam, ut neque arbores nisi raras producat (λεπτὴ τῇ ὀρυσσούσῃ opponitur, & τῇ λασιῇ) neque pratis uestiatur (ψιλὴ, glabra, cõtraria τῇ λειμακώδει) aëris inæqualibus mutationibus obnoxia, aquis carens: hi corpora dura (ad patiẽdum) & robusta (ad agendum) habẽt: crines fluuos: moribus superbi & pertinaces, αὐθάδεις, quibus sua tãtum placẽt, ut proinde alios præ se confidenter & audacter contemnant. ἰδιογνώμονες, in opinione concepta pertinaces: quos Arist. ἰδιοπρογνώμονας uocat: aut certè opinionibus nouis dediti, quibus cõmunia & uulgata & à pleriſq; recepta nõ placẽt, sed paradoxa tantũ & paucis & obscuris nota. N. 177.
  - Διότι si ue causas prædictorũ
    - Docet. Diuersitas hominum, & eorum quæ è terra nascuntur, regionis diuersitatẽ sequitur. N. 180. Causa sumitur
      - Princeps ab Anni temporum uarietate. N. 178.
      - Minus princeps à Terræ situ & Aquarum qualitate. N. 179.
    - Demõstrat tũ in Terrarũ differẽtijs
      - Extremis & cõtrarijs. N. 184. q. scilicet Terræ naturam sequantur
        - Homines. Nã si Terra fuerit
          - Pinguis, mollis, irrigua aquis non profundè scaturiẽtibus, anni temporibus temperata: illa homines producit corpore carnosos, humidos, molles: animo improbos, socordes, somnolẽtos, stupidos. N. 181.
          - Macra, nuda arborib. & herbis (αὐώχυρος, quã paulo antè λεπτὴν uocasse uidetur) aspera, frigida hyeme, æstate calida: incolæ corpore erũt duro, macilento, agili, ualido, denso: animo seduli & uigilantes, audaces, pertinaces, feri, ingenioſi, acuti, perspicaces, bellicoſi. N. 182.
        - Relíqua omnia tã animalia quã animãtia è terra nata. N. 183.
      - Mediis, quæ medio modo sese habent, & medij quoq; generis fœtus producũt, ex proba extremorum cognitione non difficiles cognitu. N. 185.
- Corollarij loco differentias locorum in ipsomet contextu sparsas colligamus. Vide signum ☞

☞ Loco-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 302 sur 736

©BIUM

- Locorum differentiæ aliæ sunt
  - Simplices. Locus enim cōsideratur uel
    - Per se, quo ad suam
      - Substātiam tum
        - Interiorē. Sic uel locus est substantia
          - Dura, ut Saxosus, Metallicus.
          - Molli (μαλθακὴ χῶρα) utputa Arenosus, Cretosus, Argillosus.
        - Exteriorem eorum quæ producuntur & continentur. Sic locus uel est
          - Nudus. χῶρα ψιλὴ, nuda arboribus, herbis.
          - Vestitus
            - Arboribus
              - Densis. δασεῖα χῶρα, et δενδρώδης. Vt n. 127.
              - Raris. λεπτὴ χῶρα. ibidem.
            - Herbis. λειμακώδης, pratis & pascuis abundans.
      - Quantitatem, secundùm
        - Longitudinem.
        - Latitudinem. Regio Lata, Stricta.
      - Qualitatē tum
        - Interiorem. Sic uel est Pinguis, πιθηρὰ, uel Macra.
        - Exteriorē, tū quo ad
          - Superficiem: uel
            - Plana est. λεῖη, πεδιὰς, Planities, Campus. n. 138. & uel
              - Aequalis: quo ad libellā uel
                - Recta.
                - Nō recta, nimirum Decliuis, Accliuis.
              - Inæqualis, utputa scrobibus & fossis intercepta.
            - Nō plana est: Sursum, Mōtuosa: Deorsum, Caua, κοίλη.
          - Cultum, Facilis, Difficilis.
          - Fructum, Mitis, ἡμέρα: Syluestris, τραχεῖα.
    - Comparatione alteri⁹, quo ad
      - Cœli
        - Cardines. Sita est ad Austrum, uel Septentrionem.
        - Influxum. ἡ τὰς τῶν ὡρέων μεταβολὰς ἔχουσα διαφόρους, ἢ μὴ διαφόρους.
      - Aeris et Vētorum
        - Quantitatem. Vel uentos
          - Habet. ἀνεμώδης, Perflabilis.
          - Non habet. Suffocata.
        - Qualitatem. Ventos habet uel
          - Calidos. πνιγηρὰ, Aestuosa.
          - Frigidos.
      - Aquæ, qualiscunq; tandem sit,
        - Quantitatē. Vel enim locus est
          - Εφυδρος, ὑδατεινὸς. N. 130.
          - Ανυδρος, αὐχμηρὸς, Squallidus.
        - Motum, uel abundat aquis
          - Stagnantibus. ἑλώδης, Palustris. λιμνώδης, Lacustris.
          - Mobilibus, siue Fontium, ἠρηναῖος: siue Fluminū, ποταμώδης.
      - Terræ alterius
        - Situm, uel Alta, ὑψιλὴ & μετέωρος, n. 142. uel Humilis.
        - Cōmoda, uel incōmoda, utputa
          - Clausa & defensa montibus, syluis, fluminibus, mari. περιεχόμενα uocat 2. de Diæta n. 7.
          - Aperta, non defensa. Sic n. 142. οὐκ ἐστεφάνωται ὄρεσιν, nō cingitur montibus, & propterea uentis undiq; peruia est. Item n. 182. ἀνώχυρον uocat, non defensam arboribus.
  - Mixtæ, quando plures differentiæ simul iunguntur. V. G. si regio sit saxosa, nuda, inæqualis, intemperata, irrigua, alta, caua, &c. uel econtrà.

IIX. An

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 303 sur 736

©BIUM

IIX. Annum uocat Hippoc. superiorum siderum solennes statasq; impreßiones in hæc inferiora, præsertim uerò in corpus humanum, tum quo ad morbos quos excitāt, tum quo ad curationes medici, quas adiuuāt uel impediunt. N. 106. Pars autē hæc tractationi Terrarum præponitur. Sed nos diuisionis rationem secuti, eam postposuimus. Rationem proinde habet Hipp. corporum cœlestium, motu, lumine, & influxu suo in hæc inferiora agentium, tum quatenus instrumenta sunt ad salubritatem uel insalubritatem

- Naturaliter generandā. Cōstitutio ergo Anni uel est
  - Temperata, & salubris euadit corpori humano. N. 107.
  - Intemperata, & insalubritatis causa euadit. Intemperies ergo accidit Anno, uel quo ad tempora
    - Omnia inter se contraria, & à naturali temperie degenerantia.
    - Aliqua. Vt inter qualitates primas Frigiditas & Caliditas actiuæ sunt, & propterea principes uidentur: reliquæ duæ passiuæ, & illarum impreßiōes sequi: ita inter Anni tempora Aestas & Hyēs Ver & Autumnum adnexa habent. Proinde Hip. ostendit, quæ nam constitutio corporū sequi soleat constitutionem
      - Hyemis (q̄ ex sui natura frigida & humida esse debebat) plꝰ iusto
        - Siccæ, uere sequente humido & calido. N. 108.
        - Calidæ, uere subsequēte frigido & sicco. N. 109. Hyems austrina corpori præsertim senili ἀραιότητα raritatem conciliat: pori aperti humorem externum imbibūt, quem uere colliquari & excerni oportebat. Cæterùm quia uer boreum est, ijsdem constrictis humor eliquari nequit, sed cōgelatus in corpore manet, uenisq; ἔκτασιν & distensionem affert. Ea uerba, quæ n. 108. inter has uoces (ἡλίου καίοντος & οὐ γὰρ οἷόν τε) interiecta erant, nimirum (τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκότων τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηρασμένου) hic multo commodius inserenda esse duxi, ut media deinceps legantur inter ἐπιπίπτειν & λειοντέρειαι.
      - Aestatis (quæ ex sui natura calida & sicca esse debebat) si fuerit plus iusto
        - Humida, & Australis, autumno similiter calido & humido succedente. N. 110.
        - Sicca & Borealis, Autumno existente
          - Calido & humido. N. 111. Dolores capitis hyberni, & cerebri σφάκελος, denigratio ex uehementi inflammatione, qualis propriè in oßibus conspicitur (ut in carnibus Gangræna) metaphora à plantarū & arborū radicib. desumta. Sic etiā 7. Aphor. 50. Quib. cerebrū σφακελισθῇ, intra tres dies pereunt: si uerò hoc superauerint, sani fiūt.
          - Frigido & sicco ἄφνω νοσούματα, morbi repētè inuadētes, ἐξαίφνης, nō præuisi, taciti, muti. Sic Hesiodꝰ, -ἄφνω, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητιέτα ζεύς. Corn. legit, ἐφ' ᾧ. Quod scribit, ὑπ' ἄλλων τε ἐς ἄλλα ἀναξηραινόμενοι, sic intelligendum, Pituitosis confert constitutio ista, quoniā siccarum tempestatū succeßione perpetua exiccantur, quandoquidē Aestatē siccā excipit Autumnus siccus. Corn. uidetur legisse, οὐ πλαδῶντες, ἀλ. Non humecti, sed resiccati. N. 112.
- Medicè
  - Futuram cognoscendā, per πρόγνωσιν, qui morbi ex huiusmodi mutationibus sint orituri. N. 113.
  - Præsentē, oportuno tēpore p διάγνωσιν cognitā, curandā: cuius quidē cognitionis τὸ
    - Ὅτι proponit. Magnæ temporū mutationes in magnis operationibus medicis diligenter obseruādæ sunt. N. 114. Magnæ autē mutationes fiunt tum in
      - Solis
        - Solstitijs. N. 115.
        - Aequinoctijs. N. 116.
      - Astrorū reliquorū
        - Ortu: ut Canis & Arcturi. N. 117.
        - Occasu: ut Pleiadū. N. 118.
    - Διότι subinfert, cur diligenter obseruari debeant. Morbi. n. hisce dieb. iudicātur. N. 119. Quod ipsum quoq; com. de Nat. hum. n. 123. asseruit, ubi morborum chronicorum solutiones secundùm anni tempora definit.

HIP.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 304 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ
De Flatibus.

SVNT[1] quædam artes, quæ A poſſeſſoribus quidē ſuis multum laboris exhibent, uſufructuarijs uerò iucundæ ac utiles exiſtunt: & plebeiorū quidem hominum commune bonum eſſe uidētur: his uerò, qui eas exercent, planè moleſtæ. [2] Ex harum artium numero eſt & ea quam Medicinā appellant. [3] Medicus enim aſpicit horrenda, tangit iniucunda, [4] & ex aliena infelicitate proprias ſibi demetit moleſtias. [5] Aegrotantes econtrà artis beneficio à maximis malis liberantur, [6] à morbis, [7] à laboribus, [8] à dolore, [9] à morte. [10] Quibus omnibus una Medicina auxiliatrix oppoſita eſſe deprehenditur. [11] Huius autem artis ea quæ uilia uulgò putantur, cognoſcere difficile eſt. Quæ uerò alicuius precij exiſtunt, facilè. [12] Et uilia quidem foli Medici norunt, uulgus ignorat: [13] cùm non corporis, ſed animi opera exiſtant. [14] Quæcunque autem manuum operam exigunt, ad ea conſuetudine perueniendum eſt. [15] Quandoquidē uſus egregius eſt manuum exercitator & magiſter. [16] Verùm de non apparentibus & difficillimis ægritudinibus opinio magis quàm ars iudicat. [17] Etſi in his quoque plurimum differt peritia ab imperitia. [18] E quorum numero etiam hoc unum eſt: quæ nam ſit ſcilicet cauſa morborum, [19] & quod principium C ac quaſi fons ſit, ex quo corporis mala omnia ſcaturiant. [20] Si quis enim cauſas affectionis probè cognorit, facultatem habebit offerendi ea quæ corpori conferunt, ex eorum quæ morbo contraria ſunt cognitione. [21] Eſt enim maximè ſecundùm naturam ipſa Medicina. [22] Exempli cauſa, fames ipſa morbus eſt. [23] Quicquid enim homini moleſtiā affert, hoc morbus uocatur. [24] Quódnam ergo famis eſt remedium? Hoc ſcilicet, quod famem abigit. [25] Id autem facit cibus. [26] Eo ergo malum illud medicandum. [27] Similiter ſitim potus ſedat. [28] Repletioni itidem euacuatio, [29] euacuationi repletio, [30] labori quies, [31] & quieti labor opitulatur. [32] Atq; ut uno uerbo dicā, cō D traria contrariorū ſunt remedia. [33] Medicina enim nihil aliud eſt, niſi appoſitio & ablatio. [34] Ablatio quidē eorum quæ excedunt, [35] appoſitio uerò eorū quæ deficiunt. [36] Qui iſtud optimè facit, is optimus eſt Medicus: [37] quantū quis ab hoc deficit, tātum quoq; deficit ab arte. [38] Atq; hæc quidē præter inſtitutū futuri ſermonis dicta ſunt.

[39] Mor-

ΕΙΣΙ' [1] τινες τῶν τεχνέων, αἳ τοῖσι μὲν κεκτημένοισιν εὐσύμβολοι, τοῖσι δὲ χρεομένοισιν ὀνήσιοι· καὶ τοῖσι μὲν ἰδιώτησι ξυνὸν ἀγαθὸν, τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοισι σφᾶς λυπηραί. [2] τῶν δὲ δὴ τοιητέων ἐστὶ τέχνέων καὶ ἣν οἱ ἕλληνες καλέουσιν ἰητρικήν. [3] ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς ὁρέει τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων, [4] καὶ ἐκ' ἀλλοτρίησι ξυμφορῇσιν ἰδίας καρπᾶται λύπας. [5] οἱ δὲ νοσέοντες ἀπαλλάσσονται τῶν μεγίστων κακῶν διὰ τὴν τέχνην, [6] νούσων, [7] πόνων, [8] λύπης, [9] θανάτου. [10] πᾶσι γὰρ τούτοισιν αὐτάρκης ἰητρικὴ βοήθεται ἀκέσασθαι. [11] τούτης δὲ τῆς τέχνης τὰ μὲν φλαῦρα χαλεπὴν γνῶναι, τὰ δὲ σπουδαῖα ῥηΐδιον. [12] καὶ τὰ μὲν φλαῦρα τοῖσι ἰητροῖσι, † καὶ οὐ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. [13] οὐ γὰρ σώματος, ἀλλὰ γνώμης ἔργα ἐστίν. [14] ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ σωφρονεόντως. [15] τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον διδάσκαλεῖον. [16] ὧν δὲ τῶν ἀφανεστέτων καὶ χαλεπωτάτων νουσημάτων, δόξῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ κρίνεται. [17] διαφέρει δὲ καὶ αὐτοῖσι πολὺ τὸ σπέρη τῆς ἀπειρίης. [18] ὧν δή τι τῶν τοιούτων ἐστὶ τόδε, τί ποτε τὸ αἴτιόν ἐστι τῶν νούσων, [19] καὶ πῆς ἀρχὴ ἢ πηγὴ γίνεται τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν. [20] εἰ γάρ τις εἰδείη τὸν αἴτιον τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα [τῷ ἐν] τῷ σώματι ἐκ τῶν ἐναντίων ὀπαζόμενος τὸ νουσήματι. [21] αὕτη γὰρ ἡ ἰητρικὴ μάλιστα κατὰ φύσιν ἐστίν. [22] αὐτίκα γὰρ λιμὸς, νοῦσός ἐστιν. [23] ὅ, τι γὰρ ἂν λυπέῃ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο καλέεται νοῦσος. [24] τί οὖν λιμοῦ φάρμακον; ὅ, τι πάυει λιμόν. [25] τοῦτο δὲ ἐστὶ βρῶσις. [26] τοῦτο ἄρα ἐκεῖνο ἰητέον. [27] αὖθις αὖ δίψεα ἔπαυσε πόσις. [28] πάλιν αὖ πλησμονὴν ἴητρη κένωσις, [29] κένωσιν δὲ πλησμονή· [30] πόνον δὲ ἀνάπαυσις, [31] ἀναπαύεα δὲ πόνος. [32] ἐνὶ δὲ σωτόμῳ λόγῳ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα. [33] ἰητρικὴ γὰρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις. [34] ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, [35] πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλιπόντων. [36] ὁ δὲ κάλλιστα ταῦτα ποιέων, ἄριστος ἰητρός. [37] ὁ δὲ τουτέου πλεῖστον ἀπαλλαγμένος, πλεῖστον ἀπήλλακται καὶ τῆς τέχνης. [38] b τὰ μὲν οὖν ἐν παρέργῳ τῷ λόγῳ τῷ μέλλοντος εἴρηται.

[39] τῶν

† μούνοισι σιν ἐστὶν εὐδέναι

a μέγιστον

b τοῦτο μοι οὖν μοι

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 305 sur 736

©BIUM

39 τῶν δὲ δὴ νούσων ἁπασέων ὁ μὲν τρόπος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τόπος διαφέρει. 40 δοκέει μὲν οὖν τὰ νουσήματα οὐδὲν ἀλλήλοισιν ἐοικέναι, διὰ τὴν ἀλλοιότητα καὶ ἀνομοιότητα τῶν τόπων. 41 ἔστι δὲ μία τῶν νουσέων ἁπασῶν καὶ ἰδέη καὶ αἰτίη ἡ αὐτὴ. τίς δέ ἐστιν αὕτη, διὰ τοῦ μέλλοντος λόγου φράσαι πειρήσομαι. 42 τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀπὸ τρισσέων τροφῶν τρέφονται. 43 ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόματα, 44 σῖτα, 45 ποτὰ, 46 πνεύματα. 47 πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι φύσαι καλέονται. 48 τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων, ἀὴρ. 49 οὗτος δὲ μέγιστός ἐστιν ἐν ἅπασι τῶν συμπτωμάτων δυνάστης. ἄξιον δὲ αὐτοῦ θεάσασθαι τὴν δύναμιν.

50 ἄνεμος γάρ ἐστιν ἠέρος ῥεῦμα, καὶ χεῦμα. 51 ὅταν οὖν πολὺς ἀὴρ ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τάτε δένδρεα ἀνασπαστὰ πρόῤῥιζα γίνεται διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος, τό, τε 52 πέλαγος κυμαίνεται, 53 ὁλκάδες τε ἄπειροι τῷ μεγέθει ἐς ὕψος διαῤῥίπτονται. τοιαύτην μὲν οὖν ἐν τουτέοισιν ἔχει δύναμιν. 54 ἀλλὰ μὴν ἐστί γε τῇ μὲν ὄψει ἀφανὴς, τῷ δὲ λογισμῷ φανερός. 55 τί γὰρ ἄνευ τουτέου γένοιτο ἄν; ἢ τίνος οὗτος ἄπεστιν; ἢ τίνι οὐ ξυμπάρεστιν; ἅπαν γὰρ τὸ μεταξὺ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ, πνεύματος συμπλέον ἐστὶ. 56 οὗτο καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος αἴτιον. 57 ἐν μὲν τῷ χειμῶνι, πυκνὸν καὶ ψυχρὸν γινόμενον. 58 ἐν δὲ τῷ θέρει πραῦ καὶ γαληνὸν. 59 ἀλλὰ μὴν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. 60 τῷ γὰρ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ. 61 οὗτο δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν, οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. 62 ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἀένναον ἐόντα ὁ ἀὴρ ἀένναος καὶ λεπτὸς ἐὼν [a] τὸ εἶναι παρέχεται. 63 ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ πελάγους, ὅτι μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος παντί που δῆλον. 64 οὐ γὰρ ἄν ποτε τὰ πλωτὰ ζῶα ζώειν ἠδύνατο, μὴ μετέχοντα πνεύματος. 65 μετέχοιεν δέπως ἂν ἄλλως, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ ὕδατος, [b] καὶ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκοντα τὸν ἀέρα; [c] καὶ 66 τῇ μήνῃ ἐπὶ τοῦ τέου τὸ βάθριον. 67 οὗτος γε τῆς γῆς ὄχημα. 68 κενεόν τε οὐδέν ἐστι τούτου. 69 διότι μὲν τοῖσιν ἄλλοισιν ὁ ἀὴρ ἔῤῥωται, εἴρηται.

[a] ἀεὶ περιέρχεται

[b] ἢ

[c] καὶ μὴν ἤ τε γῆ τουτέου βάθρον

70 τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσιν, οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου, καὶ τῶν νοσέων τοῖσι νοσέουσι. 71 τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀποσχόμενος ὁ ἄνθρωπος καὶ σιτίων καὶ ποτῶν, δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν. 72 ἢν δέ τις ἐπιλάβοι τὰς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἀπόλλοιτο ἂν· ὡς μεγίστης χρείης [d] ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος. 73 ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα πάντα διαλείπουσιν ἄνθρωποι πρήσσοντες (74 ὁ γὰρ βίος μεταβολέων [e] πλέως ἐστὶ) 75 οὗτο δὲ μοῦνον ἀεὶ διατελέουσιν ἅπαντα τὰ θνητὰ ζῶα πρήσσοντα, τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα. 76 ὅτι μὲν οὖν μεγάλη κοινω-

[d] ἐνεούσης

[e] ἀνάπλεως

A

39 Morborũ aũt omniũ cùm unus & idem modus sit, locus tamen diuersus est. 40 Vt ergo morbi nihil inter se simile habere uideantur propter diuersitatẽ locorum: 41 una tamẽ morborum omniũ & species est, & causa eadem. Quæ autem hæc ipsa sit, in sermonis huius progressu manifestum facere conabor. 42 Corpora enim omnia tum hominũ, tum reliquorũ etiam animantiũ, à triplici nutrimento sustentantur. 43 Quorũ hæc sunt nomina, 44 Cibus, 45 Potus, 46 Spiritus. 47 Ac spiritus quidẽ, qui in corporibus sunt, Flatus uocantur: 48 qui uerò extra corpora, Aer. 49 Qui cùm omnium, quæ corpori accidunt, auctor atq; dominus sit, operæ precium est potentiam illius diligentius considerare.

B

50 Ventus certè ipsius aeris fluxus & inundatio est. 51 Quando igitur multus aer uehementem fluxum facit, tum & arbores radicitus euellũtur præ uiolentia spiritus, 52 & mare undis exæstuat, 53 & onerariæ etiam maximæ in altum demergũtur. Et talem quidẽ in his uim obtinet. 54 Quòd etsi oculis minimè conspicuus est, ratiocinatione tamen cognoscitur. 55 Nam quid sine hoc fit tandẽ? à quónã hic abest? & cui nõ adest? Quicquid enim inter cœlum & terram est, spiritu plenum est. 56 Hic & hyemis & æstatis causa existit. 57 Hyeme quidẽ frigidus & condensatus: 58 æstate aũt mitis & tranquillus. 59 Quin & solis & lunæ, & astrorum omnium cursus per spiritum procedũt. 60 Etenim igni spiritus nutrimentũ præbet. 61 Spiritu uerò ignis destitutus, uiuere neqt. 62 Itaq; solis etiã ꝑpetuũ cursum aer perpetuus & tenuis semꝑ ambit. 63 Verũ neq; mare ipsum spiritus expers esse omnib. manifestũ esse puto. 64 Non enim natantia animalia uiuere possent, nisi spiritu participarent. 65 Quomodo autem participarent, si non per aquam & ex aqua spiritũ attraherent? 66 Lunæ quinetiam hic scala est, 67 & terrę uehiculum, 68 neq; quicquam usquam est spiritu uacuũ. 69 Atque hactenus quidem, quantum aer alijs commodet, diximus.

C

D

70 Mortalibus aũt hic solus uitæ, & ægris morborum est auctor. 71 Tantaq; omnib. corporibus spiritus necessitas adest, ut siquidẽ omnibus alijs abstineat homo, neq; cibũ sumat, neq; potum, possit tamen dies duos uel tres & plures ducere. 72 Sin uerò cuipiã uiæ ipsius spiritus in corpus intercipiãtur, uel exigua diei parte, peribit profectò: ut uel hinc, quãto usui spiritus corpori sit, liceat ęstimare. 73 Præterea cùm ab omnibus operibus aliquãdo immunes quiescant homines (74 multæ enim sunt mutationes in uita) 75 ab hoc tamen opere nulla omnibus caducis animalibus requies contingit, quin semper inspirent, uel expirẽt. 76 Magnã proinde omnibus

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 306 sur 736

animantibus ſocietatem cum aere intercede re, ſic ſit demonſtratum.

77 Sed & aliud ſubijciam, non eſſe uerisimile morbos aliunde oriri, quã ab aere, 78 ſi quãdo is aut copioſior, aut parcior, 79 aut cumulatior, 80 aut inquinamentis morbidis infectus corpus ingrediatur. 81 Sed hæc in uniuerſum dicta ſufficiant. 82 Deinceps uerò ad ipſamet opera ſermonẽ conuertens, demõſtrabo, omnes morbos hũiuſce poſteritatem ſobolemque eſſe.

83 Primùm autem à cõmuniſſimo morbo exordiar, à febre ſcilicet, 84 quæ omniũ morborum comes eſt: 85 præcipuè tamen inflammationis. 86 Quod ſatis indicant ſequẽtia offendicula. Statim enim cum inflãmatione bubo & febris cõſequitur. 87 Sunt aũt febriũ genera duo, ut hoc quoq; nunc attingam. 88 Alterum cõmune omnib. Peſtis appellatur: 89 alterum propter malam diætam priuatim his contingit, qui ea utuntur. 90 Vtriuſq; autẽ horum aer cauſa exiſtit.

91 Et cõmunis quidẽ febris propterea oritur, quoniã eũdẽ ſpiritũ oẽs attrahũt, 92 fitq; ut ſimili corpori ſpiritus ſimiliter permixti, ſimiles gignant febres. 93 Sed fortaſſe dicat quis: Vt quid ergo nõ omnib. animalibus, ſed uni alicui eorũ generi accidunt hi morbi? 94 Cui ego ſic reſpõderim: Differt corpus à corpore, natura à natura, & nutrimentũ à nutrimento. 95 Nõ enim omni animaliũ generi eadem aut nõ conferũt, aut cõferũr, ſed ſunt alia alijs magis cõuenientia. 96 Quando igitur aer eiuſmodi inquinamentis plenus eſt, quibus humana natura offẽditur, homines ęgrotant. 97 Quãdo uerò alteri cuipiã animalium generi aer incõueniens eſt, tum morbo illud corripitur. 98 Populares igit & quare, & quõ, & quibus, & unde gignantur, ſic dictum ſit.

99 Quomodo aũt propter malã diætam febris accidat, deinceps exponã. 100 Eſt aũt mala diæta hæc. Primùm quidẽ ſi quis plures cibos, liquidos aut ſiccos, ingerat in corpus, quàm ipſum corpus ferre queat, neq; laborẽ aliquẽ ciborũ ſaltẽ multitudini parẽ adiungat. 101 Deinde quũ uarios & diſſimiles inter ſe cibos aſſumit. 102 Seditionem .n. mouent quæ ſunt inæqualia, & alia citius, alia tardius cõcoquuntur. 103 Cũ multo aũt cibo neceſſe eſt & multũ ſpiritũ ingredi. 104 Nã cũ omnib. ijs quæ edũtur & bibũtur, ſpiritus in corpus ingrediũtur, aliquãdo pauciores, aliquando plures. 105 Id quod hinc manifeſtũ fit. Pleriſq; enim eructationes poſt cibos & potus euenire ſolent: 106 recurrente nimirũ aere incluſo, ubi perruperit bullas, in quibus latebat.

107 Quãdo igitur corpus cibis expletũ fuerit, tũ ſpiritus quoq; multitudo magna accedit, cibis uẽtri diu immorãtib. 108 Immorãtur

A νίη ἅπασι τῖσι ζώοισι ξ ἠέρος ἐσὶν, ἔρηται.

77 μ ξ γε τοίνυν δ ὑφέως ῥητέον, ὅ κ ἀλλοθέν ποθεν εἰσὶς γίνεδ τὰς ἀῤῥωσίας μάλισα, ἢ ἐνθεῦθεν, 78 ὅταν ξ ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον, 79 ἢ ἀθροώτερον, † χ 80 μεμισμένον νοσερῆσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. 81 πολὶ μὲν οὖν ὅλα * ξ πρήγματ ἀρκέει μοι πᾶσι. 82 μ δὲ πᾶσι, ὡς αὐτὰ τὰ ἔργα τῷ λόγῳ προδηλοῖ, ἐπιδείξω τὰ νοσήματα τετίη ἀπόγονά τε ἔκγονα πάντα ἐόντα.

83 πρῶτον δ ἀπὸ ξ κοινοτάτου νοσήματ ἄρξομαι πυρετ. 84 ξ γὰρ τὸ νόσημα πᾶσι ἐφεδρόν τῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι, 85 μάλισα δ φλεγμονῆ. 86 δηλοῖ δ τὰ γινόμενα παρασκόμματα. ἅμα γὰρ τῇ φλεγμονῇ δ ὐς ἐξέων καὶ πυρετὸς ἕπεται. 87 ἔσι δ διὰ τὰ ἔθνεα πυρετ, ὡς καὶ τοῦτο διελθεῖν. 88 ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι, καλεόμενος λοιμὸς. 89 ὁ δ ἰδίᾳ πονηρὴν διαιταν ἰδίην τῖσι πονηρῶς διαιτεομένοισι γινόμενος. 90 ἀμφοτέρων δ ἰητέων αἴτιος ὁ ἀὴρ.

91 ὁ μὲν ξὺν κοινὸς πυρετὸς, διὰ ξ τὸ τοιξὸς ἐσὶν, ὅτι τὸ πνεῦμα τωὐτὸ πάντες ἕλκωσιν. 92 ὁμοίως δ ὁμοίως ξ πνεύματος τῷ σώματι μιχθέντες, ὅμοιοι δ οἱ πυρετοὶ γίνον. 93 ἀλλ ἴσως φήσ τις, διατὶ ξὺν ἐχ ἅπασι τοῖσι ζώοισι, ἀλλ ἔθνεϊ τινὶ αὐτέων ἐμπεσὼν πίπ τοιαῦτα νοσεῖ; 94 δίδ, φαίλω αὖ, διαφέρ σῶμα σώματος, δ φύσις φύσιος, δ τροφὴ τροφῆς. 95 ὁ γὰρ πᾶσι τῖσιν ἔθνεσι τ ζώων τωὐτὰ ὄτ αὐάρμοσε, ὅτ δ ἁρμοσά ἐσὶν, ἀλλ ἕτερα ἑτέροισι ξύμφορα. 96 ὁκόταν μὲν ξὺν ὁ ἀὴρ τοιτέοισι πληθῇ μιάσμασι, ἁ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσ πολέμια ἐσὶν, ἄνθρωποι τότε νοσέουσιν. 97 ὅταν δ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνεϊ ζώων ὁ ἀὴρ ἀνάρμοσος ᾖ, τὸ νόσημα κεῖνα νοσέουσιν. 98 αἱ μὲν ξὺν δημόσιαι ἔσαι τ νόσων, εἴρηαι, χ [2] ὅ, τι, δ ὅκως, δ οἷσι, χ ἀφ᾽ ὅ γίνον. [2] ὅτι

99 τὸν δ διὰ πονηρὴν διαιταν γινόμενον πυρετὸν διέξειμί σοι. 100 πονηρὴ δέ ἐσιν ἡ τοιήδε διαιτα. ξ τε μὲν ξὺν, ὅταν τις πλείονας τροφὰς ἢ ὑγρὰς ἢ ξηρὰς δίδωσι τῷ σώματι, ἢ τὸ σῶμα δύναται φέρειν, δ πόνου μηδενὸς τῷ πλήθ τ τροφῶν [b] ἀνιπῇσι. 101 ξ τε δ, ὅταν ποικίλας δ αὖ [b] αὖτις μοίρας ἀλλήλησιν ἐσπέμπῃ τροφάς. 102 τὰ γὰρ θῦ ἀνόμοια σεσιάζει· δ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δ ὀξυλαίτερον πέσσεται. 103 μ δ πολλῶν σιτίων ἀνάγκη δ πολὺν πνεῦμα εἰσιέναι. 104 μ πάντων γὰρ τ ἐσθιομένων καὶ πινομένων εἴσ πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. 105 φανερὸν δ ξ τὸ τῶδε ἐσίν. ἐρεύγμοι γὰρ γίνονται μ τὰ σιτία δ τὰ ποτὰ τῖσι πλείσοισι· 106 ἀναπρέχει γὰρ ὁ καταπλεισθεὶς ἀὴρ, ὁκόταν ἀναῤῥήξῃ τὰς πομφόλυγας, ἐν ἧσι κρύπτεται.

107 [c] ὅτε δ ξὺν τὸ σῶμα σιτίων πληθθῇ, χ πνεῦ [c] ὅταν

ματ πλησμονὴ ὅτι πλέον γίνεται, τῶν σιτίων χρονιζομένων. 108 χρονίζεται δ τὰ σιτία, διὰ πλῆ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 307 sur 736

©BIUM

ος [2] ὲ δωὰμενα διελθεῖν. [109] ἐμφραχθέισης
ῦ τ κάτω κοιλίης, εἰς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον
αὶ φύσιν. [110] πρὸς τὰ ἐναιμότατα
ματος, ἔψυξαν. [111] τρεπέων τ τόπων ψυ-
χθέντων, ὅκου αἱ πηγαὶ τ αἱμάτος εἰ-
σὶ, διὰ παντὸς τ σώματος ἡ φλὶξ διῆλθεν. [112]
ἅπαντες τ αἵματος ψυχθέντος, ἅπαν τὸ σῶ-
μα φλογμ. [113] διὰ τοῦτο μὲν ἕν πρῶτον αἱ φλέ
ναι γίνον τ πρὸ τ πυρετ. [114] ὅκως δ' ἂν ὁρμη-
σωσιν αἱ φύσιν πλήθ κ ψυχρότητι, τοιῆτ γί-
νε κ ῥῖγος. [115] ἀπὸ μὲν πλόνων τ ψυχροτέ-
ρων, ἰσχυρότερον. [116] ἀπὸ τ ἐλαττόνων, κ ἧσσον
ἰσχυρόν, [b] ἧσσον ἰσχυρὸν. [117] ἐν τ τῆσι φλέγμα
σι κ οἱ τρόμοι τ σώματος κ τόνδε γίνον τ τρό
πον. [118] τὸ αἷμα φοβεόμενον τ παρόντων φλέ-
γμην, συστρέχ κ διέξισι κ παντὸς τ σώματος
ἐς τὰ θερμότατα. [119] αὖται μὲν αἱ ἄλλαι. [120]
καθαλλομένης τ αἵματος ἀπ τ ἀκρωτηρίων
τ σώματος, τὰ σπλάγχνα τρομέεται, κ αἱ σάρ
κες. [121] τὰ μὲν γὰρ τ σώματος γίνε πολύαιμα,
τὰ τ ἄναιμα. [122] τὰ μὲν ἕν ἄναιμα διὰ τ ψύ
ξιν ἀπ ἀτρεμέεται, ἀλλὰ πάλιον. [123] τὸ γὰρ θερ
μὸν ἐξ αὐτέων ἐκλέλοιπε. [124] τὰ τ πολύαιμα
διὰ τὸ πλῆθος τ αἵματος τρέμεται, κ φλεγμο
νὰς ἐμποιέ. [125] ἡ γὰρ δυὰς πολλὸν γινόμενον
ἀτρεμίζειν. [126] χασμῶν τ πρὸ τ πυρετ, ὅτε πο
λὺς ὁ ἀὴρ ἀθροϊσθεὶς· [c] ἀθρόον τε αὖθεν διε-
ξιὼν, [d] ἐξεμόχλωσε, κ διέξισε τὸ σῶμα. [127] τοῦ
τη γὰρ μάλιστά ἐστιν. [128] ὡς γὰρ ἀπὸ τ λεβήτων
ἀτμὸς αἴρεται πολὺς, ἐψυγμένα τ ὕδατος. [129]
οὕτω κ σώματος θερμαινομένου, διίσται διὰ τ σώ-
ματος ὁ ἀὴρ, ξυνεστραμμένος, κ εἶτα φερόμενος.
[130] κ τότε ἄρθρα διαλύον τ πρὸ τ πυρετ. [131]
χλιαινόμενα γὰρ τὰ νεῦρα διίεται. [132] ὁκόταν τ
σωαλισθῇ ἀθροϊσθῇ τὸ πλεῖστον τ αἵματος,
διαθερμαίνε πάλιν ὁ ἀὴρ, ὁ ψύξας τὸ αἷμα,
κρατηθεὶς ὑπὸ τ θερμότητος. [133] διάπυρος τ κ
[c] μύδρος γιγόμενος, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τ θερμα
σίην ἐνεργάσατο. [134] συνεργὸν τ αὐτῷ τὸ αἷμα
ἐστὶ. [135] ἦκε γὰρ πυρέμενον, κ γίνε πνεῦμα ἐξ
αὐτ. [136] τ τ πνεύματος προσπίπτοντος πρὸς τὰς
πόρους τ σώματος, οἱ ἱδρῶτες γίνον τ. [137] τὸ τ πνεῦ
μα συστάμενον, ἐς ὕδωρ ἔρχε, κ διὰ τ πόρων
διεξελθὸν, ἔξω περαιτ, [138] τ αὐτ τρόπον, ὃν περ
ἀπὸ τ ἑψομένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιὼν, ὑπὸ
ἔχει στερέωμα, πρὸς ὅ, τι χρὴ προσπίπτειν, παχύνε
τ, κ πυκνοτ, κ συμφύσεις ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τ σω
μάτων, οἷσιν αὖ ὁ ἀτμὸς προσπίπτει. [139] πόνοι τ
τ κεφαλῆς ἅμα τῷ πυρετῷ γίνον τ, διὰ τόδε.
[140] στενοχωρίη τῆσι διεξόδοισιν ἐν τῇ κεφαλῇ
τ αἵματος γίνε τ. [141] πιμπλήρωται γὰρ ἠέρος †.
[142] πληθεῖσαι τ κ πεπιεσθεῖσαι, τὸν πόνον ἐμποι-
έουσιν ἐν τῇ κεφαλῇ. [143] βίᾳ γὰρ τὸ αἷμα * βια
ζόμενον διὰ στενῆς ὁδοῦ θερμὸν ἐὸν, ἀ διώκεται
περαιτ-

† ἀπὸ φλέβες
* ὠθούμενον καὶ

A aũt cibi,quũ p multitudine exire nequeãt.[109]
Inferiore igitur uentre obturato, per uniuer-
ſum corpus penetrãt flatus. [110] Ad partes aũt
ſanguine plenas delati, eas frigefaciũt. [111] Iis
autem locis perfrigeratis, in quib. fontes &
radices ſanguinis continentur, uniuerſum
corpus horror pertentat. [112] Vniuerſo deniq;
ſanguine frigefacto, totum quoq; corpus hor
ret. [113] Hac de cauſa primùm horrores ante fe
bres apparent. [114] Quali aũt impetu & ratio-
ne multitudinis & ratione frigiditatis ipſi fla
tus feruntur, talẽ quoq; horrorẽ ſubſequi o-
portet: [115] à pluribus uidelicet & frigidioríb.
fortioríbus, [116] à paucioribus minus q; frigidis,
minus etiã fortẽ. [117] Cũ horrorib. aũt & tre-
mores corporis accidũt, hoc planè modo. [118]
Sanguis præſentis horroris timore percul-
ſus, concurrit, ac penetrat per uniuerſum cor
pus, ad locos maximè calidos. [119] Et hi qui-
dem ſunt ſaltus eius. [120] Decedente aũt ſan-
guine ab extremis corporis partib. & uiſcera
contremiſcunt & carnes. [121] Nam aliæ corpo
ris partes ſanguine replentur, aliæ exinaniũ-
tur. [122] Exinanitæ igitur propter frigus immo
tæ non permanent, ſed concutiuntur, [123] quũ
quod in ipſis calidũ inerat defecerit. [124] San-
guine aũt repletæ, propter ſanguinis multi-
tudinẽ tremunt, & inflãmationes oriuntur.
[125] Nequit enim fieri, ut ſanguinis multitudo
conquieſcat. [126] Oſcitationes etiã præcedere
ſolẽt febres, ſiquidẽ multus aer coaceruatus,
cumulatim ſuperna petẽs, inſtar cunei didu-
cit os, [127] per quod facillimus ei exitus pater.
[128] Quẽadmodũ enim ab aquis in lebete bul-
liẽtib. uapor multus eleuatur: [129] ſic & corpo
re calefacto penetrat per os aer conuolutus,
& quadam ui erumpẽs. [130] Amplius aũt & ar-
ticuli exoluuntur ante febres. [131] Calefacti. n.
nerui diducuntur. [132] Quando aũt congrega-
tus fuerit cumulatim plurimus ſanguis, cale-
fit rurſus ipſe aer, qui antea ſanguinẽ infrigi-
darat, à calore uictus. [133] Accẽſus aũt & uelut
incandeſcens in toto corpore calorem exci-
tat, [134] coadiuuante etiã ipſo ſanguine. [135] Li-
quatur enim, quicquid ignea uis illa attige-
rit, fitq; inde ſpiritus. [136] Spiritu aũt ad mea-
tus corporis irruente, ſudores fiũt. [137] Siquidẽ
ſpiritus cõpactus in aquã tranſmutatur, &
per meatus penetrans extrà prorũpit, [138] eo-
dẽ planè modo, quo à bullientibus aquis ua-
por eleuatus, ſi obſtaculũ habeat, ad quod im
pingere oporteat, craſſeſcit & cõdenſatur, gut
tæq; deſtillãt ab his corporibus, quib. uapor
ipſe fuit impactus. [139] Inſuper aũt & dolores
capitis ſimul cum febre accidunt, ob has cau
ſas. [140] Sanguinis tranſitus in capite coarctã-
tur: [141] quãdoquidem multo aere replentur.
[142] Repletæ autẽ & incalefactæ dolorem af-
ferunt capiti. [143] Sanguis enim ipſe natura ca
lidus exiſtens, ui coactus, per anguſtam uiam
tranſire

©BIUM

trāsire celeriter nō potest:[144] multa enim impedimento sunt obstacula, & oppilationes.
[145] Quapropter etiā pulsus fiunt circa tempora.[146] Hoc ergo modo, ut dixi, febres fiūt, & cum febribus dolores, & ægritudines.

[147] Porrò quasdā alias infirmitates, ut sunt uoluuli, agitationes intestinorū, tormina, & similes aliæ infixiones, à flatib. dependere, nemini obscurū esse puto.[148] Omniū enim horū causa est spiritus transitio.[149] Nā quādo is locos teneros, & non assuetos, & prius intactos, aggreditur, instar spiculi incumbēs, carnē penetrans, aliquando præcordia petit, aliquando ilia, aliquando utraq; simul.[150] Eapropter uulgò calida fométa extrinsecus adhibendo dolorem mitigare conantur.[151] Rarefacta enim cute per calorē, fométi spiritus extra corpus exhalat, itaq; mitigatio quædā doloris consequitur.

[152] Sed dixerit fortasse quispiā, quomodo ergo fluxiões generātur à flatu? aut quomodo sanguinis rupturarū circa pectus causa existit?[153] Vtrunq; horū ijsdem de causis fieri me demonstraturū confido.[154] Quū uenæ circa caput aere repletę sunt, primùm quidē caput ipsum propter flatus incumbentes aggrauatur.[155] Deinde intus conuoluitur spiritus cū sanguine, propter angustiā uiarū.[156] Tenuissimū aūt ipsius sanguinis per uenas excluditur.[157] Quod ipsum humidū quū plurimū coaceruatū fuerit, per alios meatus fluit.[158] Vbicunq; aūt cumulatim fluēs cōstiterit, ibi morbus.[159] Si itaq; ad oculos peruenerit, sequitur eorū dolor.[160] Si ad aures, morbus & illas occupat.[161] Si ad nares, grauedinē generat.[162] Si ad pectus, raucedinem.[163] Pituita enim ipsa acribus humoribus permixta, in quoscunq; locos non assuetos irruerit, eos exulcerat.[164] Quòd si ergo fauces alioqui teneras fluxus petiuerit, eas exasperat.[165] Spiritus enim, qui fauces ingreditur, ad pectus usq; procedit, ac rursus effertur per eandem uiam.[166] Quū aūt spiritui infernè ascendenti fluxio occurrerit, tussis gignitur, & repellitur sursum pituita.

[167] Quę quū sic fiunt, fauces exulcerātur, & exasperantur,[168] & inflāmatur,[169] attrahūtq; calefactæ humore de capite:[170] caput aūt rursus ab alijs corporis partib. attrahēs his trāsmittit.[171] Quū igitur hic fluxus cōsueuerit fic manare, & lacunosi fuerint facti meatus, trāsmittūt etiā in pectus.[172] Acris aūt quū sit pituita, carnē occupās, exulcerat ac erodit etiā uenas.[173] Iā cū sanguis in alienos locos effusus fuerit, moram ibi trahens & putrescēs, in pus conuertitur:[174] & neq; sursum potest ascendere, neq; infrà exire.[175] Sursum enim nō facilis est uia, ut quæ humori & quibusuis alijs rebus, admixtam secum quācunq; grauiſ

A περαιοῦσθαι ταχέως.[144] πολλὰ γὰρ ἐμποδών ἐστιν αὐτῷ κωλύματα, καὶ ἐμφράγματα.[145] διὸ δὴ καὶ οἱ σφυγμοὶ γίνονται ἀμφὶ τὰς κροτάφους.[146] οἱ μὲν ἂν πυρετοὶ διὰ ταῦτα, ὡς ἔφην, γίνονται, καὶ τὰ μετὰ τοὺς πυρετοὺς ἀλγήματα καὶ νοσήματα.

[147] τῶν δὲ ἄλλων ἀῤῥωστημάτων, ὁκόσοι μὲν αὖ ἑλεοὶ εἰσιν, ἢ [a] εἰλήματα, ἢ σφόροι, ἢ ἕτερα ὁποσηοῦν ἐγκατακλίματα, φύσας εἶναι αἴτια ἅπασιν ἡγέομαι φανερὸν εἶναι.[148] πάντων γὰρ τούτων αἰτίη καὶ πνεύματος ἡ διόδευσις.[149] ἐπὴν γὰρ ὁκοτανοῦν τοῦτο ἐπὶ τόπους ἀπαλοὺς καὶ ἀπήθεας καὶ ἀθίκτους, ὥσπερ τὸ βέλος ἐγκείμενον, διαδύνον διὰ τῶν σαρκῶν, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ὑποχόνδρια, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοὺς λαπάρους, ποτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα.[150] διὸ δὴ καὶ θερμαίνοντες ἔξωθεν πυριήμασι πόρρωθεν μαλθάσσομεν τὸν πόνον.[151] ἀραιοῦται γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμασίης καὶ χρὼς καὶ πυρίηματος, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος, ὥστε παύλαν τινὰ γίνεσθαι τῶν πόνων.

[152] ἴσως δ' ἄν τις εἴποι, πῶς ἂν τὰ ῥεύματα γίνοιτο διὰ τὰς φύσας; ἢ τίνα τρόπον τῶν αἱμορραγιῶν τε καὶ τὰ ἕτερα ἅπαντα ἐστίν;[153] οἷσιν μὲν οὖν ταῦτα δηλώσω διὰ ταῦτα γινόμενα.[154] ὅταν μὲν οὖν τὴν κεφαλὴν αἱ φλέβες γεμίζωσιν ἠέρος, πρῶτον μὲν ἡ κεφαλὴ βαρύνεται, τῶν φυσέων ἐγκαθημένων.[155] ἔπειτα ἐνειλεῖται τὸ πνεῦμα [b] καὶ τὸ αἷμα διὰ τὴν ξενότητα τῆς ὁδοῦ.[156] τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ αἵματος διὰ τῶν φλεβῶν ἐκθλίβεται.[157] ἔστι δὲ τὸ ὑγρὸν ὅταν ἀθροισθῇ, ῥεῖ δι' ἄλλων πόρων.[158] ὅκου δ' ἂν ἀθρόον ἀφίκηται τοῦ σώματος, ἐνταῦθα ξυίσιος ἡ νοῦσος.[159] ἐπὴν μὲν ἔν τισι τῶν ὀφθαλμῶν ἔλθῃ, τούτης ὁ πόνος.[160] ἢν δὲ ἐς τὰς ἀκοὰς, ἐνταῦθ' ἡ νόσος.[161] ἢν δὲ ἐς τὰς ῥῖνας, κόρυζα γίνεται.[162] ἢν δὲ ἐς τὰ στέρνα, βράγχος καλέει.[163] τὸ γὰρ φλέγμα δριμέσι χυμοῖσι μεμιγμένον, ὅποι ἂν πεφυκὸς ἐς ἀπήθεας τόπους ἔλθοι.[164] τῇ δὲ φάρυγγι ἀπειλὴ ἐόσα καὶ τὸ ῥεῦμα πεφυκὸς, τραχύτητα ἐργάζεται.[165] τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ διαπνεόμενον διὰ τοῦ φάρυγγος ἐς τὰ στέρνα βαδίζει, καὶ πάλιν ἐξέρχεται διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης.[166] ὅταν δὲ ξυμβάλλῃ τῷ πνεύματι τὸ ῥεῦμα κάτωθεν τῷ αὐτίκα, ἔνεκα † τοῦ πρὸς ἄνεται, καὶ [c] ἀναῤῥίπτεται αὖθις τὸ φλέγμα.

[167] τετρέων δὲ τρεπτέων ὄντων, ἡ φάρυγξ ἑλκοῦται, καὶ τραχυνθῆναι,[168] καὶ θερμαίνεται,[169] καὶ ἕλκει τὸ ἀπὸ κεφαλῆς ὑγρὸν θερμὴ ἐοῦσα.[170] ἡ δὲ κεφαλὴ πάλιν παρὰ τῶν ἄλλων σωμάτων λαμβάνουσα, τούτῃ δίδωσιν.[171] ὁκόταν γὰρ ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα ἔτεος ῥέειν, καὶ χαραδραθέωσιν οἱ πόροι, διαδίδωσι δὴ καὶ ἐς τὰ στέρνα.[172] δριμὺ δὲ ὂν τὸ φλέγμα, παρασηπόν τε τῇ σαρκὶ, ἑλκοῖ καὶ ἀναῤῥηγνύει τὰς φλέβας.[173] ὁκόταν δὲ ἐκχυθῇ τὸ αἷμα ἐς ἀλλότριον τόπον, χρονίζόμενον καὶ σηπόμενον, γίνεται πύον.[174] καὶ οὔτε ἄνω ἐλεύσεται ἀνελθεῖν, ὅτε κάτω ὑπελθεῖν.[175] ἄνω γὰρ οὐκ εὔπορος ἡ πορείη, παρασηπτὴς τὶς οὖσα ὑγρῷ πρήγματι † καὶ ἑτέρῳ

[a] σύνελήματα
[b] καὶ
† πολὺ,
† καὶ λύσι πνοιας
[c] ἀναχρέμπτεται
† παρσίεσθαι

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 309 sur 736

©BIUM

παντὶ βάρει ἔχονλι.[176] κάτω δὲ κωλύει φερα- A
² διατὶ γμὸς ὁ τῶν φλεβῶν.[177] ²διότι δήποτε τὸ ῥεῦμα
τὸ ἀνθρώπινον [ἀναῤῥηγνύμενον] ἀναῤῥή-
γνυσι;[178] τὸ μὲν αὐτόματον, τὸ δὲ ἀπὸ πόνου.[179]
αὐτόματον μὲν οὖν, ὅταν αὐτόματος ὁ ἀὴρ εἰσελ
θὼν εἰς τὰς φλέβας,[180] συνοχωθέντι πληθει τῷ
σι τοῦ αἵματος διεξόδοισι.[181] τό, τε γὰρ πιεζόμενον
τὸ αἷμα πολὺ ῥυόμενον, ἀναῤῥηγνύει τὰς πόρους,
ἢ αὖ ὡς τὰ μάλιστα βέλτιον.[182] ὁκόταν δὲ πλῆ-
θος αἱμορῥαγήσαν, καὶ τάσιν οἱ πόνοι πνεύμα
τος ἐνέπλησαν τὰς φλέβας.[183] ἀνάγκη γὰρ τὸν
πονέοντα τόπον κατέχειν τὸ πνεῦμα.[184] τἄλλα
τοῖσιν εἰρημένοισιν ὅμοια γίνεται.

† πάντα [185] τὰ δὲ ῥήγματα † γίνεται δὲ τάδε.[186] ὁκό B
τεων ὑπὸ βίης ἀναστέωσιν αἱ σάρκες ἀπ' ἀλλή-
λων, ἐς δὲ τὴν ἀνάστασιν ὑποδραμὸν πνεῦμα,
ἔστη τὸ πόνον παρέχει.[187] ἢν δὲ ἀνὰ τὰ σαρκῶν αἱ
φύσιν διεξιῶσιν, τὰς πόρους τοῦ σώματος ξηρὰς
ποιήσωσιν.[188] ἔπειτα δὲ τῇσι φύσεσιν ὑγρασίη, ἧς
τὴν ὁδὸν ὁ ἀὴρ ἀπεργάσατο.[189] ἀναδρόχθη δὲ γλυ
κέα τοῦ σώματος,[190] ὑποκλήκειν δὲ μὲν αἱ σάρ
κες,[191] οἰδήματα δὲ ἐς τὰς κνήμας καταβαίνει,
καὶ λέγεται τὸ τοιοῦτον νόσημα ὕδρωψ.[192] μέγι-
στον δὲ σημεῖον, ὅτι φύσιν τοῦ νοσήματος ἐσὶν αὖ
πιας, τόδε ἐστίν. ἤδη τινὲς ὀλεθρίως ἔχοντες σκλύ
θησαν, καὶ σκιρρώθησαν τοῦ ὕδατος.[193] παραυτίκα
μὲν οὖν τὸ ἐξιὸν σὺν τῷ κοιλίης ὕδωρ πολὺ φαίνε
ται, χρονιζόμενον δὲ ἔλασσον γίνεται.[194] ἀφανὲς
δὲ γίνεται καὶ ὅτι, δῆλον. ὅτι παραυτίκα μὲν τὸ C
ὕδωρ ἠέρος πλῆρες ἐστιν, ὁ δὲ ἀὴρ ὄγκον παρέ-
χεται μέγαν ἀπόντος δὲ πνεύματος, ὑπο-
λείπεται τὸ ὕδωρ αὐτό. διὸ δὴ φαίνεται μὲν μι-
κρὸν ἐὸν, ἔστι δὲ ἴσον.[195] ἄλλο δὲ αὐτῶν τόδε σημεῖ-
ον. κενωθείσης γὰρ παντελῶς τῆς κοιλίης, ἐν τρεῖς
ἡμέραι διέλθωσι, καὶ πάλιν πλήρης γίνεται.[196]
τί ἦν ἄρα ἐστὶ τὸ πληρῶσαν, ἀλλ' ἢ τὸ πνεῦμα;
τί γὰρ ἂν ἕτως ἄλλο ταχέως ἐξεπλήρωσεν;[197]
ἐν γὰρ δήπου τοσοῦτον ἴσως τοσοῦτον ἐσῆλθεν ἐς τὸ σῶ
† καὶ ἐς τὸ μα † καὶ[198] μὲν ἐν τὰ σάρκες ὑπάρχουσιν αὐ-
σόμα, τίαι [b] ἀποπεπονήμεναι· λείπεται γὰρ ὀστέα, καὶ D
[b] ἀποτηξέ νεῦρα, καὶ ἶνες, ἀφ' ὧν ἐδύνω ἐδεμίη σμῶσαι
μεναι ἂν αὔξησις ὕδατος γενομένοις.[199] τὸ μὲν οὖν αὖ
τιον τοῦ ὕδατος ἤδη εἴρηται.

[200] αὖ δὲ ἀποπληξίαι γίνονται καὶ αὗται ἀπὸ τῶν
φυσέων.[201] ὅταν γὰρ αἱ φύσιν ψυχραὶ οὖσαι καὶ
πολλαὶ ἀναδύωσι, ἐς μὲν φυσήσωσιν ἐς τὰς σάρ
κας.[202] ἀναίσθητα γὰρ ταῦτα γίνεται τοῦ σώμα-
τος.[203] ἢν μὲν οὖν πολλαὶ φύσιν ἐν ὅλῳ τῷ σώ
ματι ἀναπέχωσιν, ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἀποπλη
κτος γίνεται.[204] ἢν δὲ ἐν μέρει τινὶ, ἔστι τὸ μέρος.
[205] καὶ ἢν μὲν ἐν ἀπέλθωσιν αὖτις, παύεται ἡ νέ-
σος.[206] ἢν δὲ παραμένωσι, παραμένει.[207] ὅτι δὲ
ταῦτα ἕτως ἔχει, χασμῶνται συνεχῶς.

grauitatem habentibus, ardua exiſtat.[176] In-
frà aũt procedere prohibet ſeptum tranſuer-
ſum.[177] Cæterùm qua de cauſa contingit ſpi
ritum citra fluxũ uenas rumpere?[178] Aliquan
do certè ſua ſponte, aliquando etiam præce-
dente alio morbo.[179] Ac ſponte quidẽ, quũ
aer in uenas ultro receptus,[180] ſanguinis me
tus coarctat.[181] Spiritus enim qui ſanguinem
coarctat, multus exiſtens, meatus perfringit,
qua ſanguis maximè abũdat.[182] Effuſione au
tem eius facta, uenæ rurſus ſpiritu complen-
tur, & ex eo dolor ſequitur.[183] Neceſſe eſt e-
nim affectum locum ſpiritu occupari.[184] A-
liaq; dictis ſimilia fiunt.

[185] Porrò rupturæ omnes fiunt hoc modo.
[186] Quũ uiolentia quadam à ſeſe inuicem di-
uelluntur carnes, & diuulſionem hanc ſubin-
trarit ſpiritus, dolorẽ affert.[187] Quũ autẽ fla-
tus carnes penetrando meatus corporis ra-
refecerint:[188] tunc ſequitur ipſos flatus hu-
miditas, cui uiã iam antea aer fecerat.[189] Hu-
mectato igitur corpore,[190] liquefiunt carnes,
[191] & tumores in ſuras deſcẽdunt, & morbum
hunc hydropem appellant.[192] Maximum au
tem ſignum eſt, morbum hunc à flatibus ge-
neratum eſſe, quòd iam ſæpe aliqui hoc ma-
lo affecti liberati ſunt, & ab aqua euacuati.[193]
Quæ ſimulatq; è uentre prorumpit, multa ap
paret: at paulo pòſt minuitur.[194] Cur uerò
hoc fiat, ſatis manifeſtũ eſt. Nã primùm quæ
ſubitò prorumpit aqua aere plena eſt, is uerò
molẽ facit magnã. Simulat uerò ſpiritus eua-
nuerit, ſola illic aqua relinquitur: & licet pau
cior appareat, eſt tamen penitus eadem.[195]
Addam aũt & aliud ſignum. Si uniuerſus uen
ter penitus ab aqua euacuetur, non tres ela-
bentur dies & rurſus plenus erit.[196] Quid-
nam ergo aliud eſt quod impleat, quàm ſpi-
ritus? quidue aliud tam repentè implere poſ-
ſet?[197] Neque enim tantum potus in corpus
ingeſtum eſt.[198] Neque etiam carnes in cauſa
eſſe poſſunt colliquatæ. Superſunt enim oſ-
ſa, nerui, fibræ, à quorũm nullo ullum aliquod
aquæ augmẽtum poteſt prouenire.[199] Quo-
modo igitur aqua intercus fiat, iam ſit dictũ.

[200] Iam uerò etiam apoplexiæ à flatibus fi-
unt.[201] Nimirum quando flatus frigidi mul-
ti penetrarint ac inflarint carnes.[202] Tunc
enim partes iſtæ corporis ſtupidæ fiunt.[203]
Et ſiquidem plurimi flatus per uniuerſum
corpus diſcurrant, totus homo ſyderatur.
[204] Si per partem, pars illa.[205] Quòd ſi abie-
rint flatus, ceſſat etiam morbus.[206] Si perma-
ſerint, permanet quoque morbus.[207] Id-
que hac de cauſa fieri indicat perpetua ſyde-
ratorum oſcitatio.

[208] Videtur quinetiam & ſacer morbus nul
gò dictus à flatib. gigni. Quibus aũt rationib.

[208] δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸν ἱερὸν καλεομένην νόσον ἔτι εἶναι τὸ περιεχόμενον. οἷσι δὲ λόγοισι ἐμαν-

ego

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 310 sur 736

©BIUM

ego perſuaſus ſum, ijſdē cæteros quoq; perſuadere conabor. [209] Primū ergo illud ex animi ſententia pono, inter omnia ea, quę in corpore ſunt, nihil magis ad prudentiā cōferre, quàm ſanguinē. [210] Hic ergo quum in cōſtanti habitu permanet, prudentia quoq; cōſtat: [211] ſanguine uerò permutato, cōcidit ſimul & prudentia. [212] Quòd aūt hæc ita habeāt, multa ſunt teſtimonia. [213] Ac primùm quidem ſomnus, qui omnib. animantibus cōmunis eſt, hæc confirmat. [214] Quū enim corpus inuaſerit ſomnus, ſanguis frigeſit. [215] A natura enim ſomno frigefaciēdi uis eſt. [216] Infrigidato aūt ſanguine, lāguidiores fiunt eius tranſitus. [217] Id ex eo palàm fit, quoniam corpora aggrauata reclinātur [218] (omnia enim grauiora natura ſua deorſum feruntur) [219] & oculi claudūtur, [220] & prudētia permutatur, opiniones q; peregrinæ mentē exercent, quæ ſanè inſomnia appellantur. [221] Deinde uerò in temulentis per ebrietatē aucto repente ſanguine percellitur animus, animiq; cogitationes, & prę ſentiū quidem malorū obliuione capiuntur, futurorū uerò bonorū ſpe implentur. [222] Poſſem & cōplura alia his ſimilia congerere, in quibus ſanguinis immutationes prudētiam quoq; immutant. [223] Ergo ſi totus ſanguis penitus perturbetur, penitus quoq; prudentia proſternitur. [224] Affectiones enim & recognitiones ſunt conſuetndines. [225] Quū aūt à conſuetudine ſolita recedimus, aufertur nobis prudentia. [226] Dico itaq; & ſacrū morbum ſic fieri. [227] Quum plurimus ſpiritus per uniuerſum corpus uniuerſo ſanguini fuerit permixtus, [228] multæ oppilationes fiunt multiuariā per uenas. [229] Quòd ſi ergo in craſsiores & ſanguine abundāriores uenas copioſus aer irruat, & irrues ibi hæreat, ſanguinis trāſitus inhibetur. [230] Alibi igitur quieſcit, alibi lētius mouetur, alibi celerius. [231] Qua ſanè inæqualitate tranſitus ſanguinis per corpus facta, omnigenæ inæqualitates proueniunt. Omne enim corpus undiquaq; contrahitur, ac turbantur corporis partes, ipſo ſanguine tumultui ac perturbationi ſubſeruiēte. [232] Ob ſanguinis aūt peruerſionem totius quoq; corporis ſubuerſiones undiquaq; gignuntur. [233] Eo igitur tempore, neq; ſentiunt quicquā, neq; audiunt quæ dicuntur, neq; uident quæ fiunt, neq; ullos dolores percipiunt. [234] Aer nanq; conturbatus ſanguinē quoq; turbauit, & inquinauit. [235] Spuma quinetiam per os illis efluit, nō ſine cauſa. [236] Per iugulares enim uenas aer tranſiens, penetrat, & ſecum id quod tenuiſsimū eſt in ſanguine [237] ſimul euehit: quod cùm humidū ſit, illius permixtione albeſcit. [238] Per tenues enim mēbranas purus aer pellucet. [239] Eaq; propter omnes ſpumæ albæ

A ἐμαυτὸν ἔπεισα, τάδε σιν αὐτέοισι καὶ τὰς ἀκέοντας πείσειν πειράσομαι. [209] ἡγέομαι δ' ἔμπροσθεν μηδὲν εἶναι μᾶλλον τὸ ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλομένων ἐς φρόνησιν αὖ, ἢ τὸ αἷμα. [210] τοῦτο δ' ὅταν ἐν τῷ καθεστηκότι σχήματι μένῃ, μένει καὶ ἡ φρόνησις. [211] ἐξαλλάσσοντος δ' τοῦ αἵματος, μεταπίπτει καὶ τὸ φρόνημα. [212] ὅτι δ' ταῦθ' ὧδε ἔχει, πολλὰ τὰ μαρτυρέοντα. [213] πρῶτον μὲν, ὅπερ ἅπασι ζώοισι κοινόν ἐστιν, ὁ ὕπνος, ἅδε μαρτυρεῖ τοῖσιν ἐρημοτέροισιν. [214] ὅταν γὰρ ἐπέλθῃ τῷ σώματι ὁ ὕπνος, τότε τὸ αἷμα ψύχεται. [215] φύσει γὰρ πέφυκεν ὁ ὕπνος ψύχειν. [216] ψυχθέντος δὲ τοῦ αἵματος, νωθρότεραι γίνονται αἱ διέξοδοι. [217] δῆλον δὲ ῥέπει γὰρ τὰ σώματα, καὶ βαρύτερα. [218] (πάντα γὰρ τὰ βάρεα πέφυκεν ἐς βυθὸν φέρεσθαι) [219] καὶ τὰ ὄμματα κλείεται καὶ ἐπὶ, [220] καὶ ἡ φρόνησις ἀλλοιοῦται, δόξαι δέ τινες ἑτέραι ἐν διαφορήσεσιν, ἃ δὴ ἐνύπνια καλέουσι. [221] πάλιν ἐν τῇσι μέθῃσι, πλέονος ἐξαίφνης γινομένου τοῦ αἵματος, μεταπίπτουσιν αἱ ψυχαὶ, καὶ τὰ ἐν τῇσι ψυχῇσι φρονήματα, καὶ γίνονται τῶν μὲν ὄντων κακῶν ἐπιλήσμονες, τῶν δὲ μελλόντων εὐέλπιδες ἀγαθῶν. [222] ἔχοιμι δ' ἂν πολλὰ τοιαῦτα εἰπεῖν, ἐν οἷς αἱ τοῦ αἵματος ἐξαλλαγαὶ τὴν φρόνησιν ἐξαλλάσσουσιν. [233] ἢν μὲν δὴ παντελῶς ἅπαν ἀνατραχθῇ τὸ αἷμα, παντελῶς ἡ φρόνησις ἐξαπόλλυται. [224] τὰ δὲ πάθήματα καὶ τὰ ἀναγνωρίσματα ἐθίσματά ἐστιν. [225] ὅταν δὲ τοῦ εἰωθότος ἕδεος μεταχωρήσωμεν, ἀναίρεται ἡμῖν ἡ φρόνησις. [226] φημὶ δὴ καὶ τὴν ἱερὴν νοῦσον ὧδε γίνεσθαι. [227] ὅταν πολὺ πνεῦμα κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παντὶ τῷ αἵματι μιχθῇ, [228] πολλὰ ἐμφράγματα γίνονται πολλαχῇ αὐτῶν τὰς φλέβας. [229] ἐπεισθὰν δὲν ἐς τὰς παχείας καὶ πολυαίμους τῶν φλεβῶν πολὺς ἀὴρ βέῃσι, βέουσι δὲ μοῦνα, κωλύεται τὸ αἷμα διεξιέναι. [230] τῇ μὲν δὲν ἔσηκε, τῇ δὲ νωθρῶς διεξέρχεται, τῇ δὲ ἧσσον. [231] ἀνομοίης δὲ τῆς πορείης τοῦ αἵματος διὰ τοῦ σώματος γινομένης, παντοίαι ἀνομοιότητες. πᾶν γὰρ τὸ σῶμα πανταχόθεν ἕλκεται, καὶ τετάρακται τὰ μέρη τοῦ σώματος ὑπερρεπτοῦτο τῷ θορύβῳ καὶ παράχῳ τοῦ αἵματος. [232] ὑπὸ δὲ τῆς διαφθορῆς τοῦ αἵματος, αἱ διαφοραὶ τοῦ σώματος παντοίως γίνονται. [233] κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν, ἀναίσθητοι πάντων εἰσὶ, κωφοί τε τῶν λεγομένων, καὶ τυφλοὶ τῶν γινομένων, ἀνάλγητοί τε τοῖς τόνοις. [234] ἔτω γὰρ ὁ ἀὴρ ταραχθεὶς, ἀνετάραξε καὶ τὸ αἷμα, καὶ ἐμίηνε. [235] καὶ ἀφροὶ διὰ τοῦ στόματος ἀναπέχουσι ἐκ τοῦτος. [236] διὰ γὰρ τῶν σφαγιτίδων φλεβῶν διαδύων ὁ ἀὴρ, ἔρχεται μὲν αὐτὸς, ἀπάγει δὲ μετ' ἑωυτοῦ τὸ λεπτότατον τοῦ αἵματος. [237] τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ ἐπιμισγόμενον, λευκαίνει. [238] διὰ λεπτέων δὲ ὑμένων καθαρὸς ἐὼν ὁ ἀὴρ διαφαίνεται. [239] διὸ δὴ λευκοὶ φαίνονται πάντες

[a] κλείεται, uel συγκλείεται

[b] μαθήματα

[c] ὑπερρεπτοῦτο

[d] ταραχῆς

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 311 sur 736

©BIUM

οἱ ἀφροὶ. [240] ποτὲ μὲν ἔν τισι παύονται τῆς νόσου, καὶ τὸ παρεόντος χειμῶνος, οἱ ὑπὸ τοῦ νοσήματος ἁλισκόμενοι, ἐγὼ φράσω. [241] ὁκόταν γυμνωθὲν ὑπὸ τῶν πόνων τὸ σῶμα θερμανθῇ, [242] θερμαίνεται καὶ τὸ αἷμα. [243] τὸ δὲ αἷμα θερμανθὲν, ἐξεθέρμανε τὰς φύσιας. [244] αὗται δὲ θερμανθεῖσαι, διαλύονται, καὶ διαλύσι τὴν ξύσιν τοῦ αἵματος. [245] αἱ μὲν οὖν ἐξελθοῦσαι μετὰ τοῦ πνεύματος, [246] αἱ δὲ μετὰ τοῦ φλέγματος. [247] ἀποζέσαντες δὲ τοῦ ἀφροῦ, καὶ καταστάντος τοῦ αἵματος, [248] καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γενομένης, πέπαυται τὸ νόσημα.

[249] Φαίνονται δὲ αἱ φύσαι διὰ πάντων τῶν τοῦ νοσήματος πολυτροπώτεροι αἰτίαι ἔσαι. [250] τὰ δ' ἄλλα πάντα συναίτια, [251] καὶ μεταίτια. [252] τὸ δὲ αἴτιον τῶν νόσων εἰδὼς, τοῦτο δηλώσειν μοι δοκέω. [253] ὑπερχόμενος δὲ τὸ αἴτιον τῶν νοσημάτων φράσω. [254] ἐπιδείξας δὲ τὸ πνεῦμα ἐὸν τοῖσιν ἄλλοισι πράγμασι δυνατώτερον, καὶ ἐν τοῖσι σώμασι τῶν ζώων. [255] ἥξειν δὲ τὸν λόγον ὅπῃ τὸ γνώρισμα ἐστὶ τῶν νοσημάτων, ἐστὶ δὲ καὶ ἀῤῥωστημάτων, ἐν οἷσιν ἀληθὴς ὑπόθεσις ἐφάνη. [256] ἀμφὶ δὲ τῶν (ἄλλων) ἀῤῥωστημάτων εἰ λέγοιμι, μακρότερος ἂν ὁ λόγος γένοιτο· οὐ δὲ ἀτρεκέστερος ἂν εἴη, οὐδὲ πιστότερος.

albæ apparent. [240] Quomodo aũt liberentur ægri à morbo & tempestate præsenti, ego dicam. [241] Quando uehementi motu agitatum corpus incaluit, [242] calefit & sanguis. [243] Is calefactus, calefacit uicissim & flatus. [244] Hi calefacti, dissoluuntur & ipsi, & consistentiam sanguinis simul dissoluunt: [245] procedunt{q;} è corpore partim cum spiritu, [246] partim cum pituita eiecti. [247] Deferuescente autem spuma, & consistente sanguine, [248] & tranquillitate in corpore oborta, cessat etiam morbus.

[249] Ex quib. sanè omnibus apparet, flatus morborum causas esse, licet diuersimodè. [250] Cætera uerò omnia uel concomitantes, [251] uel consequentes causas tantùm. [252] Hactenus ergo morborum omnium causas flatus esse demonstraui. [253] Id quod à principio receperam me facturum. [254] Ostendi autem spiritum ipsum, quũ in alijs omnibus rebus potentem, tum maximè in animalium corporibus. [255] Deduxi postea sermonem ad morborum & ægritudinum cognitionem, è quibus ueritas huius problematis deprehẽsa est. [256] Quòd si de reliquis quoq; ægritudinibus uerba facerem prolixior sanè fuerit disputatio, non iccirco tamen uel ad ueritatis demonstrationem, uel ad persuasionem aliorum efficacior.

διαβρεμαθεῖσαι

τῶν νοσημάτων

ἀπασέων

ὑποθεσιν

IN HIPPOCRATEM DE FLATIBVS.

HIPPOCRATIS. Qui solam breuitatem λέξεως in Hip. intuentur, hunc Hip. esse negabunt. At qui eiusdem artificis esse norunt, & synopticè & diexodicè rem eandẽ tractare posse, hũc cõ. multis alijs, ut de Arte, de Veteri medicina, de Semine, de Natura pueri, de Natura humana, λέξει similẽ esse asserent, neq; quo ad τὸ ξύν Hip. indignũ. Etsi quæ de Flatu in omnibus morbis pronunciat, quæq; de Aeris per omnia diffusi, & ad ipsos quoq; orbes cœlestes pertingentis potestate affert, suspecta cuipiã uideri possint. Sed & ille homo fuit, & ueterũ opiniones de cœlestibus minus accuratas pro seculi sui ratione secutus est: neq; omnes comprouecta ætate, sed multos quoq; etiamnum iuuenis, & aliorum auctoritate potius quàm ui propria nitens, conscripsit, inter quos fortassis etiam hic reponi posset.

Inscriptionẽ: ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ. Πνεῦμα, hoc est, spiritum ipsemet Hip. hoc com. ab aere distinguit, quòd Aer dicatur dũ extra corpus est: at intra corpus receptus, Spiritus appelletur. Qui ipse rursus quandiu motu naturali fertur, decenti inspiratione & expiratione constans, nomen generis retinet. At si quando naturæ limites, uel loci, uel motus, uel substantiæ, uel quantitatis, uel qualitatis ratione excedat, φυσὰ dicitur, uel ipsa onomatopœia attestante, apud Græcos pariter & Germanos, in nominum & impositione & connexione pariter felices, cùm his Physen/illis φυσᾶν à uenti sibilo originem traxerit, adeoq; Homerus anhelantes equos φυσιόωντας appellarit. Flatus Latini uocant. Ergo de Flatibus hocce agit com. non uniuersim (ijs exceptis, quæ ad aeris uim demonstrandam ex naturali philosophia affert) sed quatenus in humano corpore Morborum & Symptomatum causæ existunt. Plato lib. 3. de Repub. ex otio & ingluuie, ῥευμάτων τῶν περιττωμάτων quasdam ueluti paludes oriri, & ex ijs φύσας τινὰς κατέῤῥους, tanquã riuulos deduci ait, cùm ex hoc tum ex alijs Hip. libris mutuatus, ipsa etiam ῥεύματα à flatu oriri asserentis. Proinde ad Ἀτιολογίαν pertinet communem. Io. Alemanni, quas in hos com. edidit, annotationes nobis sanè in non paucis profuerunt.

Considerẽmus

Commentarium ipsum. Vide signum I.

I. Com/

©BIUM

I. Cõmentarius iste diuiditur in

Prologum, quo huiusce disputationis de Flatibus difficultatem ex generali theoria causarũ insalubriũ, hanc aũt ex generali totius artis Medicæ hypotypoſi, ex accidentibus desumta, deducit. Est igitur προοιμιῶ οἰκεῖον, sed παβολικώτατον, à tota arte ad artis partem Απολογικὼς, et eam quidem Insalubrem tantùm, transferendum. Et quia generale tantùm, nos autem hîc particularem unius causæ insalubris, Flatus scilicet, cõsiderationem instituimus: iccircò infrà N. 38. non simpliciter πάρεργον, sed respectu sequentis tãtùm disputationis appellauit: præsertim cùm ex Rhetorũ quoq; præceptis cõstet, Proœmium & Epilogum non necessarias orationis partes esse, neq; per se, sed auditoris tantùm causa adhiberi consueuisse. Medicinæ igitur cũ duo sint munia, Cognoscere & Agere, respectu quidem

Actionis Επίπονον est, hoc est, molesta & laboriosa eam exercenti medico. Vide signum 22

Cognitionis, & χαλεπὴ & ῥᾳδία, hoc est, Difficillimùl & facilis est, tum respectu

Cognoscentis. Diuersitatem

Proponit. Quæcunq; in arte medica uulgò uidentur parui momẽti esse, ea difficilia sunt cognitu: quæ uerò magni uulgò æstimantur, ea cognitu sunt facilia. N. 11. Similis locus apud Arist. lib. 6. Ethicor. cap. 7. etsi in re diuersa: uulgò Anaxagoram, Thaletem, & similes alios, sapientes quidẽ uocari, prudẽtes uerò nequaquã, q̃ recondita quidem & eximia quædam & admirabilia & difficilia & diuina teneant, sed sibi inutilia, cùm uulgata bona non quærant.

Explicat. Etenim artis ipsius

Præcepta methodica, uulgus uilia esse, nec multũ in ijs positũ arbitratur, quæ non à plebeijs, sed à medicis tantũ recta institutione edoctis cognoscuntur. N. 12. Ratio. Neq; enim manuum dexteritate, sed ingenij acumine & apprehenduntur & exercentur. N. 13.

Exẽpla siue opera Empirica, quæ uulgus maximi facit, etiã à plebeijs cognosci possunt, rectè nécne se habeant (indicat enim curatio.) tũ uerò etiã ab idiotis per imitationẽ tractari interdũ posse, notißima empiricorũ et agyrtarũ tumultuatio satis testatur: præter id quòd ipsa morborũ causa, utputa telum, lapis, ignis, sub sensum cadit. Sub intelligitur.

Modi. Ex cõ. de Arte, corporis affectiones, uel sunt manifestæ sensui, uel occultæ: & proinde aliarum cognitio habetur

Sensu, experientia, usu & cõsuetudine, morborũ scilicet Externorũ, qui manuũ externam operã requirunt. Facilior proinde perceptu. N. 14. Ratio. Vsus. n. & exercitatio, & exercentium inspectio, Manuum magister optimus: uti Præceptio & Contẽplatio Rationis. N. 15. Proinde Gal. 1. de Facult. alim. c. 1. nemĩnẽ nauclerum aut sutorem ex libro euadere posse testatur, nisi manum operi admoueat.

Ratione, discursu, methodo artificiosa, morborum scilicet Internorum, occultorũ. Difficilior proinde perceptu. Quam difficultatem

Primariò Rationẽ methodumq;, in inuentione agendorũ, & iudicio actorum potius, quàm in operis administratione cõsistentẽ. Hãc τέχνην, illam Δόξαν appellare uidetur, uulgi sese accommodans sententiæ. Sic com. de Elegantia, σοφίαν μετάγειν ἐς τὴν τέχνην, h. e. theoriam praxi accommodare iubet. At econtra com. de Lege Δόξαν Ignorantiæ, Επιστήμην Scientiæ matrẽ constituit. N. 16. Sic Plato 3. de Repub. non corpore sed animo morbos curari ait.

Secundariò Sensum, ut quis morborum interiorũ historias inspexerit, & consilia aliorũ de ijsdem audierit: cùm plurimùm præstet etiam in his πεῖραν ἀπειρίας. N. 17. Vt ergo in illis primas sibi uendicat Experiẽtia, secũdas Methodus: ita in his econtra primæ debentur Methodo, secundæ Experientiæ. Experientem proinde Chirurgum uulgò laudant, sed Peritum Physicum.

Generatim exponit. Hi enim morbi ad sui cognitionẽ accuratam requiruntur

Speciatim exemplo illustrat particulari. Nam cùm morbi interni occulti sint, uel quo ad Subiectum, cui inhærent: uel quo ad Formam læsionis, secundùm intemperiem, conformationem, unitatis solutionẽ: uel certè quo ad Efficientẽ causam: ut ad institutum nostrum sensim perueniamus, periclitemur in Causis ipsis. Vide signum bb

Λόγον. Vide signum II.

Επίλογον. Vide signum III.

22 Artis

22 Artis medicæ molestiam in

- Genere proponit, per latentem artium diuisionē, ab adiuncta utilitate & uoluptate desumtā. Artiū practicarum primarius finis, respectu τῶν χρωμένων quorumuis, maiori tamē ex parte hominū ἰδιωτῶν siue plebeiorum, est ipsa utilitas & uoluptas qualiscūque, ex opera operéue medico in mediā hominū uitā deriuata: secūdarius aūt respectu τῶν κεκτημένων (qui artis habitū poßidēt) & μεταχειριζομένων (qui eandē ipso opere exercent) est ea quam artifex ex opera operéue siue utilitatē siue uoluptatē percipit. Cū igitur quo ad finē primariū Artes omnes utiles & iucundæ esse debeant, tales existunt uel
  - Reuera, quotquot Honestatē habēt iunctā, cui ueluti dominæ Vtilitas & Voluptas perpetuò famulātur. Sed hæ ipsæ rursus respectu finis secundarij (ut Vtilitatē nunc tanquam accidentalē omittamus, & solam Voluptatem, quæ alacritatem & constantiam artificis plurimum adiuuat, consideremus) ei qui eas exercet artifici uel sunt
    - Iucundæ, nec admodum molestæ & laboriosæ, cùm ingenio & dexteritate potius, quàm robore corporis indigeāt: qualis est pictura, statuaria, & cæteræ liberales minimeq; sordidæ appellatæ artes.
    - Iniucūdæ & Επίπονοι, cùm adiunctam habeāt molestiam (N.1.) uel
      - Essentialem, propter laborem corporis
        - Multum, ut in Agricultura.
        - Sordidum, ut in Fabrili, Sutoria, Figulina.
      - Accidentalem, propter eorum quibus cum uersatur morositatem, inobedientiam, miseriam, inconstantiam: ut Medicina, Nautica.
  - Non reuera, sed opinione tantùm, quandoquidem ab honestate sunt alienæ. Qualis est ars Lenonum, Mangonum, & similes aliæ uoluptatum turpium obstetrices & proxenetæ.
- Specie arti medicæ accommodat. (N.2.) Hæc enim
  - Medico ingrata & molesta accidit, tum respectu
    - Aegri, cuius sputa, sudores, urinas, menses, crepitus, stercora, ulcera, tumores, sanies, uidere, audire, olfacere, tangere, adde etiam gustare interdum cogitur. Asclepiadem ferunt imitatione equisonum excrementa gustare solitum, ut certius de concoctione iudicium ferre posset. Hinc uulgò cum Aristophane σκατοφάγους & ὀυροπότας ridere consueuerunt, ij quorum uita in medicorum manu posita est. N.3.
    - Suijpsius, quandoquidem ex hac tam fœda & miserabili ἐνχειρίσει ipse proprios dolores percipit. N.4. & quo ad
      - Corpus interdum, ut in morbis contagiosis: aut etiam in summis fœtoribus.
      - Animum, ex commiseratione, cùm φιλάνθρωπος sit, & ad condolendum facilis: ut in Præceptionibus docuit.
  - Aegro utilißima & iucundissima est. τὸ
    - ὅτι. N.5. Artis enim opera liberātur & à uitæ
      - Incōmodis, nimirum à
        - Morbis. Νουσήματα. N.6.
        - Symptomatis. (quæ sub finē ἀῤῥωστήματα uidetur appellare) molestis uel quo ad
          - Actiones, quas uel tollunt, uel debilitant, uel corrumpūt. Hos uidetur πόνους appellare. N.7.
          - Passiones. Vt sunt Λύπαι, Dolores. N.8.
      - Inimico, à Morte scilicet. N.9.
    - διότι, ueluti per anthypophorā. Si ulla ars est, quæ horum malorum profligationem & profiteatur & præstet, ea medicina est. N.10. Vt enim multi sine medico sanitatem uel recuperent, uel conseruent, non tamen sine medicina: utq; fine suo medicus non semper potiatur, at id non arti, quæ in ijs, quæ fieri possunt, semper uoti compos fit, sed morbi uehementiæ, omnia medicamenta superantis, acceptum ferendum. Vti com. de Arte docuit.

bb. Cogni-

©BIUM

bb Cognitionis igitur causarum morbificarum

Difficultatē proponit. Nā quantūuis cognita morbi essentia, quā causæ continentes absoluunt, operosum tamē est causas morbificas cognoscere, tum

Simplices, *in simplici affectione, tam primitiuas, quàm antecedentes.* N.18.

Multiplices, *in complicatis affectionibus. Inter quas cùm posterior semper prioris effectus esse uideatur, resolutione artificiosa ad primum ueluti fontem & centrum malorum omnium perueniendum erit.* N.19.

Necessitatem explicat. Non magis difficilis quàm pulchra & necessaria est causarum morbi cognitio: ut semper χαλεπὰ τὰ καλά. Ab hac ipsa namq; medici dependet actio, ut contraria contrarijs curare sciat. An legendum, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιγράφωσ τῷ νοσήματι, Ex ijs quæ morbo sunt cōtraria sciens quid adhibere oporteat. An ἐφιγράφων τῷ νόσ. Præsidēs morbo per contraria? N.20. Contrarijs rectè uti posse præcipuum medicinæ munus esse ostendit, tum eius quæ

Naturalis est, *hoc est, ab ipsa natura omnibus animalibus insita.* N. 21. Vide sign. dc

Artificialis est. Quam

Finis sui, ei quod in homine

Secundùm *naturam est, Simile existit, quia illud promouet, ampliat, conseruat. Sic & Temperiem seruat, & Meatus aperit, & Vnitatem quam oportet tuetur.*

Præter *naturam est, Contrarium existit, quia illud corrumpit, perdit, abigit.*

Formæ *suæ, quatenus agit in corpus & in morbum, analogiā habet, tanquam agens, erga id quod patitur, erga morbum scilicet & corpus. Similitudo hîc sequitur Rationum, licet Dißimilitudo adsit Rerum: ut scilicet adhibeatur medicamentum uel conseruans corpus uel profligās morbum in eodem gradu: siue similitudo illa sit*

Essentialis, & specifica, *per ea quæ cō seruant hominē, uel quæ morbum oppugnant, analogica cō trarietate: qualis est inter uenenum uiperæ & carnem uiperæ: inter quintam auri essentiam, ut aiunt, & hominem.*

Accidentalis, & manifesta, *per manifestam analogiam. Nam morbis frigidis, ut tria, calidum ut quatuor opponē dū. Bili debetur rhabarbarum. Meatus clausus aperiētibus quantū oportet reserādus: Cauitas pari portione carnis poriue replenda. Econtra spiritibus et humoribus & solidis tantum, quātum oportet, tribuendū.*

Proponit. Vt uno dicam uerbo, contraria contrariorum sunt remedia, hoc est, eorum quæ contra naturam sunt Expulsionem sequitur Restitutio eorum quæ secundùm naturam sunt. N.32. Pro cuius rei intelligentia sciēdum, Quicquid ei, quod contra naturam est, simile & amicū est: id ei quod secūdùm naturam est, dißimile & inimicum existere: & econtrà, quicquid ei, quod secūdùm naturam est, simile est: id ei quod præter naturā est, dißimile & inimicum esse. Ergo Medicamentum respectu

Confirmat, tum ab

Artis descriptionē ex suis actionibus desumta, cùm nihil sit aliud quàm Appositio & Detractio, cōtrarietate ubiq; seruata: uti 11. Meth. 12. Gal. docet. N.33. Vocibus generatim utitur, non quantitatis tantùm sed & qualitatis respectu. Ergo medicina est eorū quæ præter naturam quomodolibet sunt

Detractio, *abundantiū.* N.34.

Appositio *deficiētiū.* N.35.

Artificis officio. Etenim qui rectè addere deficiētia & detrahere superuacanea

Nouit, *artem ipsam rectè tenet, optimiq; medici nomē meretur.* N.36.

Nō nouit, *artē nō rectè tenet, neq; boni medici appellatiōe dignꝰ est.* N.37.

dc. Quan-

©BIUM

de.

Quandoquidem assidua est actio caloris in humidum: hoc autem extrinsecus accedente alimento aßiduè refici debet: sed ab alimenti affluxu collectis in corpore excrementis calor ueluti oppressus exercitijs necessariò expurgatur: iccirco inter naturales humani corporis affectiones, hoc est, quæ à natura sunt datæ homini, connumerantur tanquam



- Causæ duæ, eius scilicet quod
  - Vtile est Refectio per Alimenta: cuius ueluti neceßitatem natura imposuit animali per molestum sensum Famis atq; Sitis, quibus tanquam stimulis uel inuitum ad sui conseruationem per cibum atq; potum cogeretur. Quod 2. de Anim. hist. docet Arist. Ad refectionem ergo eius, quod deperijt, stimulatur homo tristi sensu inanitionis, quem desiderium repletionis immediatè comitatur, tum alimenti
    - Solidi, calidi scilicet et sicci. Famem cõtrario suo curãdam, tali ratione demonstrat:
      - Id quod fami contrarium est, ad curationem eius confert. Probat:
        - Morbus cùm contra naturam sit, per contraria sua (quæ secundùm naturam sint eius, qui morbo afficitur) curandus est.
        - At fames est morbus. N. 22. Ratio. Quicqd enim corpori inhærens hominem lædit & tristicia afficit, Morbum appellamus, latißima uocis significatione. N. 23. Propriè alioqui morbi definitioni addendum: Quicquid lædit actiones primò & per se: ut Causæ & Symptomata excludãtur. Cõ. de Vet. med. ipsam coquinariam medicinæ partem facere uidetur, quatenus scilicet alimenta ita præparat, ut absq; noxa alere poßint.
        - Ergo fames per contraria curanda.
      - Alimenti uerò assumtio est fami contraria. Confirmat:
        - Id quod famem sedat, est fami contrarium. N. 24.
        - Alimenti assumtio famem sedat.
        - Ergo est fami contraria. N. 25.
      - Ergo alimentum ad famis curam adhibendum. N. 26. Sic etiam com. de Vet. med. n. 26. uictus mitioris inuentionem nulli alteri arti quàm medicinæ acceptã ferendam asserit.
    - Liquidi, frigidi simul & humidi. Sitis cõtrario motu, qui ea, quorum absentiam molestè fert homo, humiditatẽ scilicet & frigiditatem suggerat, curãda, Potu nimirũ. N. 27.
  - Inutile est Expurgatio per Exercitia qualiacunq;. Duæ igitur hîc affectiones contrariæ inter se concurrunt, sic ut altera alterius remedium esse queat, uidelicet
    - Quies Laboris. N. 30.
    - Labor Quietis. N. 31.
- Effectus duo inter se contrarij, & proinde alter alterius curationi adhibendus (id quod multis exemplis in 3. de Diæta, & de Insomnijs ostendit. & 2. Aphor. 22. aphorismum hac de re protulit) nimirum
  - Inanitio Repletionis. N. 28.
  - Repletio Inanitionis. N. 29.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 316 sur 736

©BIUM

II. Adsy & sequitur Prologum. In eo de Flatibus tanquam causis præcipuis morborũ disputaturus,

Proponit generatim, Morborum omnium eundem modum esse, locum diuersum: paronomasia elegante, τρόπος & τόπος, utens. N. 39. Τρόπον infrà n. 40 per ἰδέην & αἰτίλιν explicat. Τόπον autem corporis partem intelligit (ut principio de Loc. aff. Gal. docet) generaliter sub se comprehendentem Contenta, Continentia & Impetum facientia. Interdum enim solida distendi & diuelli ab aere, ut in Hydrope: interdum humores agitari, ut in Febre & Sacro morbo, paulò post ostendet.

Declarat Morborum inter se

Differentiam, ueluti à Materia subiecta, hoc est, à loco affecto desumptã. Vt enim uariæ sunt partes humani corporis, uarijs destinatæ munijs, (cùm licet anima tota sit in toto, & tota in qualibet parte, aliter tamen & aliter in alijs atq; alijs operetur) ita quoq; ea quæ actiones lædere possunt (quarum læsio prima morbum definit) aliam in alijs partibus læsionem inuehunt. Sic V. G. obstructio renum nephritim, hepatis ictetum, cerebri apoplexiam, neruorum opticorum cæcitatem, neruorum motiuorum paralysim inducit. Forma hîc morbi eadẽ, à qualicũq; causa, crassa certè, & ad obstruẽdum apta, & propterea ut non specie, genere saltem eadem, proueniẽs. Effectus uerò causæ huius, quem Morbum dicimus, ob loci diuersitatem uariat. N. 40.

Simpliciter. Vide signum A.

Conueniẽtiam, ex ipsa Forma morbi eadẽ, quæ Efficientem causam unã eandemq; sequitur. Illam morbi ἰδέαν, hanc αἰτίλιν uocat, in seq. explicandas. N. 41. Quod quidem facit tum

Comparatẽ, Aerem cum cibo & potu conferens, eiusq;, tanquam potentis alicuius dynastæ, in eorum, quæ natura constant, & præsertim corporum humanorum alteratione, maximam efficaciam præ cæteris esse, ostendens. Pythagorei uitali spiritu omnia plena esse arbitrabantur, Mentis æternæ seu Naturæ uehiculo & instrumento, de quo Maro canit, Principio cœlum & terram campósque liquentes Lucentemque globum lunæ, titaniaq; astra Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Cui spiritui cùm inter omnia elementa nullum sit aere similius, cognationis & similitudinis causa Aeris appellatione comprehenditur. Multa igitur hîc ad argumenti sui confirmationem logica argumenta ex aliorum opinionibus Hipp. corrogare uidetur, præsertim cùm ipsemet lib. de Principijs apertè fateatur, sese aliorum opiniones in rebus naturalibus sectari consueuisse. N. 49. Aeris uires in omnibus ijs quæ natura constant uel conseruandis uel corrumpendis explicaturus, paulò antè positam distinctionem sequi uidetur, adeoq; Aeris rationem habere tum quatenus corporibus animalium

Circumfundit, eáque ueluti locat. & quod loci proprium est, ea uel cõseruandi, uel corrumpendi uim habet omnium maximam. N. 69. Vide signum B.

Infunditur, et subintrat, & non modò spacia inania replet, sed multò magis proportione certa corporib. conueniente, uel non conueniente eadem fouet & cõseruat, aut lædit & corrumpit. Vide signũ D.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 317 sur 736

©BIUM

A quot causis sanitas corporis conseruatur, à totidem destruitur. Eædem causæ materialiter, formaliter differunt, illæ quidem corporis constitutioni amicæ, hæ inimicæ.

A. Morborũ conuenientiam ratione Formæ eiusdem, ab eodem Efficiente deductam explicat, & causas insalubres ex salubribus causis deducit in genere, tali ratiocinatione:

Verùm à tribus conseruatur, à triplici nimirum genere alimoniæ. N. 42. Ad cuius rei intelligentiam sciendum, uti Ignis reliquis tribus elementis nutritur, ita quoq; calorem natiuum hominis triplici alimentorũ genere refici, quæ proportione elementis respondeant, cibus quidem Terræ, Aquæ potus, Aeri spiritus. Aluntur autem corporis partes communiter sumtæ triplices, Continẽtia quidem siue Solidæ partes: Contenta uerò tum Fluida, Humores scilicet, tum Impetum facientia, Spiritus: quibus partibus ob aßiduam caloris in humidum actionem quotidie aliquid deperit, quod refectione opus habeat. Partes istæ omnes substantiæ sunt concretæ, aliæ magis, aliæ minus, ita quidẽ ut respectu mutuo aliæ spiritus, aliæ humoris, aliæ solidi corporis nomen mereãtur, ab eo quod prædominari uidetur facta denominatione. Licet interim ut pars solida suã soliditatem habet, suam quoq; quositatem, suam insuper spirituositatẽ: ita humor suam soliditatem & spirituositatem: spiritus quin etiam & solidum & humorosum quiddam. Iam uerò substãtiæ istæ nõ nisi à consimilibus corporibus ali, refici, conseruari, augeriq; possunt. Quæ corpora rursus si secundùm primam substantiæ speciem inter se conferas, alia crassa & terrea, alia liquida & aquea, alia tenuia & aerea uidebuntur. Sin eadẽ ipsa ratiocinãdo, physica analysi ueluti obstetricante, in ea, è quibus constãt, resoluas, etiam alimento maximè aereo sua inerit soliditas: & econtra maximè terreo sua inerit spirituositas: medio aqueo etiam utrunq;. Proinde Hipp. lib. de Corde, Aquam & Aerem simplicem per se non alere, sed alterare tantùm, nec τροφῆς, sed θεραπείης causa assumi ait: idemq; etiam Arist. de Sensu & sensibili multis argumentis demonstrat. Quando ergo hoc loco triplex alimentum facit, quo corpus hominis uerè nutriatur (non alteretur tantùm) formam externam respicit, proportione certa elementis respondentem, crassius Terreum, subtilius Aereum, medio modo sese habens Aqueum: propter quam substantiæ compositæ diuersitatem lib. 2. Aphor. 11. facilius esse scribit potu quàm cibo repleri: & ratione consequentiæ multo facilius spiritu quàm potu, & potu quàm cibo, lib. de Alimento docet. Quòd si quandoq; ab aqua aut aere solo homines refici uidentur, id non per se, sed per accidens fit, nimirum, quoniam aer spiritui igneo permixtus, uti eundem attemperat, ita quoq; molem eius auget: & aqua humoribus permixta, uel solidis etiam inferta, speciem quandam alimoniæ subire uidetur, non secus ac quando aqua in dolium uini suppletur. Com. de Alimento aphor. 16 Τροφὴν facit aliam πνεύματος, aliam αἵματος. & hanc uel ὑγρὴν uel ξηρήν. Alimentum igitur ut re, ita quoq; appellatione triplex (N. 43.) aliud

Corpulentum: illudq; rursus uel sub forma

Solida, Cibus nimirũ. N. 44. Qui Terræ similitudinem habet. Non tamen Terra sola & pura nutriri potest homo: sed exiccari tãtùm.

Fluida, Potus. N. 45. Qui Aquæ proportione respondet. Neque tamẽ aqua simplice nutritur homo, sed alteratur tantùm, refrigeratur scilicet & humectatur.

Spirituosum, Spiritus per os & nares & arterias attractus, cũ ipso quinetiã cibo et potu subingressus, nõ simplex ille (qui alterat tantũ calefaciendo) sed cõpositus: ut licet respectu corpulẽtioris ἀσώματος uideatur, habeat tamẽ ipse quoq; suũ corpus mixtũ, cuius merito nutriat, & alimẽtũ purißimũ corpori suppeditet. N. 46. Qui quidẽ spiritus

Intra corp⁹ receptus, φυσὰ appellatur. N. 47. Aliàs etiam Πνεῦμα, nomine generis. Etsi posteriores medici, præsertim Latini, Flatus nomẽ aeri tunc tãtùm, quãdo corpus subingressus illi uel distẽsione uel refrigeratione sua molestiã exhiberet, indulsisse uidentur.

Exterius corpori circumfusus, Ἀὴρ uocatur. N. 48.

Ergo etiam à tribus destruitur, à Cibis nimirum, Potibus, & Spiritibus præter naturam se habentibus, corpori humano contrarijs.

B. Aerem

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 318 sur 736

B. Aerē corporib. circumfundi, eaq; ueluti locare oſtēdit, tum in

Genere. Aeris uires aliæ manifeſtæ ſunt potiſſimum

Senſui, per uehemētiam motus. Virium harum

Cauſam ſtatuit motum aeris, cùm uentus nihil aliud ſit, quàm aeris effuſio & fluxio, reſpectu utriuſq; termini, tum à quo motus ſui initium ſumit, tum ad quem fertur. N. 50. Vt enim aer ad motum mundi ſemper circumagatur, ad calorem natiuum rerum omnium naturalium euentilandum: tamen quando per naturalem reſolutionem uapores & exhalationes conſurgunt, ſua copia & heterogenia ueluti hoſpites in alieno regno tumultum mouent, leuiq; momento huc illuc impulſi, Ventum dictum conſtituunt. Sic Ariſt. lib. 2. & 4. Meteororum, & 26. Probl. 2. & 34. Theophraſtus generabilem rerum ſpiritum, ſuapte natura agitabilem, Ventum appellauit.

Effectum exēplis declarat, tum in

Terra, cùm arbores radicitus euellat. N. 51.

Mari, cùm & Procellas immanes cieat. N. 52.

Naues euertat. N. 53.

Rationi. N. 54. Nam ſine hoc nihil generari naſciue poteſt: nihil ſine illo uiuere & eſſe: cùm totum ſpatium inter cœlum & terram ſpiritu ſit plenum uitali. (N. 55.) Secundùm Pythagoreos. An ignem non eſſe in ſua ſphæra uult Hip. An uult quidem (com. enim de Principijs apertè aerem ſub igni, quem Aethera uocat, collocat) ſed quia non uidetur, totum hoc ſpatium medium, quod inani ſimile eſt, Aerem appellat? uti etiam Plinius ex maiorum ſententia adſtruit lib. 2. c. 38. Hiſt. nat.

Specie, in rebus naturalibus

Superioribus. Vide ſignum C.

Inferiorib. Nimirū in

Mari, cui aerem nō modò circumfuſum (quod paulò ante n. 50. ex tempeſtatibus docuit) ſed & permixtum eſſe demonſtrat. N. 63.

Si piſces, quos mare continet, ſine aere uiuere nequeunt, aerem profectò ad maris conſeruationem facere, manifeſtum erit.

At illud eſt. Oſtendit

Si piſces uiuunt, ſine aere eſſe non poterunt. Cùm quicquid uiuit in mundo, uitalem ſpiritū attrahere neceſſe habeat, uel per aerem reſpirando, ut in terreſtribus & uolatilib. uel per aquā, inſenſibili & peculiari alio motu, reſpirationis proportionem habente, ut in piſcibus, qui loco pulmonum branchias habent, aerem in aqua latentem admittentes, aquam excludentes.

Quòd:

At uiuunt.

Ergo. N. 64.

Quomodo. Aere fruūtur piſces uel extrinſecus per aquam attracto, uel ex aqua ipſa intrinſecus extracto. N. 65. Experientia docemur, glacie conſtrictis lacubus & ſtagnis, niſi cruſta ſuperinducta diſrumpatur, piſces aeris deſtitutos euētatione interire. Aſſentitur Plato in Timæo, & Plin. lib. 9. c. 7.

Ergo & hoc erit.

Terra, cui aer uſum præſtat tum

Vehendo. N. 67. An terram per ſe inertem & immobilem ad generationem reuera ui aeris permoueri uult? An uerò etiam in medio mundi immobilem permanentem, undiq; ambientis aeris æquali libramento ſuſpendi arbitratur? Sic antiqui multò quàm poſteri rudius de rebus naturalibus philoſophati ſunt, Anaximenes, Anaxagoras, Democritus, apud Ariſt. lib. 2. de Cœlo cap. 13.

Replendo ſpacia uacua, eáque ſuo motu perpetuo euentando, & ad cœleſtes impreßiones in imis terræ uiſceribus aptam reddendo: quinetiam in imis eiuſdem uiſceribus concluſa animalia, ut uermes & talpas, uegetando. N. 68.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 319 sur 736

©BIUM

C. In rebus naturalibus superioribus Aeris uires ostendit, consideratis quoad

- Tempora anni, quæ Solis accessu & recessu distinguuntur, aerisq; temperie uel intemperie ueluti informantur. N. 56. Aer namq;
  - Hyeme, turbulentus, crassus, frigidusq; fit. N. 57.
  - Aestate, lenis, calidus, trãquillus est. N. 58.
- Motum Astrorum. Cuius causam in aere sitã esse in.
  - Genere proponit. N. 59.
  - Specie declarat in euidentißimis motibus
    - Solis, ratiocinatione tali:
      - Si Sol & reliqua astra sine aere esse & uiuere nequeunt, certè neque sine illo moueri. Est enim motus accidens rei naturalis tum animatæ, tum inanimatæ.
      - At illud esse, sic ostendit:
        - Ignis sine aere uiuere, hoc est, esse nequit. Demonstrat:
          - Si aer est ignis alimentum, profectò sine eo uiuere non poterit.
          - At aer est ignis alimentũ. N. 60. Quod lib. de Principijs exemplo ignis uel lucernæ in angusto conclaui ardentis demõstrat. τροφὴ γάρ ἐστι τοῦ θερμῷ τὸ ψυχρὸν, hoc est, alimenti similitudinẽ habet: nam alioqui aluntur tantùm ea quæ animata sunt.
          - Ergo ignis sine aere uiuere nequit. N. 61.
        - At Sol est igneum quoddam corpus, uti & reliqua astra. Anaxagoras μυδρὸν appellauit, ueluti ferrum candens, & inde saxum casurum aliquot annis antè non falsa diuinatione prædixit.
        - Ergo Sol sine aere uiuere & esse nequit.
      - Ergo & hoc erit, uidelicet quòd Solis æternum cursum aer æternus & purißimus semper circundat, cingit, obsidet. N. 62. Pro, τὸ εἶναι παρέχεται, uidetur legẽdum, τὸ ἀεὶ περιέχεται, uel παρέπεται, comitatur, uel περιχέεται, circumfunditur, & tunc subaudiendum κατά.
    - Lunæ, cuius Scalam, hoc est, accrementi & decrementi causam refert in aerem. N. 66. An ut Solis perpetuũ cursum aer puriß. & perpetuus fouet, & quasi stellæ crinitæ pabulum præbet interdiu, cùm per noctem nouum ueluti pabulum ex inferiore orbe præparetur, dum is apud Antipodas abest (ea propter Homerus Deos, hoc est astra, apud Aethiopes comessari fingit) ita Lunæ cursum aer impurior & per consequens non perpetuus fouet, ea quidem ratione, ut in summa alimenti abundantia plenum orbem ostendat, in summa penuria planè deficiat, quoad nouum alimẽtum suggeratur? An Scalam intelligit, quòd per aeris medij ueluti gradus Luna uires suas inferioribus communicet? Goupylus legit, καὶ μὴν ἥτε γῆ τουτέου βάθρον, Terra est aeris fundamentum, & eiusdem ueluti receptaculum.

D. Quæ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 320 sur 736

©BIUM

Proponit N. 70.

D. Quæcunq; uiuũt, aeris interius recepti beneficio uiuere, sed & eiusdem maleficio corrũpi, in primis uerò homines morbis uarijs corripi

Declarat. Aerẽ namq;

Vitæ conseruationi maximè conferre demonstrat. N. 76. Argumentis duobus. Altero à respirationis

Necessitate, per comparationem reliquorum duorum prædictorum. Homo enim sine

Crassioribus illis alimentis, sine Cibo scilicet & Potu, aliquandiu uiuere potest. N. 71. Com. de Aetate ad septimum usque inediam tolerari posse affirmat.

Subtiliore aere, ne horam quidem perdurarit, ut non alendi, saltem attemperandi causa. N. 72. Quod Gal. de Vtil. respir. docet. In suffocatione matricis & apoplexia ut manifesta non sit per nares & os, at occulta sit per arterias, spiritus attractio.

Assiduitate, itidem per comparationem quarumuis aliarũ humanarum actionum & passionum. Homo enim à

Cæteris omnibus uel actionibus uel passionibus, statis certisq; temporibus, quietem agit. N. 73. Mutationibus enim prope innumeris humana uita exposita est. Motus hominis uarius est, siue uoluntarius, siue naturalis, siue ex utroque mixtus, ut Respiratio, Fœcum egestio. Cùm autem motum omnem excipiat quies, hoc ipso iam uidetur mutatio contingere, non tãtum motu uno alium excipiente, uerumetiam motu quolibet in quietem desinente. N. 74.

Respiratione nec uigilans nec dormiens abstinere potest. N. 75. Omnia animalia respirare ait, si non apertè per aerem & pulmones, saltem occultè, & per aliquid proportione pulmoni respondens, etiam ea quæ corde & arterijs carent, ut ostrea: quibus pulsificam facultatem Gal. 4. de Præsag. ex pulsibus c. ult. denegat, talem scilicet, qualis in animalibus est integris, cùm peculiari modo illa & sanguinem & cor & respirationem & pulsum habere analogicum Plin. lib. 11. c. 3. conjciat.

Morborũ & symptomatũ causam præcipuam & communiss. esse ostẽdit. Vide signum E.

Concludit. Causam nimirũ morborum prædictorũ aerem esse uel

Solum, (quem iccirco n. 178. αὐτόματον uocat ἄπιον) N. 249. Vt in Doloribus intestinorum n. 148. & in Apoplexia n. 202.

Non solum, sed cum alijs, ipsi tanquam principi famulantibus. (An hic ἂν αὐτόματον, ἀλλὰ διὰ πόνους ἄπιον dicitur? n. 178.) Famulantur autem uel

Præcedendo. Sic n. 182. uehemente fluxu sanguinis exinaniuntur uenæ, exinanitæ attrahunt aerem, is attractus perrumpit uenas. Itaque Hæmorrhagiæ posterioris causa est prior hæmorrhagia, seu præcedens, quam fortè προ-ἄπιον appellare possemus.

Comitando. συνάπια dicũtur. N. 250. Sic in Febre causa primaria est flatus: comitans causa est cruditas ciborũ. Vt sup. n. 107. & n. 136 caloris febrilis causam esse dicit aerẽ, uerùm non solum, sed sanguinem ei συνεργὸν esse. In Catarrho similiter spiritus causa est, quẽ sanguis tenuissimus comitatur. N. 156. Ita quoq; in Hydrope n. 188.

Subsequendo. μετάπια appellantur. N. 251. Sic in Catarrho flatus & sanguis tenuior in partem aliquam expelluntur, sup. n. 158. Item Catarrhus acris uenas exedẽs hæmorrhagiam inducit, n. 172. In Epilepsia sanguinis commotio aerem subsequitur. n. 229.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 321 sur 736

E. Aerem Morborum & Symptomatum causam præcipuã & communißimam esse (N. 77.)

Vniuersim proponit (καθολικῶς, ὅλον τὸ πρᾶγμα. N. 81.) Aer enim per nares & os inspiratus, item alimẽtis permixtus, per arterias deniq; attractus, corpus intrat: & uel solidas partes distẽdit, uel humidas inflat, uel spirituosas agitat & inficit: peccans uel

- Quantitate, ratione
  - Multitudinis: Multus, Paucus. N. 78.
  - Frequentiæ: Creber, Rarus. N. 79.
- Qualitate
  - Manifesta: Puta si calidior, frigidior, humidior, siccior fuerit.
  - Occulta, inquinamentis sola ratione deprehendis plenus, quæ corpus subintrant, & tanquam semina in agrum iacta sensim adolescunt, & folia & flores & fructus & semina quædam morbosa certo tempore paritura. N. 80.

Singillatim in morborũ certis speciebus declarat, (τὰ καθ' ἕκαστα, αὐτὰ τὰ ὄργανα, prosequens) ex quibus uniuersalis propositio colligatur, Morbos internos (præter externos, qui uiolenter inferũtur, & causam omnibus notam habent externã) ab aere prouenire, tanquam à causa efficiente instrumentali uel proxima, ita ut aeris filij censeri possint, Ἔκγονα: uel remota, tanquam Nepotes quidam, aut Pronepotes, aut Abnepotes, Ἀπόγονα. N. 82. Sic quando ex aere pestilente subitò moriuntur homines quiuis, etiam optimè constituti, proxima pestilentiæ causa est aer. Quando uerò cacochymi tantùm, remotior causa est, cùm nisi humorum affuisset putredo, incendiũ excitare nequiuerit. Morbos diuidit ex accidente, nimirum ex Frequentia, quòd alij quidem sint

- Communitatem explicat. Communitas alia est
  - Essentialis, à substãtia sumta, quoniã essentia eius in toto consistere uidetur, quando definiunt, Febrem calorem in corde accensum, per totum corpus dispersum: alioqui febris appellationem non mereri, nisi diffundatur. Sed hanc communitatem non attingit hîc Hip.
  - Accidẽtalis, à frequentia desumta: quoniã & Per se multo plures homines inuadit, siue eodem, siue diuerso tempore, quàm ulli alij morbi, & uel ob aeris uitiũ, uel ob uictus rationem malã, uti paulò pòst docebit.
    Respectu aliorũ morborum, quibus coniungitur. Sub signo * *
- Frequentiores, & hominibus magis familiares. Sic Febrem νοσημάτων νόσημα appellat, Morbũ communißimũ. N. 83. eumq; ab aere cum omnib. suis symptomatis prouenire ostendere aggreditur, uti N. 146. colligit. Febris
- Species prosequitur. Vide signum F.
- Minus frequentes. Vide signum K.

* * Fe

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 322 sur 736

©BIUM

*** Febris ἐφεδρεύει, hoc est, aßidet tum morbis

- Quibusuis alijs. N. 84.
- Abscessibus, cuiuscunque sint generis, quos hic generatim Phlegmonas appellat. N. 85. Facto enim abscessu, putrescit humor qui absceßit: & ut in parte ipsa tumorem excitat, ita quoque interdum per consensum expulsus in uicinam glandem, Bubonem dictum parit (qui propriè inguinum est, cuius appellatione etiam reliquarum glandulosarum partium tumores subintelliguntur: sic 2. Epid. 2. Moschus bubonem post aures habere dicitur) & sensim fuliginibus ad cor delatis febrem excitat. N. 86. Sic 6. Epid. com. 2. Aphor. 4. αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ σπλάγχνα· κακοηθέες δὲ οὗτοι.

F. Species Febrium

- Proponit duas latè patentes, quæ in multas alias subdiuidi poßũt. Proinde ἔθνεα, quasi Gentes febrium appellat, à Politicis ciuium claßibus mutuata appellatione. Vetus Attica ciuitas in quatuor φυλὰς, seu Tribus, hæc in tres Curias, quas Τριττύας & ἔθνη & φρατρίας uocabant: Curia rursus in partes tricenas, quas Γένη, seu Gentes dicebant, diuisa fuit, naturalem anni Temporum, Mensium, & Dierum numerum æmulata. N. 87. Paulo antè alimenti tria genera statuerat, Aerem, Cibum & Potum: quibus uti sanitas conseruatur, ita ab ijsdem quoq; corrumpitur. Morborum igitur communium causæ communes duæ erũt, uel Aer, uel Alimentũ. Febris proinde alia
  - Communis, κοινὸς siue δημόσιος, λοιμὸς dicta, cuius causa proxima est Aer ab omnibus æqualiter inspiratus, maligna qualitate sua (quæ summæ corruptionis uires habet) uitæ cõtrarius: siue is totam regionem, siue partem, siue ciuitatem, siue uicum, siue etiam domum unam occuparit: & habitantes uel omnes promiscuè lædat, uel non promiscuè, sed ratione habita ætatis, sexus, conditionis: siue citò, siue tardè. Generalis proinde uox est λοιμοῦ, Febrẽ pestilentem significans, ab aere excitatã, in corporib. impreßionem illam pestilentẽ suscipere aptis. Quæ quidẽ impreßio maligna uarios gradus habet, ut nunc in omnes, nunc in aliquos, uel cum contagio (quam proinde summè malignã esse oportet, ita ut generis nomen sibi apud quosdam uendicarit, à quib. Pestilentia dicitur eximiè) uel absq; contagio sæuiat, quam ijdem Febrẽ pestilentialẽ uocant. N. 88. Desumitur ergo λοιμοῦ
    - Essentia ab Aeris communis uenenata qualitate, humanæ naturæ penitùs contraria.
    - Species & à mali
      - Inuasione, cùm inuadat respectu
        - Subiecti uel
          - Omnes, Non omnes.
          - Multos, Paucos.
          - Iuuenes, Senes.
          - Viros, Mulieres.
          - Liberos, Seruos.
        - Loci, Regionem, Ciuitatem, Vicum, Domum.
      - Communicatione, cùm quædã sit lues
        - Contagiosa.
        - Non contagiosa.
      - Effectu: cũ exitialis sit uel
        - Plerisq; ea correptis.
        - Paucis: & his rursus q euaserũt, noxam quamuis aliam uel
          - Inferat, ut cæcitatem, ulcera pudendorum.
          - Non inferat, sed cum toto suo symptomatũ comitatu integrè discedat.
  - Non communis, non ab aere communiter inspirato, sed à cibo & potu assumto orta, unde uel plethora uel cacochymia in corpus inuecta sit. N. 89.
- Declarat, utranq; ab aere prouenire, alteram quidem immediatè, alteram mediatè. N. 90. Vide signum G.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 323 sur 736

©BIUM

G. Causam igitur ostẽdit Febris, tum

- Cõmunis, Quãdo, Quomodo, Quibus, A' quo generetur (N. 98.) partim
  - Directè. Causa
    - Efficiens est Aer communis, quem omnes eiusdem loci incolæ necessariò inspirant. N. 91.
    - Formalis est analogia certa inter aerem lædentem, & corpus quod læditur. Agens enim & patiens proportione niti oportet. N. 92.
  - Obliquè, obiectionẽ, quæ fieri poterat,
    - Proponendo. Si aer communis causa est Febris pestilentis: cùm illum non homines tantùm, sed & bruta attrahant, in omni constitutione pestilente necessariò & bruta cum hominibus, & homines cũ brutis eo malo corriperentur. Atqui non rarò contrarium uidemus, hominibus scilicet pestilentem esse annum, non brutis: & econtrà. N. 93.
    - Soluendo. Ab aere cõmuni, quem omnes promiscuè inspirant, fit pestilentia communis: sed ut uarij sunt corruptionis gradus, ita nunc hos, nunc illos præ alijs corripit. (Sic etiam apud Hom. primùm mulos & canes: aucto deinde certo ueneni gradu etiã homines inuasit) Ostendit ergò entium naturalium diuersitatem tum quo ad
      - Essentiam. Nam (ut ad rem præsentem accommodata diuisione utamur) ea primùm, quæ Patiuntur ab alijs, entia uidelicet naturalia, diuersa sunt inter se, non tantùm secundùm indiuidua, sed & secundùm species, tum materialiter, quo ad Corpora, tum formaliter, quo ad Naturam, quæ motus & quietis, actionis item & paßionis principium est internum. Deinde etiam ea entia, quæ Agunt in alia, uel conseruando uel corrumpendo (quæ sub triplicis Alimenti appellatione superius proposuit) & materialiter & formaliter differunt, non modò Aër à Cibo & Potu, sed & Aer ab aere. N. 94. Itaque alia alijs amica sunt & inimica: sæpe etiã eadẽ ijsdem diuerso loco & tẽpore modò amica, modò inimica. N. 95. Exempli loco: quercinum lignum difficulter, at abietinum ignem facilè concipit. At si pice & oleo quercinum imbuatur, abietinum econtrà aqua perfundatur, illud multo promtius quàm hoc inflammabitur.
      - Effectum. Diuersitatem causæ in specie, diuersitas quoque effectus in specie consequitur: etsi in genere ut causa, ita effectus quoque sit idem. Quando igitur Aer (de quo tantùm hic disputamus) inquinamentis talibus infectus fuerit, quæ certa proportione contraria sint naturæ
        - Humanæ, Pestilentia inter homines orietur. N. 96.
        - Brutorum, ut puta uel auium, uel piscium, uel quadrupedum, tũ mitium, tum ferarum: cicurum rursus, uel gregum, uel armentorum: in illa sæuiet pestilentia. N. 97.
- Particularis, ex praua uictus ratione ortæ, Aerem esse, non communem (ab omnibus attractum respirando) sed per hoc uel illud alimenti genus, in quo inclusus latet, intra corpus ingestum, sine quo cibus & potus tantam impreßionem facere non posset. N. 99. Vide signum H.

H. Cau-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 324 sur 736

©BIUM

H. Causam proinde febris huius

- Remotã, Alimenta facit. Explicat Diætæ prauæ τὸ
  - Ὅτι: quando nimirum cibi ingeruntur peccantes uel
    - Quantitate. hiq; rursus uel generis
      - Eiusdem, cùm exercitiorum interim nulla habeatur ratio. N. 100. Necessariò enim exercitia cibis adhiberi contrariam uim habentia, euacuandi scilicet, lib. 1. de Diæta docuit.
      - Diuersi & contrarij inter se. N. 101.
    - Qualitate. De his nihil in præsens: uel quia ex priore illo membro subintelligi uult: uel quòd in his non tam manifesta est aëris impreßio. Com. certè de Diæta secundo, sæpius meminit ciborum flatulentorum, item fortium, qui à calore concoquente confici nequeant: sed illud interest, quòd hic flatus per accidens corpori inest, propter concoctricis debilitatem: ille uerò alter per se ingreditur, in ipsis cibis actu contentus.
  - Διότι. Cibi namq; generis
    - Diuersi, cùm alij celerius, alij tardius coquantur, perturbationem inducunt. Nam qui celerius coquuntur, superassantur: qui tardius, inquinantur tantùm, indeq; flatus generantur. N. 102.
    - Eiusdẽ copiosum quoq; aerem in corpus inuehunt. N. 103. Quod sic deducit:
      - Si cum omni cibo aer corpus subintrat, cum multo profectò cibo intrabit multus aer.
      - Atqui illud est. N. 104. A' Ructu probat, cibi assumtionem in plerisque sequente. N. 105. Ratiò. Aer enim, qui in cibo conclusus erat, ui caloris concoctionem molientis perruptis folliculis, in quibus detinebatur, erumpit. N. 106. Et hæc causa est ructus materialis. Aduentitia altera, quando cibi pituitosi à debili calore rectè confici nequeunt. uti 2. Prognost. 8. docet Gal. & 3. de Symptomatum causis.
      - Ergò cum multo etiam cibo multus aer simul ingreditur.
- Proximã, Aerem esse ostendit, tum in
  - Genere, ex ijs quæ iam dicta sunt, deductione facta:
    - Quando corpus cibo repletur (siue eiusdem, siue diuersi sit generis) non modò aer multus unà cum cibo ingreditur (uti paulo antè docuimus) uerumetiam ampliatur, propter moram, quam cibus in corpore trahit. N. 107.
    - Moram autem cibus in corpore trahit, quando præ multitudine ipse sibijpsi trãsitum obstruit. N. 108.
    - Obstructo transitu alimenti, simul etiam obstruuntur uiæ excrementorum per aluum.
    - Aluo infernè obstructa, flatus prohibito exitu in uniuersum corpus diffunditur. N. 109. Nam uti libro de Alimento, ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα: & lib. de Arte omnibus partibus cauitatem inesse scribit spiritu plenam: ut proinde facilè sit, citißimè per totum corpus spiritum semel motũ diffundi, non secus atque extra corpus uentum.
    - Flatus isti diffusi per uniuersum corpus uaria febris symptomata causantur: uti mox audiemus.
  - Specie, præcipua febriũ symptomata percurrẽdo, in principio, augmẽto, statu, declinatione cõspici solita: siue illa ad actiones, siue ad paßiones facultatis aut animalis, motiuæ, sensitiuæ, aut uitalis, aut naturalis pertineant. Et Actiones quidẽ, ut est Sudor, Oscitatio, Pulsatio, Tremor, uidetur uocare νοσήματα: Paßiones uerò ἀλγήματα: ut est Horror, Rigor, Dolor capitis, Calor, infrà n. 144. Vide signum I.

I. Vide-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 325 sur 736

©BIUM

I.

Videtur autem in his enarrandis seriem obseruare historicam, ut scilicet alia in principio & augmento, alia in statu & declinatione apparent. Ex flatib. ergo, ex nimia cibi copia inuectis, & in corpore retentis, prouenire docet tum

- Frigus & Horrorem in prima febris accessione, antequam calor emicet. N. 113. Ergo
  - Flatus è uentre in ambitū totius diffusi, partes sanguineas refrigerant. N. 110. Etsi enim potentia calidus sit spiritus, actu tamen frigidus est, ut non simpliciter, saltem comparatione internarum corporis partium calidiorū. Eapropter natura columellam faucibus præfixit, quæ aeris frigidi impetum infringeret. Cùm cōstet experientia, eos, quibus columella præcisa est, non modò deterius loqui, uerumetiam frigidiorem sentire inspirationem, & in tabem procliues esse: uti Galenus 11. de Vsu part. & Alexand. Aphrodis. lib. 2. Problem. 3.
  - Refrigerationē sanguinis sequitur Horror, tum
    - Particularis, internis fontibus & scaturiginibus sanguinis primùm refrigeratis, quando horrores non perpetui, sed interpolati transcurrunt. N. 111.
    - Vniuersalis, quando etiam extimis partibus frigus communicatum est. N. 112.
- Rigorem, à flatuum quantitate & qualitate. N. 114. Vide primum de Morbis, ubi explicatius ῥίγος & φόβος maius esse ostendit. Rigor ergo
  - Vehemens prouenit à pluribus & frigidissimis flatibus. N. 115.
  - Remissior à pauciorib. minusq; frigidis. N. 116.
- Tremorē. Tremoris causam affert. N. 117.
  - Rigorem atque frigus persentiens sanguis, naturali motu ad fontes suos recurrit. N. 118. Et hic ueluti Saltus & regurgitatio sanguinis est. N. 119. Nempe rebus naturalibus ὁρμαὶ quædam φυσικαὶ sunt insitæ, ad sui conseruationem necessariæ. Sic graue tendit deorsum, sic humor refugit ignem, sic frigus calorem. Sic quoque sensum hic sanguini tribuit eius quod amicum est, uel inimicum, uegetantium scilicet, non animalium proprium.
  - Ad fontes suos recurrēte sanguine, partes et internas (σπλάγχνα, ubi καρδία et ῥίζαι sunt αἵματος) & externas (σάρκας, ἀνθρωπόδεια paulo antè dictas) tremere necesse est. N. 120. Ratio in
    - Genere. Tremunt, quoniam aliæ quidē sanguine præter modum replentur, aliæ deplentur. A contrarijs proinde causis idem effectus. N. 121. γίνεται, inquit, non autem, εἰσί.
    - Specie. Tremunt igitur aliæ, ob factam sanguinis
      - Exinanitionem refrigeratæ. N. 122. Ratio. Cum sanguine enim calor unà abit. N. 123.
      - Repletionem incalefactæ. N. 124. Ratio. Sanguis enim confertim in partem irrumpens, cùm naturæ contrarius sit, nec ipse quiescere, nec expultrix illum diutius ferre potest. N. 125.
- Oscitationem.
- Exolutionem.
- Calorem.
- Sudorem.
- Dolorem.
- Pulsationem tēporum.

  Vide in sequentibus signum ☞

☞ Inter

©BIUM

Inter febris accidentia à flatu prouenientia connumerantur quoq;

- Oscitatio. Hoc ipsum
  - Proponit. Multus aër collectus, superiora petens, confestim ueluti turbine quodam actus, cunei instar os distendit. N. 126. Ratio cur superiora petat. Nam quâ uia laxißima patet, illac fertur. N. 127.
  - Demonstrat simili:
    - Quemadmodum ex lebete feruente multus egreditur uapor. N. 128.
    - Ita incalescente corpore aër copiosus superiora petit. N. 129.
- Exolutio & pandiculatio seu extensio musculorum, cum laßitudine tensiua. N. 130. Ratio. Nerui enim & tendines & ligamenta sanguine concentrato incalefacta laxantur & diducuntur, & à flatibus exitum quærentibus ueluti distrahuntur. N. 131.
- Calor. Caloris causa
  - Primaria est Aër à sanguine calefactus. Nam
    - Sanguis in unum collectus per concentrationem, totis ueluti uiribus contra frigiditatem insurgens, aërem, à quo refrigeratus erat, uicißim calefacit. N. 132.
    - Aer calefactus & igneus, uti prius cùm frigidus esset frigus, ita nunc calorem uicißim toti corpori impertitur. N. 133.
  - Secundaria & coadiuuans (συνεργὸς) est sanguis. N. 134. Quando scilicet æstus uiolentia in aërem resoluitur. N. 135.
- Sudor. Qd quidem
  - Proponit. Aere calido ad poros cutis expulso, sudor excitatur. N. 136.
  - Cõfirmat similitudine ab ijs quæ elixantur desumta. Quæ quidẽ elixationis chymicæ, ut medicæ artis famula existit, basis est. Huius
    - Protasis. N. 138.
    - Apodosis. N. 137.
- Dolor capitis. Nu. 139.
  - Aer capitis uenas replet. N. 141.
  - Iis repletis aere, sanguini meatus suus coarctatur per uenas & arterias. N. 140.
  - Meatu coarctato, liberè transire sanguis nequit. N. 143. Ratio. Obstat enim illi flatus multus obstruens. N. 144.
  - Sanguinis autem libero transitu prohibito, dolor excitatur propter distensionem. Cuius uires dolia interdum musto plena sentiunt, spiritus impetu disrupta, uti Galenus 4 & 5 de Locis affectis docet.
  - Ergò ab aere replente & inflante dolor excitatur. N. 142.
- Pulsatio temporum. Arteriæ semper pulsant, etsi pulsationem illarum homo sanus non sentit, sed febricitans sentit, uenis flatu multo obstructis & distentis, quam distensionem uicinæ carnes sentiunt, & per consequens etiam ictus arteriæ in loco angusto compressæ. N. 145. Cæterum pulsationis causam com. de Locis in homine n. 32 refert eò, quòd arteriæ in morem æstuarij sanguinem recipiãt, alium influentem, alium effluentem è cerebro, quorum occursu mutuo impulsio fiat & fluctuatio. Sed hæc fortasse non magis uera, quàm altera illa, quòd maris æstus à repercussu fiat litorum.

K. Mor-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 327 sur 736

©BIUM

K. Morbos minus frequentes aliquot exẽpli causa adducit. Et si inter hos quoq; ordo dari posse uideatur, quòd cùm pars omnis sit animata, animæ autem munus sit operari, morbi alij sint, q partem affligunt

- Materialiter, (quatenus substãtia cõstat similari, aut dissimilari) uel ꝓpter
  - Infixionem, cum dolore cõiunctam. Quæ uidetur ἀποστηρίγματα appellare, Materiam quandam præter naturã, parti inhærentem, & uel quantitate uel qualitate sua dolorem afferentem, intelligens. Morbi pro diuersitate partium sunt uarij, in articulis Podagra, Ischias, in membrana succingẽte Pleuritis, in oculis Ophthalmia, in auribus Otalgia. Sed exẽpli causa Dolorum uentris meminit. Quorum etsi uariæ sint species, omnium tamẽ causam esse Aërem
    - Proponit, siue sint εἰλεοὶ, Voluuli, siue εἰλήματα, Agitationes, siue στρόφοι, Tormina, siue quæcunq; alia ἀποστηρίγματα, hoc est, Dolores intestinis inhærentes, à materia flatulenta orti, quæ uel in cauitate illorum retenta, uel extra in peritoneũ & musculos expulsa sit, ibiq; impacta maneat. Itaq; colicum etiã à posterioribus propriè dictum, quòd coli affectio sit, comprehendit. Res enim Hip. nota fuit, etsi sub diuerso & generali nomine. N. 147. Eadem ratio uocis ἀποστηρίγματος (à uerbo στηρίζω, inhæreo, figo) quæ ἀποστήματος: nisi quòd illud in præsentia de Flatu, hoc de Humore abscedente effertur. Obseruandum autem doloris causam hîc aliam statui respectu materiæ insolentis, quæ loca prius non assueta infestat (ut etiam infrà n. 161. & com. de Glandulis n. 67.) aliam respectu subiecti sentientis, loci scilicet, siue partis, quæ tenera sit, neq; pati assueta, sit insuper exquisito sensu prædita. Loca proinde requirit ἁπαλὰ, καὶ ἀνθέα, καὶ ἄθικτα.
    - Declarat. Et quidem dolorum istorum
      - Efficiens est spiritus uiolenter transiens. N. 148.
      - Materia subiecta siue locus affectus sunt Intestina, partes scilicet teneræ & sensu exquisito præditæ: quæ cùm alioqui ab acerrimorum humorum, bilis scilicet & melancholiæ consueto transitu non lædantur, ab insolita tamen spiritus per suam substantiam (quam hîc carnem uocat) usque ad musculos abdominis tanquam sagittæ incumbentis penetratione, uehementer læduntur. N. 149. Ex loco affecto dolorum species diuidit, nimirum ab ipso situ, quòd uẽtrem occupẽt uel summum, uel infimum, uel latera. Aliter posteriores, qui ex intestinorum diuersitate, coli Colicum, ilei Ileon dixere. Ergo dolor affligit uentrem uel
        - Nõ totũ, sed partem: utputa
          - Medium umbilicum.
          - Extrema tum
            - Superiora Hypochõdria. Sic in Ileo seu Voluulo, quẽ uomitus humorũ primũ, deinde etiã stercoris comitatur. A specie sæuissima reliquos minus sæuos dolores in superiorib. hærentes cõplecti uidetur: nisi fortè illos εἰλημάτων nomine exprimit.
            - Inferiora, Pectinẽ & Pubem.
            - Lateralia, λαπάρας, Ilia Latinis.
            - An hæc εἰλήματα sunt?
        - Totũ. Vt in multis Colicis. An hunc στρόφον hîc uocat, hinc inde cũ impetu mobilẽ? Vti etiã 4. Aphor. 11. ὁκόσοις στρόφοι, καὶ περὶ τὸν ὄμφαλον πόνοι, καὶ ὄσφυος ἄλγημα, μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακείης, μήτ' ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξυρὸν ἱδρύεται.
      - Cõfirmat à curãdi ratione. Fomẽtis .n. uti cõsueuerũt in huiuscemodi dolorib. leniẽdis. N. 150. Ratio. Vt rarefacta per calorẽ cuti, spiritus inclusus resoluatur. N. 151.
  - Fluxionem, quæ Ρεύματα generatim appellat: cuiusmodi sunt, exempli causa, tum Catarrhi, tum Sanguinis reiectiones è pectore. Vide signum L.
  - Diuulsionem, quoniam partes diuelluntur, licet absq; dolore magno. (Nam si cum dolore magno infixo, ἀποστηρίγματα uel ἀποστήματα essent.) Ea Ρήγματα appellat, Rimas & Fissuras, hoc est diuulsiones partium continuarum uel saltem contiguarum prius (alibi σπάσματα) quam diuulsionem sequitur materiæ in spacium intermedium effusio, hanc distensio & tumor, tandem quoq; materiæ ibi collectæ in alias partes uel influxio uel expulsio. Vide signum M.
- Formaliter. Vide signum N.

L. Fluxio-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 328 sur 736

©BIUM

L. Fluxiones, quas ῥεύματα uocant, per anthypophorā tractat.

Obijciat quis: Quomodo fluxiones ab aere fieri possunt, cū manifestè uel pituita uel sanguis in causa esse uideatur? Adde quòd deorsum fertur materia: flatus uerò superna ex sui natura petere solet. N.152.

Respondet Hipp. Aerem nihilominus causam esse. N.153. Videtur autē ῥεύματα in genere dicta diuidere, ut alia sint

Interna, pituita cum alijs humoribus utplurimum cōmixta: ῥεύματα nomine generis: at ratione habitatermini, unde fluunt, καταῤῥοι propriè dicti. Resolutione deducit:

Aere repletæ uenæ capitis grauedinem persentiunt ob flatus multitudinem. N.154.

Flatus multi sanguinem agitant, propter uiarum angustiam. N.155.

Sanguine agitato, id quod tenuißimum est, extra uenas eliditur. N.156.

Quod expulsum est minutim, in unum collectū, è cerebro per alias uias fluere necesse est. N.157.

E' cerebro effluens in partes uicinas influit. N.158.

In partes uicinas influēs, morbū ibi facit, Catarrhum dictū. N.156. (cuius lib. de Locis in homine, septem species constituit.) Deductione ostendit. Si influat in partes uentris

Superioris, ut in

- Oculos, Ophthalmiam parit. N.159.
- Aures, Otalgias, Tinnitus, Surditates generat. N.160.
- Nares, Coryzam facit. N.161.

Medij (ut etiā com. de Vet. medicina, n. 10.) nimirū in

Fauces ipsas, generat ibi

- Inflammationem, Anginam.
- Exulcerationem.
- Asperitatem. N.164. Ratio. Aer enim, qui uocis instrumentum est, & inspirādo & expirando, ad faucium catarrho irrigatarum latera allidens, raucam minimeq; sonoram uocem efficit. N.165.

Pulmones & thoracem, excitat

- Branchum. N.162. Ratio. Quādoquidem pituita acribus & salsis humoribus commixta, in loca insolita incumbens, sua insolentia facilè exulcerat. N. 163. Ergo Branchum, non raucedinem simplicem, sed cum exulceratione iunctam intelligit.
- Tussim, quando pituita aeri per inspirationē exitum molienti desuper illabens occurrit. N.166.

Infimi, Vomitus, Lienterias, Diarrhœas facit.

Ergò propter Aerem uenas capitis replentem Catarrhi fiunt.

Externa, sanguinis extra corpus effluentis. Vide signum ☾

☾ Αἱμορῤῥοι,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 329 sur 736

©BIUM

- Αἱμοῤῥαγίαν, siue Sanguinis effluxum alium facit
  - Cũ catarrho: quem, si λέξιν spectes, cũ præcedentib. cõnectere, & ex aere oriri, sic ostendere uelle uidetur:
    - Ex aere catarrhus in fauces illabitur.
    - In fauces illabens, eas exasperat & exulcerat. N. 167.
    - Hæ exulceratæ propter dolorem incalescunt. N. 168.
    - Incalescentes propter calorem attrahũt desuper à capite. N. 169. Vt 13. Methodi Gal. docet.
    - Caput à reliquo uicißim corpore attrahit. N. 170. Sic etiam 4. de Morbis.
    - A' reliquo corpore attracta materia, aßiduo affluxu ueluti lacunosis poris cerebri redditis (hoc est, qui lacunæ aut paludis instar recipiant totius corporis excremẽtosos humores) tum ad alias partes, tum ad pectus quoq; eadem effunditur. N. 171.
    - Ad pectus delapsa, sui acrimonia exulcerat & uenas exedit. N. 172.
    - Venis exesis effusus sanguis in thoracẽ, tanquam in locũ peregrinũ, putrescit. N. 173. Ratio. Quia extra corpus pelli nequit (N. 174.) Neq; per
      - Superiora, per pulmones, propter grauitatem & craßitiem suam. N. 175.
      - Inferiora, propter obstaculũ septi trãsuersi. N. 176.
    - Putrescens Empyema excitat: quod nisi intra 40. expurgetur, in tabem abit.
    - Ergò ex aere fit hæmorrhagia in empyema desinens.
  - Absq; catarrho, & hunc quoque ab aere ortum suum sumere problematicè ostendit. Quæstionem
    - Proponit. διατὶ δήποτε τὸ πνεῦμα τὸ ἄνευ ῥεύματος (hoc est, sine catarrho præcedẽte) ἀναῤῥήγνυται (perrumpit uenas, & hæmorrhagiam facit?) N. 177. Locum corruptum fuisse ipsa docet methodus, & repetitio eiusdem uocis ἀναῤῥηγνύμενον & ἀναῤῥήγνυται, quarum posterior prioris mendosæ correctio fuit.
    - Soluit. Aër hæmorrhagiæ causa est uel sponte & primariò, nullo alio morbo præcedẽte, uel nõ spõte, sed secũdariò præcedente scilicet alio morbo. διὰ πόνους. N. 178. (τὸ αὐτόματον aliter sumitur com. de Alimẽto, aphorismo 8.) Declarat perruptionem tum
      - Spõtaneam.
        - Aer sponte per inspirationem uenas subit. N. 179.
        - Venas subiens sanguinis meatus coarctat. N. 180.
        - Coarctatis meatibus ut sua uiolentia sanguinem agitat, ita qua parte sanguis copiosißimè coit (nimirum in pectore) uenas perrumpit. N. 181.
        - Venis perruptis fit hæmorrhagia.
        - Ergò ab aere fit hæmorrhagia.
      - Non spontaneam, præcedente scilicet non quidem catarrho, sed altera quadam affectione, nimirum sanguinis aliqua euacuatione uehemente per alias uias facta, ut per nares, per hæmorrhoides, per uterum. Deductio talis:
        - Si quãdo sanguinis fluor maximus acciderit, uenas exinanit, & aerem attrahit. N. 182. Ratio. Nam neceßitate uacui in exinanita loca subit aer. N. 183.
        - Attractus aer uenas inflat, et sanguinẽ, qui superest, agitat, & agitando flatulẽtum reddit.
        - Agitando uiolenter impellẽdo uenas perrumpit.
          - Nempe eandem hic rationẽ esse ait uenæ ruptæ, quam in præced. posuit: adeoq; prouenire à causa diuersa, eũdem effectum. N. 184.

M. Pri-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 330 sur 736

©BIUM

M.

Primo de Morbis, posteaquã de ruptura parua uenarum egit (quam ἀπόῤῥηξιν uocat) addit, non tantùm in uenis, sed & in carnibus leuia ἀπόσματα, hoc est, diuulsiones oriri, absq; suppuratione, ex quibus morbi oriãtur diuturni, eáq; ῥύγματα à quibusdã uocari. Alemannus legit, τὰ δὲ ῥύγματα πάντα γίνεται διὰ τόδε: & conclusionẽ facit præcedentium. At mihi initiũ uidetur sequentium. N. 185. Exempli causa Hydropem assumit. N. 199. Hydropis igitur causam flatum esse

Deducit. N. 185.

Diuulsis uiolenter partibus carnosis à quacunq; tandem causa, spiritus spacia media ratione uacui subit, doloremq; facit. N. 186.

Dolor serum sanguinis è uicinis partibus attrahit.

Serum attractum agitans & inflans spiritus, meatus corporis internos magis adhuc rarefacit, hoc est, distendit, & distendendo laxiores facit. N. 187. Agilitatem præbet spiritus, corpulentiam serum. Alioqui materia ista, utpote frigida & crassa, obstrueret.

In poros distentos ab aere copiosior materia confluit. N. 188.

Copiosiore materia confluente illuc ueluti in paludem, membrum ipsum præter naturã madore perfunditur. N. 189.

Membro madore perfuso putrescit caro & colliquatur. N. 190. Vti etiam com. de Locis in homine.

Caro colliquata, tum quia inutilis, à natura, tum quia grauis, sua sponte, ad pedes descendens, tumorem illic facit, Hydropis indicem. N. 191.

Cõfirmat argumẽto gemino. Altero quidem ab hydropici tumoris

Decremento:

Hydropicis frequenter accidit, ut tumor resideat, uel sua sponte, uel chirurgica manu (uti com. de Locis in homine) cute uel crurum uel etiam abdominis aperta, ita ut aqua per uulnus effluat. N. 192.

Aqua effluens, quæ multa primùm erat, si paruo tempore seruetur, pauca redditur. N. 193.

Pauca autem fit, non per se, sed per accidens, quoniam aer, qui illam inflabat, eiusq; molem augebat, euanescit. N. 194.

Incremento. Euacuata enim semel aqua, uti iam diximus, sæpe bidui triduiue spacio dẽnuò intumescunt. N. 195. Quo posito, sic argumẽtatur:

Hydropicorum tumor tam repentè increscens, à causa aliqua promta & expedita proueniat necesse est.

Atqui causa prõta & expedita

Est Aër undique circunfusus, spacia inania subiens. N. 196.

Nõ potest esse aqua uel

Extrinsecus per potum assumta, cùm tanta quantitate non bibatur. N. 197.

Intrinsecus ex colliquatione carnis nata (ut quis ex n. 188 obijcere potuisset) cùm iam antè caro colliquata fuerit, & supersint tantùm ossa, nerui, atque fibræ carnis, ad colliquationem ineptæ. N. 198. An hinc partium similarium diuisionem quis ex accidente sumat? Quædam quæ colliquari possunt, Sanguineæ scilicet rubræ, quas σαρκώδεις appellat. Quædam non possunt, Spermaticæ, albæ, subdiuisæ secundùm substantiæ diuersitatem in ὀστέα, Ossa (sub quibus etiam Cartilagines) in νεῦρα, Neruos (sub quibus Ligamenta quoq; & Tendines) et in ἰνάς (sub quibus Venæ, Arteriæ, & ipsæ musculorum Fibræ cõprehendantur.)

Ergò ab Aere tumor Hydropicus augetur.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 331 sur 736

©BIUM


Flatus multi & frigidi carnes penetrant & inflant, Substantiam scilicet carnosam cerebri. N. 201.
Carnes inflatæ refrigerantur.
Ort⁹:
Totius, quando totum cerebrum ita fuerit affectum. N. 203. Quæ Apoplexia propriè est.
Refrigerate sensus amissionē inuehunt. N. 202. Vel
Partis, quando pars cerebri, à qua ad partem illam sensus atque motus defertur. N. 204. Sic ἡμιπληξίαν et Paralysin uidetur comprehendere uoluisse.
Deducit, tum respectu
Tollūt penitùs sensum atque motum abolendo. Vt in Apoplexia & Paralysi. Motum & sensum partium sublatum, Ἀποπληξίαν in genere dictum, à flatu itidem oriri affirmat, uel solo, uel certè cum humore coniuncto. N. 200. Vti 2. Aphor. 42. & 6. Aph. 57. Violentā interim causam, ut ictū, uel casum, tanquam manifestè diuersam, & externam, præterimus. Causam
Curationis. Nam si flatus discuti
Queat, soluitur morbus. N. 205. Vt proinde morbi causa proxima esse uideatur.
Nequeat, nō soluitur. N. 206.
Confirmat à symptomate, quod in Paralysi & Apoplexia non uehemente frequens est, ab Oscitatione scilicet & Pandiculatione. N. 207. Ex ijs, quæ n 124. dicta sunt, oscitationem à flatu prouenire uerisimile est.
N.
Formaliter partē affligunt morbi, hoc est, quatenus functionem eius, à forma partis prouenientē, quæ animæ mouentis instrumentū est, uel
Proponitur in genere. Cùm anima corpore ueluti instrumentō utatur: huiusce autem partes sint triplices, Solida nimirum, Humores & Spiritus: Spiritus uerò proximū sint animæ instrumentum, ijq; ipsi humorum parte maximè subtili refocillentur & alantur: Sanguinis profectò, hoc est, totius massæ humoralis, inter solida crassa & subtiles spiritus ueluti media, usus erit, nō tantùm ad solidorū nutritionē, sed multò magis ad spirituum refocillationem. Et proinde quemadmodū conferunt humores ad Corporis habitum, in carnes & ossa & partes alias similares conuersi: ita quoq; ad Animi habitū, in spiritus commutati, quorum motu & quiete omnes animi functiones obeuntur. N. 209.
Declaratur in specie, nimirum in uno genere functionum animalium principum, quorum habitus sunt præstantissimi, theorica nimirum Sapientia, & practica Prudentia: etsi hic confusè illis uidetur uti. Vide signum O.
Basis
Non tollūt penitùs, sed corrumpūt. Vt in Morbo Sacro. Quem morbum à flatu itidem oriri ostendere conatur. N. 208. Vtuel hinc satis intelligi queat, eum, qui sub Hip. nomine circūfertur, de Sacro morbo cōmētariū, spuriū esse. Demonstrationis huius
Deductio subiungitur. Vide signum Q.
O. Sa

©BIUM

φρόνησις *siue intelligentia est ueluti effectus quidam tum Doctri-*
næ, quam ab alio hausimus, tum Inuentionis, quam nostro mar-
te sumus adepti.

Doctrina *autem & Inuentio omnis consuetudine acquiritur, cõ-*
seruatur, propagatur. Confer cũ his ea quæ à principio Παραγ-
γελιῶν *de Instrumentis humanæ cognitionis affert, ubi* λογισ-
μὸν *&* τριβὴν *statuit, Ratiocinationem & Experientiam, illam*
διανοίας, *hanc* αἰσθήσεως *sobolem. Vniuersalium constitutio ab*
intellectu nunquam fieri potuisset, nisi prius ex singularium ob-
seruatione Sensus ceu speculatores quidam Sensui communi ὅλῳ
communicassent, & illud ipsum thesauro Memoriæ conseruan-
dum tradidissent.

Non *mutato, sed eodem se ha-*
bente modo, mentis compos est
homo. N. 210. Quod ipsum tali
Resolutione ex seq. deducta de-
monstrari posse uidetur:

Consuescit *homo eodem sese modo habens ad eadem.*

Eodem *autem sese modo habet, quando sanguis (præcipuum a-*
nimi instrumentum) eodem modo se habet. Ex sanguine enim
spiritus nascuntur, quos animæ proximum instrumentum esse
omnes fatentur.

Sanguis *autem eodem sese modo habet, quando neque ab inter-*
no aliquo motu (ut ab ira, gaudio, timore) neque ab externa a-
liqua causa (nimirum uel ab aere, uel ab alimentis. has enim προ-
φὰς *suprà n. 42 constituit) perturbatur.*

Ergò φρόνησις *siue Intelligentia permanet, quando sanguis non*
perturbatur.

O.
Sanguinis *uires*
magnæ sunt ad sapi-
entiam & pruden-
tiam, quibus omnes
in uniuersum animi
ratione præditi agi-
tationes comprehen
dimus. Sanguine nã-
que

Particulari. *Vide signum* P.

Mutato,
mutat quo-
que intelle-
ctio. N. 211.
Quod quidẽ
multis argu-
mẽtis ostẽdi
potest. N.
212. Tũ in
mutatiõe san-
guinis

Vniuer-
sali. Ratio-
cinatio ta-
lis est:

Quando *consuetudo penitus immutatur, perit intelligentia. N. 223. Ra-*
tio. Omnis enim animi humani functio, usu nititur & perficitur, tũ du-
plex illa, (in hasce duas partes diuidit omnes animæ potentias Arist.)
altera Θρεπτικὴ *(cuius Effecta sunt* παθήματα, *seu Affectus uarij, com-*
moti animi notas in corpore quoque exhibentes: Habitus uerò sunt τὰ
ἤθη, *Mores propriè dicti:) altera* Γνωστικὴ, *cuius Effecta sunt* ἀναγνω-
ρίσματα, *Recognitiones qualescunque, tam theoricæ quàm practicæ:*
Habitus uerò Scientia, Ars, Prudentia, Sapientia & Mens, ut in 6. E-
thicorum. Aut certè intelligentia omnis, siue ab alio per doctrinã hau-
riatur, siue propria industria per inuentionem acquiratur (illud μα-
θημάτων, *hoc* ἀναγνωρισμάτων *appellatione exprimit) nihil est a-*
liud quàm ἔθισμα, *hoc est, eorundẽ eodẽ modo sese habentiũ constans*
obseruatio, longo usu & experientia comprobata. N. 224. Sic quoq;
Plato omnem nostram scientiam reminiscentiã esse, eamq; uel propria
inuentione, uel aliena communicatione comparari asserit.

At *turbato toto sanguine consuetudo penitus immutatur, hoc est, consue-*
tus modus omnium animæ facultatum.

Ergò *turbato toto sanguine perit intelligentia. N. 225.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 333 sur 736

©BIUM

P. In *mutatione sanguinis particulari mentem quoq; mutari ostendit, siue illa accidat*

- Communiter *omnibus animalibus per Somnum.N.213. Deducit:*
  - Somnus *refrigerat sanguinem. N. 214. Ratio. Hoc enim somno à naturâ datum, ut collectis ad interna spiritubus & calore, exteriora refrigerentur. N.215.Proinde 6. Epid. comment. 5. aphoris. 27. in somno concoctionem meliorem fieri asserit. Aut etiam interiora refrigerantur, quòd calor in copiosum alimentum confertim irruens, ceu ignis in lignorum uiridium struem, primò aliquantum imminui & suffocari uidetur, quoad luculentior & firmior euadat.*
  - Sanguis *refrigeratus minus expeditè fluit.N.216.Per somnum enim mouendi ui quiescente, attractio & expulsio sanguinis torpescere uidetur, in cibi retentione & concoctione occupato calore.*
  - Eo *minus expeditè fluente accidit homini & quo ad*
    - Corpus,
      - Totius *Grauitas & Decubitus. N. 217. Ratio. Naturâ enim grauia omnia deorsum feruntur. N. 218.*
      - Oculorum *clausio, concidentibus palpebris.N.219. ὄμματα κλείεται, lego. Sic 3.de Dieta n.145. βλέφαρα βαρέα, & n.207. βλέφαρα πίπτουσιν. Etsi enim hactenus tolerari posset (ut ξυγκλὼ intelligamus pruritum, qui dormiturientium oculos & frontem infestat interdum, ex 3.de Dieta, n.146.) minus tamen ad præsens institutum facere uidetur.*
    - Animum, *Rationis quædam abalienatio, & phantasmatum insolentia, quæ Insomnia dicuntur.N.220.Com.de Insomnijs animam per somnum uigilantem, dormiente corpore, ad semet ipsam redire, & omnia munia corporis per se obire, absque ullo partium ministerio, asserit: hincq; adeò ex insomnijs coniecturas de corporis constitutione desumere docet. Ergò non hic penitùs mutari, sed alterari tantùm mentis discursum arbitratur (διέξοδοι τινες ἕτεραι, non simpliciter ἕτεραι) quòd quiescentibus corporis instrumentis, & sanguinis spirituumq; commeatu impedito, minus perfecta sit functionum administratio: cùm aliter mens discurrat, cùm corpore, aliter sine corpore: illic quidem externis obiectis, hic internis phantasmatibus excitata.*
- Peculiariter *hominibus ex*
  - Vini *usu nimio. Nam in ebrijs manifestè uidemus & ψυχὰς (animæ functiones motuas & sensituas) & τὰ οὐ τῇσι ψυχῇσι φρονήματα (intelligentiam & iudicium) ita concidere & immutari, ut præsentium malorũ obliuiscantur, & futurorum bonorum spem inanem concipiant. N. 221.*
  - Quibuslibet *alijs commotionibus, quæ uel à causa externa proueniant, à concussione, percussione: uel ab interno animi affectu, ut ab ira, gaudio, timore, pudore: in quibus ob commotionem & perturbationem sanguinis maiorem minorémue mens ipsa aliquantùm laborare uidetur. N. 222.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 334 sur 736

Q. Morbi sacri causam à flatibus pendere ostendit tum quo ad paroxysmi epileptici

Ortum. N. 226. in hũc modum:

Quando multus spiritus corpus subintrat, sanguinem turbat, non secus atque uentus mare. N. 227.

Sanguine turbato multæ obstructiones fiunt. N. 228.

Obstructiones liberum transitum sanguinis prohibent. N. 229.

Libero transitu sanguinis prohibito inæquali motu eundem moueri necesse est, alibi celeriter, alibi tardè, alibi penitus immobilem consistere. N. 230.

Sanguinis peruersionem & motum inæqualem, totius corporis partium (quæ à sanguine aluntur & uegetantur) peruersio siue motio inæqualis sequitur, cùm communem hostem omnes ex æquo sui contractione nitantur expellere. N. 231. ὑπηρετοῦντα τὸ αἵματος. Goupylus legit, ὑπηρετοῦντα τὰ μόρια, cùm partes corporis conturbationi sanguinis subseruiãt.

Partium inæqualitatẽ, functionum quoq; inæqualitas ea comitatur, quæ in comitialibus deprehenditur, contractio scilicet seu conuulsio potius corporis. N. 232. Nimirum functionis

Animalis, tum externæ, quo ad sensum & motum: tum internæ, quo ad ratiocinationem. Itaq; nec uident, nec audiunt, nec quo ad tactum sentiunt quicquam. N. 233. Et hoc ipsum à nulla alia causa, quàm à uehementi sanguinis perturbatione prouenire autumat. N. 234.

Naturalis expultricis, quæ spumã per os ejicit. N. 235. Deducit:

Aer per iugulares uenas, hoc est, arterias in cerebrum irruens, tenuissimam sanguinis partem inflat, & per os reijcit. N. 236. Auctor libri de Sacro morbo spumã ex pulmone prodire putat, ob spiritus illic cõclusi agitationẽ.

Sanguinis pars tenuissima inflata & cum aere mixta albescit. N. 237. Ratio. in minimas enim partes diuulsus sanguis, aerem intus concluſum ueluti in uesiculis continens, ab eodem puro & limpido illustratur: sed propter multitudinem partium interruptarum, albedinem tantùm non autem transparentiam affert. N. 238. Cõfirmat signo cuiusuis alterius spumæ, cuius ortus sensui manifestus sit, ut spuma aquæ è sublimi delapsæ. N. 239. Nam quod in 2. Progn. docet Gal. spuma ex spiritu ofa & humida substantia fit, inuicem confracta, uel per motum uiolentum, uel per calorem uehementem.

Cessationem. χειμῶνα interpretor tempestatem, hoc est, paroxysmum. Cui opponitur γαλήνη, tranquillitas, intermissio. Sic enim in eadem metaphora à mari desumta perstat. Cornarius hyberno tempore morbum solui interpretatur: sed copula νόσου coniungit νόσον & χειμῶνα. N. 240. Deducit:

Ob uehementiam paroxysmi corpus incalescit. N. 241.

Incalescente corpore, simul etiam sanguis incalescit. N. 242.

Sanguis incalescens flatus quoq; calefacit. N. 243.

Flatus ubi incaluerint, dissoluuntur simul, & sanguinẽ quoq; congelatum dissoluunt. N. 244.

Dissoluti extra corpus à natura uictrice pelluntur uel sub forma

- Spiritus, per expirationem. N. 245.
- Pituitæ, per spumam. N. 246.

Expulsis aũt è corpore flatibus sanguinis agitatio cessat. N. 247.

Agitatione deniq; cessante, quies sequitur, & paroxysmi solutio. N. 248.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 335 sur 736

III. Epilogo colligit præcedentis dissertationis

Materiam. Quid { Præstiterit. Aerem morborum causam, hactenus ostendi. N. 252.
Promiserit. Morborum autẽ causam ab initio me editurum pollicitus sum. N. 253.

Formam siue Methodum. Ex genere speciem deduxi. Aeris uires

Generatim in omnibus entibus naturalibus demonstraui, tum uerò etiam in corporibus animatis. N. 254.

Speciatim (πρὸς αὐτὰ τὰ ὄργανα προσυθεὶς, ut suprà n. 84.) in morbis procreandis fouendisq; exemplis

Manifestis & expeditis morborum quorundam tum communium, tum particularium, explicaui. N. 255. Vocibus νοσημάτων, ἀλγημάτων, παθημάτων, συμπτωμάτων, item νόσος, λύπης, πόνος, πάθος, συμπτώσει & promiscuè utitur, uti n. 6. & 146. & 147. & 150. 151. 158. 159. & 166. An rebus differentibus nomina quoq; tribui possunt differentia? nimirum ut affectio quælibet, quatenus corpori inhæret, Πάθος, Affectus dicatur: quatenus uerò intellectu comprehenditur & ueluti abstrahitur, Πάθημα, Affectio appelletur. Et sic rursus uel erit

Morbus actu inhærens, Νόσος. Cuius abstracta cõsideratio, uel saltem impressio in corpus facta, Νόσημα constituit.

Accidẽs morbosum, actu inhærẽs, Σύμπτωσις (com. de Humoribus) at ratione abstractum, uel saltem impressio eius, Σύμπτωμα.

Actiones, πόνος dicitur, qui Ἀρρώστημα parit corporis.

Passiones, λύπη uocatur, & Ἀλγήματα corporis efficit.

Minus manifestis aliarum ægritudinum probare uelle, operosiorem & prolixiorem requireret demonstrationem, quæ ipsis tamen neque plus neque plura quàm superior illa ostenderet. Nam qui ijs quæ sensui & rationi manifesta sunt credunt, minus manifestis non indigent, cùm ignotum per notius demonstrari debeat, & frustra fiat per plura, quod paucioribus effici potest. N. 256.

HIP.

©BIUM

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ
De Alimento.

HIPPOCRATIS. Etsi dubitare uidetur Gal. in com. quem in hunc librum scripsit, an sit Hippocratis, non semel tamen Hippocratis esse affirmat. Disertè insuper 2. Aphorismorum 11. & ab initio Artis cur. ad Glauconẽ, locos ex hoc libro pro Hippocrateis adducit. Sunt qui Thessali, alij Herophili esse credant. λέξις certè ab Hipp. non est aliena. Neque τάξις dissentit aphoristica: neque uerò etiam Dogmata ipsa. Hoc unum dubitationem parit, quòd Arteriarum apertè meminit, quas tamen alibi ferè sub Venis comprehendit. Meminit quoque ipsius Pulsus & Musculorum, quos carnium appellatione aliàs complectitur. Cæterùm Arteriarum alibi quoque nunc apertè nunc tacitè nomen agnoscit, ipsius quinetiam Pulsus, & de Veteri medicina quoque Musculi.

Inscriptio:

DE ALIMENTO. Communis hîc titulus, ad Efficientem Instrumentalem Artis pertinens, sub quem in suos ἀπομνημονευμάτων commentarios referre Senex consueuerat, quæcunque de Alimento uel meditatione, uel disputatione, uel lectione cognouisset. Quales etiam sunt duo alij, de Humidorum usu, & de Humoribus. Quòd si quædam ab hoc instituto aliena hîc sunt interspersa, id uel ab alijs, per fas & nefas Hipp. libros augere quæstus causa uolentibus, factum uidetur, uel etiam ab ipsomet auctore, in congerendis per locos communes sententijs, ut sæpè fit, per inconsiderantiam uel præcipitantiam quandam à loculis aberrante. Præter id quòd non pauca hîc reperiuntur generaliter dicta, quę tamen particulariter, respectu scilicet Alimenti, uidentur in præsens adducta.

COMMENTARII huiusce considerandа

Deductio. Locus communis de Alimento uarijs sententijs congestis refertus, sed indigestis, & si Galeno credimus nihil penitus inter se cohærentibus. Ego methodi metas in quibusdam longius protendi debere fortasse non præter rationem sum opinatus. Id quod res ipsa docebit, si quis hæc nostra cum Galeno conferre uolet. Neq; uerò me quis post Homerum Iliada scribere (nam quæ foret uel hæc amentia uel audacia?) sed methodi tantùm umbras in hoc aphoristico com. persequi uoluisse existimet, ut qui quo ad materiam tantùm, quæ ὁμογενὴς est, non autem quo ad formam siue dispositionem, inter Methodicos recipi debeat. A Dioscoride, Capitone, & alijs audaculis, nullā penitus rerum uel cohærentiam uel affinitatē agnoscentibus, multa quo ad λέξιν immutata esse conqueritur Gal. At nos, ipso Titulo persuasi, omnia ferè ad Alimentum transtulimus, quæ alióqui ut generaliter dicta ad alios quoque locos pertinebant: adeoq; ea, quæ inter se cohærere uidebantur, siue uno, siue pluribus constarent membris, sub eundem numerum siue aphorismum retulimus, in suas tamen particulas literarum notis insignitas diuisum. Cæterùm quod Hipp. ipse, si uitam otiumq; habuisset, facturus erat, eius nos leuidense specimen exhibeamus, & methodicæ tractationis de Alimento materiam non uno fasce, sed manipulatim ex hocce com. digestam, rei medicæ studiosis, qui nobis meliora præstare possunt atque debent, ruminandam, ampliandam, expoliendamq; proponamus. Vide signum A.

A. Alimen-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 337 sur 736

©BIUM

A.

Alimentum igitur, siue Nutrimentum (cuius actus est Nutritio, à facultate Nutrice proueniēs) hoc ce com. certis aphorismis persequitur Hip. quorum alij pertinere uidentur ad theoriam

- Generalem, de Alimēti scilicet
  - Causis, ut puta de
    - Subiecto quod alitur. Quod consideratur, ut
      - Totum. Animantia & Animalia quæuis alimento indigent. Aphorismo 21.
      - Partes habet. Aphorismo 4.
    - Forma, siue Nutritione, cui uarij motus inseruiunt, Attractio, Retentio, Alteratio, Excretio, Distributio, Assimilatio: in uniuersum tamen reuocantur ad Appositionem utilis, & Ablationem inutilis, Aphorismo 29.
    - Efficiēte. Agere uidetur igitur de Alimēti Efficiente
      - Principe, de Facultate scilicet Nutrice, quæ prima & maximè necessaria est inter tres facultates Naturales principes: quibus ancillantur quatuor illę decātatæ, Attractrix, Retentrix, Concoctrix, Expultrix. Aphorismo 3. 21. & 34.
      - Instrumētali. In hunc cēsum uenit Alimēti
        - Materia, hoc est, res quæ alere potest. Vide signum B.
        - Locus, tum
          - In quo generatur, in Vētriculo, in Hepate, in Membris.
          - Per quem distribuitur. Vt Aphor. 27.
    - Fine. Aphorismo 2. & 19.
  - Accidētibus, nimirum de
    - Actionibus quas edit in corpus tum in
      - Genere, Iuuando, uel Lædendo. Aphor. 22.
      - Specie, in corpus
        - Sanum.
        - Aegrum. Sic (nisi συντακτικὸν φάρμακον est) de Morborum exalimento
          - Ortu, Aphor. 13.
          - Signis, Aphor. 14.
    - Passionibus. Sic Alimēto accidit
      - Intra corpus assumto, ut id quod est
        - Vtile à parte parti cōmunicetur, per Distributionem.
        - Inutile, è corpore Euacuetur. Aphor. 10. & 16.
      - Extra corpus Præparatio. Aphorismo 8. & 23.
- Specialem. Vide signum C.

B. Rs


B.
Res quæ alere potest considerantur
Vniuersim secundùm
Nomen. Aphorismo 5. & 11.
Rem. Aphorismo 1. & 6.
Particulatim, respectu
Materiæ. Sic Alimentum
Totum, uel est
Spirituosum. Aphorismo 30. & 32.
Corporeum,
Extra corpº, Cibus & Potus, differens
Substantia. Vt Lac, Vinum, Panis, Opsonium. Aphor. 18.
Quantitate, cũ uel mole multa uel pauca offeratur. ut Aphor. 28.
Qualitate, seu Facultate tum
Occulta.
Manifesta
Gustatili, quia Dulce. Aphor. 15.
Olfactili, qa Odoratũ uel non. ex Aphor. 32.
Tactili, qa actu.
Calidum, Frigidum.
Humidum, Siccũ. ex Aphor. 28.
Intra corpus, Succus dicitur. dehoc
Generatim Aphorismo 7.
Speciatim ratione
Substantiæ. ut
Sanguis. Aphor. 26.
Pus. Aphor 33.
Quãtitatis. ut in plethora.
Qualitatis. ut in cacochymia.
Respectu partium (ut Aphor. 33.) partim
Vtile, tum
Per se, quia alit.
Per accidens, quia alimenti distributioni commodat. Serum scilicet. Aphor. 35.
Inutile, & insuper noxium.
Formæ. Sic simile esse oportet alimentum ei quod ali debet, & consonum. Aphor. 18. & 22.
Efficientis. ut Aphorismo 8. & 9.

C. Apho-

©BIUM


C. Aphorismi speciales, de Alimenti differentijs agũt, sumus partim à
Subiecto corpore, qđ alitur. Sic de Alimẽti speciebus respectu
Aetatis
Vniuersim. Aphorismo 23.
Singillatim, tum
Extremæ. ut puta
Puerorum, tũ
Quorumuis. Aphor. 20.
Embryonis, intra uterum. Aphor. 24.
Senum. Aphor. 19.
Mediæ. Ex Aphor. 19.
Constitutionis
Salubris.
Insalubris. V. G. de Alimento
Oßium læsorũ. Aphor. 25.
Vlcerum. Aphor. 33.
Forma, utputa à facili uel difficili Alteratione & Retentione. Aphor. 32.
Efficiẽte tũ
Principe, à Facultate scilicet tum insita, tum influẽte. Sic Nutritio uel proba, uel uitiosa. Aphor. 3.
Instrumentali: nimirum à
Materia. Succus est qui alit. Nutritio proinde uaria, respectu alimenti
Materiæ. Cũ fiat uel per alimentũ
Spirituosum. Vt ex Aphorismo 30.
Humorosum.
Formæ. Sic Facilis alia, alia Difficilis, ob alterationẽ similem. Aphor. 31.
Efficientis. Nempe alia Propria, alia uerò Aliena. Aphor. 22.
Loco. Triplex est alimenti periodus. Aphor. 12.
Fine. Nutritio & corporis
Vires restaurat: sed quo ad Tempus, alia Citius, alia Tardius. Aphorismo 32.
Molem reficit: sed alia secundùm naturam, alia præter naturam, ut in Athletis. Aphor. 19.

APHO/

©BIUM

APHORISMVS I.

ALIMENTVM[a] & alimenti ſpecies, unum & multa. [b] Vnum quidē, quatenus unum genus: [c] ſpecies uerò humiditate ac ſiccitate. [d] Et in his formæ, [e] ac quantitas eſt, [f] & ad quæ, [g] & ad tot.

ΤΡΟΦΗ [a] καὶ τροφῆς εἶδος, μία καὶ πολλαί. [b] μία μὲν, ἢ γένος εὖ· [c] εἴδεσι δὲ, ὑγρότητι καὶ ξηρότητι. [d] καὶ ἐν τούτοισιν ἰδέαι, [e] καὶ πόσον ἐστὶ, [f] καὶ ἐς τίνα, [g] καὶ ἐς τοσαῦτα.



APHORISMVS II.

AVGET aut, [b] & corroborat, [c] & incarnat, [d] & aſsimilat, [e] & diſsimilia facit quæ in ſingulis ſunt, [f] iuxta uniuſcuiuſq; naturam, & iuxta eam quā à principio accepit facultatē.

ΑΥΞΕΙ δὲ, [b] καὶ ῥώννυσι, [c] καὶ σαρκοῖ, [d] καὶ ὁμοιοῖ, [e] καὶ ἀνομοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοισι, [f] κατὰ φύσιν τὴν ἑκάστου, [g] καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 341 sur 736

©BIUM

EFFECTVS *alimenti, ut corpori prosit, considerandus respectu*

- **Formæ**
  - Externæ, *quæ in partium Conformatione spectatur. Alimento ueluti instrumento facultas naturalis ad extensionem & incrementum partis utitur* [a].
  - Internæ, *Temperiei scilicet, quam functiones consequuntur, quas refectis spiritibus corroborat* [b].
- **Materiæ.** *Sic Alimenti beneficio partes reficiuntur, conseruantur, augentur tum*
  - Contētæ, *nimirū*
    - Spiritus.
    - Humores.
  - Continentes, *Solida cuiuscunque generis, per σάρκωσιν, hoc est, similis substantiæ suffectionem* [c]. *Ita quidem ut alimentum partium*
    - Similarium *sit simile. Sic Venosum genus eodem sanguine: Ossa eodem* [d].
    - Dissimilarium *sit dissimile. Sic Cerebrū alio, alio Mēbrana, alio Os, alio Vena* [e].
- **Efficientis.** *Facultas auctrix et nutrix tum*
  - Innata *& propria cuiusq; partis.* φύσις ἑκάστου [f]. *Quam* προϋπάρχουσαν δύναμιν *uidetur paulò pòst appellare.*
  - Influens *à parte principe, unà cum alimento & spiritu, communis omnibus alijs.* ἡ ἐξ ἀρχῆς δύναμις. *Quam paulò post* ἐπεισιοῦσαν δύναμιν *uocat. Sic à Ventriculo in Intestina, ab Hepate in Venas, & ipsa etiam Membra, iugiter defluit uirtus naturalis, cum spiritu simili, ad munia naturalia uegetanda & confirmanda: cùm in his partibus ceu arcibus quibusdā facultas nutrix resideat, peculiari muneri chyli & sanguinis confectioni destinata: quæ in membris alijs, pro illarū natura, paulo diuersa exercet munia. Meminit paulo pòst aphor. 12.* μεγάλης ἀρχῆς, *eamq; in Hepate & Corde & Cerebro collocat, à quibus in uniuersum corpus & sanguis & spiritus & calor distribuatur. & 4. de Morbis, quinque* πηγὰς, *hoc est fontes & scaturigines & principia morborum ponit: Ventrem quidem omnium maximum, fontem Chyli, propter assiduum cibi atque potus ingressum: Cor Sanguinis, Caput Pituitæ, Splenem Aquæ, Folliculum fellis deniq; ipsius Bilis.*

APHORISMVS III.

[a] ΟΜΟΙΟΙ δὲ ἐς δύναμιν, ὁκόταν κρατέῃ μὲν ἡ ἐπεισιοῦσα, [b] ἐπικρατέῃ δὲ ἡ προυπάρχουσα. [c] γίνεται δὲ καὶ ἐξίτηλος, ὁτὲ μὲν ἡ προτέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ἐπιπροσθεθεῖσα· [d] ὁτὲ δὲ ἡ ὑστέρη ἐν χρόνῳ ἀπολυθεῖσα, ἢ ἐπιπροσθεθεῖσα. [e] ἀμαυροῖ δὲ ἑκατέρας ἐν χρόνῳ, καὶ μετὰ χρόνον, ἡ ἔξωθεν συνεχὴς ἐπεισκριθεῖσα, [f] καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον στερεμνίως πᾶσι τοῖσι μέλεσι διαπλακεῖσα· [g] καὶ τὴν μὲν ἰδίην ἰδέην ἐξεβλάστησε, [h] τὴν δὲ προτέρην, ἔστιν ὅτε καὶ τὰς † προτέρας ἐξημαύρωσε.

† ὑστέρας

[a] ASSIMILAT aūt pro uiribus, quādo & ea facultas, quæ superuenit, superior fuerit, [b] & ea insuper, quæ prius inerat, euicerit. [c] Exile autem fit nunc quidem si in priore dissoluatur prius in tempore, quàm superapponatur: [d] nunc uerò si in posteriore dissoluatur prius quàm superapponatur. [e] Abolet autem utranque & in tempore & post tempus illud quod assiduè extrinsecus superingeritur: [f] siquidem per multum tempus omnibus membris pertinaciter implicatum, [g] propriā quidem formam producat, [h] priorē uerò, aliquando autem & posteriores, destruat.

FOR-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 342 sur 736

©BIUM

FORMAM adeoq; species enarrat Nutritionis, ab efficiẽte desumtas: Nutritionis inquãtum

- Probæ (quam Refectio deperditi, Conseruatio præsentis, insuper & Incrementum consectatur) quando δύναμις nutrix suis ueluti pedissequis stipata, attractrice, retentrice, expultrice, præsertim uerò cõcoctrice, ualida fuerit in triplici concoctione, Chyli, Sanguinis atq; Roris. Nutriuntur enim partes omnes humore sibi conueniente: cuius prima formatio in Ventriculo fit per chylum, secunda in Hepate per sanguinem, tertia in ipsa Partis substantia. Vt ergo partes omnes habent in se facultatem nutriendi, ita etiam concoquendi: quæ facultates naturales & insitæ, fouentur & confirmantur à facultatibus influentibus, tum naturalibus per uenas, tum animalibus per neruos, tum uitalibus per arterias. Sic uentriculus à corde & cerebro & hepate robur assumit externum, ab innata facultate internum concoquendi chyli: sic hepar à cerebro & corde alienum, à seipso proprium & coquendi & aßimilandi sanguinis. Sic membra alienum à cerebro, corde, hepate, à seipsis proprium. Proba igitur erit nutritio, quando pars, quæ nutriri debet, sana fuerit, & integra, tum secundùm facultatem
  - Επεισιοῦσαν, Influentem aliunde ab alijs uisceribus. Sic influit parti cuilibet, præter eas, quas habet in se, facultates naturales, noua subinde uis à mẽbris principibus, per uenas, neruos & arterias [a]. Sic intelligo uerbũ κρατέειν: quod Gal. ad τροφὴν referre maluit, uti etiã Cornarius, qui pro κρατέει legit κρατέεται, Quum id quod superingeritur superatur.
  - Γρουπάρχουσαν, Innatam & propriam cuilibet membro, quæ matris familiâs instar reliquas facultates influentes tanquam hospitas excipit, dirigit, & accommodat [b].
- Vitiosæ, ob defectum unius alicuius δυνάμεως ex tribus. Vt namq; consensus & ueluti concentus trium concoctionum harmoniam nutritoriã corporis humani constituit & absoluit: ita uel una sola deficiente, perit harmonia. Sic primo de Diæta n. 120. obscurius. Hîc paulò explicatius, ita tamen ut alteruter locus alterutrius lumen desideret. Videtur ergo hîc triplicem coctionem distinguere, ratione Alimenti, quod coquitur: totidem quoq; uitia coctionis statuere (γίνεται ἐξίτηλος τροφὴ, probum alimentum exile fit, & paucum, excrementoso interim abundante. Gal. ad molem alimenti etiam probi referre uidetur) quando error aliquis contingit uel circa alimentum
  - Internũ, in corpore iam contentum, in sanguinis scilicet coctione, quã hîc τὴν ἔνδοθεν τροφὴν appellare uidetur. Sãguinis coctio duplex est:
    - Prior, in Hepate & Venis, ordine secũda. Circa hanc error cõtingit, quando tẽpore coctionis secundæ chylus in hepar trãsmissus prius emittitur, quàm perfectã coctionẽ acquirat, cuius coctionis finis est initiũ tertiæ coctionis, ut hepatis substantiæ appositus & agglutinatus aßimiletur [c]. Hepar enim naturali ingluuie præditum chylum attrahit, ut omnem conficiat, & in sanguinẽ cõuertat: etsi toto sanguine non indiget, sed parte tantùm, reliquum per uenas in corpus uniuersum transmittit. Talem & aquilæ & leoni naturam tribuunt, uenationẽ copiosam præparantibus, ut reliquiarũ prædæ causa hosce ueluti heros suos & aues & quadrupedes reliquæ consectẽtur. Ἀπόλυσιν hoc loco ἐπιπροσθέσει opponit, eãdemq; alibi ἀπόκρισιν uidetur appellare, hoc solo differentẽ, quòd altera respectu Retẽtricis, altera respectu Expultricis facultatis dicitur. Infrà aphorismo 30. duas conditiones alimenti facere uidetur, ut Aßimiletur & Retineatur. Aßimilationi inseruit μεταβολὴ seu ἀλλοίωσις, incommodat ἀπόλυσις. Retentioni uerò ἐπιπρόσθεσις inseruit, incommodat συνεξανάλωσις, ut ita dicam.
    - Posterior, in Membris fit, ordine tertia. Error consimilis, quando tempore coctionis tertiæ, sanguis ad membrum transmissus ab eodem prius dimittitur, quàm illi appositus & agglutinatus perfectè assimiletur [d].
  - Externum, cuius importatio in Ventriculum ab extra fit, ut ibi in chylum conuertatur. ἡ ἔξωθεν ἐπεισκριθεῖσα τροφή. Vide signum ☞

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 343 sur 736

©BIUM

Tertius error cōtingit, si uel cibi & potus, uel facultatis uitio, probus chylus non conficiatur, ἐν χρόνῳ concoctionis primæ, καὶ μετὰ χρόνον, & post primam concoctionem in secunda & tertia, cùm errata uentriculi neq; hepar neq; membra corrigere queant [e]. Chylus enim crudus hepati & uenis infarcitur, reliquisq; membris aspergitur & adhærescit [f]. Ibi igitur diutius hærens, qualitatem

- Suam uitiosam & corruptam communicat membris, & ἰδίην ἰδέην ἐκβλαστάνει (an Leucophlegmātiam innuit?) Gal. aliter legit: καὶ τὴν μὲν ἰδέην ἐξεβλάστησε, μεταβάλλει τε τὴν ἀρχαιᾶν, καὶ καταφθείρεται, τρέφει τε πεπτομένη. τὴν δὲ προτέρην ἐξαλλάττει, ἐστὶν ὅτε καὶ τὰς προτέρας ἐξημάυρωσε. Cæterùm uidentur quædam in margine addita in contextum postea irrepsisse [g].
- Alienam secundi & tertij alimenti uitiat, corrumpit & abolet: interdū quidem concoctionem uitians ex internis
  - Primam, quæ in hepate & uenis fit, ordine secunda, sed loco inter internas prima, ita quidem ut membra sanguine uitioso rectè nutriri nequeant [h].
  - Secundam, seu secundas, quæ extra uenas in singulis fiunt membris, ordine tertiæ, sed loco inter internas secundæ: ut quantumuis sanguis sit bonus, eo tamen membrum nutriri nequeat, propterea quòd uis eius concoctrix crudo humore ab uentriculo transmisso ueluti obruta sit [i]. Pro τὰς προτέρας, malim ὑστέρας. Paulò antè ὑστέρης in singulari meminit. Hîc in plurali, cùm singula membra singularem habeant tertiam hanc concoctionem.

APHORISMVS IV.

[a] ΔΥΝΑΜΙΣ δὲ τροφῆς ἀφικνέεται καὶ ἐς ὀστέον, [b] καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτοῦ, [c] καὶ ἐς νεῦρον, [d] καὶ ἐς φλέβα, [e] καὶ ἐς ἀρτηρίην, [f] καὶ ἐς μυῶ, [g] καὶ ἐς ὑμένα, [h] καὶ σάρκα, [i] καὶ πιμελὴν, [k] καὶ αἷμα, [l] καὶ φλέγμα, [m] καὶ μυελὸν, [n] καὶ ἐγκέφαλον, [o] καὶ νωτιαῖον, [p] καὶ τὰ ἐντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρεα αὐτῶν. [q] καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίην, [r] καὶ πνεῦμα, [s] καὶ ὑγρασίην.

[a] FACVLTAS alimēti peruenit & ad ossa, [b] & ad omnes illius partes, [c] & in neruū, [d] & in uenam, [e] & in arteriam, [f] & in musculum, [g] & in mēbranam, [h] & carnem, [i] & pinguedinem, [k] & sanguinem, [l] & pituitam, [m] & medullam, [n] & cerebrum, [o] & medullam spinalem, [p] & interanea, omnesq; ipsorū partes: [q] quin etiam in caliditatem, [r] & spiritū, [s] & humiditatem.

ID QVOD alitur, Corpus est humanū, ex uarijs partibus cōpositū, quas hîc confusè recenset. N. 24. Vidētur autem considerari posse uel

- Materialiter, ut scilicet partes quæ aluntur corpora sunt uel
  - Similaria, tum
    - Natiua, iam inde à primo ortu, uel
      - Solida, duobus coloribus uernaculis distincta, Albo & Rubro: cùm alia uideantur ortum suum potißimum debere
        - Spermati: nimirū
          - Os [a]. Cartilago [b].
          - Nerui [c]. Sub quibus & tendines è musculis, & Ligamenta ex oßibus enata comprehendit.
          - Venæ [d].
          - Arteriæ [e].
          - Membrana simplex [g].
          - Cerebri substantia [n].
          - Medulla spinæ [o].
        - Sanguini menstruo: nimirum Caro musculorum atq; uiscerum simplex [h].
      - Fluida:
        - Spiritus.
        - Humores. Sic Sanguinis [k], & Pituitæ [l], facit mentionem.
    - Aduētitia ex alimento, qualis est
      - Pinguedo, ex alimento superueniens [i].
      - Medulla oßium [m].
  - Dissimilaria, ex prædictis composita. Sic hoc loco meminit Musculi [f], & Viscerum [p], & Oßis cum suis partibus, nempe cum Cartilaginibus & Ligamentis [b].
- Formaliter, uti scilicet prædictæ partes alimenti beneficio conseruantur & reficiuntur, uel respectu suæ
  - Qualitatis. ἐς θερμασίην [q].
  - Substantiæ
    - Tenuioris, Spiritus scilicet. ἐς πνεῦμα [r].
    - Crassioris, nēpe Humoris, unde corpus solidū coctione constituitur. ἐς ὑγρασίην [s]. Quam paulo pòst aphorismo 13. uidetur τροφὴν excellenter appellare.

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 344 sur 736

APHORISMVS. V.

[a]ALIMENTI ſpecies hę: Id quod iam nutrit, alimentũ ppriè: [b]& quod nutrimẽto proximũ eſt: [c]& quod nutrimẽtum futurum eſt.

[a]ΤΡΟΦΗΣ δέ ἐστι τὸ τρέφον τοῦτο τροφή, [b]καὶ τὸ οἷον τροφή, [c]καὶ τὸ μέλλον τροφή.

ALIMENTVM id dicitur, quod extrinſecus ad corporis humani nutritionem aſſumitur, uarijs præparationibus eò deductum, ut partibus omnibus licet diuerſis inter ſe aßimilari queat. Proinde prima & ſecunda concoctio ſunt generales præparationes alimenti, per quas colores natiui, ſubſtãtiæ purißimæ ipſius alimenti inhærentes, albus primùm, deinde ruber inducuntur, ad partium omnium tam ſpermaticarum quàm ſanguinearum alimoniam conferentes. Tertia uerò cõcoctio ſingularis eſt, in quam præcedentes omnes tendunt, ut ab ea perficiantur, hoc eſt, ad uſum membrorum ſingularium reducantur. Proinde Alimentum intra corpus receptum tribus modis dicitur (nam quod adhuc extra corpus eſt, æquiuocè tantùm alimenti nomen meretur, quia poteſt aſſumi) quoniam uel alit

- Actu, in tertia concoctione, quando ſanguis extra uenas ipſi membro affuſus
  - Aſsimilatur iam. τὸ τρέφον τοῦτο. Et τροφὴ proprijßimè dicitur [a]. τροφῆς (ſubintellige ἕδρη.) καὶ τὸ τρέφον (quod iam actu nutrit) τοῦτο τροφὴ (κατ' ἐξοχὴν dicitur.)
  - Apponitur, ut aßimiletur. Et οἷον τροφὴ appellatur.
- Poteſtate. τὸ μέλλον τροφή. Siue rurſus potentia iſta ſit
  - Remota. Vt in primæ concoctionis Chylo [b].
  - Propinqua, ut in ſecundæ concoctiõis Sanguine [c].

APHORISMVS VI.

[a]PRINCIPIVM aũt omnium unũ eſt, [b]& finis omnium unus, [c]& idem finis atq; principium. [d]Et quæ particulatim in alimento probè & malè adminiſtrantur: [e]probè quidẽ, quæ prædicta ſunt: [f]malè uerò, quæ contrarium his ordinem habent.

[a]ΑΡΧΗ ἡ πάντων μία, [b]καὶ τελευτὴ πάντων μία, [c]καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή. [d]καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν τροφῇ καλῶς καὶ κακῶς διοικέεται, [e]καλῶς μὲν, ὅσα προείρηται, [f]κακῶς δὲ, ὅσα τούτοισι τοῖσι ἐναντίον ἔχει τάξιν.

ALIMENTI consideratio

- Generalis (καθόλου) una eſt & eadem, ſiue efficientem calorem naturalem concoquentem, in diuerſis partibus diuerſa munia obeuntem, ſpectes, ſiue effectum genere unũ, licet ſpecie diuerſum. Etenim quo ad
  - Effectum, Nutritio una eſt, & prædicta tria Alimenti genera cõueniunt, tum quo ad
    - Principiũ, quod in concoctione, hoc eſt præparatione materiæ alimentaris poſitum eſt, ut quæ actu diſsimilis eſt, ſimilis euadat [a]. Niſi quis per Principiũ unum intelligat Concoctionem primã, quæ in uentriculo fit.
    - Finem, qui in Appoſitione, Agglutinatione & Aßimilatione materiæ conſiſtit [b].
  - Efficiẽtem, una eademq; facultas eſt naturalis Nutrix, cui famulãtur quatuor aliæ (niſi quis quintam Diſtributricem adiungere uelit) & inter eas præcipua Concoctrix, una eademq; omnium membrorum naturalium, pro natura tantùm membri diuerſa uarians. Vti etiam ſentiendi facultas una eademq; pro diuerſitate organorum uidet, audit, olfacit, guſtat, tangit [c].
- Specialis, κατὰ μόρος, ſingularum partium, etſi uideatur peculiare quid habere, ſecundùm ſontes tamen prædictos expendenda [d], ita quidem ut particularis cuiuſque membri nutritio
  - Proba à prædictis cauſis (ſuprà aphoriſmo 3.) rectè & ſecundùm naturam ſe habentibus prouenire ſit cenſenda.
  - Vitioſa à contrarijs. quas ibidem explicauimus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 345 sur 736

APHORISMVS. VII.

[a]ΧΥΛΟΙ ποικίλοι καὶ χρώμασι, [b]καὶ δυνάμεσι, [c]καὶ ἐς βλάβας, [d]καὶ ἐς ὠφελείας, [e]καὶ ὅτε βλάπτειν, ὅτε ὠφελέειν· [f]καὶ πλήθει, [g]καὶ ὑπερβολῇ, [h]καὶ ἐλλείψει, [i]καὶ διαπλοκῇ, [k]ὧν μὲν, ὧν δ' ἐν, [l]καὶ πάντων. [m]ἐς θερμασίην βλάπτει καὶ ὠφελέει, [n]ἐς ψύξιν βλάπτει καὶ ὠφελέει, [o]ἐς δυνάμιν βλάπτει, καὶ ὠφελέει.

[a]SVCCI uarij, & coloribus, [b]& uiribus, [c]& in damnũ, [d]& in commodũ, [e]& qui neq; lędãt, neq; cõmodent: [f]multitudine [g]item, & exceſſu, [h]& defectu, [i]& implicatione, [k]quorũ dam inter ſe, quorundã nõ, [l]& omniũ. [m]Quo ad caliditatem lædunt ac iuuant, [n]quo ad frigiditatem lædunt ac iuuant, [o]quo ad facultatem lædunt ac iuuant.



APHORISMVS IIX.

[a]ΔΥΝΑΜΙΟΣ δὲ ποικίλαι φύσιες. [b]χυλοὶ φθείροντες [c]καὶ ὅλον, [d]καὶ μέρος, [e]καὶ ἔξωθεν, [f]καὶ ἔνδοθεν, [g]αὐτόματοι, [h]καὶ οὐκ αὐτόματοι· [i]ἡμῖν μὲν αὐτόματοι, [k]αὐτὴν δ' οὐκ αὐτόματοι. [l]αὐτὴν δὲ αὖ τὰ μὲν δῆλα, [m]τὰ δ' ἄδηλα· [n]καὶ τὰ μὲν δυνατὰ, [o]τὰ δ' ἀδύνατα.

[a]FACVLTATIS autẽ uariæ naturæ ſunt. [b]Succi corrumpentes [c]& totum [d]& partẽ, [e]forinſecus [f]& intrinſecus, [g]ſpontanei [h]& non ſpontanei: [i]quo ad nos quidem ſpontanei, [k]quo ad cauſam uerò nõ ſpontanei. [l]Quo ad cauſam rurſus alij manifeſti, [m]alij obſcuri: [n]& alij poſsibiles, [o]alij impoſsibiles.

DE

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 346 sur 736

©BIUM

DE Succis speciatim agit, & in una Succorum specie ostendit, quod in alijs quoq; locum habere queat. Succorum Δύναμις siue Facultas, quam humano corpori uel actu imprimunt, uel imprimere possunt, uaria est [a]: siue consideretur respectu

- Effectus quem inferunt. Quoniam uel
  - Conseruant.
  - Corrumpunt [b].
- Subiecti, in quod agunt. Agunt enim uel in
  - Totum corpus [c].
  - Partem aliquam [d].
- Loci, cui applicati agunt. Alij quidem
  - Exterius adhibiti [e].
  - Interius assumti [f].
- Efficiētis, eius à quo motus sui principium sumunt uel
  - Externum, respectu scilicet Hominis, cuius uoluntas, consilium & ars in succorum procreatione, attemperatione, cohibitione spectatur. Hîc primariò προαίρεσις & ars, secundariò φύσις seu φυσικὴ αἰτίη spectatur. Succorum igitur alij agūt respectu eius qui illa adhibet uel
    - Αὐτόματοι, sponte, certo consilio, ut agerent, adhibiti [g]. ἡμῖν αὐτόματοι (ut nō αἰτίη tantùm, sed προαιρέσει quoq; constent) quibus adhibendis, quo ad locum, tempus, modum, uoluntas & ars humana occupatur [i]. Eodem sensu Hesiodus inquit, νοῦσοι δ' ἀνθρώποισι κατ' ἤματα καὶ κατὰ νύκτας αὐτόματοι φοιτῶσι: morbos spontaneos uocans, propria culpa contractos: quos cum Hip. com. de Insomnijs n. 8. δι' ἁμαρτίην ἀνθρώπων conciliatos appellare possemus. Com. de Platibus n. 177 αὐτόματον uocat affectum, qui per πρωτοπάθειαν lædit. At com. de Arte n. 42 pro eo qd' nihil est sumit. Com. de Vet. med. n. 99 pro eo quod sponte sua agit, nulla cura accedente. & n. 116 excretionē humoris aliam facit αὐτόματον, sponte naturæ, aliam ὑπὸ φαρμάκου.
    - Οὐκ αὐτόματοι, non sponte, absq; instituto [h], eo scilicet in quē agūt uel inuito, uel saltem non uolente: hoc est, qui nulla προαιρέσις, sed αἰτίη tantùm agere dicuntur [k], cùm sola in illis spectetur efficiēdi potestas, nullo consilio uel arte accedente. Siue iam corpori in quod agunt à uolente aliquo
      - Adhibeantur, sed diuerso cōsilio. Sic uinū bibit æger, ut sitim sedet, non ut febrem augeat. Et medicus pharmacū infernè purgans exhibet, à quo stimulata natura uomitum inducit.
      - Non adhibeantur, sed fortuitò offerantur. Etsi, posteaquā oblati sunt, uoluntas & ars uel
        - Accedat, quæ conatum hunc naturalem uel promoueat, uel corrigat, uel impediat. Sic natura sæpe deiectionem sua sponte molitur, quā medicus deinde adiuuat, per uias oportunas ducendo.
        - Nō accedat, cū solius naturæ opus sit, omnē artis conatū superantis.
  - Internum, respectu scilicet Potestatis efficiendi, uel à natura insitæ, uel ab arte inditæ, secundùm quam semper & ubiq; in subiectū certum certo modo agere consueuerunt. Hîc primariò φύσις seu φυσικὴ αἰτίη, secundariò tantùm προαίρεσις & ars spectatur. Differunt ergo Succorum facultates, quo ad causæ effectricis
    - Cognitionē. Nā causæ facultatis Succorum uel sunt
      - Certæ & manifestæ [l].
      - Incertæ et occultæ [m].
    - Actionem. Quoniam causa illa succos excitans uel in hominis potestate (producendo scilicet, immutando, corrumpendo, amoliendo, augendo) sita
      - Est. Sic τὰ δυνατὰ intelligo [n].
      - Non est. ἀδύνατα uidetur appellare [o].

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 347 sur 736

©BIUM

APHORISMVS IX.

[a] ΦΥΣΙΣ ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν. [b] ἐς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν [c] κατάπλασμα, [d] κατάχρισμα, [e] ἄλειμμα, [f] γυμνότης καὶ σκεπὴ, [g] ὅλου καὶ μέρεος. [h] θέρμη καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, [i] καὶ στύψις, [k] καὶ ἕλκωσις, [l] καὶ δηγμὸς, [m] καὶ λίπασμα. [n] ἔνδοθεν δὲ, [o] τινά τε τῶν εἰρημένων, [p] καὶ ἐπὶ τούτοισιν αἰτίη ἄδηλος. [q] καὶ μέρει καὶ ὅλῳ, [r] τινὶ τὲ καὶ οὐ τινί.

[a] NATVRA omnibus per omnia sufficit. [b] Huic uerò forinsecus quidem [c] cataplasma, [d] illitio, [e] unctio, [f] nuditas & tegumentum, [g] totius & partis. [h] Caliditas & frigiditas, iuxta eandem rationem, [i] adstrictio item [k] & ulceratio, [l] & mordicatio, [m] & impinguatio. [n] Intrinsecus uerò & [o] quædam ex prædictis, [p] & causa insuper obscura [q]: tum parti, tum toti, & [r] alicui, & non alicui.

CAVSA *Succorũ uarietatis in corpore humano, atque adeò etiã ipsius succi alimentaris,*

- Primaria *quidem est ipsamet Natura, quæ una omnibus corporis humani partibus ex æquo sufficit, earundemq; facultates regit, fouet, atq; promouet* [a].
- Secundaria *& ueluti Instrumentalis sunt ea omnia, quæ ad Naturæ uel adiumentum uel impedimentum tam interius quam exterius offeruntur adhibentur ue. Instrumenta proinde Naturæ, siue naturalia, siue artificialia, tanquam Causas succi uariantis diuidit, quòd Subiectum, cui insunt, consideretur uel*
  - Materialiter *secundùm*
    - Situ. *Sic instrumẽta alia sunt*
      - Externa [b], *considerata*
        - Materialiter. *Cuiusmodi sunt ea, quæ corpori uel toti, uel parti adhibẽtur, siue*
          - Cataplasmata [c].
          - Linimenta [d].
          - Vnguenta [e].
          - Tegumenta, σκεπὴ, *tũ uestiũ, uel totius corporis, uel partis: tũ tecti* [g]. *Cor. omittit.*
          - *Et horum contraria: Non illiniri, non ungi, non uestiri, sed Nudum esse* [f].
        - Formaliter, *respectu scilicet effectus, tanquam formæ, quam corpori imprimunt, uel secundùm qualitatẽ*
          - Primam. *Quia Calefaciũt, Refrigerant* [h].
          - Secundam. *Vt quia Adstringunt* [i].
          - Tertiam. *Quoniã*
            - Exulcerant [k].
            - Mordicant [l].
            - Pinguefaciunt. Λίπασμα, *oblinitio meatuum cutis facta à pinguibus* [m]. *An potius colliquationẽ pinguedinis intelligit, quã alibi* συντήξιν *uocat? Corn. Corrosionem uertit.*
      - Interna [n]: *eadẽq; rursus respectu formæ, quã imprimunt (quatenus sub cognitionẽ cadũt aut patientis aut artificis medici) uel sunt*
        - Manifesta. *Vt quædam prædictorum* [o]: *nimirum quæ uel calefaciendi, uel refrigerandi, uel adstringendi, uel exulcerandi uim habent manifestam intra corpus assumta.*
        - Occulta, *aut sensui, aut etiam rationi.* αἰτίη ἄδηλος [p].
    - Substantiam *uel totam, uel partem. Sic enim Succi tales similes uel dissimiles sunt ob causam aliquam*
      - Externam, *uel in toto, uel in parte.*
      - Internam, *uel in toto, uel in parte* [q].
  - Formaliter, *secundùm temperiem natiuam tum uniuersalem, quam sexus, ætas, regio, uitæ conditio, atque similia, alia & fouere & promouere & ampliare & impedire possunt, tum particularem cuiusque indiuidui propriam. Hoc uidetur sibi uelle uocibus,* τινί τε καὶ οὐ τινί [r].

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 348 sur 736

APHORISMVS X.

[a]EXCRETIONES [b]ſecundũ naturã uẽtris, [c]urinarum, [d]ſudoris, [e]ſaliuæ, [f]muci, [g]uteri, [h]per hæmorrhoidas, [i]thymum, [k]lepram, [l]phyma, [m]carcinoma: [n]è naribus, [o]è pulmone, [p]è uentre, [q]è ſede, [r]è cole: [s]ſecundùm naturam, & præter naturam ſecretiones horum, [t]& alijs, [u]& iuxta aliam rationem, [x]& aliàs, [y]& aliter. [z] Vna natura ſunt hæc omnia, & non una. [aa] Multæ naturæ ſunt hæc omnia, & non multæ. [bb] Medicina ſurſum & deorſum, [cc] & neque ſurſum neque deorſum. [dd] In alimento medicina, optimum. [ee] In alimento medicina malum. [ff] Malum & optimum ad aliquid. [gg] Vlcus, cruſta, ſanguis, pus, ichor, lepra, furfur, ulcera capitis manãtia, impetigo, uitiligo, lentigo, [hh] aliquando lædit, [ii] aliquando prodeſt, [kk] aliquando neq; lædit, neq; prodeſt.

[a]ΑΠΟΚΡΙΣΙΕΣ κ᾽ Φύσιν, [b]κοιλίης, [c]ὄρεων, [d]ἱδρῶτος, [e]πτυάλε [f]μύξης, [g]ὑστέρης, [h]καθ᾽ αἱμορροΐδα, [i]θύμον, [k]λέπρεω, [l]φῦμα, [m]καρκίνωμα· [n]ἐκ ῥινῶν, [o]ἐκ πνεύμονος, [p]ἐκ κοιλίης, [q]ἕδρης, [r]ἐκ καυλε· [s]κατὰ Φύσιν, [t]παρὰ Φύσιν αἱ διακρίσιες τούτων, [u]ἄλλοισι [x]πρὸς ἄλλον λόγον, [y]ἄλλοτε, [z]καὶ ἀλλοίως. [aa]† μία Φύσις ἐστὶ πάντα πάντα, καὶ † οὐ μία. [bb] πολλαὶ Φύσιες εἰσὶ πάντα πάντα, καὶ ἐ μία. [cc] φαρμακείη ἄνω καὶ κάτω, [dd] ἐν τροφῇ φαρμακείη, ἄριστον. [ee] ἐν τροφῇ φαρμακείη, φλαῦρον. [ff] φλαῦρον ἐς ἄριστον πρός τι. [gg] ἕλκος, ἐχάρη, αἷμα, πύον, ἰχὼρ, λέπρη, πίτυρον, ἀχὼρ, λειχὴν, ἀλφὸς, ἔφηλις, [hh] ὁτὲ μὲν βλάπτει, [ii] ὁτὲ δ᾽ ὠφελέει, [kk] ὁτὲ δ᾽ οὔτε βλάπτει, οὔτε ὠφελέει.



Ex=

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 349 sur 736

©BIUM

- Excretionum species præcipuas attingit, desumtas partim ab Excrementi
  - Forma. Excernitur uel utilis uel inutilis succus, uel natura uel arte [a], aut sub specie
    - Stercoris. Sic κοιλίην interpretor, continens pro contento [b].
    - Vrinæ [c]. Sudoris [d].
    - Sputi [e]. Muci [f].
    - Sanguinis
      - Mensium [g].
      - Hæmorrhoidum [h].
    - Substantiæ cuiusuis alterius, nõ unius speciei. Qualis cõspicitur in
      - Thymo seu tuberculo carnoso, instar uerrucæ supra corpus eminente, summum colorem floris thymi representante [i].
      - Lepra [k]. Cancro [m].
      - Phymate seu tuberculo qualicunq; in quacunq; parte [l]. Sic Hip. alibi in urinario quoq; meatu phymata suppurari ait. Gal. 6. Epid. 1. omnes tumores, qui sine causa aliqua externa proueniunt, maximè si extra corpus emineant, sic uocari scribit, ut sunt δοθιήνες, ἀκροχόρδονες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, φύγεθλα: propriè uerò phlegmonem significat partis adenosæ. Vide Gorræi definitiones medicas.
  - Materia subiecta, hoc est, à loco per quẽ excernitur. Verbi gratia per loca
    - Particularia uentris
      - Superioris: ut per Nares [n].
      - Medij per
        - Trachęam, è pulmonibus [o].
        - Gulam, è uentriculo. ἐκ κοιλίης [p].
      - Infimi: ut per Anum [q]. per Pudenda [r].
    - Vniuersalia, per ambitum totius, per Cutim.
  - Fine. Differentiæ prædictæ Excretionum (αἱ διακρίσιες τῶν ἀποκρίσιων, species Excretionum differentes ratione finis, quia bonæ uel malæ) omnes partim secundùm naturam sunt & salubres, cùm prosint, partim contra naturam & insalubres, cùm noceant, respectu scilicet tum subiecti corporis (ἄλλοισι [t]) tum effectus (sic ratione refrigerationis sectio uenæ febricitanti, ratione diuersionis uulnerato conducit, κατ' ἄλλον λόγον [u]) tũ loci, atq; tẽporis (ἄλλοτε, aliàs [x]. Sic sanguinis euacuatio per nares iuueni cõducit, seni non item) tum medij (ἀλλοίως, aliter, alio modo [y]. Sic extrahi potest sanguis sectione, scarificatione, exuctione hirudinum) [s].
  - Efficiẽte. Excretionis huius
    - Princeps, Natura est, facultas scilicet Expultrix in
      - Genere, una & simplex in sui natura, non multiplex. μία, οὐ πολλαὶ [z].
      - Specie, multiplex, pro diuersitate partium, non simplex. πολλαὶ, οὐ μία [aa].
    - Non princeps, naturæ minister Medicus, Instrumẽtis oportunis instructus, siue illa in corpus agant
      - Absq; repaßione. Vt sunt Chirurgica organa. Sic Phlebotomus excretionis minister est.
      - Cum repaßione, ita tamen ut tandem uel
        - Superent. Quæ Medicamẽta dicuntur.
        - Superentur. Et Alimenta uocantur.

APHORISMVS XI.

[a] ΤΡΟΦΗ, οὐ τροφή. [b] ἢν μὴ οἷόν τε ἦ τρέφεσθαι, οὔνομα τροφὴ, ἔργον δὲ οὐχὶ. [c] ἔργον τροφὴ, οὔνομα δὲ οὐχὶ.

[a] ALIMENTVM, non alimentũ. [b] Si nutrire non potest, nomine est alimentum, non re. [c] Re alimentum, non nomine.

ALIMENTI & non alimenti nomina uarijs dicuntur modis. τροφὴ οὐ τροφὴ (subintellige, πολλαχῶς λέγονται [a].) Nomẽ est rei nota. Ergo si res sit multiplex, etiã significatio nominis non una erit. Alimentum ab alendo dictum. Alimonia illa, tanquam forma interna, uel actu uel potentia constat. Forma uerò externa partim Solida, & Cibus dicitur: partim Liquida, & Potus nuncupatur. Eapropter si species

- Totum Alimentum. Vide signum ☞
- Partes alimenti, cũ corpus dißimilare sit, ex diuersis compositum, alia quidem sui parte ad alimoniam erit
  - Aptum.
  - Ineptum. Quod iccirco in Excremẽta abit.

☞ Si

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 350 sur 736

©BIUM



APHORISMVS XII.

[a] IN pilos alimentum, & in ungues, & in extremam ſuperficiẽ ab internis peruenit. [b] Ab externis alimentum ab extima ſuperficie ad interna peruenit. [c] Confluxio una, [d] conſpiratio una, [e] conſentientia omnia. [f] Iuxta generalem quidem partium cognationẽ omnia, [g] iuxta particularem uerò, cuiuſque partis particulæ ad opus [h]. Principium magnum ad extremam partem peruenit. [i] Ab extrema parte ad magnum principium peruenit. [k] Vna natura, eſſe, & non eſſe.

[a] ΕΣ τρίχας τροφὴ, ἐς ὄνυχας, καὶ τὴν ἐσχάτην ἐπιφανείην ἔνδοθεν ἀφικνέεται. [b] ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἐνδοτάτω ἀφικνέεται. [c] ξύῤῥοια μία, [d] ξύμπνοια μία, [e] ξυμπαθέα πάντα. [f] καὶ μὲν οὐλομελίην πάντα, [g] κατὰ μέρος δὲ τὰ ἐν ἑκάστῳ μέρει μέρεα πρὸς τὸ ἔργον. [h] ἀρχὴ μεγάλη ἐς ἔσχατον μέρος ἀφικνέεται. [i] ἐξ ἐσχάτου μέρεος ἐς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται. [k] μία φύσις, εἶναι, καὶ μὴ εἶναι.

Ali-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 351 sur 736

Alimẽti MOTVS est ipsa Distributio et communicatio. Cuius recensetur

- Διότι siue causas. Et quidẽ cõmunicationis & distributionis huius
  - Materia, hoc est, Partes, quibus alimentum distribuitur & communicatur, cõsiderari possunt uel respectu
    - Dignitatis, quæ ex munere & officio pendet. Vt sic aliæ sint partes
      - Principes, Cerebrũ scilicet, Cor, & Hepar, à quibus ceu fontibus per neruos, uenas & arterias riuuli sensus atque motus, uitæ item & alimoniæ in reliquas totius corporis partes etiã minimas & abiectiß. deriuantur [b]. ἀρχικὼν μεγάλων excellenter quis pro Corde sumat. Ego generatim pro qualibet parte principe interpretari malim. Nam cùm com. de Glandulis omnem partem ex æquo & ἀρχικὼν & τελουτικὼν faciat, uoce ἀρχῆς μεγάλης partem principem propriè dictam hìc exprimere uoluisse uidetur.
      - Non principes, siue principibus ministrent, siue non: à quibus ceu emissarijs, aut exploratoribus quibusdam, uicißim in partes principes aliquid boni maliue redire & cõmunicari, quotidiana docet experientia [i]. Sic sanguinis contagium in cute ipsi hepati promtè communicatur, ut in lepra & gallico morbo. Sic calor cordis à bubone fouetur. Sic sensus stupiditas à frigore extremorum.
    - Substantiæ: cùm uel sint
      - Similares. Sic partes omnes κατ' ὁμοιομερίαν consentiunt, in alimento, in uita, in sensu atque motu, quæcunq; similis sunt substantiæ, omnes scilicet uenæ inter se, omnes itidem musculi inter se [f]. Vulgò genus neruosum & uenosum & carnosum uocant. Proinde atrophiam unius musculi sensim quoque reliquis musculis communicari: & sphacelum cruris, reliquorum quoq; ossiũ corruptionẽ inducere: & stuporem unius membri toti generi neruoso molestum esse uidemus.
      - Dissimilares. Sic partes dißimilares ad unius & eiusdem partis organicæ constitutionem (πρὸς τὸ ἔργον) facientes, dicuntur cõsentire κατὰ μέρος in alimento eodem, quo reficiuntur, ita tamen ut quælibet pars sibi familiare trahat: itidem in uitali spiritu: in sensu quinetiam & motu, cùm aliter os, aliter musculus, aliter ligamentũ motiuã uim suscipiat, & dolẽte V. G. crure, aliter neruus, aliter musculus, aliter membrana dolere uideãtur [g].
  - Forma à triplici illa periodo, cuius primo de Diæta n. 140. & de Insomnijs n. 39 meminit, dependet. Etenim circuitus
    - Interni, qui Vegetantis animæ proprius est, & circa alimentum crassum, circa Humores scilicet, occupatur, forma est ξύμπνοια μία, toti & omnib. partibus communis, Confluxio humorum [c]. Quando ad interiora uertuntur, ἀναπωτὶς com. de Humoribus dicitur. Ergò quando ad exteriora, πλημμυρὶς dici posset, metaphora utraque ab æstu maris reciproco desumta.
    - Medij, qui Vitalis animæ proprius est, & circa alimentum subtile, circa aerem scilicet per os & arterias attractum uersatur (quem com. de Flatibus n. 41. & hìc sub finem, alteram alimenti speciem constituit) forma est ξύμπνοια μία, toti & singulis partibus cõmunis spirituũ uitaliũ Cõspiratio [d].
    - Externi, qui Animalis facultatis proprius est, & alimento subtilißimo, spiritu scilicet animali nititur, ut toti corpori, sic partibus singulis sensum motumq; impertiens, forma est ξυμπαθέια μία, Compassio mutua, tum iucundi, tum tristis [e].
  - Efficiens est Natura ipsa, cuius minister est Calor in omnib. omnia administrãs. Vt ergo naturã in primo de Diæta n. 78. idem semper quo ad ortum & interitum moliri ostendit, adeoq; generari & corrumpi, augeri & minui, alterari non alterari, unum & idem esse contendit: cùm motus idem sit, termini quoq; ijdem, & res mobilis essentialiter eadem, habitudine tantùm differens, ut descensus & descensus in scala, modò è Iouis regno ad Orcum, modò ex Orci tenebris in genitalem lucem seminibus rerum æternis contendentibus: ita hìc Motus alimentaris tam uarij unam & eandem causam esse asserit, siue à fonte ad riuos, siue à riuis ad fontes fiat [k]. Sic mihi uniuersale aliàs pronunciatum in præsenti uidetur interpretandum. An fortè εἶναι pro ἰσχὺν positum?

Centro ad circumferentiam, eiusq; partes extimas, ad capillos, ad ungues. κύκλου ἔξω [a].

Circumferentia ad centrum. ἔξωθεν κύκλος [b].

APHo

APHORISMVS XIII.

[a]MORBORVM differentiæ, [b] in alimento, [c] in ſpiritu, [d] in calore, [e] in ſanguine, [f] in pituita, [g] in bile, [h] in humoribus, [i] in carne, [k] in pinguedine, [l] in uena, [m] in arteria, [n] in neruo, [o] muſculo, [p] membrana, [q] oſſe, [r] cerebro, [s] medulla ſpinali, [t] ore, [u] lingua, [x] ſtomacho, [y] uentre, [z] inteſtinis, [aa] ſepto tranſuerſo, [bb] peritonæo, [cc] hepate, [dd] ſplene, [ee] renibus, [ff] uefica, [gg] utero, [hh] cute. [ii] Hæc omnia & in toto [kk] & in parte. [ll] Magnitudo ipſorum, magna, & non magna.

[a]ΝΟΥΣΩΝ διαφοραὶ, [b] ἐν τροφῇ, [c] ἐν πνεύματι, [d] ἐν θερμασίῃ, [e] ἐν αἵματι, [f] ἐν φλέγματι, [g] ἐν χολῇ, [h] ἐν χυμοῖσιν, [i] ἐν σαρκὶ, [k] ἐν πιμελῇ, [l] ἐν φλεβὶ, [m] ἐν ἀρτηρίῃ, [n] ἐν νεύρῳ, [o] μυῒ, [p] ὑμένι, [q] ὀστέῳ, [r] ἐγκεφάλῳ, [s] νωτιαίῳ μυελῷ, [t] στόματι, [u] γλώσσῃ, [x] στομάχῳ, [y] κοιλίῃ, [z] ἐντέροις ὅτι, [aa] φρένες, [bb] περιτοναίῳ, [cc] ἥπατι, [dd] σπλῆνι, [ee] νεφροῖσι, [ff] κύστει, [gg] μήτρῃ, [hh] δέρματι. [ii] ταῦτα πάντα καὶ καθ' ἓν, [kk] ἐν ἑκάστῳ μέρει. [ll] μέγεθος αὐτῶν, μέγα καὶ οὐ μέγα.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 353 sur 736

Morbus idem Magnus & Paruus dici poteſt diuerſo reſpectu. Sic nerui punctio propter membri dignitatem & ſymptomatũ uehementiam magna eſt, ſed ratione formæ parua [11]. Quãtitas enim conſiderari poteſt uel

- Eſſentialiter ſecundum Materiam ſubiectam. Sic partis principis affectio omnis magna. Sic intemperies alibi magna, alibi paruá.
- Accidẽtaliter quo ad
  - Symptomatum multitudinem & uehementiam.
  - Motum. Sic acuti morbi præ chronicis magni.
  - Curationem. Sic alij
    - Salubres.
    - Lethales: & proinde magni.

APHORISMVS XIV.

ΤΕΚΜΗΡΙΑ· [b] γαργαλισμὸς, [c] ὀδυνη, [d] ῥῆξις, [e] γνώμη, [f] ἱδρὼς, [g] οὔρων ἵζησις, [h] ἡσυχίη, [i] ῥιπασμὸς, [k] ὄψιες, [l] φαντασίαι, [m] ἴκτερος, [n] λυγμὸς, [o] ἐπιληψίη, [p] αἷμα ὁλοχερὲς, [q] ὕπνος. [r] καὶ ἐκ τούτων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τρόπια ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελίην ὁρμᾶ. [s] πόνοι ὅλου, [t] καὶ μέρεος. [u] καὶ μεγέθεος σημήια, [x] τοῦ μὲν ἐς τὸ μᾶλλον, [y] τοῦ δὲ ἐς τὸ ἧσσον. [z] καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον, [aa] καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον.

[a] SIGNA: [b] titillatio, [c] dolor, [d] ruptura, [e] mens, [f] ſudor, [g] urinarum ſubſidentia, [h] quies, [i] iactatio, [k] uiſus, [l] imaginationes, [m] icterus, [n] ſingultus, [o] morbus comitialis, [p] ſanguis integer, [q] ſomnus. [r] Et ex his, & ex alijs naturalibus, & quæcunque alia his ſimilia ad detrimentum & utilitatem uergunt. [s] Labores totius [t] & partis. [u] Et magnitudinis ſigna, [x] alterius ad maius, [y] alterius ad minus, [z] & ab utriſq; ad maius, [aa] & ab utriſq; ad minus.

MORBORVM SIGNA non ex Alimento tantùm, ſed etiam ex alijs cauſis prouenientium recenſet [a]. Et uidetur ſanè hæc particula, uti etiam potior pars præcedentis, in hunc com. uel ab ipſo auctore per obliuionem fuiſſe translata (cùm ſub Tit. Morborum referri debuerit) uel ab alijs, qui ut Hippocrateos com. augerent, alienis locis multa infarciuere. Signa igitur morborum alia quo ad

- Eſſentiam, quæ Morbi naturam & locum denotant [a]. Signa ſunt ipſa ſymptomata: eaq; conſiderari poſſunt partim
  - Per ſe, ut uel ſecundum naturam, uel præter naturam, iuuant, læduntue hominem: quorum hîc ſpecies quaſdam recenſet, ex quibus reliqua etiam τοιαῦτα intelligi poſſint atque debeant [s]. Signa ergo ſumuntur, ut ſanitatis, ſic quoque morborum, ab ijs quæ homini ægrotanti uel
    - Inhærent: Vide in ſequentib. ſignum A.
    - Non inhærent, ſed extrà corpus pelluntur, Excremẽta omnium generum, quo modolibet conſiderata, ſecũdùm ſubſtãtiam, quantitatẽ, qualitatem, locum, tempus. Sic meminit hîc Subſidẽtiæ urinæ [b].
  - Reſpectu Morbi. Vide ſignum B.
- Accidentia.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 354 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 355 sur 736

©BIUM

B. Signa uariant respectu Morbi quem indicant considerati secundũ

- Quantitatẽ, uel
  - Simpliciter [x]. Signa morbi
    - Magni [y].
    - Parui [z].
  - Compositè. Sic ergo cùm Magnum & Paruum dicantur uarijs modis, uarias etiam differentias cõpositas morborum sua signa denotabũt, prout magnitudo alio atq; alio respectu dicitur. Exempli causa, signa quædam sunt morbi, respectu symptomatum
    - Magni, q morb⁹ alioq ob partis affectæ dignitatẽ uel sit
      - Magnus.
      - Paruus.
      - ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ μᾶλλον [aa].
    - Parui, qui ob affectæ partis dignitatem uel sit
      - Magnus.
      - Paruus.
      - ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἧσσον [bb].
- Qualitatem, ut quòd boni uel mali sit moris.
- Locũ. Sic πόνοι (generalis uox ad omnia symptomata. nisi Motricis facultatis affectum eximiè intelligere malis) alij
  - Totius [t].
  - Partis [u].
- Tempus. Signa morbi
  - Præteriti. Αναμνηστικὰ.
  - Præsentis, Διαγνωστικὰ. Quæ ipsa tamen morbum rursus uel
    - Præcedunt.
    - Comitantur.
    - Sequuntur.
  - Futuri. Προγνωστικὰ.

APHORISMVS XV.

[a] ΓΛΥΚΥ, ὀ γλυκύ. [b] γλυκὺ ἐς δύναμιν, οἷον ὕδωρ. [c] γλυκὺ ἐς γεῦσιν, οἷον μέλι. [d] σημήϊα ἑκατέρων, [e] ἕλκεα, [f] ὀφθαλμοὶ, [g] ἐς γεύσιες. [h] ἐς ἐν τούτοισι τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧσσον. [i] γλυκὺ ἐς τὴν ὄψιν, [k] ἐς ἐν χρώμασι, [l] καὶ ἐν ἄλλησι μίξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

[a] DVLCE non dulce. [b] Dulce potentia, uelut aqua: [c] dulce gustu, uelut mel. [d] Signa utrorumque, [e] ulcera, [f] oculi, [g] & gustus: [h] & in his magis & minus. [i] Dulce uisu, [k] & in coloribus: [l] & in alijs similiter mixturis dulce magis & minus.

ALIMENTVM, quod alere debet, Dulce esse oportet: quòd hic sapor inter omnes maximè ad alimoniam faciat. Dulce autem non absolutè, sed respectu eius cui tale uidetur. Sic Salix homini amara, capræ dulcis est, hoc est, grata. Nisi enim alimentum gratum sit, à partibus uel non attrahetur, uel malignè concoquetur, uel celerius quàm deceat expelletur. Hinc etiam aphorismus, de cibo malo, sed grato potius quàm bono & ingrato exhibendo. Hac igitur occasione Senex alimentum Dulce actu, non dulce potentia esse pronunciat: aut Dulcè potentia, non Dulce actu. ut uicissim subintelligamus alimentum Non dulce actu, potentia esse dulce: & Non Dulce potentia, actu esse Dulce. Cuius rei ergo à specie dulcedinis alimentaris ad genus uniuersum dulcedinis tanquam à metis ad carceres methodicam doctrinam reuocans, Dulcedinis species

- Proponit [a]. Quod est V. G. gustu
  - Dulce, ut Mel, dici potest &
    - Dulce homini seni.
    - Non dulce homini bilioso, cùm in bilem uertatur.
  - Non dulce, ut Cichorium, dici potest &
    - Dulce bilioso homini, cuius sanguinem attemperat.
    - Nõ dulce pituitoso homini, qui attemperatione sanguinis non habet opus, sed dulci tantùm alimonia.
- Declarat. Vide signum ☙

☙ Dul-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 356 sur 736

©BIUM

Dulcedinis igitur species afferre uidetur tum

- Communes & generales, partim
  - Simplices, quatenus
    - Sunt. Sic ergo Dulce quid est & esse dicitur uel
      - Potentia, quia corpori quomodolibet applicatum, gratum atque amicum præstat officium [b]. Sic Aqua quo ad gustum insipida est: at homini sitienti, cuius ardorem restinguit, & ariditatem tollit, dulcis & grata & amica existit.
      - Actu, quod primo occursu corpori gratum est & amicum & blandum: ut Mel gustui, ut Frigus tactui febricitantis [c]. siue pòst effectum quoq; similem præstet corpus iuuando, siue dissimilem lædendo, ut quando mel in febricitante in bilem uertitur, & frigus concentrato calore febrim auget.
    - Cognoscuntur. Actum & potentiam dulcedinis Sensus dijudicat, Ratione interim succenturiante (συμβίβα appellat ipsa κριτήρια [d]) per metonymiam, nomen instrumenti pro eo qui instrumento utitur, signum pro sensu signum cognoscente: siue sit sensus
      - Tactus partium corporis
        - Sanarum, qui de omnibus tactilibus iudicat.
        - Aegrarum, v. g. exulceratarum. ἕλκεα [e]. Sic ulceribus inimicum acetum, & maximè ingratum, minimè dulce esse, experientia docet.
      - Visus, qui uehementiam colorum dijudicat. ὀφθαλμοὶ [f]. Similiter Auditus Sonos.
      - Gustus, qui eximiè dictam dulcedinem examinat. γεῦσις [g]. Vti Olfactus Odores.
  - Comparatè inter se, ut magis uel minus dulce esse dicatur aliquid [h], comparatum uel
    - Secum, sed diuerso respectu. Sic mel magis actu dulce, minus potentia: uel econtrà.
    - Cum alio. Sic Mel dulcius Sapa.
- Proprias cuique Sensui. Sensus is est, qui id quod gratum & iucundum est ab eo quod ingratum atq; triste dignoscit. Sic ergo Dulce quid uel Non dulce apparet
  - Visui, secùndum obiecta eius, nimirum secundum
    - Lucem. Lux maxima minimè dulcis, mediocris uerò dulcis. ὡς ἡδὺ τὸ φῶς βλέπειν, inquit Iphigenia Euripidis [i].
    - Colores: qui uehementer disgregant, uel congregãt uisum, tristes: qui modicè, iucundi [k].
  - Auditui. Sic sonus horrendus & repentinus omnibus inimicus.
  - Olfactui. Sic Odores suaues, dulces appellantur.
  - Gustui. Hîc eximiè Dulce & Non dulce locum habet.
  - Tactui. Calor & Frigus intensum tristitiam, moderatum uoluptatem parit, ut quod in gustu est dulcedo, id in tactu temperies calidi & frigidi.

  Quas species sub uoce ἄλλων μίξεων comprehendisse uidetur [l].

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 357 sur 736

APHORISMVS XVI.

ᵃ ΑΡΑΙΟΤΗΣ σώματος ἐς ἀφανισμὸν· ᵇ οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. ᶜ πυκνότης σώματος ἐς ἀφανισμόν· ᵈ οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. ᵉ οἱ ἀφανιζόμενοι καλῶς, ἀδυνέσεροι, ᶠ καὶ ὑγιεινότεροι, ᵍ καὶ διανάσφαλτοι. ʰ οἱ ἀφανιζόμενοι κακῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰσχυρότεροι· ⁱ νοσήσαντες δέ, δυσανάσφαλτοι. ᵏ ταῦτα δὲ καὶ ὅλῳ καὶ μέρει.

ᵃ RARITAS corporis ad perſpirationem: ᵇ quibus amplius aufertur, ſalubrius eſt. ᶜ Denſitas corporis ad perſpirationem: ᵈ quibus minus aufertur, inſalubre eſt. ᵉ Qui probè perſpirant, debiliores ᶠ & ſaniores ſunt, ᵍ & à morbis facilè reconualeſcunt. ʰ Qui malè perſpirant, priuſquam ægrotent, fortiores ſunt: ⁱ ubi uerò in morbum inciderint, difficilius reconualeſcunt. ᵏ Hæc autem & toti & parti.

- Proponit. Habitus corporis
  - Raritas *ad tranſpirationem ualdè apta eſt.* ἐπιτήδεα ᵃ. *Tranſpiratio autem facilis & copioſa ad ſanitatem conferi* ᵇ.
  - Denſitas *ad tranſpirationem inepta eſt* ᶜ. (ἀνεπιτήδεα *ſubintellige*) *Tranſpiratio autem pauca & impedita morborum cauſa exiſtit* ᵈ.

IN *omni concoctione Alimenti fit ſeparatio puri ab impuro. Sunt autem tres: inter quas ultima omniũ reliquarum præcipua eſt, & quæ eximiè Concoctionis nomen mereatur, ut quam Nutritio comitetur. Et prima quidem concoctio Chylum conficit, fæces per aluum pellit. Secũda Sanguinem generat, Excrementa in cyſtim & lienem & renes amandat. Tertia Sanguinẽ unicuique parti adaptat: excrementa per cutis poros expellit, per inſenſibilem tranſpirationem, per ſudorẽ, per ſordes, per pilos. Ratione igitur excrementorum tertiæ concoctionis, hominem & ſanum eſſe, & ægrotare, tum in toto corpore, tum in parte aliqua* ᵏ,

- Declarat, & ueluti diſtinguit ea quæ dixerat. Nam qui corporis habitu ſunt
  - Raro, & propterea perſpirabili, ij dum
    - Sani degunt. Alterationẽ ab externis cauſis factam
      - Suſcipiunt *quidem promtè, cùm propter calidi & humidi effluxum facilem corporis robur diſſolutur, & ἀδυνέσιοι proinde ſunt atq; uidentur eſſe* ᵉ. *Sic com. de Vet. med. n. 60.* ἀδυνέσιον *eſſe definit* τὸν τυχόντος καὶ ἰσχνοῦ ἀμαρτημάτων ἅπτεσθαι.
      - Superant *uerò facilè, cùm quicquid contra naturam eſt, non diu moram in corpore trahat, ſed per uias conſuetas expellatur, priuſquam morbum generare poßit.* ὑγιεινότεροι *iccirco iudicandi* ᶠ.
    - Aegrotant, *facilius priſtinæ ſanitati reſtitui, & à præſente malo liberari poſſunt.* διανάσφαλτοι ᵍ.
  - Denſo, *et propterea minus perſpirabili, ij tempore*
    - Sanitatis impreßionem ab externis cauſis factam non ſuſcipiunt promtè, minuſq; leduntur, & propterea ualidiores eſſe uidentur. ἰσχυρότεροι. *At ſemel ſuſcepta impreßione, à ualida cauſa excitata, grauiore caſu ruunt, ſtatimq; in morbũ incidunt, cùm propter corporis denſitatem nequeãt cauſam morbificam prius expellere, quàm morbus generetur* ʰ.
    - Aegritudinis *difficilius ad ſanitatem peruenire poſſunt.* δυσανάσφαλτοι ⁱ.

APHO

APHORISMVS XVII.

[a]PVLMO contrarium corpori alimẽtum trahit: [b]reliqua uerò omnia idem. [c]Principiũ alimẽti ſpiritus, [d]nares, [e]os, [f]guttur, [g]pulmo, [h]& reliqua trãſpiratio. [i]Principium alimẽti & humidi & ſicci, [k]os, [l]gula, [m]uẽter. [n]Verùm antiquius & prius alimentũ, per abdomen umbilicus. [o]Radicatio uenarum hepar. [p]Radicatio arteriarũ cor. [q]Ex his uagantur in omnia [r]ſanguis [s]& ſpiritus, [t]& calor per hæc meat. [u]Facultas una, & nõ una, qua & hęc omnia & ab his etiam diuerſa gubernantur. [x]Alia quidem ad uitã totius & partis, [y]alia ad ſenſum totius & partis.

[a]ΠΝΕΥΜΩΝ ἐναντίην σώματι τροφὴν ἕλκει. [b]τὰ δ' ἄλλα πάντα τὰ αὐτὴν. [c]ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, [d]ῥίνες, [e]στόμα, [f]βρόγχος, [g]πνεύμων, [h]καὶ ἡ ἄλλη διαπνοή. [i]ἀρχὴ τροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς, [k]στόμα, [l]στόμαχος, [m]κοιλίη. [n]ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη τροφὴ, διὰ τοῦ ἐπιγαστρίου, ὀμφαλός. [o]ῥίζωσις φλεβῶν, ἧπαρ. [p]ῥίζωσις ἀρτηριῶν, καρδίη. [q]ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα, [r]αἷμα, [s]καὶ πνεῦμα, [t]καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ. [u]δύναμις μίη καὶ οὐ μίη, ἣ πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἑτεροῖα διοικέεται. [x]ἡ μὲν ἐς ζωὴν ὅλου καὶ μέρεος, [y]ἡ δὲ ἐς αἴσθησιν ὅλου καὶ μέρεος.

EXPLICAT ea, q̃ de Alimenti motu obſcurius ſuprà aphoriſmo XII dixerat. Vt Alimentũ eſt duplex, ita quoque Motus duplex. Differunt ergo

- Forma, & eatenus ſibi contrarij uidentur. Nam ab
  - Exteriore corporis ambitu, per cutis poros, ad ipſum pulmonẽ atq; cor, ſpiritus attrahitur. τροφὴ πνευματώδης [a].
  - Interiore corporis cauitate, à iecore ſcilicet, ad extimos corporis artus ſanguis tranſmiſſus attrahitur. τροφὴ αἱματώδης uel χυμώδης [b].
- Efficiente, tum
  - Inſtrumẽtali. Principia inſtrumentalia Alimenti quatenus
    - Attrahitur,
      - Aerei ueluti oſtia ſunt [c] partim
        - Nares [d]. Os [e].
        - Aſpera arteria [f]. Pulmo [g].
        - Cutis totius corporis [h].
      - Aquei & terrei, cibi ſcilicet & potus, uiæ ſunt [i]
        - Extra uterum
          - Os [k].
          - Gula [l].
          - Ventriculus [m].
        - In utero Vmbilicus, duabus uenis umbilicaribus, totidem arterijs, & urago inſuper conſtans: per quæ uaſa fœtus alimentum à matre conueniens trahit, et urinã emittit [n].
    - Diſtribuitur in uniuerſi corporis ſingulas partes [q],
      - Spiritus quidem inſtrumẽta ſunt Arteriæ à Corde exortæ [p].
      - Humoris uerò Venæ ab Hepate, tãquam à caudice pendentes radiculæ [o].
  - Principali. δύναμις μίη καὶ οὐ μίη. Vna eademq; anima eſt quæ omnia munia obit: & non una, ſed ratione inſtrumẽti & obiecti differens, quæ & ταῦτα (hæc omnia, de quib. in præſens agimus, nutritionis munia, alimentũ ſcilicet utile tum ſanguineũ, tũ ſpirituoſum attrahendo, concoquendo, diſtribuendo, inutile uerò & excrementoſum expellendo) ſed & τὰ ἑτεροῖα (quæuis alia munia facultatis animalis etiam propria) adminiſtrat, obit, atq; perficit [u]. Sic etiam primo de Diæta n. 145. & de Inſomnijs n. 3. ignẽ calidiſſimum, princeps animæ inſtrumentum, in corde ſtatuit.
- Materia. Ex prædictis duobus fontib. in uniuerſum corpus transfunditur &
  - Humidum duplex: nimirũ
    - Tenuius, ipſe Spiritus. πνεῦμα, τροφὴ πνευματώδης [s].
    - Craſsius, Sanguis cum cæteris humoribus. αἷμα, τροφὴ αἱματώδης [r].
  - Calidum duplex [t]. tum
    - Viuificans.
    - Vegetans.
- Fine. Finis omniũ facultatum animæ geminus eſt, nimirum ut & corpus totum & quælibet eius pars
  - Sit. Quæ ζωὴ eſt, humidi ab Hepate, & calidi à Corde perẽni influxu nitens [x].
  - Benè ſit, id quod ſibi amicum eſt & inimicum cognoſcendo. Quæ eſt αἴσθησις, à Cerebro omnibus partibus communicata [y].

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 359 sur 736

APHORISMVS XVIII.

[a] ΓΑΛΑ τροφὴ, οἷσι γάλα τροφὴ κατὰ φύσιν· [b] ἄλλοισι δὲ ἐχί. [c] ἄλλοισι δὲ οἷσιν οἶνος τροφὴ, [d] καὶ οἷσιν ἐχὶ τροφή. [e] καὶ σάρκες, [f] καὶ ἄλλαι ἰδέαι τροφῆς πολλαί. [g] Κατὰ χώρην, [h] καὶ ἐθισμόν.

[a] LAC alimentum, quibus ſecundùm naturam alimentum eſt: [b] alijs uerò non. [c] Sunt quibus uinum alimentum eſt, [d] ſunt quibus non eſt. [e] Carnes ſimiliter, [f] & multæ aliæ alimenti ſpecies. [g] Iuxta regionem itidem, & iuxta [h] conſuetudinem.

VT Alimentũ alat, corpori quod alitur ſimile eſſe debet. Similitudo iſta cõſideratur tum

- Eſſentialiter, quo ad ſubſtantiam ſimilem. Sic igitur V. G.
  - Lac alimẽtum
    - Eſt ijs, quibus ſecundùm naturam ſimile eſt [a]. utputa Pueris & in utero & extra uterum.
    - Non eſt ijs, quorũ ſubſtãtiæ penitus diſſimile eſt [b]. Sic in cholericis corporib. corrũpitur & in bilẽ uertitur: In pituitoſis, in ſenibus, in mucũ abit.
  - Vinum alimentum
    - Eſt ſenibus [c]. Lac ſenum uinum.
    - Non eſt pueris, ſed medicamentum potius [d]. Vinum nimirum puerorum lac.
  - Caro & alimentum eſt & non eſt alijs atq; alijs [e].
  - Reliquæ omnes alimentorum ſpecies ſecundùm quid & alunt & non alunt [f].
- Accidẽtaliter V. G. ſecundùm
  - Regionem. In calidis regionib. Lac, Aqua: in frigidis, Vinum, Piper alere poteſt [g].
  - Conſuetudinẽ. Qui uino aſſueuerit uel lacti, eo prõptius alitur: qui nõ aſſueuerit, difficilius. Vnde tritus aphoriſmus, Cibus deterior, ſed cõſuetus, meliore nõ cõſueto præſtat [h].

APHORISMVS XIX.

[a] ΤΡΕΦΕΤΑΙ τὰ μὲν ἐς αὔξησιν, καὶ ἐς τὸ εἶναι· [b] τὰ δὲ ἢ ἐς τὸ εἶναι μόνον, οἷον γέροντες· [c] τὰ δὲ ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ἐς ῥώμην. [d] Διάθεσις ἀθλητικὴ, ἐὺ φύσει. [e] Ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι. [f] Μέγα τὸ ποσὸν εὐσχόλως ἐς δύναμιν ξυναρμοσθέν.

[a] ALVNTVR alia ad augmentũ, & ad eſſe: [b] alia ad eſſe ſolum, ueluti ſenes: [c] alia inſuper ad robur. [d] Diſpoſitio Athletica non eſt à natura. [e] Habitus ſanus melior in omnibus. [f] Magnũ quid eſt quantitas uiribus ingenioſè accommodata.

Alimenti VSVS, ut corporis uel ſubſtãtia uel uirtus cõſeruetur, augeatur, reparetúrue. Vſus proinde alius

- Simplex, ut ſcilicet tale, quale eſt corpus, conſeruetur, refectione eius quod aſſiduè deperit, ut in Senibus. Et ſic Nutritio uidetur eſſe eius Mali, quod per indigentiam eſt inuectum, Correctio [a].
- Multiplex: nimirum ut nõ tantùm Reficiatur id quod deperditum erat, ueruetiam id quod nõ adeſt Comparetur. Et ſic Nutritio uidetur eſſe eius Boni quod abſens eſt Adiectio, per auctionem corporis, uel quo ad
  - Molem. ἐς αὔξησιν [b]. Augmentum autem iſtud duũm generum, uel
    - Præter naturam, ἀθλητικὴ αὔξησις, qualẽ ſibi Athletæ circumponere ſtudent: πυκνὸν καὶ σάρκωδες proinde, & ad ægrotandum propenſiſſima [d].
    - Secundùm naturã, ὑγιεινὴ, qualem natura ipſa corporibus iuuenilibus accreſcẽtibus dedit [e]. Cuius imitatrix eſt ars Gymnaſtica, magna reuera, & neutiquam cõtemnenda, id unũ ſtudẽs, ut alimenti quantitatem facultatis concoctricis uiribus accõmodet, non tantùm ſupplementi, uerumetiã incrementi cauſa [f]. Huius dicti Gal. ab initio libri de Arte ad Glauconem meminit. Ea de cauſa libros de Diæta Hip. ſcripſit, & ex intimis naturæ penetralibus Diæteticen, quã Gymnaſtæ, licet philoſophiæ imperiti, ipſo tamen uſu ſuam fecerant, deducere uoluit: eoq; inuento ſolo gloriatur.
  - Vires. ἐς ῥώμην. Vt in Viris [c].

APHORISMVS XX.

[a] ΓΑΛΑ καὶ αἷμα τροφῆς πλεονασμός. [b] περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, [c] ἐς ἔμβρυον, καὶ ἐς τὸν τέτταρα τροφόν. [d] αὖθις δὲ ἄνω ῥέπει, ἐς γάλα, καὶ ἐς τροφὸν, καὶ ἐς βρέφος.

[a] LAC & ſanguis alimenti redundantia. [b] Circuitus conſoni ad multa conferunt, [c] ad fœtũ, eiuſq; alimentũ. [d] Rurſus aũt ſurſum repit in lac, & in alimentum, & ad infantem.

DE

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 360 sur 736

DE ALIMENTO pueorũ tum intra tũ extra uterum agit. Huius igitur

Materia est Lac & Sanguis superfluus matris [a].

Forma siue modus est idẽ ferè cum eo, qui in adultis est. πέψοδος ἐς πολλὰ σύμφωνος [b]. Symphonia autem grauis & acuti est contemperatio, hoc est, humidi & sicci: uti 1. de Diæta n. 120. Πέψοδον alimenti, ipsum motum alimenti ab extra ad intra, ab intra ad extra, appellari, in præced. diximus. Vti ergo in adultis foris assumtum alimentum ad hepar peruenit, illicq; in sanguinem conuersum ad totius corporis alimoniam distribuitur: ita puer alimẽtum suum forinsecus uel ex matris utero, uel postquam in lucem editus est ab eiusdem mammis desumtum in hepatis concoctrice præparatum, singulis partibus assimilat. Ergo pueri alimentum

Primũ (quod paulò antè ἀρχαιότερον appellauit) est ipsius embryonis, qui per umbilicares uenas & arterias in utero matris alimentum conueniens sugit [c]. Mira namq; prouidentia naturæ, ad conseruationem speciei per continuatam sobolis procreationem intentæ, muliebris sexus plus alimenti, quàm sibi conueniat, concoquit, adeoq; semper in tertia concoctione aliquid redundat, quod in non prægnantib. ut inutile per menses excernitur, in prægnantibus uerò tanquam utile, non matris sed pueri alimoniæ inseruiturum, ad uterum transmittitur.

Secundum, quando extra uterum editus uiuit, est ipsum lac maternum, ex eodem sanguine superfluo matris ortum, qui alioqui in mẽses abiturus erat, ab utero ad mammas raptus, illicq; leui immutatione dealbatus. αὖθις (post partum) αὖθις ῥέπει (τὸ αἷμα) ἐς γάλα (ut in lac in mammis conuertatur. Lac uerò) ἐς πρῶτα (ut in uentriculo pueri primam alimẽti formã suscipiat: in hepate uerò) ἐς βρέφος abeat, hoc est, ut substãtiæ pueri sanguis in singulis membris assimiletur [d].

APHORISMVS. XXI.

[a] VIVIFICANTVR non animalia, [b] uiuificantur animalia, [c] uiuificantur partes animaliũ, [d] Naturæ omniũ nullo doctore usæ sunt.

[a] ΖΩΟΠΟΙΕΙΤΑΙ τὰ μὴ ζῶα, [b] ζωοῦται τὰ ζῶα, [c] ζωοῦται τὰ μέρεα τῶν ζώων. [d] φύσιες πάντων ἀδιδάκτοι.

ALIMENTI Efficientẽ causam Principem suprà constituit unam & eandem cum cæteris, quæ in corpore secundùm quasuis facultates obeuntur, actionibus, Animam scilicet: differentem tamen pro ratione instrumentorum: quorum alia ad Vitam, alia ad Sensum partibus largiendum sunt destinata. Ad uitã quidẽ ea, quæ alimentum ex hepate & corde: ad sensum uerò, quæ à cerebro uim sentiendi in uniuersum corpus transmittunt. Hac igitur ratione Alimentum Vitæ causa est omnibus uiuentibus, tanquam instrumentum, quo anima uegetatrix utitur, ut humore atq; calore uitæ principia innata foueat atq; reficiat. Vitæ igitur uegetantis ab alimento dependentis

Differentias respectu eorũ, in quibus reperitur, recensct, Vegetantium scilicet & Animalium. Gal. ad Fœtus in utero conformationẽ hæc refert, qui primum Platæ, mox Animalis, tandem Hominis uitam uiuere uideatur. Mihi uerò generaliter loqui uidetur Hip. Alimento ergo uegetãtur tum

Animantia & Vegetantia propriè dicta. ζώοισι quidem, hoc est, uiuunt, & alimento ζωοῦνται uiuificantur, & in uita cõseruantur, non tamen dicuntur ζῶα, cùm perfectiorẽ uitæ gradũ, qui solis Animalibus inest, & sensu atq; motu definitur, non attigerint: sed primum tantùm, eumq; infimum uitæ gradum, in alimento attrahendo, concoquendo & assimilando, obtinuerint [a].

Animalia, quæ non tantũ ζώοισι, & ab alimento ζωοῦνται (quo ipso cum uegetantibus communicant, & primum uitæ gradum obtinent) uerumetiam ζώοις appellationem eximiè merentur, propter perfectiorem ζωὴν, motũ atq; sensu circumscriptam: quem secundum uitæ gradum facimus, atque etiam tertium, si illi rationẽ iunctam intelligamus. Viuificantur ergo ab alimento Animalia tum

Tota. Sic totum animal, quod uitæ munia obit externa sentiendo atque mouendo, ab alimento uires suas accipit, conseruatur, reficitur & auigetur [b].

Secundùm partes singillatim consideratas, nõ modò quæ sensum atque motum manifestum habent, ut Musculi: uerumetiam quæ uel non habent penitus, uel certè obscurum admodum: ut Caro simplex, ut Ossa [c].

Efficientem esse Naturam inquit, tum totius, tum partium singularum, ἀδιδάκτου, quæ absque arte & doctrina, nullo scilicet doctore usa (in 6. Epid. ἀπαίδευτον uocat) in alimenti attractione, concoctione, distributione, assimilatione, uitæ humanæ suapte sponte consulit, ita ut ne in somnis quidem à suo munere ferietur [d].

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 361 sur 736

APHORISMVS XXII.

[a]ΑΙΜΑ ἀλλότριον, ὠφέλιμον· [b]αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον· [c]αἷμα ἀλλότριον, βλαβερὸν· [d]αἷμα ἴδιον, βλαβερόν. [e]χυμοὶ ἴδιοι, βλαβεροὶ· [f]χυμοὶ ἀλλότριοι, βλαβεροὶ. [g]χυμοὶ ἀλλότριοι, ξυμφέροντες· [h]χυμοὶ ἴδιοι, ξυμφέροντες. [i]τὸ ξύμφωνον, διάφωνον· [k]τὸ διάφωνον, ξύμφωνον. [l]γάλα ἀλλότριον, ἀτρεῖον· [m]γάλα ἴδιον, βλαβερόν. [n]γάλα ἀλλότριον, βλαβερὸν· [o]γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον.

[a]SANGVIS alienus utilis: [b]sanguis proprius utilis. [c]Sanguis alienus noxius: [d]sanguis proprius noxius. [e]Humores proprij noxij: [f]humores alieni noxij. [g]Humores alieni commodi: [h]humores proprij cómodi. [i]Consonans dissonans est. [k]Dissonans consonans est. [l]Lac alienum bonum: [m]lac proprium noxium. [n]Lac alienum noxium: [o]lac proprium utile.

ALIMENTI differentiæ ratione EFFECTVS, quoniam uel iuuat, uel lædit. Quod ipsum ostendit tum in alimẽto

- Interno & propinquo, in Humoribus scilicet, respectu τοῦ ὅτι in
  - Specie. Sanguis ergo, p quarto humore sumtus, nunc
    - Iuuat & utilis est, tum
      - Alienus. Matris scilicet sanguis bonus est ipsi fœtui in utero [a].
      - Proprius. Sic extra uterũ sanguine proprio puer alitur [b].
    - Nocet & inutilis est, tum
      - Alienus. Matris sanguis corruptus fœtui in utero incommodat [c].
      - Proprius. Quod in cacochymia & phletoria patet, idq; ipsum in mulieribus retenti menses satis ostendũt [d].
  - Genere. Quod de una specie dictum est, de Sanguine scilicet, de toto genere Humorũ etiam intelligendũ est. Nempe quòd χυμοὶ modò
    - Lædunt, tum
      - Proprij [e].
      - Alieni [f].
    - Prosunt. Siue
      - Proprij & familiares [g].
      - Alieni, & peregrini [h].
  - Διότι. Etenim
    - Prodest τὸ διάφωνον primo aspectu, & propterea ἀλλότριον, ξύμφωνον tamen reipsa & ἴδιον redditũ. An ad symphonias concoctionum trium alludit, de quibus in primo de Diæta? Sic ergo alimẽtum quoddam διάφωνον per se, utputa botrus immaturus, ξύμφωνον fieri potest assumtum & rectè concoctum [i].
    - Obest τὸ ξύμφωνον, & propterea ἴδιον, reipsa tamen διάφωνον & ἀλλότριον factum [k]. An hoc uult, Alimentum ξύμφωνον, hoc est, pulcrè concoctum, non crudum, respectu sui principij, & quatenus extra corpus est, si intra corpus assumtum non rectè coquatur, reddi διάφωνον: ut si cibus per se optimus, uel quo ad tempus, uel quo ad qualitatem, uel quo ad subiectũ incõsideratè offeratur. Sic uitulina præter modum ingesta: uinum datũ febricitanti. Similiter in utero matris sanguis, licet perfectè coctus, fœtui iam suam maturitatem adepto non confert amplius.
- Externo, ut in lacte. Sic Lac
  - Proprium & familiare modò
    - Prodest [l].
    - Obest [m].
  - Alienum modò
    - Prodest [n].
    - Obest [o].

APHO

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 362 sur 736

©BIUM

APHORISMVS XXIII.

[a]CIBVS iuuenibus leuiter coctus: [b]Senibus ad ſummum trãſmutatus: [c]His qui in uigore ætatis conſiſtunt non tranſmutatus.

[a]ΣΙΤΙΟΝ νέοισιν ἀκροσυπὲς · [b]γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον · [c]ἀνδράζουσιν ἀμετάβλητον.

ALIMENTO extrinſecus oblato accidit, ut facilioris concoctionis cauſa præparatione egeat. Præparationis modi ſunt uarij, nam & fines uarij, et ſubiecta uaria, hoc eſt, ea quorum cauſa præparatur. Alimenta igitur, reſpectu hominis cuius ſunt alimenta cõſiderati in

- Genere, alia præparationem externam ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ uel
  - Non requirunt, cùm naturæ humanæ uniuerſim amica ſint etiam cruda. Vt lac maternum quod pueri ſugunt: ut unum [a].
  - Requirunt, cùm naturæ humanæ uel exigua uel etiam maiore præparatione adhibita uniuerſim commodent. Sic lac uaccinũ in defectu materni pueris exhibetur, & caro omnis uel elixationẽ uel aſſationẽ poſtulat [b].
- Specie ſecundùm uarias differẽtias, Sexus, Regionis, Temporis, Aetatis, præparationem uel nullam, uel aliquam, aliàs aliam, pariorem, largioremue requirunt. Exẽpli cauſa differẽtiæ corporis humani ſumtæ ab ætate, Alimenti quoq; præparationem uariare faciunt. Ergo cibus, qui & crudus & coctus hominis naturæ conuenire poteſt, alij tamen ætati
  - Crudus conferet, ei ſcilicet, quæ calorem ualidũ habet, ut alimentum uel abſq; præparatione rectè poßit concoquere. Qualis eſt ætas ἀνηβαίοντων, hoc eſt iuuenum & adoleſcentium propriè dictorum, quorum uentres ſunt calidißimi [c].
  - Nõcrudus, ſed præparatus atque coctus cõfert, ſed coctione rurſus uel
    - Imperfecta & inchoata tantùm (quod hîc ἀκροσανὲς uocat, quaſi tu dicas inquinamentum & ueluti rudimentum coctionis) ætati nimirum puerili, quæ ut caloris plurimum habeat, tamen adiuncta humiditate hebetatur, & proinde leuem præparationẽ exigit ad cibum facilius concoquẽdum. Sic Nutrices pueris præmanſum cibum & in ore leuiter maceratum ingerere conſueuerunt [a].
    - Perfecta & ſumma, ætati uidelicet ſenili, cui ob defectũ caloris cibus optima præparatione ueluti præmandicandus eſt [b].

APHORISMVS XXIIII.

[a]AD conformationẽ, ſoles triginta quinque: [b]ad motum, ſeptuaginta: [c]ad perfectionem, ducenti & decem. [d]Alij tradunt, ad formam, XLV. [e]ad motum, LXXVI. [f]ad exitum, CCX. [g]Alijs ad ſpeciem, quinquaginta: [h]ad primum ſaltum, centum: [i]ad perfectionem, trecenti. [k]Alijs ad diſcriminationẽ, XL. [l]ad tranſitum, LXXX. [m]ad elapſum, CCXL. [n]Non eſt, & eſt. [o]Naſcuntur enim in his temporibus, [p]tũ ſecundùm totũ [q]tum ſecundùm partes conſideratis, & plures & pauciores: [r]neq; tamẽ multo plures quã pauciores: [s]pauciores uerò tot: & quæcunq; alia his ſimilia.

[a]ΕΣ τύπωσιν, λε ἡέλιοι, [b]ἐς κίνησιν, ο· [c]ἐς τελείοτητα σι. [d]ἄλλοι φασὶ, ἐς μορφὴν, με. [e]ἐς κίνησιν, ος · [f]ἐς ἔξοδον, σι. [g]ἄλλοι, ν ἐς ἰδέαν · [h]ἐς πρῶτον ἅλμα, ρ· [i]ἐς τελειότητα, τ. †[k]ἐς διάκρισιν μ· [l]ἐς μετάβασιν, π· [m]ἐς ἔκπλωσιν, σμ· [n]ἔκ ἔστι καὶ ἔστι. [o]γίνεται γὰρ ἐν τούτοισι καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω, [p]καὶ ὅλου, [q]καὶ κατὰ μέρος· [r]ἀ πολλὸν γὰρ πλείω, [s]ἐλάσσω· τὰ γὰρ ἐλάσσω τοσῶνδε, [t]καὶ ὅσα ἄλλα τούτοισιν ὅμοια.

NON tantùm extra, ſed in ipſo etiam matris utero pueros alimento indigere (ut primùm conformari tanquam Plantæ, mox tanquam Animalia ſenſu atq; motu inſtrui poßint: tandem ubi præſenti alimẽto ſuſtentari amplius nequeunt, in lucem tanquam Homines edantur) hoc loco uidetur oſtendere uoluiſſe: maximè quia paulò antè Alimentum ἐς ζωὴν conferre affirmauit. Sanguine menſtruo fœtum ali conſtat. Eius cùm ſecundùm naturam in non prægnantibus expurgandi uaria ſint tempora, partum nunc citius nunc tardius edi, ex com. de Natura pueri, de Septimeſtri & Octimeſtri conſtat: præter id quòd ſemen quoq; aliud ſeptimeſtre, aliud nouimeſtre uidetur eſſe: inſuper uerò ſexus ipſius pueri diuerſitatem facit, quòd mas citius conformetur & moueri incipiat, quàm fœmella. Vt ergo duo fœtus tempora extrema ſunt, Cõceptus intra ſeptimum diem, & Partus poſt ſeptimum menſem: ita media ſunt totidem, alterum quod Materiam, hoc eſt, ſubſtantiam corporis reſpicit, ut hoſpiti nobiliß. animæ ſcilicet, domicilium conſtruatur, per conformationem omnium partium: alterum quod Formam concernit, quo anima introducta fœtus moueri incipit. Quando ergo uniuerſale totius geſtationis tempus, à conceptu primo uſque ad partum uel differtur, uel acceleratur (cùm quædam ſeptimo, quædam decimo, quædam octauo pariant) intermedios quoque motus, qui in certis diorum quadragenarijs fiunt, uel produci uel accidi neceſſe eſt. Vide ſignum ☙

☙ De

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 363 sur 736

©BIUM



APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 364 sur 736

©BIUM

APHORISMVS XXV.

[a] OSSIVM alimentum ex confractione. [b] Naſo bis quinq;: [c] maxillæ & clauiculæ, & coſtis duplicia: [d] cubito triplicia: [e] tibię & brachio quadruplicia: [f] femori quintuplicia. [g] Et ſi quod in his plus aut minus poteſt.

[a] ΟΣΤΕΩΝ τροφὴ ἐκ κατάξιος. [b] ῥινὶ δὶς πέντε· [c] γνάθῳ, καὶ κλεῖδι, καὶ πλευρῇσι, διπλάσιαι· [d] πήχει, τριπλάσιαι· [e] κνήμῃ, καὶ βραχίονι, τετραπλάσιαι· [f] μηρῷ, πενταπλάσιαι. [g] καὶ εἴ τι ἐν τούτοισι σῶμα πλέον ἢ ἔλασσον.



APHORISMVS XXVI.

[a] SANGVIS humidus, [b] & ſanguis ſolidus. [c] Sanguis humidus, bonus: [d] ſanguis ſolidus, malus. [e] Ad aliquid omnia mala & bona ſunt.

[a] ΑΙΜΑ ὑγρὸν, [b] καὶ αἷμα στερεόν. [c] αἷμα ὑγρὸν, ἀγαθὸν· [d] αἷμα στερεόν, φλαῦρον. [e] πρός τι πάντα, φλαῦρα καὶ ἀγαθά.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 365 sur 736

©BIUM

SANGVINIS tanquã Alimẽti proximi differẽtias proponit quo ad
- Substantiam. Sanguis
  - Crassus, & propterea consistens [b].
  - Tenuis, & fluidus, & humidus [a].
- Vsum in
  - Specie. Sanguis ergo
    - Crassus, nunc malus est, nunc bonus [d].
    - Tenuis, nunc bonus, nunc malus [c].
  - Genere. Bonum & Malum (ut in præced. passim, ita etiam hîc) non absolutè, sed secundum quid dicuntur, respectu scilicet eius cui talia sunt [e].

APHORISMVS. XXVII.

ΟΔΟΣ ἄνω κάτω, μία. — VIA sursum deorsum una.

ALIMENTI uiæ & ueluti canales sunt Venæ & Arteriæ, sursum & deorsum intra & extra perreptantes, per quas ultro citroq; alimentum per uniuersum corpus distribuitur. Hanc alibi πεφόδιον, hîc ὁδὸν appellat, & siue superiora, siue inferiora, siue exteriora, siue interiora petat, subiecto eadem, habitudine tantùm differens, uti in scala ascensus & descensus.

APHORISMVS XXVIII.

[a] ΔΥΝΑΜΙΣ τροφῆς κρέσσον, ἢ ὄγκος· [b] ὄγκος τροφῆς κρέσσων, ἢ δύναμις· καὶ ἐν ὑγροῖσι, καὶ ἐν ξηροῖσιν.

[a] VIS alimenti melior quàm moles: [b] moles alimenti melior quàm uis: & in humidis & in siccis.

ALIMENTVM uiribus respondere debet, siue siccum sit (Cibus propriè dictus) siue humidum (Potus scilicet) & quo ad suam
- Materiam, siue Molem, quæ actu sub sensum cadit. Sic interdum præstat alimentum esse magnum mole, licet parum nutriat.
- Formam, siue Alimoniam, quam δύναμιν, hoc est, alendi potentiam uocat. Sic præstat interdum mole esse paruum, sed facultate magnum, ut multum alat, V.G. in uentriculo debili.

APHORISMVS XXIX.

τὸ αὐτὸ [a] ΑΦΑΙΡΕΕΙ καὶ προσίθησι τὸ αὐτό· [b] τῷ μὲν ἀφαιρέει, [c] τῷ δὲ προσίθησι τὸ αὐτό.

[a] DETRAHIT & apponit non idem: [b] & rursus alteri quidem aufert, [c] alteri uerò apponit idem.

NVTRICI facultati tãquam principi famulantur non principes quatuor decantatæ, Attractrix, Retentrix, Concoctrix & Expultrix (sub qua Distributricem quoq; uidentur complecti.) Quarum tamen in uniuersum duo sunt effectus tantùm, Appositio & Ablatio. Qui quidem spectantur uel in subiecto
- Eodem, in eadem parte, quæ id quod amicum est ac gratum retinet & apponit sibi: quod ingratum, tanquam excrementum expellit (ἀφαιρέει καὶ προσίθησι δὲ τὸ αὐτό [a]. Sic lego, pro τὸ τὸ αὐτό.) Non eadem est alimenti pars, quæ à membro quolibet & apponitur & aufertur, sed diuersæ altera utilis, altera excrementosa.
- Diuerso; in diuersis partibus, quarum altera expellit aliquid, tanquam excrementum uel qualitate uel quantitate sibi inimicum: altera econtra illud ipsum tanquam amicum attrahit, & sibi apponere conatur [b]. Sic hepar bilem expellit, uesicula attrahit.

APHORISMVS XXX.

[a] ΦΛΕΒΩΝ διασφύξιες, καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος, καθ' ἡλικίαν, καὶ ξύμφωνα, καὶ διάφωνα· [b] καὶ νόσου καὶ ὑγείης σημήια· [c] καὶ ὑγείης μᾶλλον ἢ νόσου, [d] καὶ νόσου μᾶλλον, ἢ ὑγείης. [e] τροφὴ γὰρ καὶ πνεῦμα.

[a] VENARVM pulsationes, & respiratio spiritus, iuxta ætatẽ, & consonantia & dissonantia sunt: [b] & morbi & sanitatis signa: [c] & sanitatis magis quàm morbi, [d] & morbi magis quàm sanitatis. [e] Nam spiritus quoque alimentum est.

SPI-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 366 sur 736

©BIUM

SPIRITVM Alimenti ſpeciem eſſe lib. de Flatibus profitetur, & hîc repetit. Huius autem uiæ geminæ: altera manifeſta, per Os & Trachæam, altera occulta, per oſcula Arteriarum in extimam cutim tendentium, receptione & expulſione aeris reciprocum motum ſyſtoles & diaſtoles ipſius pulſus efficientium. Quam eodem modo, uti paulo antè, & VNAM & NON unam eſſe quis profiteri poſſet: nimirum reſpectu Inſtrumentorum non unam, reſpectu Vſus unam. Pulſum igitur & Reſpirationem inter ſe confert, tum

- Per ſe & eſſentialiter. Sic ratione habita ætatis (adde tu cuiuſuis etiam alterius affectionis & ſecundum animum & ſecundum corpus) inter ſe uidentur conſentire & diſſentire. Nam propter inſtrumentorum magnitudinem Reſpiratio maior & frequentior eſt Pulſu, ſed proportione tamen eadem, niſi uitium aliquod organorum interueniat. Catarrho enim in thoracis muſculos delabente Reſpiratio Pulſui: obſtructione uicißim aliqua arterias occupante, Pulſus Reſpirationi erit diſſimilis [a].
- Reſpectu alterius, & accidẽtaliter. Sic inter ſigna connumerantur ſanitatis & morborum. τὸ
  - ὅτι. Signa eſſe aſſerit, tum
    - Generatim [b].
    - Specialiter, propriè ſigna uel
      - Salubria [c].
      - Inſalubria [d]. Vt cõ. de Arte n. 115. τὸ πανδημικὸν κατήγορον uocat, quaſi delatorẽ & accuſatorẽ morbi interius latẽtis.
  - Διότι affert, cur ſint ſigna. Quoniam ſpiritus quoq; alimentum eſt, idcirco ab eo, ueluti materiam præbente ſanitati & ægritudini, ſumi interdum poſſunt indicia utriuſuis [e].

APHORISMVS XXXI.

[a] HVMIDVM alimentũ faciliùs tranſmutatur quàm ſiccum. [b] Siccũ alimentũ facilius tranſmutatur quàm humidum. [c] Quod ægrè alteratur, ægrè conſumitur. [d] Quod facilè apponitur, facilè conſumitur.

[a] ΥΓΡΗ τροφὴ εὐμεταβλητοτέρη μᾶλλον, ἢ ξηρή. [b] ξηρὴ τροφὴ εὐμεταβλητοτέρη μᾶλλον, ἢ ὑγρή. [c] ἡ δυσαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος. [d] ἡ εὐπρόσθετος, εὐεξανάλωτος.

ALIMENTVM Externum triplex, Cibus, Potus & Aer. E quibus Internum conficitur, Alterando primùm: inde, quod familiare eſt, appoſitum Retinendo. Alimenti proinde differentiæ ſumuntur ab hiſce duabus paſſionibus, nimirum à facili & difficili

- Alteratione. Sic ergo comparari inter ſe poſſunt Alimenta ſubſtantiæ
  - Diuerſæ, cibus uidelicet cum potu. Facilius ergo interdum alteratur alimentum
    - Humidum, Potus quàm Cibus [a].
    - Siccum, Cibus ſiccus quàm Potus. Sic facilius alterabitur hædina caro, quàm uinum coctum [b].
  - Eiuſdem, cibus cum cibo, uel potus cum potu. Sic facilius alterabitur uinum album & tenue, quàm album & craſſum: facilius uitulina quàm uaccina.
- Retentione. Alimentum parti appoſitum, agglutinatum & aſſimilatum, à calore innato, aut aduentitio rurſus diſſipatur uel
  - Difficulter, illud ſcilicet quod difficulter etiam in concoctione alterabatur [c].
  - Facilè, illud ipſum quod in concoctione quoq; facilè alteratur [d].

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 367 sur 736

©BIUM

APHORISMVS XXXII.

[a] ΚΑΙ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. [b] ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. [c] ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσιος δέονται, στερεῆ τροφῆ. [d] μῦες στερεώτεροι, δυσεύτηκτοι τῶν ἄλλων, πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου. [e] δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα, κατὰ γένος αὐτὰ αὑτῶν ἰσχυρότερα τοῦ ὄντος· διὰ τοῦτο αὐτὰ ἑωυτῶν δυστηκτότερα.

[a] QVICVNQVE ueloci appositione opus habent, his humidum ad reficiendas uires medicamen optimum. [b] Quicunq; uerò adhuc uelociore indigét, per olfactum. [c] Qui autem tardiore appositione opus habent, solido alimento utantur. [d] Musculi solidiores sunt, & difficilius quàm quæuis alia colliquescunt, excepto osse & neruo. [e] Quæ exercitata sunt, ægrè transmutátur, & secundũ genus ipsa seipsis fortiora sunt, quã pro natura sua: eaq; propter ipsa seipsis ægrius colliquescũt.

ALIMENTI *alterandi & retinendi facilitas & difficultas sumitur partim ab*

- Arte, *quæ alimentum præparat uarijs modis (quod com. de Vet. med. & 2. de Diæta docuit) ut uel spirituosæ, uel liquidæ, uel solidæ substantiæ speciem habere uideatur. Nam in mixtis corporibus ad usum hominum siue alimentarẽ siue medicum traducẽdis, triplex hocce genus reperiri, chymicæ eccrises elegãter ostendunt. Etsi enim idipsum quoq;, quod extrahitur, mixtum est ex omnibus: inter se tamen collata, ratione tenuitatis & craßitiei suorum principiorum diuersitati egregiè attestantur. In refectione ergò uirium per alimenta V. G. per panem, siquidem panis ita præparetur, ut substantia sua alat*
  - Spirituosa, *cũ ea solo olfactu attrahi queat, expeditißimè & uelocißimè nutriet* [b]. *Democritus odore panis recens aßi semetipsum per triduum sustentauit.*
  - Humorosa & succosa (*ut scilicet prius in succũ siue chylum uerti sit necesse*) *siquidem ea fuerit*
    - Liquida, *instar Potus, facilius immutabitur* [a]. *Vt panis cum iusculo sorptus.* ὑγρὸν ἴημα, τὸ νέον σου *scilicet, remediũ morbi. Nam de Flatibus n. 24. Famẽ & Sitim morbos appellauit.*
    - Solida & consistens, *ut Cibus siccus, difficilius immutabitur* [c]. *Sic panis solidus.*
- Natura. *Vt Alimentum facilius uel difficilius alteretur, concoquatur, retineatur, in causa est substãtia eius uel*
  - Natiua, *quia solidior est. Sic Musculosa caro ut solidior est reliqua carne, ita quoq; & alteratu difficilior, & retentu facilior.* δυσσύτηκτος τῶν ἄλλων [d], *excepto Osse & Neruo (sub quo Ligamenta & Tendines complectitur.)*
  - Aduentitia & acquisita tum
    - Aetate [f]. *Sic caro uetus carne iuuene cõcoctu difficilior. Subintelligitur.*
    - Exercitio [g]. *Sic & animalia & partes animaliũ, quæ exercitatione & labore durantur, solidiora euadũt, difficilia proinde alteratu* (δυσμετάβλητα τὰ γεγυμνασμένα [e]) *& cũ alijs eiusdem generis* (κατὰ γένος) *nõ exercitatis tamen, collata, robustiora & concoctu difficiliora* (αὐτὰ αὑτῶν ἰσχυρότερα τοῦ ὄντος) *& per consequens etiam retẽtu faciliora, cũ minus promtè colliquẽtur* (αὐτὰ ἑαυτῶν δυστηκτότερα.) *Talia sunt syluestria animalia, cũ cicuribus collata. Itẽ partes animaliũ, quæ in perpetuo sunt motu, ut artus extremi, ut in piscib. cauda. Cornarius* γεγυμνασμένα *interpretatur Denudata. Ego per metaphorã, ab hominum corporibus, quæ labore tum alio, tum præsertim gymnastico durantur, ad alimenta quæuis translatam, Exercitata intelligere malo, ex 2. de Diæta n. 203.*

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 368 sur 736

APHORISMVS XXXIII.

[a] PVS ex carne, [b] purulẽtum ex ſanguine, [c] & ex alia humiditate. [d] Pus ulceris alimentũ. [e] Pus alimentum uenæ, arteriæ. [f] Medulla alimentum oſsis, [g] propterea callo obducũtur.

[a] ΠΥΟΝ· τὸ ἐκ σαρκὸς, [b] πυῶδες τὸ ἐξ αἵματος, [c] καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίης. [d] πύον, τροφὴ ἕλκεος· [e] πύον, τροφὴ φλεβὸς, ἀρτηρίης· [f] μυελὸς τροφὴ ὀστέου, [g] διὰ τοῦτο ἐπιπωροῦται.

Solidis. Sic πύον ἐκ σαρκὸς [a], Pus è carne propriè effluit, adeoq; partis exulceratæ temperiẽ indicat, læue & æquabile & album: intemperiem uerò, fœtidum, inæquale, liuidum.

Inutilem, & excrementoſam, & ad alendum ineptam, quæ πύου nomen apud omnes paſsim eximiè meruit, quã doquidem ipſius ſenſus teſtimonio à facultate expultrice ſeparatur tum à partibus

Fluidis. Sic πυῶδες, Purulentum quiddã interdum dari ſenſus ipſe docet, tum in

Sanguinis maſſa [b].

Alijs qui in corpore reperiũtur humoribus, ut in Chylo, in Sero, in Lacte [c].

SANGVINIS paſsim in præced. facta eſt mentio, tanquam alimenti communiſsimi & proximi, quo quidem partes rubræ alantur. Eodem quinetiam partes albæ, ſed uel immutato & dealbato, uel ex maſſa tota ſanguinis ſeparato, quem quidem hoc loco πύου appellare uidetur. An quòd ut πυὸς colostrum eſt (à uerbo πύγνυσθαι) primum lac à partu in caſei ſpeciem coagulatum: ita per ſimilitudinem τὸ πύου ſanguinem (qui in uaſis uel extra uaſa coit) à facultate concoctrice partis, quam nutrire debet, etiam ſecundùm colorem immutatum, ſignificat? Vt proinde τῷ πύῳ appellatione duo hîc complectatur, uidelicet Alimenti partem

Vtilem, alimentarem, quæq; iam per concoctionẽ ei parti conuenientẽ coaguli ſeu πύου conſiſtentiã accepit: unde πύου et ipſa, licet non apud oẽs, nomen meruit. (Eſt qui pro πύου legendum ſuſpicetur πίου, ut ſit ſenſus, pingui aereo omnes partes nutriri, q. ea q̃ maximè alũtur, plurimum quoq; pinguedinis habeãt: adeoq; elegãti paronomaſia Hip. ludere πύου & πίονος.) Sic igitur πύου alimentum eſt partitum

Sanguineæ. Quod exemplo ulceris in carne uidetur aſtruere uelle: ut quod in parte ægra datur, multo magis in parte ſana locum habere uideatur. Ait ergo Vlceris alimentum eſſe πύου [d], hoc eſt, ſanguinem à parte exulcerata immutatum. Qui ſi apponi penitus & aſſimulari queat, carne replet cauitatem: ſi nequeat, in puris excremẽtiũ propriè dictũ abit.

Spermaticę. Sic τὸ πύου, hoc eſt, ſanguinis ſubſtantia coagulata alimentum eſt &

Venis & Arterijs [e], licet proprio nomine careat.

Oſsibus, ſed hîc propriè Medulla dicitur, qua Os ipſum alitur, tũ quando affectum eſt

Secundũ naturã [f].

Præternaturã utpuſta fiſſum, uel confractum: tunc enim medullaris alimẽti beneficio cõ ſolidatur, porcq; oſſeo cõglutinatur [g].

APHORISMVS XXXIIII.

[a]ΔΥΝΑΜΙΣ πάντα αὔξει, [b] καὶ τρέφει, [c] καὶ βλαστάνει.

[a]FACVLTAS omnia auget, [b] & nutrit, [c] & germinare facit.

FACVLTAS Animæ Vegetatrix ea est, quæ in corpore humano omnia munia obit pertinentia ad conseruationem
- Indiuiduí per Alimẽtum, quod conferat uel ad
  - Extensionem eius quod est, αὔξει [a].
  - Refectionem eius quod deperit, τρέφει [b].
- Speciei, per Semen, ab omnibus partibus tanquam utile excrementum ad membra generationi destinata detrusum. βλαστάνει, germinat [c], ut sibi simile producat. (Qua uoce etiam suprà usus est, sed in re diuersa.)

APHORISMVS XXXV.

ΤΡΑΣΙΣ τροφῆς ὄχημα.

HVMIDITAS alimenti uehiculum est.

HVMIDITAS alimenti uehiculum, Serum scilicet in sanguine contentum, quo partes crassiores diluuntur, & ad penetrationem aptiores redduntur. Aqua nimirum propter tenuitatem & fluxibilitatem suam (ut ita dicã) & intra corpus humores per meatus angustiß. deuehit: & extra corpus etiam in ijs, quæ elixantur, tum cibis tum medicamẽtis, ad partis puriß. extractionem unicè confert. Quod humidum uariũ est, pro eorum quæ extrahenda sunt diuersitate, cùm alia terreo, alia aqueo uehiculo gaudeant, alia aereum uel igneum requirant. An aphorismus iste cum præcedente, ad Alimenti substantiam referendus est, duplicem illam, alteram substantialem, hoc est, ad alendum aptam, quam λιόσιμον appellet (Sic etiam aphorismo 4. λιόσιμον τροφῆς in omnes partes peruenire ait, alimenti scilicet uim substantificam) quæ alimenti pars & nutritionis & auctionis & generationis etiam seminis materia euadat: alteram uerò accidentalem, ad alendum per se ineptam, fluxam, facilè dissolubilem, quæ tamen alimento instar uehiculi adiuncta sit, tum externo (neq; enim cibus exactè solidus propter suam siccitatem posset assumi, multo minus confici, nisi humore dilueretur & emolliretur) tum interno, cùm serum sanguinis uehiculum esse omnes Medicorum scholæ personent? An humido aqueo siccum terreum soluitur, sicco uicißim terreo humidum aqueum coagulatur? Itaq; ex spiritubus humidis & siccis, caloris & frigoris ui in se mutuo agentibus, substantia uerè alimentaris ex ipso alimento generatur, quam hîc λιόσιμον appellat: cuius ueluti proxenetæ sunt siccitas & humiditas ad sensum manifestæ.

HIP-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 370 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΤΩΝ
ΚΑΤ' ΑΝΘΡΩΠΟΝ.

De Locis in homine.

MIHI[1] quidem uidetur principiū corporis nullum esse, sed omnes partes ex æquo & principium & finem appellari posse.[2] Circuli enim, postquam descriptus est, principium nullū est.[3] Eademque morborum ratio est in toto corpore.[4] Nam quod siccius est, suapte natura morbos magis recipere, magisq; dolere solet: humidum uerò minus.[5] Morbus enim qui in sicca parte est, figitur, neq; cedit.[6] Qui uerò in humida, fluctuat, & aliàs aliam corporis partē occupat, & assiduè transmigrans intermissiones facit, & citius quoq; sedatur, utpote cùm fixus non sit.[7] Singularum autē corporis partium altera alteri, ubi ex hac uel illa proruperit, morbum statim facit: uerbi gratia, uenter capiti, caput carnibus ac uentri, & reliquæ omnes iuxta eandem rationē, quemadmodum uenter capiti, & caput carnibus ac uentri.[8] Etenim si uenter excretionem debitam non fecerit, & cibus superingeratur, humiditate ciborum ingestorū corpus irrigatur.[9] Hæc autem humiditas à uentre expulsa, aceruatim ad caput fertur.[10] Vbi autem ad caput peruenerit, à uasis in capite non recepta, fluit quocunque contigerit,[11] & circa caput,[12] & in cerebrum per os tenue.[13] Et partim quidem os ipsum subit,[14] partim uerò circum cerebrum per os tenue.[15] Et quidē si in uentrē rursus descenderit, uentri morbū affert.[16] Si uerò ad quāuis aliam partē incubuerit, ei ipsi morbum facit.[17] Eodē modo reliquæ etiam partes altera alteri morbum inducit.[18] Optimum autem fuerit curam habere ægrotorum per ea quæ morbos faciūt.[19] Sic enim quàm rectissimè quis principio eius quòd ægrotat medebitur.[20] Porrò corpus ipsum sibijpsi idem, & ex ijsdem compositum est.[21] Etsi uerò non eodem se modo habent partes paruæ & magnæ, itemque infernæ ac supernæ:[22] tamen si quis uel minimā corporis partem lædat, totum corpus affectionem eam sentiet, qualiscūq; tandem fuerit:[23] propterea quòd minima corporis pars omnia habet, quæcunque & maxima:[24] & quicquid uel minima pars pertulerit, id gentilibus suis indicat unaquæque pars, siue bonum id fuerit, siue malum.[25] Et propterea & dolet, & delectatur corpus ob minimæ par-

ΕΜΟΙ[1] δοκέει ἀρχὴ μὲν ἓν οὐδὲ μία εἶναι σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτή.[2] κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη.[3] καὶ τῶν νοσημάτων ὅπη πάντα ὁμοίως σώματος.[4] τὸ μὲν ξηρότερον πεφυκὸς νόσους λάζεσθαι, καὶ μᾶλλον πονέειν· τὸ δὲ ὑγρὸν, ἧσσον.[5] τὸ μὲν γὰρ ἐν τῷ ξηρῷ νόσημα, πήγνυταί τε καὶ οὐ μεταπίπτει.[6] τὸ δὲ ἐν τῷ ὑγρῷ, μεταῤῥεῖ, καὶ σώματος ἄλλοτ' ἄλλο μάλιστα ἔχει, καὶ ἀεὶ μεταλλάσσον, ἀνάπαυσιν ποιέει, καὶ ἧσσον πονεῖ, ὥστε καὶ πεπηγός.[7] σώματος δὲ τὰ μέλεα ἕκαστα τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ὁκόταν σῦφα ἢ σῦφα ὁρμήσῃ, νοῦσον παραυτίκα ποιέει. ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ, καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσι σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ, καὶ τἆλλα πάντα ἕτω κατὰ λόγον, ὥσπερ ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ, καὶ κεφαλὴ τῇσί τε σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ,[8] ἡ γὰρ κοιλίη ὁκόταν μὴ ἐκχωρήσιν ποιέῃ τὴν μετρίην, καὶ ἐσίῃ ἐς αὐτὴν, ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν φερομένων.[9] αὕτη δὲ ἡ ὑγρότης ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀποφερομένη, ἐς τὴν κεφαλὴν ὠθοπορήσιν ἀθρόη.[10] καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν ἐπὶ μὲν ἀφίκηται, ἃ χωρέομεν ἀπὸ τῶν τριχέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, ῥεῖ ἢ ἂν τύχῃ,[11] καὶ περὶ τὴν κεφαλῆς,[12] καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον διὰ λεπτῆς τῆς ὀστέης.[13] καὶ ἡ μὲν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐνδέδυκεν, ἡ δὲ[14] περὶ τὸν ἐγκέφαλον διὰ λεπτῆς τῆς ὀστέης.[15] καὶ ἢν μὲν ἐς τὴν κοιλίην πάλιν ἀφίκηται, τῇ κοιλίῃ νοῦσον ἐποίησεν.[16] ἢν δ' ἄλλη πη τύχῃ, ἄλλῃ νοῦσον ποιέει.[17] καὶ τἆλλα οὕτως ὥσπερ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ νοῦσον ποιέει.[18] καὶ κάλλιστον οὕτως ἐπιτρέπειν τὰ νοσέοντα, διὰ τῶν τὰς νόσους ποιούντων.[19] ἕτω γὰρ ἂν κάλλιστα τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσέοντος τίς ἰήσεται.[20] τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ ἑωυτῷ τωὐτόν ἐστι, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν σύγκειται.[21] ὁμοίως δὲ οὐκ ἔχοντα, καὶ τὰ σμικρὰ αὐτοῦ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ κάτω, καὶ τὰ ἄνω,[22] καὶ εἴ τις βάλεται τοῦ σώματος ὁπολαοῦν μέρος κακῶς ποιέειν τὸ σμικρότατον, πᾶν τὸ σῶμα αἰσθήσεται τὴν πάθησιν, ὁποίη ἂν τις ᾖ, διὰ τόδε,[23] ὅτι τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον.[24] ὅτου δὲ ὁποῖον ἂν τι πάθῃ τὸ σμικρότατον, ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμοεθνίην ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, εἴτε κακὸν, εἴτε ἀγαθὸν ἦ.[25] καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἀλγέει καὶ ἥδεται ὅτι ἔθνεος τοῦ σμικροτάτου.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 371 sur 736

πάντα τὸ σῶμα, ὅπι ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἔνι τὰ μέρεα, καὶ πάντα ἐπαναφέρουσιν ἐς τὰ σφῶν αὐτῶν ἕκαστα, καὶ ἐξαγγέλλουσι πάντα.[26] φύσις δὲ τοῦ σώματος, ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου.[27] πρῶτον διατετρῆσθαι ἢ ἐσακούομεν. τὰ μὲν γὰρ περὶ τὰ ὦτα πέρην κενεὰ οὐκ ἐσακούει ἄλλο ἢ ψόφον καὶ ἰαχήν. ὅπι δ' ἂν διὰ τοῦ μυίγγος ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἐσέλθῃ, τοῦτο διαφερέδεως ἀκούει. ταύτη καὶ μόνη τρῆσις διὰ τοῦ μυίγγός ἐστι τοῦ περὶ τὸν ἐγκέφαλον περιτεταμένης.[28] κοῖλαι δὲ αἱ ῥῖνες τρῆμα μὲν οὐκ ἔχουσιν, σπόγγου δὲ τρόπον διὰ τοῦτο διὰ πλέονος ἀκούει ἢ ὀσφραίνεται. κοῖλη γὰρ σκίδνατο ἡ ὁδὸς τοῦ ὀσφρήσιος.[29] καὶ ἐς τὰς ὀφθαλμὰς φλέβια λεπτὰ ἐς τὸν ὄψιν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τοῦ μυίγγος τοῦ περιεχόσης φέροντα. τοῦτο δὲ τὰ φλέβια τὸν ὄψιν τρέφει τῷ ὑγρῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, ἐς ὃ ἐμφαίνεται ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν. τούτου δὲ τὰ φλέβια καὶ ἀποσβεννύασι τὰς ὄψεις, ὅταν ξηρανθῶσιν.[30] μυίγγες δὲ τρεῖς εἰσιν αἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς φυλάσσουσι. ἡ μὲν ἐπάνω, παχυτέρη· ἡ δὲ διὰ μέσου, λεπτοτέρη· ἡ δὲ τρίτη, λεπτή, ἡ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα. τούτων ἡ μὲν ἐπάνω καὶ παχυτάτη νοῦσον οὐ κωφώσῃ. ἡ δὲ διὰ μέσου, ὀπικίνδυνον αὐτή, καὶ ὅταν ῥαγῇ, ἐξίσχει οἷον κύστις. ἡ δὲ τρίτη ἡ λεπτοτάτη πέμπων ὀπικίνδυνον, ἢ τὸ ὑγρὸν φυλάσσουσα.[31] μυίγγες δὲ δύο εἰσὶ τοῦ ἐγκεφάλου. ἡ μὲν ἐπάνω παχυτέρη, ἡ δὲ λεπτὴ τοῦ ἐγκεφάλου ἀπομοίη, ἐκεῖ ἡ αὐτὴ, ἐπὶ οὐρὸν τρωθῆ.[32] φλέβες δὲ περαίνουσι μὲν ἐς τὸν κορυφὸν διὰ τοῦ σαρκὸς ἔχουσαι πρὸς τὸ ὀστέον. φέρονται δὲ διὰ τοῦ σαρκὸς δύο μὲν ἐκ τοῦ κορυφῆς κατ' ἰθύ, ἢ αἱ ὀφρύες συγκλείονται, καὶ τελευτῶσιν ἐς τὰς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν. μία δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐς τὸν ῥῖνα φέρεται, καὶ ὀρίζεται ἐς τὸ χόνδρου τοῦ ῥινὸς ἑκάτερον. ἄλλαι δύο φλέβες παρὰ τὰς κροτάφους φέρονται, ἐν μέσῳ τῶν κροτάφων καὶ τῶν ὤτων, αἳ πίεζουσι τὰς ὄψεις, καὶ σφύζουσιν ἀεί. μόναι γὰρ αὗται οὐκ ἄρδουσι τῶν φλεβῶν, ἀλλ' ἀποτρέπεται ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα. τὸ δὲ ἀποτρεπόμενον ἀποσυμβάλλει τῷ ἐπιῤῥέοντι. καὶ τὸ μὲν ἀποτρεπόμενον βιαζόμενον ἀποχωρέειν, τὸ δ' ἄνωθεν ἐπιῤῥέον βιαζόμενον κάτω χωρέειν ἐνταῦθα ὠθεύμενά τε καὶ ἀναχεόμενα πρὸς ἄλληλα καὶ κυκλέμενα, σφυγμὸν παρέχουσι τοῖσι φλεβίοισιν. ἡ δὲ ὄψις τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ὑγρῷ τρέφεται. ὅταν δέ τι τοῦ ἀπὸ τῶν φλεβῶν λάβῃ, ἢ ῥύσις παύσεται, καὶ οὐκ ἐμφαίνεται ἐς αὐτὸ, καὶ πρόσω κινέεσθαι δοκέει ἐν αὐτῷ τότε μὲν οἷον εἰδώλου ὀρνίθων, τότε δὲ οἷον φακοὶ μέλανες. καὶ τἆλλα ἐοὐσὶ ἀτρεκέως κατ' ἀληθείην δύνασθαι ὁρᾶν. ἄλλαι δύο φλέβες ἐν μέσῳ τῶν τε ὤτων καὶ τῶν ἄλλων φλεβῶν, αἳ φέρον-

A tis affectionem, eò quòd in minimâ illâ omnes aliæ partes reperiuntur, eæque gentilibus ſuis ſingula communicant, & omnia denunciant.[26] Verumenimuerò Natura corporis, principium eſt conſiderationis medicæ.
[27] Primùm autem perforatum eſt corpus ea parte qua audimus. Nam quæ circa aures uacua ſunt loca, non aliud audiunt quàm ſtrepitum & clamorem. At quod per membranam in cerebrum peruenit, id exactè auditur. Hac etiam foramen unicum, per membranã circa cerebrum extentam, eſt.[28] Cæterùm ad nares nõ tendit foramen, ſed fungoſum quid inſtar ſpongiæ. Et iccirco per longiorem diſtantiam audit, quàm olfacit: quoniam odor
B ab olfactu per longius interuallum ſeparatur.
[29] In oculos autem uenulæ tenues ad uiſum ex cerebro per ambientem membranam ferũtur: quę uiſum alunt humore à cerebro puriſsimo affluente: in quo etiam apparet ſpecies uiſibiles in oculis: propter eaſdem quoque uenas uiſus aboletur, ſi reſiccentur.[30] Membranæ autem tres ſunt quæ oculos cuſtodiũt. Superna quidem craſsior, media tenuior, tertia tenuis, quæ humorem cõſeruat. Ex his ſuperna & craſsiſsima, ſi lędatur, morbum facit. Media uerò etiam ipſa periculum affert, & ſi rumpatur foràs prominet, uelut ueſica. Tertia autem tenuiſsima omnino periculoſa eſt, quæ humorem conſeruat.[31] Mem-
C branæ cerebri duæ ſunt: altera ſuperna craſsior, altera quę cerebrum attingit tenuis, quę ipſa tamen non permanet eadem ſi uulneretur.
[32] Venæ autem ad uerticem penetrant per carnem oſsi proximæ. Feruntur quoque per carnem duæ ex uertice rectà, qua parte ſupercilia clauduntur, & deſinunt ad angulos oculorum. Vna autem à uertice ad naſum fertur, & in utranque naſi cartilaginem finitur. Aliæ duæ uenæ iuxta tempora feruntur, in medio temporum & aurium, quæ incumbunt oculis, & ſemper pulſant. Solæ enim hę ex uenis ſanguinem non recipiunt, ut illum contineant, ſed ut auertatur & tranſmittatur per ipſas ad ſuperiora. Adeoque ſanguis
D qui auertitur, alteri influenti contrario motu conſentit. Nam cùm is qui auertitur aſcẽdere, qui uerò ſupernè influit deſcendere geſtiat, in hoc loco mutuo impulſu & effuſione & circumuolutione pulſum uenarum excitant. Iam cùm uiſus humore à cerebro nutriatur, ſi quid humoris à uenis acceperit, fluxione turbatur, nec apparent in illo ſpecies, ſed obuerſari uidentur aliquando uelut auicularum imagines, aliquando ut lentes nigræ: neque cætera exactè iuxta ueritatem uidere poteſt. Aliæ duę uenæ in medio aurium & reliquarum uenarum, quæ feruntur ad au-

res,

φέρον-

res, ijsque incumbunt. Aliæ duæ uenæ ab ossis coniunctione in aures feruntur. 33 Ex ijs uerò quæ ad inferiora corporis propagantur, duæ quidem uenæ iuxta tendines colli feruntur & iuxta uerticula, & desinunt in renes, eæque ipsæ ad testes quoque penetrant: ijsdéq; læsis, homo sanguinem mingit. Aliæ duæ uenæ à uertice ad humeros feruntur, & humerales uocantur. Aliæ duæ uenæ à uertice, iuxta aures, ab anteriore colli parte utrinque ad cauam appellatam uenam feruntur. 34 Caua autem uena instar gulæ desinit, inter gulam & guttur media, ferturque per septum transuersum & per cor, & intra septum: finditur autem ad inguina & ad femora intrò, & diuaricationes in femoribus facit, & ad tibias intus fertur ad malleolos. Et hæ ipsæ infœcundum reddunt hominem, si dissecentur, & in magnos digitos desinunt. Ex caua autem uena propagatio fit in sinistram manum, ferturque subter splenem ad ilium sinistrum, unde splen propagatur per omentum, & desinit ad thoracem. Propaginem autem emittit iuxta septum, & cum humerali committitur subter cubiti articulum. Et hæc in splenis affectibus secatur. Alia etiam ad dextram manum eodem modo à caua propagatur. 35 Communicant autem omnes istæ uenæ, & confluxum habent inter se mutuum: cùm aliæ quidem sibijnuicem committantur, aliæ uerò per uenulas à uenis extentas, quibus carnes nutriuntur, ea parte inter se confluunt. 36 Cæterùm quicunq; morbus à uenis oritur, leuior est, quàm qui à neruis. Diffluit enim unà cum humore qui in uenis inest, neq; cósistit. Deinde natura sua uenæ humorē continent, & carnibus adhærent. 37 Nerui autē sicci sunt, & cauitates nō habent, & ossibus adhærēt, & ferè ab ossibus nutriuntur: etsi nutriuntur quoq; carnibus: adeoque colorem ac robur inter ossa ac carnem medium habent: ut licet humidiores sint ac carnosiores quàm ossa, sicciores tamē, & ossis substantiæ quàm carnis propiores. 38 Proinde quicunque morbus illos corripuerit, inualescit & consistit in eodem loco, ut difficile sit ipsum educere. Maximè uerò corripiuntur à distentionibus, alijsque morbis, quorum causa tremor corpus occupat, quique tremere ipsum faciunt. 39 Nerui autem constringunt articulos, extentique sunt per uniuersum corpus. Robusti autem maximè & crassissimi sunt semper in illis corporis partibus, in quibus paucissimæ carnes sunt. 40 Et corpus quidem omne neruis plenum est. Circa faciem tamen & caput

A φέρονται ἐς τὰ ὦτα, καὶ πιέζουσι τὰ ὦτα. ἄλλαι δύο φλέβες ἐκ τῆς συγκλείσεως τοῦ ὀστέου ἐς τὰς ἀκοὰς φέρονται. 33 αἱ δὲ κάτω τοῦ σώματος τετραμμέναι, δύο μὲν φλέβες παρὰ τοὺς τένοντας τοῦ τραχήλου. φέρονται δὲ καὶ παρὰ τοὺς σπονδύλους, καὶ τελευτῶσιν ἐς τοὺς νεφρούς. αὗται δὲ καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας περαίνουσι. καὶ ὅταν αὗται πονήσωσιν, αἷμα οὐρέει ἄνθρωπος. ἄλλαι δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς φέρονται ἐς τοὺς ὤμους. καὶ δὴ καὶ ὠμιαῖαι καλέονται. ἄλλαι δύο φλέβες ἀπὸ τῆς κορυφῆς παρὰ τὰ ὦτα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου ἑκατέρωθεν ἐς τὴν κοίλην φλέβα καλεομένην φέρονται. 34

B ἡ δὲ κοίλη φλὲψ περαίνεται μὲν ὡς ὁ οἰσοφάγος. πέφυκε δὲ μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου. φέρεται δὲ διὰ τῶν φρενῶν, καὶ διὰ τῆς καρδίης, καὶ μεταξὺ τῶν φρενῶν, καὶ σχίζεται ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τοὺς μηροὺς ἐντὸς, καὶ τὰς διασφαγὰς ἐν τοῖσι μηροῖσι ποιέεται, καὶ ἐς τὰς κνήμας φέρεται ἐντὸς παρὰ τὰ σφυρά. αὗται καὶ ἄκαρπον ποιέουσι τὸν ἄνθρωπον, ὅταν ἀποτμηθῶσιν, αἳ καὶ ἐς τοὺς μεγάλους δακτύλους τελευτῶσιν. ἐκ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς ἀποπέφυκεν ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερήν. φέρεται δ' ὑποκάτω τοῦ σπληνὸς ἐς τὴν λαπάρην τὴν ἀριστερὴν, ὅθεν ὁ σπλὴν ἀποπέφυκεν διὰ τοῦ ἐπιπλόου, καὶ τὴν ἀποτελεύτησιν ἴσχει ἐς τὸν κίθαρον. ἀ-

C ποπέφυκε δὲ κατὰ τὰς φρένας, καὶ ξυμβάλλει τῇ ὠμιαίῃ κάτω τοῦ ἄρθρου τοῦ ἀγκῶνος, καὶ τοῦ σπληνὸς τέμνεται αὕτη. καὶ ἄλλη ἐς τὴν δεξιὴν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποπέφυκεν ἀπὸ τῆς κοιλίης. 35 κοινωνέουσι δὲ πᾶσαι αἱ φλέβες καὶ διαῤῥέουσιν ἐς ἑωυτάς. αἱ μὲν γὰρ σφίσιν ἑωυταῖς ξυμβάλλουσιν· αἱ δὲ διὰ τῶν φλεβίων τῶν διατεταμένων ἀπὸ τῶν φλεβῶν, αἳ τρέφουσι τὰς σάρκας, ταύτῃ διαῤῥέουσι πρὸς ἑωυτάς. 36 καὶ ἀπὸ τῶν φλεβῶν ὅτι ἂν νόσημα γένηται ῥαῖόν ἐστιν, ἢ ἀπὸ τῶν νεύρων. διαῤῥεῖ γὰρ σὺν τῷ ὑγρῷ τῷ ἐνεόντι ἐν τῇσι φλεψὶ, καὶ οὐκ ἀτρεμίζει. καὶ ἡ φύσις τῇσι φλεψὶν ἐν ὑγρῷ

D ἐστιν ἐν τῇσι σαρξί. 37 τὰ δὲ νεῦρα ξηρὰ τέ ἐστι καὶ ἀκοίλια, καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πεφύκασι. καὶ τρέφονται δὲ τοπλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὀστέου· τρέφονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς· καὶ τὴν χροιὴν καὶ τὴν ἰσχὺν μεταξὺ τοῦ ὀστέου καὶ τῆς σαρκὸς πεφύκασι. καὶ ὑγρότερα μέν εἰσι τοῦ ὀστέου καὶ σαρκοειδέστερα· ξηρότερα δ' εἰσὶν ἢ αἱ σάρκες, καὶ ὀστοειδέστερα. 38 νόσημα δ' ὅτι ἂν ἐς αὐτὰ ἔλθῃ, ῥώννυταί τε καὶ ἀτρεμίζει ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ χαλεπόν ἐστιν ἐξάγειν. μάλιστα δ' ἐσέρχονται τέτανοί τε καὶ ἄλλα ἀφ' ὧν τρόμος τὸ σῶμα λαμβάνει, καὶ τρέμειν ποιέει. 39 τὰ δὲ νεῦρα πιέζουσι τὰ ἄρθρα, παρατεταμένα τέ ἐστι παρ' ὅλον τὸ σῶμα. ἰσχύουσι δὲ μάλιστα ἐν ἐκείνοισι τοῦ σώματος, καὶ ἀεὶ παχύτατά ἐστιν, ἐν οἷσι τοῦ σώματος αἱ σάρκες ἐλάχισταί εἰσι. 40 καὶ τὸ μὲν σῶμα πᾶν ἔμπλεον νεύρων. περὶ δὲ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κε-

Posteriorem Aphoristicam, & ueluti centonem quendam aduersariorum Hippocrateorum: Siue ab eodem (ut sæpe fieri solet) tanquam sub loco communi coaceruatorum, quæ posteriore cura disponerentur & exponerentur: cùm non omnia eius scripta uel eadem ætate uel eadẽ quoq; diligentia, quãdo & ipse homo fuit, scribi potuerunt: Siue à quibusuis alijs, qui has ueluti reliquias perire noluerant, fortè etiã ex librorum auctarijs quæstũ facere consueuerant, collectorũ. Tale quid & lib. παραγγελιῶν, & com. de Natura humana accidit. Hanc igitur partẽ (quæ numerũ 113. sequitur) ut constantis methodi expertẽ nos tautologiæ uitandæ causa in Methodicã Aphorismorũ dispositionem, in suos quæq; locos transferendo, reijciemus. Cæterum quoniam in nonnullis methodi uestigia extant, quæcunq; talia sunt, schematis explicari & possunt & debent, tanquam Emblemata quædam huic commentario assuta.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 383 sur 736

©BIUM

I. Partes omnes inter se cõsentire probat duobus argumentis: altero

- Externo, siue ἐξωτερικῷ, à diuerso genere scientiarum, per similitudinẽ:
  - Quemadmodum in figuris mathematicis circuli pars quælibet principium & medium & finis esse potest, pro arbitrio describentis uel examinantis. N. 2.
  - Ita in corpore humano quælibet pars & prima & media & postrema est, nõ quo ad ortum uel dignitatem, sed quo ad usum & affectiones, quarum natura sub medici theoriam cadit.
- Domestico & οἰκείῳ, hoc est, medico, sumto à morborum communi
  - Ortu per uniuersum corpus. N. 3. Partiũ enim affectio communis & similis est, siue spectes earũdem
    - ἰδιοπάθειαν. Nã qualescunq; sint partes, quoniam suam habent temperiem, quæ mixti forma est, eas omnes secundùm qualitates paßiuas pati
      - Proponit, Humidas quidem magis, siccas uerò minus. N. 4.
      - Declarat, & causam affert cur
        - Siccæ magis patiantur: quia non communicant alijs morbi sui materiã. N. 5.
        - Humidæ min⁹: quia communicant alijs materiam morbificam. N. 6.
    - συμπάθειαν. Sic nulla est, quæ non ab altera affici et alteram uicißim afficere & in cõsensum mali trahere possit. Quod quidem
      - Proponit uniuersim. N. 7.
      - Declarat exẽplo, per Irmon huiusce modi:
        - Venter inferior adstrictus, iugi insuper alimento irrigatus, humore repletur. N. 8.
        - Humor à uentre ad superiora expulsus caput confertim impetit. N. 9.
        - Caput uerò cùm tantam humoris copiam uasis suis capere nequeat, quaquauersum effluere sinit. N. 10.
        - Effluens autem humor nũc quidem partes petit
          - Propinquas, tũ
            - Externas, πόρίξ: utputa Aures, Oculos, Nares. N. 11.
            - Internas, per os tenue. N. 12. Et uel
              - Caluariæ infigitur. N. 13
              - Cerebrũ inuadit. N. 14.
          - Remotas, utputa uel
            - Ventriculum siue Ventrem. N. 15.
            - Quasuis alias partes, ut Thoracem, ut Spinam, ut Lumbos, ut Coxam. N. 16.
      - Concludit. Nullam partem esse, quæ non & lædere aliam, & ab alia uicißim lædi poßit. Namq; & non principalia principalibus, & principalia non principalibus morbũ suum communicant. N. 17.
  - Cura methodica:
    - Quod morbum facit, morbi ἀρχὴ & principiũ est, siue Morbus sit, siue Causa, eaq; uel Primitiua, uel Antecedens, uel Continens.
    - At curandi uera methodus aggreditur morbi principium. N. 19.
    - Ergo curandi uera methodus aggreditur id quod morbum facit, siue Morbus sit, siue Causa morbifica. N. 18.

II. Quæ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 384 sur 736

II. Quæ in genere de omnium partiũ cõmunitate dixerat, in certis speciebus singillatim nunc ostendit. Cõmunitas ergo partium alia est

- Naturalis, nõ modo ꝓpter ὁμοεθνίαν (ut uenæ inter se, ut nerui, ut musculi) uerumetiam quia humores & spiritus ultro citroq; per uasa cõmunia distribuuntur, quibus partes singulæ & aluntur & uegetantur: præter id quòd et internæ partes cum externis per meatus communes, & internæ inter se uarijs medijs cõmittuntur & connectuntur, per ligamenta & articulationes cõmunes. Φύσις δὲ τοῦ σώματος (naturalis cõstitutio partium corporis) ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου (principiũ materiale est & subiectum Medicinæ, eaq; propter primo loco explicandum.) N. 26. Communionem igitur naturalẽ explicat tum partium
  - Externarũ cũ internis, per communes meatus. Sic ergo cũ cerebro communicant
    - Aures, quæ per manifestum foramen sonos ad cerebrum transuehunt. N. 27.
    - Nares, non per foramen (ut in auribus) sed per corpus quoddam laxum & molle, instar spongiæ, odorem ueluti transcolãtes. Com. de Principijs n. 120. χόνδριον μαλακὸν uocat. Corollarium addit. Iccirco per longius interuallũ audimus quàm olfacimus: quoniã odor, utpote corpulentus, per longius interuallum prius dispergitur, quàm ad odoratum perueniat. κατὰ πολὺ γὰρ, διάστημα scilicet. N. 28.
    - Oculi, per tenues uenas humorem missum ab cerebro transmittẽtes pro alimento crystallini, à quo uisio prouenit. ἐς ὃ (ὑγρὸν καθαρώτατον) ἐμφαίνεται, in quo & per quem humorem omnia uidẽtur. (Nisi legere malis, ἐμφύεται. & sensus erit, humori huic puriß. in oculi cauitate interna latenti, ἐμφύεσθαι φλέβια, uenulas connasci.) N. 29. Qui idem humor, si aduentitio sanguine turbetur, uisio impeditur. Vt infrà n. 32. & 89. Cõfer cũ his ea quæ lib. de Principijs n. 125 de Oculorũ alimẽto docet.
  - Internarum inter se mutuò. Ergo ut ex n. 57 colligi potest, cõmunio partiũ alia
    - Communis ferè omnibus indiuiduis. Sic ergo cõmunicant inter se
      - Tegumenta siue Membranæ similes
        - Oculorum. N. 30.
        - Cerebri. N. 31.
      - Vasa. Vide signum III.
      - Ossa. Horum communitas per coniunctionem qualemcunque oritur, cũ alioqui propter soliditatem suam non facilè alterius affectio alteri communicari possit. Neq; uerò hic qs Osteotomen à nobis expectet, à magno illo Vesalio ab inferis nostro seculo excitatam: cùm digitũ ad fontem intendisse sufficiat, et quiuis Hippocratea hæc cũ anatomicis Neotericorum obseruationibus conferre queat. Communicant ergo &
        - Caluariæ ossa inter se suturis commissa. N. 41.
        - Mandibulæ cum cranio. N. 42. ἐν ὀφρύσι διῆλθον τὸ ὀστέον (inter duo supercilia dextrum & sinistrum, diuisum est os) καὶ ἡ σύγκλεισις τῶν γονύων (mandibulæ item disiunctæ dextra & sinistra per synchondrosin coniunguntur) ἐν τετῷ γονείῳ μέσῳ (mandibulæ quidem in medio mẽto per cartilaginẽ cõcrescunt, quæ tamẽ in adultis in os uertitur) καὶ ἄνω πρὸς τῇ κεφαλῇ (ossa uerò supercilij dextrũ & sinistrum sursum ad caput in ipsa frõte media cõmittuntur.)
        - Vertebræ spinæ cum cranio. N. 43.
        - Costæ cum spina. N. 44.
        - Clauiculæ cum costis & humero. N. 45.
        - Scapulæ cum brachio. N. 46.
        - Humeri cum scapulis & cubito. N. 47.
        - Cubitus cum humero & manu. N. 48.
        - Manus cum cubito & digitis. N. 49.
        - Digiti cum manu & inter se. N. 50.
        - Coxendix cum spina & femore. N. 51.
        - Femur cum coxendice & tibia. N. 52.
        - Genu cum femore & tibia. N. 53.
        - Tibia cum femore & pede. N. 54.
        - Pes cum tibia & digitis. N. 55.
        - Digiti cum pede & inter se. N. 56.
      - Carnes siue Musculi. Subintelliguntur: præsertim cũ quæ de Venis musculosæ substantiæ inhærentibus dicta sunt, de ipsa etiam Carne dici queãt: quòd scilicet per uniuersum corpus eiusdem sit naturæ, eiusdem alimenti: & propter uenarum communionẽ & mollitiem suam morbos quidem minus sæuos patiatur, facilè tamen communicabiles.
    - Propria & peculiaris uni alicui indiuiduo, sed non magni momenti, utputa in minoribus tantùm partibus uarians. Sic conformatio interdum uariat in alijs quidem
      - Ossium. N. 57.
      - Venarũ: & hæc multo frequentißima. N. 58.
- Præter naturam. Vide signum IIII.

III. Vasa

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 385 sur 736

III. Vasa communicant inter se tum

Caua, & musculis inserta, Venæ scilicet & Arteriæ. Quarũ quidem

Historiam breuiter recenset. Venarum deductionem Hip. à capite orditur, non quòd cerebrum uenarum principium esse putet, sed quia non multũ refert uenarum principium scire, illud uerò permultum, in capite non minus quàm in reliquis partibus uenas reperiri, per quas (ut in seq. docebit) & humores ad inferiora præcipitari, & ab inferioribus ascendere queant, hincq; adeò morbos capitis reliquo corpori, & còrporis reliqui morbos capiti cõmunicari. Disputatio enim de principio uenarũ, Cordi an Hepati debeatur, ut ingenij multum, ita utilitatis parum in se habet. At anatomica historia medico negocio perneccssaria est. Etsi enim Philosophi naturalis propria uidetur, uti etiam stirpium & quorumuis aliorũ simplicium, quæ in usum ueniunt medicũ: à Medico tamen à theoria ad praxin transfertur, cùm non ut sciat humani corporis structuram, sed ut ea scientia instructus sanitati hominis commodare queat, anatomiæ det operam. Cæterùm uti nostro seculo cessantibus Philosophis, Medici coacti fuere partes philosophorum in Anatomicis & Botanicis inuestigandis suscipere: ita quoq; Hip. non quia medica propriè esset hæc consideratio, sed quia medico maximè necessaria, & à philosophis obiter tantùm tractata, Ossium prius, nũc etiam Venarum historiam tradit: easq; diuidere uidetur, ut aliæ sint

Capitis, numero uariæ, sed quo ad situ, aliæ quidem

Ascendẽtes, siue in ipso capite disseminatæ, in quibus receptæ ex inferioribus elati uapores, uariá inducũt symptomata, nunc per sympathiam solã, nunc etiam per idiosyncrasiam. N. 32.

Descendentes, et inferioribus partibus à cerebro communicatæ, per quas uarias orri fluxiones, respectu partiũ in quas decũbunt, in seq. docetur. N. 33.

Reliqui corporis, à uena caua tanquam à caudice exortæ. N. 34.

Cõmunionem affert, tum

Vtilem & naturalem, quoniam inter se coniunguntur & magnæ cum magnis, & paruæ cum paruis, siue immediatè, siue mediatè per uenas alias. N. 35.

Noxiam & præter naturam, morbosam scilicet. Nam propter communitatem meatuum, & humoris contenti fluxibilitatem, & carnis continentis mollitiem, facillimè communicatur materia morbifica unius partis alteri parti. Quod quidem in febribus euidentissimè conspicitur. N. 36.

Solida ossibus attexta, & ἀνοίλια, citra cauitatem tantam, quanta est in uenis. Etsi in neruorum genere optici etiam perforati uideantur, ijdemq; suspicionem præbeant, reliquos itidem neruos, minimis & sensus obtutum effugientibus foraminibus plenos esse. Neruorum

Species recenset. Neruorum appellatione cõprehendit &

Generatim & Naturam docet. N. 37.

Morbos grauissimos esse ostẽdit. N. 38.

Impropriè dictos, Ligamẽta scilicet, quæ articulos & obtegunt, & continent, siue constringunt. N. 39.

Propriè dictos, Motiuos scilicet, & Sensitiuos: quorum rursus alij grãdiores sunt, alij tenuiores, quos ἶνας uocat: alij ad ussum non perforati, alij perforati, πορεανοίλιοι dicti, optici scilicet nerui. Hos Cornarius omisit. N. 40.

IV. Com-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 386 sur 736

Est, articulus rectè ualet, huiusq; beneficio ceu axungiæ ad mo tum agilior redditur. N. 60.

Per se, quia humor alienus mu coris natiui lubricitatem corrumpit. N. 63.

Per accidẽs, quoniam calor humorẽ alienum (præsertim si nõ amplius influat) resiccat, & unà cùm ipso mucũ quoque dilutiorem redditũ uel absumit, uel saltẽ inspissat. N. 64.

Qualitatẽ impedit, & ueluti constringit. N. 62. tum

Eiusdem, quatenus eodem genere morbi afficiuntur. Verbi gratia, cùm Articuli omnes eiusdem sint generis, idem quoq; morbi genus patiuntur, à materia in ijsdem collecta. Plenus enim natura sua articulus est Mucore, quem hìc μύξαν, at com. de Arte n. 79. ἰχῶρα uocat, in occultis articuli θαλάμοις siue receßibus latentem. Com. uerò de Principijs n. 89. σίαλον appellat. N. 59. Humor igitur iste mucilaginosus quando purus

Non est, sed humore à carnibus defluente permiscetur, & ad motum ineptum reddit articulum, & dolorem parit. N. 61. Deducit. Humor à musculis ad articulum fluẽs, articuli motum propter humoris influentis

Quantitatem tollit. Humor enim multus influens in articulum, cùm ab eo totus capi nequeat, in ligamenta quoq; & neruos regurgitat, ibiq; constistens (ναπῶς πεπηγὼς, cum læsione scilicet partis) robur & facultatem illorum soluit. N. 65. Proinde χωλοὶ hinc fiunt, alij magis, alij minus, hoc est, paralytici siue resoluti, prout uel in hunc uel in illum articulum influit, & uel motum totius uel partis impedit. In specie alioqui χωλοὶ propriè dicũtur claudi, quibus ob partium inferiorum uel resolutionẽ, uel quamuis aliam noxã, pedis motus tollitur. N. 66. Eadẽ de causa podagricorum quoq; pedes otiari coguntur.

IV. Cõmunionem partium præter naturam intelligimus, quatenus uel morbos eosdem patiuntur, uel diuersos, ab eadem tamen causa ortos. Communicant ergo partes uel generis

Consuetas & naturales. Sic, uerbi gratia, Ventriculus Renibus per medium Hepar connectitur: à quo per cauam uenã emulgentes uenæ in Renes deferuntur. Et proinde quæcunq; in uentrẽ ingeruntur, siue esculẽta, siue potulenta, Renes & Vesicam uel lædere uel iuuare possunt. N. 67. Similiter quoq; Thoracem per uenam ἄσυγον renibus coniungi, adeoq; per urinam pus pleuriticis expurgari, Fallopius primus è neotericis obseruauit. Pari ratione per uenas cutaneas sibijnuicem occurrẽtes uterum mammis connecti, hincq; adeo tantum inter illos consensum esse, historia docet anatomica. Nisi talem communitatem intelligat Hip. hæc profectò particula præter methodum in contextum uidebitur irrepsisse.

Diuersi, propter connexũm mutuum uasorum et articulorum, ita ut materia morbifica, quæ uni parti innata est, alteri quoq; cõmunicari queat, & uel per uias

Non consuetas, & præter naturæ ordinem. Generali uoce ῥόος appellatur, Fluxus humoris à parte in partem. Vide signum V.

V. De

©BIUM

V. De Fluxionib. igitur agit, tũ in

- Genere, quo ad differentias sumtas à caussa
  - Efficiente. Quas quidem
    - Proponit, tres numero: carnis scilicet uel refrigerationem, uel calefactionem, uel repletionem nimiam. N. 68. Repletionẽ appellat ὑπερφλεγμαίνειν, & paulo post n. 69. λίην ἐκπλέην γίνεσθαι. in seq. πλησμονὴν, non tantùm succorum, sed & alimentorum. item συνοιδαίνειν, quoniã ob tumorem partes constringuntur. Quibus ἰσχνότης & κένωσις & μὴ συνοιδαίνειν opponuntur.
    - Declarat. Videlicet
      - Externam
        - Refrigerationem. N. 69.
        - Calefactionem. Humor enim frigore cõgelatus à calore soluitur: & quicquid à calore solutum fuerit, illud fluidum redditur. N. 70. Sic com. de Principijs humidum quadruplex constituit, Gelidum, Fluidum, Viscidum, Pingue.
      - Internam Repletionẽ, ab alimento siue humore alimentari factã. N. 71. Explicat fluxionis
        - Causam: partim loci
          - E quo fluit materia Repletionem.
          - In quem fluit Laxitatem. ῥεῖ καὶ τὸ χωρίον. Corn. ῥεῖ εἰς τὸ χωρ. legit. At sic tautologia committetur.
        - Curã, per contrariam exiccationem. Namq; uel
          - Artificialis est.
          - Naturalis, quæ sponte naturæ fit. Nã cũ corporis partes ipsæ sibijpsis cõsentiãt & cõmunicent (notiß. est illud ex lib. de Alimento, ξύμπνοια μία, ξύῤῥοια μία, ξυμπαθέα πάντα) ut affectiones mutuas sentiũt, sic ad auxiliũ mutuũ excitãtur. Proinde si pars nimio humore infestetur, siccitate sibi medetur, partim quia ipsa in uicinas partes sese exonerat, ut uel inuitæ suscipere & διαλαμβάνειν cogantur: partim quia partes uicinæ sponte ad se trahunt, & ἄγουσι. quorum utrumq; facile est, si partes uicinæ uacuæ sint, nec ex copia humoris tumidæ, humori uiam obstruant.
    - Materiali, siue à subiecta parte, à qua & in quam fluit. Sic facillimum esse defluxum à partibus superioribus in inferiores ostendit N. 72.
  - Specie. Fluxiones in specie enarraturus, per quas unius partis affectio alteri quoq; per eandem materiam communicatur, eas diuidere uidetur ratione partiũ, à qua in quã fluit. Ergo à
    - Capite in reliquum corpus uarij fluxus oriuntur. Vide signum VI.
    - Corpore reliquo per febrim attenuato humor colliquatus in lienem influit, obstruit, tumorem parit, tandem quoq; hydropem facit. N. 113. σπλὴν μέγας, alibi μεμυωμένος, musculi instar elatus. Cuius quidem
      - Historiam recenset. N. 114.
      - Curam tradit. N. 115. Cura in eo tota, ut Aqua, quæ cõfluxit, euacuetur, & Pars roboretur. Proinde conatus
        - Prior, uti
          - Pharmaco morbi Causa continẽs, ipse nimirum Humor aqueus, expurgetur.
          - Alimẽtis Pars debilitata φλεγματωδεστάτοις, hoc est, quæ plurimum, mole quantumuis exigua, nutrire possunt, corroboretur.
        - Posterior, uti chirurgica administratiõe, admota uẽtri cucurbita magna, circa & supra umbilicũ aqua attrahatur ex imo: attracta deinde per eã ipsam partẽ more ueterũ inustã tenuibus & frequẽtibus & minimè profundis escharis (ὅπως τὸ ὕδωρ ἰσχεῖν δύνῃ, ne aqua semel & confertim fluẽs, præsens exitium ægro afferat) euacuetur. Aphorismum uniuersalem, Extremis morbis extrema remedia, particulari curæ hydropis accõmodat, mutatis tantũ uerbis. κύκλον μέγαν pro μίαν lego, ex cõ. de Medico n. 70. ubi de Cucurbitis ex professo agit. Posteriores scarificatione utũtur, quæ ut minus exiccare & exiccando corroborare partẽ queat, multo tamẽ securior & expeditior & blãdior est, præsertim cùm attractione cutis ad superiora facto uulnere, eiusdemq; post eductam aquã remißione, uulneris osculum occludatur, sequenti die sola eiusdem retractione aperiendum.
    - Quibusuis alijs partibus in quasuis alias partes humor influere potest. Quas fluxiones Hip. hic silentio præterit, uel quia librum absoluere non potuit, morte præuentus: uel quia noluit, quum una specie fluxionũ capitis diligenter explicata, reliquarũ consimili methodo tractandarũ speciem constituisse uideretur.

VI. Flu-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 388 sur 736

©BIUM

VI. Fluxionum à capite in corpus reliquum delabentium

- Cognitionē proponit. Septem fluxiones à capite fiunt. N. 73. His tamen octauā adnumerat, quæ à capite in uentrem fit, de qua paulo pòst. Quarum differentiæ à medici illas obseruantis, & uel sensu uel ratione adesse deprehendentis, cognitione sumūtur. Sic etiā com. de Arte n. 69 νοσήματα in ἄδηλα et φανερὰ diuisit. Fluxionum igitur aliæ sensui oculorum
  - Manifestæ sunt, καταφανέες. N. 75. Nimirum quæ deferuntur ad Nares, Aures, Oculos. N. 74.
  - Non sunt manifestæ: siue deferātur à capite in partes reliquas, ꝑuias tū
    - Anteriores. Vt in
      - Thoracem per Asperam arteriam. Hinc χολὴ oritur, in uniuersum sic dicta ab humore tenui, & propter tenuitatem facilè fluente, ἀπὸ τοῦ λίαν χέεσθαι, siue Pleuritis ea sit (& quidem Humida. Nam paulo pòst inter Aphorismos huic com. annexos Pleuritidis ξηρῆς, hoc est, siccæ, quæ ἄνευ ῥόου, sine fluxione est, meminit) siue Peripneumonia, ut paulo pòst docebit. Comitatur autem febris, & subsequitur interdum Empyema & Phthisis. N. 76. Carnes non quiescunt, ὅταν σὺ χυμίη ἦ, etsi bonus sit humor qui influit: multominus si uitiosus, qui non tantùm quantitate, sed & qualitate sua parti infestus sit. Facilior est Cornarij lectio, ἢν χολὴ ἐνῇ.
      - Ventrem inferiorē per Gulam, & Lienteria uel Diarrhœa uel etiam Dysenteria oritur. Vti paulo pòst in ipsa cura docebit. Hic uerò omisit: sed quo consilio, incertum.
    - Posteriores in
      - Medullam spinalem, & oritur Phthisis diuersi generis à priore illa Thoracis. N. 77.
      - Vertebras & Musculos lumborum internos, & Hydrops generatur. N. 78.
      - Coxam, & Ischias fit, siue per πρωτοπάθειαν, siue per δευτεροπάθειαν. Sin uerò in reliquos articulos, ἀλέσματα in genere dicta, Articulorū dolores: in specie uerò uel totius, Arthritidē: uel partium, Podagram & Chiragram facit. N. 79.
- Curā subnectit: nimirum fluxionis uel orientis uel iam ortæ tū
  - Manifestæ. Vide signum VII.
  - Non manifestæ. Fluxiones deferuntur à capite uel per
    - Anteriora, nimirum per
      - Tracheam in Thoracem. Vide signum IIX.
      - Oesophagum in Ventrem inferiorē. N. 110. Νῆσις fit infernè, sæpe etiam supernè. Polluci νῆσις νήματος ἔργον est, filum ipsum, & fili conglomeratio. An ergo hic humoris collectionem uel in intestinis uel in uentriculo factā intelligit? An pro ἰνηθμῷ ponitur, pro fluore alui, à uerbo νέειν, quod procedere etiam significat? Corn. νῆσιν interpretatur νοῦσον. Ergo si ex decubitu humoris in uentrem alui fluor succedat, isq; fuerit
        - Recens
          - Cum dolore, tūc materia eluenda erit leui medicamēto aut clystere. Si ne sic quidē cedat, medicamēto utēdū ἰσχυροτέρῳ fortiore, uti per uim exturbetur. An potius legendū, ἰσχυτηρίῳ, medicamēto corroborāte, & tonū addente intestinis utēdū, qualia sunt τὰ στύφοντα, adstringētia, post euacuationē humoris tū sponte tū per medicamēta factā? Cibis interim laxantibus utendum, uti ne confertim aluus supprimatur.
          - Absque dolore, tunc ijsdem utendum hic, quibus illic, cibis tamen non laxantibus sed corroborantibus, eò quia nō multum materiæ in uentre collectum est.
        - Antiquus, siue cū dolore, siue absq; dolore, eadem ratione, qua dictum est, curandus erit.
    - Posteriora. Vide signum IX.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 389 sur 736

©BIUM

VII. Manifestę fluxionis curam tradit, tũ eius quæ fit in

- Nares, & omnium tutißima est. N. 80.
- Aures. N. 81. Fluxus
  - Recens, cùm suppuratione dolorem affert magnum. N. 82. Propter insuetudinem.
  - Inueteratus, qui iam in fistulam abijt, dolorem nullum affert, cùm is ab insuetis tantùm fiat. N. 83.
- Oculos, & uel
  - Exterius in tunicas et palpebras citra uisionis læsionem. Fluxio
    - Multa inflammationem parit. N. 84.
    - Pauca dolorẽ generat, nunc
      - Arenosum, ut ueluti lapillos aut arenulas inspersas oculis sentiat. Lacrymas proinde ciendas putat, tum per exterius illita, tum per interius assumta, quibus humectatur corpus, ut uapores ad oculos elati copiosiores, materiam morbificam diluant & eluant, secumq; euehant. τὸ φλεγμαίνειν hîc, ut sæpe aliàs, non inflammare, sed replere significat. N. 85.
      - Pruriginosum. N. 86.
  - Interius in ipsam oculi substantiam, ut proinde uisio etiam lædatur, uel per
    - Meatuũ obstructionem factã uel à
      - Muco collecto inter cranium & pericraniũ, indeq; ad oculos præcipitato. Describit
        - Ortum. N. 87.
        - Curam per incisionem pericranij. N. 88. Quam magnus ille And. Vesalius in Carolo, unico Philippi Catholici F. cùm ex præcipitio caput mirificè intumuisset, magna cum omnium admiratione, maxima uerò cum æmulorum inuidia, tam constanter quàm feliciter administrasse fertur. πρόστασις σαρκὶ πρὸς τὸ ὀστέον ex crebris fit incisionibus, ut totus humor sub cute collectus optimè expurgetur: quo expurgato, cutis denuò oßi adhærescit. τοῦ ἐφισταμένου μαρμαρυγώδης γίνεται, propter muci decubitum nouum oculus splẽdidus fit: uel quia ipsimet ægro obuersantur splendentes scintillæ, μαρμάρυγες propriè dictæ, τοῦ ἐφισταμένου, ex humore affluente: uel quia medico ἐφισταμένῳ & ægri curam gerenti oculus solito splendidior apparet.
      - Sanguine è uenis inter corneam & pupillam suffuso. ὄψιν uidetur pupillã intelligere, quòd per foramẽ illud uisio fiat. Quòd si ea parte, qua perforata est, sanguis offundatur, rotundũ foramẽ esse desinit, neq; species uisibiles uel recipi æqualiter, uel spiritꝰ uisorij æqualiter emitti possunt, ea parte quæ suffusa est nõ amplius pellucẽte. Et proinde nõ uidet amplius rotũdũ, hoc est ipsum uisibile nõ æqualiter omni sui parte recipitur, sed ea parte qua obstructio est reliditur: ut ueluti eclipsin pati uideatur uisio ipsius ægri. Et hoc modo τὸ ἐμφαίνεσθαι hîc uel de humore q̃ ab externo humore collustrãtur, et interni humoris actionẽ materialiter promouet, intelligendũ erit: uel de specie uisibili, quæ in humore crystallino reflectitur & apparet. Potest quinetiam hoc ipsum referri ad eum qui suffusum oculum intuetur, neq; rotundam amplius pupillam esse animaduertit, sed macula quapiam suffusam. Cura per inustionem uenarum & arteriarum temporalium. N. 89. Quam nunquam satis laudatus Gab. Fallopius Mutinensis præceptor nôster ad usum reuocauit chirurgicum.
    - Tunicarum rupturam. Emollientibus & adstringentibus medicamentis utendum: his ut cicatrix inducatur, illis ut mollis & tenuis cicatrix. N. 90.

IIX. Flu-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 390 sur 736

©BIUM

IIX. Fluxionum in Thoracem, tum

Cognitionem proponit. In thoracē influit humor à capite (uti ex n. 97 colligi potest) uel

Multus, & conferim, & semel, morbumq; excitat,

Primariò quidem κεφαλὴν dictum. Cuius quidem enarrat

Species siue differentias. Aut occupat latus alterum tantùm, & Pleuritis dicitur. N. 91. aut utrumq;, & quia pulmonē undiq; uidetur circumdedisse, Peripneumonia uocatur. N. 92.

Causas. N. 93.

Signa, tum

Diagnostica, quib. cognoscatur, et

Species morbi, pleuritis'ne sit an peripneumonia. Hæc namq; & maiora & grauiora habet symptomata. N. 94.

Magnitudo morbi, utrum morbus sit leuis an grauis. Sic N. 105. & pleuritidis & peripneumoniæ species maximè periculosæ signa tradit, quæ ad hunc locum potius, si methodum spectes, pertinent.

Prognostica de euentu morbi, & præsertim pipneumoniæ subnectit. N. 95. Signa adsunt, dolor laterū et clauiculārū, lingua crocea, fātium dolor, laßitudo uehemens, febris perpetua. Die sexta uel septima demum an helatio superuenit: Posteaquam ea inuaserit, tunc febris septima die, natura contra morbum totis uiribus incūbente (id quod ex seq. n. 106 intelligi potest) uel

Non soluitur cū nulla fiat crisis: ad eoq; moritur. Mortis causa, uel

Simplex, nimirum caloris natiui Resolutio et μάρανσις, ob uehementiā caloris febrilis, non autem ob suffocationem. Sic simpliciter intelligendum uidetur τὸ ἀποθνήσκειν. Extinctio & suffocatio & ueluti σβέσις, à materia caput & pulmones opprimente. ἀποπνίγεται, ex suffocatione moritur, non autem ob caloris uehementiam.

Duplex, ἀμφότερον, Resolutio scilicet & Suffocatio.

Soluitur per crisin & solutionem

Perfectam, & sanus fit.

Imperfectā, ut nō penitus calor abeat, sed multo tamen mitior fiat. Ex reliquijs ergo morbi, si denuò recrudescat an helatio die

Nona, posteaquā duobus diebus iam febris intermiserit: tunc plerisq; suffocantur, pauci interdum euadunt suppurati.

Duodecima, cùm quinq; iā diebus febris intermiserit, & natura sese aliquantum collegerit, non moriuntur quidem, sed suppurati fiunt.

Decimaquarta, natura reliquias morbi expellere per crisin perfectam conante, & sani fiunt.

Secundariò uerò Empyema, quod interdū salubri pleuritidi aut peripneumoniæ succedit. N. 96.

Parcior et sensim, absque intermissione, et morbum excitat

Primariò quidem uel

Empyema. Cuius refert

Species. Empyi fieri possunt, uel ob

Pulmonis Repletionem à materia descendēte sensim in pulmonem, eāq; retinēte, præsertim si plus retineatur quàm expuatur. N. 97. uel ob eiusdem Exulcerationem. N. 98.

Thoracis musculorum exulcerationem. N. 99.

Signa (etsi turbata serie, uti ex numeris colligi potest) tum Remissioris, quando pus expuitur. N. 102. tum Grauioris, cùm pus in pectore remanet. N. 103.

Phthisis. N. 100.

Secundariò, uel ex empyemate Phthisin, uel ex phthisi Empyema. N. 101.

Curationem traditurus pe

Pleuritidis. N. 106. Si febris ἀφῦ, remittat, abeat, sorbitionibus utēdum leuißimis, nimirum quando sputum nondum procedit, ne corpus cibo oneretur, & febris redeat: quandoquidē paulo antè n. 105 febre remittente sputum sisti posse docuit. An legendum, Si febris ἀφῦ, superueniat, corripiat, nimirum in principio morbi, uictu tenui utendum esse νεαρὸν σῶμα, non tam respectu ætatis (uti Corn. placuit) quàm inuasionis morbi uidetur intelligere, quod in principio & augmento est morbi. quod seq. n. 108 appellat ἀρχὴν νοσήματος. Cui opponitur σῶμα eiusdem ægri, πυρετὸ ἀφικνουτος. Nisi quis νεαρὸν νόσημα legendum putet.

Peripneumoniæ. N. 107.

Empyematis. N. 108. Ἐπὴν ἡ ἀρχὴ τὸ νοσήματος μηκέτι ἦ, si principium morbi trāsierit, hoc est, si fluxus, qui morbi causa & principium extitit, ad thoracem fluere desierit, per nares aliāsue partes auersus.

Phthiseos. N. 109.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 391 sur 736

©BIUM

IX. Per posteriora fluxiones deferuntur uel in

- Medullam, *unde Phthisis. Cuius cura eadem, quæ superioris, empyemati succedentis.* N. 104.
- Vertebras & lumbos, *unde Hydrops lumborum.* N. 111. *Curam instituit*
  - Causę morbificæ, Catarrhi scilicet in lumbos iugiter defluentis. Methodus
    - Historica, *siue Practica, ipsi praxi accõmodata, ratione temporis, quid priore, quid posteriore loco fieri debeat. Cauterium igitur imprimitur ceruici, non unum, quia nimis amplum foret, sed tria, non profunda, propter subiectas partes neruosas, ut triplici eschara exiccati & constipati pori, & cicatricibus tenuibus, hoc est, superficialibus inductis, ijs partibus fluxus non recipiatur amplius, ἀλλ' ἀποφράττηται, sed uia illi intercludatur & obstruatur. Subinde partibus medicamentum uehementius adhibetur, reuulsionis causa: consequenter, ubi eò fluere didicerit, leuius, ut fluxus ἐκτρέπηται, à posteriore parte diuertatur, donec totus ἀποτράπηται, aliò auertatur. Cibis nutrit φλεγματώδεσι, hoc est, replentibus & plurimum nutrientibus, ut uapores elati copiosi à cibo partes anteriores maximè dilatent, & ad fluxionem recipiendam oportunas reddant.*
    - Logica, *siue Theorica, ratione præcipua capita eorũ, quæ quouis tempore locoq; agenda sunt, comprehendẽs. De qua in Aphorismorum dispositione, si Deo uidebitur, in uniuersum agemus. Obiter hîc fontes attingamus. Materia noxia influit in lumbos à capite, tanquam causa antecedens, quæ morbũ fouet. Hæc cùm præter naturam sit, sistenda & coercenda & euacuanda est, tum in parte, è qua fluit, tum in parte, per quam fluit, per Ceruicem scilicet: siue id fiat per materiæ huius*
      - Intra corpus transpositionẽ, quã sequitur plerũq; Euacuatio. Transpositionis huius principium fit uel à parte
        - Sana, eaq; uel
          - Propinqua, per Deriuationem. ἐκτροπή.
          - Remota, per Reuulsionem. ἀντίσασις.
        - Affecta, in quam
          - Influit, per Auersionem. ἀπόφραξις & ἀποτροπή.
          - Influxit, per
            - Repulsionem.
            - Extractionem, è centro ad superficiem.
      - Extra corpus Emißionem, quæ ἔκκλυσις lib. de Humoribus, Euacuatio propriè dicitur, & priores illos modos ferè sequitur.
  - Morbi *ipsius, seu symptomatis potius, ablatione nimirum causæ continentis: quæ si lumbos occupet*
    - Parte
      - Exteriore, Fomentis exterius applicitis resoluenda erit.
      - Interiore, Pharmaco per aluum educenda est.
    - Totos, & Topicis exterius, et Pharmacis interius euacuanda erit.

      In *uniuersum autem locorum oportunitatem non modò hîc, sed & in præced. obseruandam præcipit: quod alibi mutatis uerbis effert, Quæ ducere oportet, per uias conuenientes ducere oportet.*
- Coxam, *unde Ischias.* N. 112.

DE

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 392 sur 736

©BIUM

Emblemata quædam Methodica,

APPENDICI Aphoristicæ huius Commentarij inserta.

DE VENARVM INVSTIONE.

VENAM[1] sic urere oportet conuenientem morbo, quo quis ægrotat. [2] Si ustus fuerit homo, & fluxerit sanguis, ne periculosum hoc sit ipsi, duo hæc sunt facienda.[3] Cùm perusseris ipsam in affectione, cuius gratia urebatur, ne sinatur coalescere, ut scilicet effluxu suo prosit.[4] Nam cùm perusta est, nõdũ fluit.[5] Tunc enim extremitas utraq; uenę recurrit, qua parte pusta est, & exarescit.[6] Si uerò relinquatur aperta, à fluxu partis, quæ relicta est, profluẽte humectat̃.[7] At si sanguis ex uena minimè fluit, transuersim perurito.[8] Si neq; sic cesset, præter ustionẽ, suprà quoque ac infrà utrinque dissecato, quò sanguinis fluxus auertatur.[9] Interceptum enim faciliùs est medicamento sedare, quàm unitum.

ΦΛΕΒΑ[1] δὲ ὧδε χρὴ καίειν ἐπιτήδειον, ὥστε τὸ νόσημα, ὃ ἂν ἐς ἦ νοσέων.[2] ἢν κεκαυμένος ἦ ἄνθρωπος, ῥέῃ δὲ τὸ τοῦ αἵματος, ὡς μὴ ἐπικίνδυνον ἦ τοῦτο αὐτῷ, ἀμφότερα ταῦτ' ἐστὶ ποιέειν.[3] ἢν διακαύσῃς, ταῦτα ἐν τῷ πόνῳ, οὗ εἵνεκα ἐκαίετο, οὐ ξυμφύεται, ὠφέλησι δὲ τῷ ῥόῳ.[4] ἢν γὰρ διακαῇ, οὐ ῥέῃ.[5] ἐπὴν γὰρ διακαῇ, τὸ ἄκρον ἑκάτερον ἀνατρέχει τῆς φλεβὸς ἦ διακαῇ, καὶ συναυαίνεται.[6] ἢν δὲ καταλελειμμένον ἦ, ὑπὸ τοῦ καταλελειμμένου διαῤῥέοντος τοῦ ῥεύματος ὑγραίνεται.[7] ἢν δὲ αἷμα ῥέει ἐκ φλεβὸς, διακαίειν ἐπικαρσίην.[8] ἢν δὲ μὴ παύῃ, πρὸς ταῦτα ἄνω ἐς κάτω ἑκατέρωθεν διατάμνειν, ὡς ἀποτρεφθῇ τὸ αἷμα ῥέον.[9] διαλελημμένον γὰρ φαρμάκῳ ῥαῖον παῦειν, ἢ τὸ ἀθρόον.

- VENA *inurẽda, quam morbus iubet.* N. 1. *Vstio uerò, ut prosit, duo sunt consideranda.* N. 2. *Nimirum uti tempore debito uena*
  - Aperta *relinquatur, neq; claudatur, ut repetitis uicibus sanguis emitti queat.* N. 3. *Quando uris, respectu morbi, propter quem uris, uena non est consolidanda, sed tamdiu aperta seruanda, quandiu fluxurus sanguis prodesse poterit.* Ratio. *Nam*
    - In *ipsa ustione sanguis paucus fluit, qui propterea parum iuuare potest.* N. 4. *Causam affert.* N. 5. *Postquã usta est, si relinquatur aperta, neque consolidetur, per eam partem, quoties opus est, humor extrahi poterit.* N. 6.
  - Claudatur. *Claudi autem potest uel*
    - Medicamento *uulnerario.*
    - Chirurgica *operatione: nimirum ut uiolenta fluxio sistatur uel*
      - Vstione *uenæ obliqua.* N. 7.
      - Incisione *superiorum & inferiorum uenarum, & emissione sanguinis.* N. 8. Ratio. *Vt sanguinis in diuersas partes diuersi & reuulsi, ueluti torrentis in riuos uarios diducti, uiolentia infringatur, & sistatur, adeoq; uulnus se consolidari patiatur.* N. 9.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 393 sur 736

©BIUM

QVOD MEDICA ARS LONGA sit & difficilis.

ΙΗΤΡΙΚΗΝ[1] ἐ σλωατόν ἐςι παχὺ μαθεῖν, ΔΔὰ τόδε, ὅτι ἀδλώατόν ἐςι καθεςηκός τι ἐν αὐτῇ σόφισμα γνώσῃ. [2] οἷον ὁ τὸ γράφειν ὅτα τρόπον μαθὼν ὃν δεδιδάσκουσι, πάντα ἐπίσταται. Ϛ οἱ δπισάμενοι πάντες ὁμοίως, ΔΔὰ τόδε, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ὁμοίως πιθόμενον νῦν τε, καὶ οὐ νῦν, οὐκ ἂν τὸ ὑπεναντίον γένοιτο, ἀλλ' ἀεὶ ἐνδεικέως ὅμοιόν ἐςιν, καὶ ἐ δεῖ καιροῦ. [3] ἡ δὲ ἰητρικὴ, νῦν τε καὶ αὐτίκα ἐ τὸ αὐτὸ πιέει, [4] καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπεναντία πιέει, [5] καὶ ταῦτα ὑπεναντία σόφισιν ἑωυτοῖσιν. [6] πρῶτον ὑποχωρητικὰ οὐκ ἀεὶ πιέουσι, [7] καὶ τὰ ὑποχωρητικὰ ἀμφότερα πιέουσι. [8] τάχα δὲ ἐδ' οὕτως ἔχουσιν τὰ ὑποχωρητικὰ τοῖσι ξυσίμοις ὡς ὑπεναντία. [9] ἐπιξύσης τῆς κοιλίης, ΔΔὰ τὴν λίην ξύσιν φλεγμαίνων τὸ σῶμα, ἐς τὴν κοιλίην φλέγματος ἀφικομένου, οὕτως ἡ ξύσις ὑποχώρησιν ἐποίησεν. ἐπὶν γὰρ τὸ φλέγμα ἐς τὴν κοιλίην ἐσέλθῃ, ἐνηθμὸς γίνεται. [10] ἐν τούτῳ δὲ τὰ ὑποκχωρητικὰ φύσει, ξύσιμον πιέουσιν ἐν τῇ κοιλίῃ. [11] ἢν μὲν μὴ ὑποχωρητικὰ πιέῃς, ἐκλύεται δὲ τὸ νοσεῖν πιέον καὶ ὑγραίνηται, ἐπὶν ἐκλυθῇ, γίνεται ὑγιής. [12] καὶ οὕτω τά τε ξύσιμα τοῖσιν ὑποκχωρητικοῖσιν ξύσιν πιέουσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσι ξυσίμοισι τὰ ὑποκχωρητικά. [13] τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰς ἐρυθρὰς καὶ τὰς χλωράς. [14] καὶ τὰ φλεγματώδεα χλωρὰς πιέει καὶ ἀχρόας, ϗ τὰ ἰσχναινόμενα εὐχρόας. [15] ἑκάτερα δ' ἐςὶ φάρμακον τὰ ὑπεναντία τῷ ὑπεναντίῳ. [16] αὐτίκα ὅτ' ἂν φλεγμαίνῃ, χλωρὸς ἐὼν ἐκλύεται, ἢν μήπι ἰσχναίνῃ φάρμακον προσενεχθὲν· ἐνδεὲς τῷ φλεγμαίνοντι τὸ ἰσχναῖνον ὠφέλησεν. [17] τούτων ἓν τὸ ποτὲ ὠφελοῦμενον, τῷ ὠφελεῖσθαι νῦν ὠφελεῖ ἐκπεῦσαι, ὁπόταν ἂν ὑπὸ ἰσχνότητος ἀχρόος ϗ χλωρὸς ἦν· ἦν γάρ τις φλεγματώδεες προσφέρῃ, παύει τὸ χλωρόν. [18] ὀδυνή τε γίνεται ϗ διὰ τὸ ψυχρὸν, καὶ διὰ τὸ θερμόν. [19] καὶ διὰ τὸ πλέον λίην, ϗ διὰ τὸ ἔλασσον. [20] ϗ ἐν ᾗ τοῖσιν ἐψυγμένοισι φύσει, τοῖσιν ἐκ τοῦ σώματος πρὸς τὸ δέρμα ΔΔὰ τὸ θερμαινόμενον λίην ὀδυνή γίνεται· ἐν δὲ τοῖσι θερμοῖσι φύσει, ΔΔὰ τὸ ψυχρὸν. καὶ ἐν μὲν τοῖσι ξηροῖσι φύσει, ὑγραινομένοισι· ἐν ᾗ τοῖσι ὑγροῖσι φύσει, ξηραινομένοισι. [21] τὴν γὰρ φύσιν ΔΔαλλασσομένοις ἑκάστοισι καὶ ΔΔαφθειρομένοις αἱ ὀδυναι γίνονται. [22] ὑγιαίνονται δὲ αἱ ὀδυναι τοῖσιν ὑπεναντίοισιν. ἴδιον ἑκάστου νοσήματός ἐςι· τοῖσι θερμοῖσι φύσει, ΔΔὰ τόδε τὸ ψυχρὸν νοσέουσι, θερμαί-

A MEDICINA citò addiſci nequit, propterea quòd ſtata ac certa doctrina in ipſa tradi non poteſt. [2] Verbi gratia, Qui ſcribere didicit eo modo, quē omnes docent, omnia nouit: & qui ſciunt, omnes ſimiliter nouerunt: propterea quòd idem eſt, & ſimiliter fit, & nūc, & non nunc: neq; contrariū fieri poteſt, ſed ſemper & iure quidē ſimile eſt, neq; indiget occaſione. [3] Medicina uerò & nunc, & paulo pòſt, non idem facit, [4] & in eodem contraria facit, [5] & hæc etiam ſibijpſis contraria. [6] Primùm aluum ſubducentia non ſemper hoc faciunt, [7] & aluum ſubducentia utrunq; faciunt. [8] Fortaſsis autem neq; ſicſe habent aluum ſubducētia, quaſi aluum ſiſtentibus ſubcontraria ſint. [9] Nam ſuppreſſa aluo, propter nimiam ſuppreſsionem corpus repletur, & humore in uentrem delabente, ipſa conſiſtentia ſeceſſum facit. Poſteaquam enim humor in uentrem peruenerit, euacuatio contingit. [10] Viciſsim uerò & aluum ſubducentia ex ſui natura, uentrem interdum ſiſtunt: [11] & ut non utaris ſubducentibus, tamē ſi ſponte naturæ id, quod morbum facit, ſoluatur, & uentrē lubricet, poſteaquam omninò ſolutum fuerit, ſanus euadit. [12] Et ſic uentrem ſiſtentia ſubducentium miniſterio uentrem ſiſtunt: & uiciſsim uentrem ſubducentia, miniſterio eorum quæ ſiſtunt. [13] Eodem modo res ſe habet circa rubicundos & pallidos. [14] Nam & replentia pallidos faciunt atque decolores: & uiciſsim inaniētia bonum colorem inducunt. [15] Vtriuſq; aurem remedium eſt contrarium contrario adhibitum. [16] Verbi cauſſa, Quum propter plenitudinem pallidus fuerit, liberabitur ſanè, ſi quod medicamentum inaniens adhibitum fuerit. hicq; adeo replenti inaniens opem fert. [17] Rurſus autem quod opem alterius expertum eſt, ipſum uiciſsim opitulanti opitulatur, ſi quando præ inanitione decolor & pallidus factus fuerit. Si quis enim medicamentum ad replendum idoneum exhibuerit, pallor ſedabitur. [18] Iam uerò dolor quoq; & propter frigiditatem fit, & propter caliditatem, [19] & propter ualdè exuperans, & propter imminutum. [20] Nam quæ natura ſua frigidæ ſunt corporis partes ſi uehementer calefiant, ſecundùm cutim dolor excitatur. In calidis uerò natura, propter frigidum. Sic in ſiccis natura, ſi humectentur: in humidis deniq; natura, ſi reſiccentur. [21] Singulis namq; ob naturæ ſuæ permutationem ac corruptionem dolor oritur. [22] Sanantur autē dolores contrarijs: & ſanè contrarium unicuiq; morbo proprium eſt. Nam in calidis natura propter frigidita-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 394 sur 736

giditatem ægrotantibus, dolores calefacien A tibus abiguntur. & reliqua iuxta hanc rationem fiunt. [23] Alius porrò modus hic est. Per similia morbus fit, & per similia adhibita à morbo liberantur. [24] Exempli causa, idem urinæ stillicidium facit, si non adsit: & si adsit, sedat. [25] Tussis similiter, ut urinæ stillicidium, ab ijsdem fit & sedatur. [26] Alius rursus modus hic est. Febris ex repletione, aliquando ab ijsdem fit, & sedatur, aliquando à contrarijs. [27] Interdum enim si quis aqua calida lauet, & multum potum exhibeat, sanus fit æger: atque sic febris propter repletionem orta, repletionem inducentibus tollitur. Præterea [28] si quis medicamentum aluum subducens & uomitorium propinare uelit, eo- B dem modo & ab excitantibus sedatur, & à sedantibus excitatur. [29] Nam si quis homini uomenti aquam multam bibendam dederit, unà cum uomitu eluentur ea, quæ uomitum faciebant: adeoque uomitu uomitus sedabitur. [30] Est uerò cui uomitum sistentibus uomitus sedatur: quoniam à pharmaco deorsum pellitur id quod uomitum faciebat. Et sic utrouis modo, contrario licet, homo sanus fit. [31] Quod quidem si in omnibus eodē modo se haberet, stata sanè ac certa artis præcepta dari possent: nimirum alia quidem contrarijs curari, qualiacunque tandem sint, & à quacunque causa fiant: alia uerò similibus, qualiacunque ea sint, & à quacunque causa C fiant. [32] Huius autem rei causa corporis debilitas existit. [33] Corpus enim à cibis æqualib. æqualiter nutritur, à corpore uerò cibi superantur. [34] Postquam uerò plus aut minus ingesserit, aut aliam quampiam transmutationem passus fuerit, & ipse superatur ab oblatis, & cibi superātur. [35] Quatenus ergo superantur, eatenus corpus replent. [36] Quatenus uerò superant, eatenus contrarium faciunt. [37] Sic calida lauari, dum corpus superet eius administrationem, uigere corpus facit. [38] Sin uerò superetur, gracile reddit. [39] Et comessatio similiter idem quod lotio præstat. [40] Alimenta enim quamdiu superantur, uigere corpus faciūt. [41] Quando uerò superant, tunc & alui fluorem, & uaria mala inducunt. [42] In- D terea autem dum corpus, cui offertur immutatur, necesse est & id quod offertur immutari. [43] Etenim corpus immutatum, utputa deuictum, parum potest, & ab omnibus offensiones percipit. [44] Hoc autem faciunt & aluum subducentia, & replentia, quòd scilicet, gracile corpus faciunt: reliqua item omnia, quæ his subcontraria faciunt. [45] At uerò Medicina breuem occasionem habet: [46] & qui hoc nouit, illi stata ac certa est ars. [47] Scit enim quæ similia sint, quæ dissimilia. in quibus cognoscendis occasio medica consistit. [48] Nimirum quòd alui subductiones in-

μῆνόν τι, καὶ τἄλλα τούτων κῆ λόγον. [23] ἄλλῳ ὅδε τρόπῳ. Διὰ τὰ ὅμοια νοῦσῳ γίνεται· καὶ διὰ τὰ ὅμοια προσφερόμενα ὑπὸ νοσεόντων ὑγιαίνουσι. [24] οἷον στραγγουρίῃ τὸ αὐτὸ πιέζει οὐκ ἐοῦσαν, καὶ ἐοῦσαν τὸ αὐτὸ παύει. [25] κῆ βῆξ κῆ τὸ αὐτό, ὥσπερ καὶ στραγγουρίη, ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνεται καὶ παύεται. [26] ἄλλῳ ὅδε τρόπος. πυρετὸς ὁ διὰ φλεγμασίην γινόμενος, τοτὲ μὲν ὑπὸ τ' αὐτῶν γίνεται καὶ παύεται, τοτὲ δὲ τοῖσιν ὑπεναντίοισιν ἐγχύσεος. [27] τοτὲ μὲν γὰρ ἤπιος βέλτιον λέγειν ὕδατι θερμῷ, καὶ πολλὰ διδόναι, ὑγιὴς γίνεται· διὰ τὸ φλεγμαῖνον, τοῖσι φλεγμαίνειν ποιέουσιν προσφερομένοισιν, ὁ ὢν πυρετὸς γίνεται ὑγιής. [28] καὶ ἤπιος βούλεται φάρμακον πίνειν ὑποχωρητικὸν καὶ ἐμετικόν, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖσί τε ποιέουσι πίνεται, καὶ τοῖσι πίνουσι γίνεται. [29] ἔστι μὲν γὰρ ἤπιος ἐμέοντι ἀνθρώπῳ βέλτιον ὕδωρ διρῶδες πιεῖν πολύ, σκυλωθήσεται δὴ ἀ ἐμέει σὺν τῷ ἐμέτῳ· αὐτῷ μὲν διὰ τὸ ἐμέειν ὁ ἐμέτου πίνεται. [30] ὧ δὲ διὰ τὸ πίνειν, ὅτι κάτω ποιήσει αὖτις ἐλθεῖν ἐξ ἐκείνου ὃ ἐνεὸν ἔμετον ποιέει, ἀμφοτέροισι τοῖσι ὑπεναντίοισι τρόποις ὑγιὴς γίνεται. [31] καὶ εἰ μὲν ἅπασι εἶχε πᾶσι, καθεστήκει ἂν οὕτω· τὰ μὲν τοῖς ὑπεναντίοισιν διατρέπεσθαι, οἷά τε ἐστὶ, καὶ ἀφότου ἐγχύσεος· τὰ δὲ τοῖσιν ὁμοίοισιν, οἷά τε ἐστὶ, καὶ ἀφότου ἐγχύσεος. [32] τούτου δὲ αἴτιόν ἐστιν ἡ ἐκ σώματος ἀδυναμίη. [33] τὸ γὰρ σῶμα ὑπὸ μὲν τ' σιτίων ἴσων ἴσως τρέφεται· ὑπὸ δὲ ἐκ σώματος τὰ σιτία κρατέεται. [34] ἐπὶ ὢν δὲ πλέον ἢ ἔλασσον προσενέγκηται, ἢ ὡς ἄλλο μεταλλάξας † κρατέεται, κρατέεται δ' ἐκ τὰ σιτία. [35] καὶ ὁπόταν κρατέηται τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσεισμάτων, θάλλειν ποιέει τοῦτο· [36] καὶ κρατέει ἅμα ἐκ σώματος, τοτὲ ὑπεναντία ποιέεσιν αὐτίκα. [37] τὸ λεγόμενον θερμῷ, ἕως μὲν ἂν τὸ σῶμα κρατέῃ ἐκ προσοίσματος, θάλλει· [38] ἐπὶ ὢν δὲ κρατηθῇ, ἰσχνὸν ποιέει τὸ σῶμα. [39] καὶ τὸ διαχέεσθαι ὁμοίως ἐκ λοῦσθαι ποιέει. [40] τοῦτο μὲν γὰρ ἕως μὲν ἂν κρατέωνται, θάλλειν ποιέεσιν· [41] ἐπὰν δὲ κρατέωσι, ὑποκχωρήσας τε ποιέεσιν καὶ ἀλλοίας κακίας. [42] ὁπότε δ' ὦ προσφέρεται ἔστι μεταλλάσσεται, ἀνάγκη καὶ τὸ προσφερόμενον μετατρέπεσθαι. [43] τὸ γὰρ σῶμα μεταστρεπόμενον νικώμενον καὶ ὀλιγοέργες ἐστιν, καὶ ὑπὸ παντὸς πάσας πολυγνωσίας παρέχει. [44] ἔστι δὲ ποιέει ἐκ τὰ ὑποχωρητικὰ, καὶ τὰ θάλλειν ποιέοντα, ἰσχνὸν τοῦτο τὸ σῶμα ποιέουσιν. καὶ τἄλλα ὅσα τὰ ὑπεναντία τούτοισι [a] πάσχοντα. [45] ἡ δὲ ἰητρικὴ ὀλιγόκαιρός ἐστιν. [46] καὶ ὃς ἔστ' ἐπίσταται, [b] ἐκεῖνο καθέστηκεν. [47] καὶ γὰρ ἐπίσταται τὰ εἴδεα, κῆ τὰ μὴ εἴδεα, ἃ [c] μὴ ἔστιν ἐν ἰητρικῇ ὁ καιρὸς γνῶναι. [48] ὅτι τὰ [d] ὑποχωρήματα οὐκ

† κρατέεται τοῦτο τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσ. κρατέεται δὲ μὴ τὰ σιτία. μὴ ὁπόταν κρατέηται, θάλλειν ποιέει τὰ ταῦτα.

[a] ποιέονται
[b] ἐκείνῳ
[c] δὴ
[d] ὑποχωρήματά τινα

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 395 sur 736

©BIUM

ὑποχωρητικὰ γίνεται, 49 καὶ τἄλλα ὅτι ὑπεναντία ἐστὶν, 50 καὶ τὰ ὑπεναντιώτατα οὐχ ὑπεναντιώτατα. 51 ὁ δὲ καιρὸς ὅδ' ἐστὶ τὰ σιτία προσφέρειν, ὅσων μέλλει τὸ σῶμα προσφερόμενον τὸ πλῆθος κρατέειν. 52 ὥστ' ἢν μὲν οὕτω ποιέῃ, πᾶσα ἀνάγκη τὸ ὑποχωρητικὸν σιτίον προσφερόμενον ὑποχωρητικὸν εἶναι, καὶ τὸ φλεγματῶδες φλεγματῶδες. 53 ἢν κρατέῃ οὖν τὸ σῶμα τῶν σιτίων, οὔτε νοῦσος, οὔτε ὑπεναντίωσις γίνεται προσφερομένων· καὶ αὐτὸς ὁ καιρός ἐστιν, ὃν δεῖ τὸν ἰητρὸν εἰδέναι. 54 ἐπὴν δὲ τὸν καιρὸν ὑπερβάλλῃ, τὸ ὑπεναντίον γίνεται. καὶ οἱ πρὶν † ὑπερπεσεῖν οἴονται ἔχειν καὶ τὸ θερμαίνεσθαι. 55 ἕως μὲν γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ προσοίσματος κρατέῃ, τρέφεται τὸ σῶμα. 56 ἐπὴν δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑπερβάλλῃ, τὸ ὑπεναντίον γίνεται· ἰσχναίνεται γάρ. 57 καὶ τἄλλα πάντα δὲ τὰ φλεγμαίνειν ποιεῦντα, ἕως μὲν ἂν κρατέῃ τὸ σῶμα· ἔτι τε πρὸς τὸν καιρὸν, καὶ τὰ κατὰ φύσιν ποιέουσιν ἕκαστον τὰ φλεγματώδεα φλεγμαίνειν. 58 ἐπὴν δὲ ὑπερβάλλῃ τὸν καιρὸν, τὰ ὑπεναντία γίνεται.

† ὑπερπέσσειν οἷοί τ' ὄντες, οὐκέτι θερμαίνεσθαι

terdum non subducentia fiũt, 49 & quòd reliqua etiam contraria sunt, 50 item quòd maximè contraria nõ sunt maximè contraria. 51 Occasio autem hæc est, cibis offerendis, quãtam corpus, cui offeruntur, superare ualet. 52 Quod si fiat, omnino necesse est, cibum aluũ subducentem oblatum, subducentem esse, & replentem replere. 53 Si quidem igitur superauerit corpus ipsos cibos, neq; morbus neq; contrarietas orietur ex his quæ offeruntur. Et hæc occasio est, quam medicum nosse oportet. 54 Quum uerò occasionem excesserit, contrarium fit: cùm qui prius cibum etiam superassare poterant, nunc uix possint calefaciendo inquinare. 55 Quandiu enim corpus id quod oblatum est superauerit, corpus nutritur. 56 Vbi uerò hanc occasionem prætermiserit, contrarium fit, & attenuatur & gracilescit. 57 Sed & reliqua omnia, quę replere possunt, non nisi ea superauerit corpus: quæq; ex sui natura replentia sunt, quãlibet partem nõ nisi obseruata occasione replent. 58 Ea uerò neglecta, contraria fiunt.



MEDICA ars longa est & difficilis. Huius difficultatis & longitudinis

- Cognoscendæ τὸ
  - ὅτι in
    - Genere
      - Proponit. N. 1.
      - Declarat, dissimili:
        - Ars pictoria semper & ubiq; idẽ præstare docet. N. 2.
        - Ars uerò medica nec ratione
          - Temporis semper eadem præstat, sed alio tempore alia. N. 3.
          - Subiecti, corpus humanum æqualiter afficit, sed pro constitutione illius aliter atq; aliter. N. 4.
          - Instrumenti, eadẽ remedia eodem successu exhibet, sed sæpe contrarios effectus experitur. N. 5.
    - Specie. Vide signum I.
  - Διότι. Causam longitudinis & difficultatis ipsius artis uidetur syllogismo complecti:
    - Si eorum etiam, quæ modò adduximus, contrariorum effectuum, à contrarijs interdum, interdum ab ijsdem causis prouenientium, constans semper esset ratio, posset certum quoque dogma Medicum constitui. V. G. quòd quædam à contrarijs, his uel illis, hoc uel illo modo administratis, in integrum restituerentur: quædam uerò à similib. his uel illis, hoc uel illo modo præparatis. N. 31. κατάστασις Medicæ artis theorematum singulorum esse uidetur: uti eorundem ad eundem finem tendentium in unum collectio, σύστασις & σύστημα propriè appellatur.
    - At ne sic quidem cõstans eorum ratio potest esse, propter corporis subiecti, cui adhibentur, miram uarietatem & debilitatem. N. 32. Vide signum II.
    - Ergo Medicina non uidetur constitui posse.
- Tollendæ & superandæ rationem docet. Vide signum III.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 396 sur 736

©BIUM

I. Τὸ ὅτι in ſpecie oſtẽdit tum in ijs theorematis, quæ habẽtur de

- Aluum ſoluentibus aut ſiſtentibus. Nam ſi conſiderentur
  - Per ſe, ſic aluum ſoluentia effectum
    - Eundem non ſemper præſtant, neq; ſemper aluum ſoluere deprehenduntur. N. 6.
    - Diuerſum ſæpe præſtant, ita ut aluum interdum ſoluant, interdum uerò ſiſtant. N. 7.
  - Comparatione mutua, ſic nõ uidentur aluum ſoluentia ſiſtentibus contraria eſſe. Quod quidem
    - Proponit. N. 8.
    - Deducit. Nãque &
      - Adſtrictio, plenitudine oborta, aluum lubricat. γάσις facit ὑποχώρησιν. N. 9.
      - Solutio aluũ ſiſtit, & ὑποχώρησις facit γάσιν, tum
        - Artificialis à medico tentata. N. 10.
        - Naturalis & ſpontanea: quoniam plenitudine, quæ profluuij cauſa erat, euacuata, ceſſat fluor. N. 11.
    - Concludit. N. 12.
- Colorem corporis mutantibus. N. 13. Ab his ipſis cõtrarium effectum prodire διὰ τὸ
  - ὅτι proponit. N. 14.
  - Διότι declarat, quia cõtrarium à cõtrario tollitur. N. 15. Namq; ei, qui pallidus eſt, ob
    - Plenitudinem, Inanitio (quæ alioqui ex ſui natura pallidos facit) cõfert: eaq; ſublata, ad priſtinum ruborem redit. N. 16.
    - Inanitionem, Plenitudo, ex ſui natura corpus floridum & rubicundum reddens, conferet. Et ſic plenitudo, quæ in priore caſu ab inanitione curabatur, in hoc caſu uice uerſa inanitionem curabit. N. 17.
- Dolorẽ inferentib. aut ſedãtibus. τὸ
  - ὅτι
    - Proponit. Dolor oritur &
      - Materialiter à Calore uel Frigore. N. 18.
      - Formaliter ab Exceſſu uel Defectu. N. 19.
    - Declarat. Sic namq; Calida à Frigidis, Humida à Siccis læsi & dolorem percipere conſueuerunt. N. 20.
  - Διότι ad contrarietatem refert. Namq; Dolor
    - Oritur à naturæ contrarijs. N. 21.
    - Curatur per contraria ei quod præter naturam eſt, quæ ipſa naturæ priſtinæ partem affectam reſtituant. N. 22.
- Morborũ ſymptomatũ ue cauſis, tũ quatenus generãtur, tum quatenus pelligantur. Quodipſum in
  - Genere proponit: Per ſimilia ſcilicet utrunq; fieri. N. 23.
  - Specie declarat exẽplo
    - Stranguriæ. N. 24.
    - Tuſsis. N. 25.
    - Febris ex repletione, q̃ nũc ſimilib. nũc cõtrarijs et generatur & curatur. N. 26.
      - Similibus quidem, ut quando Febris ex plenitudine & balneis & potu plurimo curatur. N. 27.
      - Contrarijs uerò, ut ſi Febris ex repletione curetur euacuantibus per aluum aut os.
    - Vomitus, qui & uomitorijs curatur, & purgantibus, quæ uomitorijs ratione loci per quem purgant contraria ſunt. N. 28. (Sic etiam 2. de Diæta n. 396.) Curatur enim uomitus uel
      - Similibus, uomitum ſcilicet prouocantibus, & per os materiam, quæ ad uomitum incitabat, educentibus. N. 29.
      - Contrarijs, per aluum ſcilicet materiam quæ uomitum faciebat educentibus. N. 30. Synchyſis eſt. ᾧ δὲ διὰ τὸ πάνειν (ſcilicet τὸ ἐμέειν ὁ ἔμετος πάνεται) ὅτι ἐξ ἐνέν (quoniã ab ipſo pharmaco purgante) κάτω ποιήσει ἐλθεῖν (per inferiora pellitur) αὐτὸ ὃ ἐνεὸν ἔμετον ποιέει (materia illa quæ uomitum irritabat.)

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 397 sur 736

©BIUM

II. Pro uaria corporis constitutione diuersimodè in illud agunt ea quæ offerũtur, diuersimodè quoque ab illo patiuntur. Varietatis huius τὸ

- Οτι
  - Proponit. Corpus enim humanũ ab alimentis
    - Aequalibus & moderatis, quæ quidem à calore superari possunt & concoqui, nutritur. N. 33.
    - Inæqualibus, & uel quantitate secundùm excessum defectúmue, uel qualitate, uel substantia, uel tempore peccantibus & immoderatis, uincitur & immutatur, simulq; etiam alimenta ipsa uel assata uel inquinata mutantur, & qualitatẽ diuersam ab ea, quam in proba concoctione acquirere solent, obtinent. N. 34. ἐπὴν δὲ πλέον, ἢ ἔλασσον προσενέγκηται, ἢ ὡς ἄλλο μεταλλάξας (scilicet ὁ προσφερόμενος, uel certè μεταλλάξη, τὸ σῶμα) κρατέεται τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσοισμάτων, κρατέεται δὲ καὶ τὰ σιτία. καὶ ὁπόταν κρατέηται (τὰ σιτία) θάλλειν ποιέει ταῦτα, ἢν δὲ κρατέη ταῦτα τοῦ σ. Sic legendum uidetur.
  - Declarat, tum
    - Vniuersim. Quando enim ea, quæ corpori offeruntur,
      - Superantur à calore corporis, homo θάλλει, succiq; plenus redditur. N. 35.
      - Superant calorem, cùm concoqui nequeant, cruditates & maciem pariunt. N. 36.
    - Singillatim, exemplo
      - Balnei, quod ipsum quatenus
        - Vincitur à corpore, prodest, bonumq; colorem generat. N. 37.
        - Vincit corpus, debilitat, maciémque parit. N. 38.
      - Lautitiæ in epulis. N. 39. Nãq; hæc ipsa quatenus
        - Vincitur, bonam habitudinem generat. N. 40.
        - Vincit, alui fluores aliaq; mala creat. N. 41.
- Διότι
  - Proponit. Quæ corpori offeruntur, alimenta & medicamenta (τὰ χειρουργήματα excipio) in illud non agunt, nisi ab illo uicißim patiantur, & ad actum à calore deducantur. Quando igitur corpus à bona constitutione degenerauit, ea quoque, quæ offeruntur, minus rectè ad actum deduci necesse est. N. 42.
  - Declarat. Namque &
    - Corpus immutatũ debilitatur. N. 43. tum quoad
      - Actiones quas obit, quoniam ea quæ offeruntur non potest superare, neque sicuti decebat ad actum reducere. ὀλιγοεργές.
      - Passiones, quoniam & externis & internis iniurijs magis opportunum euadit.
    - Oblata à calore debili inquinantur, à uehementiore uerò & febrili torrentur. Immutata igitur contrarios effectus edunt eadem, & uicißim cõtraria effectum edunt eundem: V. G. corpus extenuatur tum ab euacuãtibus tum à replentibus supra modum. Idemq; de cæteris omnibus, quæ prædictis subcontraria sunt, iudiciũ esto. N. 44. τὰ ὑπεναντία τούτοισι πάσχοντα (Corn. ποιέοντα legit.) An σώματα uel μόρια intelligit? An uerò τὰ προσοίσματα, uti paulo antè τὰ ὑποχωρητικὰ & τὰ ἐμετικὰ fecit subcontraria? Nam ratione motus contraria uidentur: at ratione effectus idem præstant, scilicet quòd uomitum sistũt: ut proinde non absolutè contraria, sed subcontraria tantùm uideantur esse.

III. Sup-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 398 sur 736

©BIUM

Proponit. Qui hoc unum nouit, quòd ὀλιγόχρηστος sit ars, ille iam constitutam habet totius artis basin, τὸν καιρὸν scilicet, Occasionem seu oportunitatem agendi, in qua et Subiecti, cui adhibentur, sua forma instructi, sanitate uidelicet aut morbo, & Oblatorum, quæ adhibentur, tanquam instrumentorum ad certum finem tendentium, ratio habetur. N. 46. ὃς τοῦτο ἐπίσταται, ἐκεῖνο (ἡ τέχνη scilicet) λαβέσθαι: ut suprà n. 31. uel certè, ἐκείνῳ.

III. Supponit, Medicinam esse ὀλιγόχρηστος, h. est, momenta operationis medicæ exigua ualde esse, atq; iccirco & cognitu & obseruatu difficilia. N. 45. Ex hoc igitur totius artis κατάστασιν tum quoad

Theoriã seu cognitionem

Genere. Qui Medicinam ὀλιγόχρηστον esse nouit, is oportunitatem hanc diligenter obseruat, ut ἔνδεια & μὴ ἔνδεια cognoscat, in quorum cognitione tota oportunitas medicæ operationis consistit. ἃ μὲν ἔστιν οὐκ ἐπιτήδεια καιρὸς γνῶναι. uel ἃ μὴ ἔστιν οὐκ ἐπιτήδεια ἔχοντα γνῶναι (Cornarius legit, ἔνδεια & μὴ ἔνδεια, ἃ μὴ ἔστιν, &c. fortè quia paulò inferius inquit Hip. Medicinam docere ἔνδεια & καιρούς.) Summa methodi est, Similia & Dissimilia posse uidere. Cuius auctorem Hippocratem Gal. IX de Placitis asserit. Quæ Plato uocauit Idem & Diuersum, Vnum & multa, Compositionem & Diuisionem: ea Arist. Commune & Proprium, Vniuersale & Particulare, Principium & Principiatum appellauit. Porrò ἔνδεια uocat hîc Res ipsas natura subsistentes: qualia sunt, tum Instrumenta medica, siue Pharmaca, siue Alimenta (τὰ προσφερόμενα) tum Subiectũ ipsum corpus humanum. Sic Tithymallus est ἔνδεια medicamenti, Vinum ἔνδεια alimenti, Homo ἔνδεια subiecti medici, in quo res istæ nunc euidentius, nunc obscurius, hunc uel illum effectum producunt, καὶ κατὰ φύσιν ποιέουσι, uti infrà n. 52. loquitur. Com. certè de Arte n. 11. & seq. τὰ ἔνδεια τῆς φύσιος βλαστήματα uocat: quorum εἰδώλων simulacra sunt ipsa ὀνόματα, tanquam τῆς φύσιος νομοθετήματα. Naturæ exemplaria imitatur Ars suis exemplis. Cognitio igitur medica τοῦ καιροῦ est, noscere quæ ἔνδεια rerum quem effectum per se & secundùm naturam suam in humano corpore tanquam altero ἔνδεια per se & secundùm naturam suam excitare possint: quæ non per se, sed per accidens tantùm. Et hæc quidem μὴ ἔνδεια, illa uerò ἔνδεια uidetur appellasse. N. 47.

Declaratum in

Specie. Nouit ergo medicus species alimẽtorum uel medicamentorum

Similes eundem effectum habentes. Sic igitur ἔνδεια sunt pharmaca purgantia in suo quæque genere. Hæc ipsa corpori adhibita uel

Ἔνδεια remanẽt, hoc est, eiusdem naturæ, quia purgant & effectum eundem præstant uel

Absolutè. V. G si rhabarbarum purget per aluum tantùm.

Secundùm quid. Vt si rhabarbarum non tam per aluum purget, quàm per uomitum, qui in genere cõuenit cum purgatione per aluum, sed in specie differt.

Μὴ ἔνδεια euadunt, cùm effectum diuersum ab eo quem consueuerunt in pleriſque inducant, nimirũ si purgantia non purgent. N. 48. Effectum inquam uel à purgatione diuersum

Absolutè, ut puta si aluum sistant.

Secundùm quid, ut si urinam moueãt. Vrinæ enim excretio à fæcum excretione in genere proximo diuersa est: licet in genere remoto Euacuationis conueniant.

Dissimiles, et proinde effectum

Dissimilem per se & ex sui natura in corpore humano excitantes. N. 49.

Similẽ per accidens interdum edentes. N. 50.

Praxin siue operationem exemplo diætetico illustrat. In operatione medica oportunitas corporis cum eius quod offertur facultate conferenda est, V. G. ut tantum cibi exhibeatur, quantum à calore corporis superari possit & concoqui. N. 51. Vide signum IV.

IV. Quod

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 399 sur 736

IV. Quod ipsum luxta

Οτι proponit. Si proportio et opportunitas debita inter cibum & calorem

Obseruetur, ἕδιος hoc alimenti &
- Naturalem suam facultatem conseruabit, nimirum ut uel laxet aluum, uel nutriat, uel humectet, uel refrigeret. N. 52.
- Præternaturalem affectionem corpori non inducet. N. 53.

Non obseruetur, ἑδιος hoc alimenti reddetur μὴ ἑδιος, quo ad effectum, cùm à calore uix incalescere & inquinari posit. Lego, τὰ οἱ πρὶν ὑποσιτέοσιν οἷοίτ' ὄντες, νυῦν δὲ θερμαίνεσθαι: Qui prius etiam superassare poterant cibum, nunc uix leuiter calefacere possunt. N. 54. Cibus ergo à debiliori calore subactus
- Naturalem facultatem uel planè amittet, uel saltem corruptam obtinebit.
- Præternaturalem qualitatem induet.

Διότι subiungit & quo ad

Cibum. Quandiu calor ea quæ offeruntur conconquendo
- Superat, corpus nutritur optimè, augetur & efflorescit. N. 55.
- Non superat, sed superatur, corpus emaciatur & gracilescit. N. 56.

Reliquam diætam. Ea namq; quæ corpus replere possunt, uel exercitationes, uel alimenta, uel medicamenta, siquidem oportuna, hoc est corporis calori adæquata
- Fuerint, ἑδιαι sunt, & kατὰ φύσιν plenitudinẽ inducunt. N. 57.
- Non fuerint, contrariũ effectum præstant.

QVOD MEDICINA ARS CERTA SIT.

ΙΗΤΡΙΚΗ[1] δὴ μοι δοκέει ἤδη αὐδρῆαδαι ὅλη,[2] ἥτις οὕτως ἔχει. ἥτις διδάσκει ἕκαστα καὶ τὰ ἔθεα, καὶ τὰς καιρούς. [3] ὃς γὰρ ἅπαντα ἰητρικὰ ἐπίσεται, ἐλάχιστα τῇ τύχῃ ἐπιμένει, ἀλλὰ καὶ αὐδὲ τύχης, καὶ ξυὺ τύχῃ δυποιηθείη ἄν.[2] βέβηκε[4] γὰρ ἰητρικὴ πᾶσα, καὶ φαίνεται τῶν σοφισμάτων τὰ κάλλιστα ἐν αὐτῇ συγκείμενα, ἐλάχιστα τύχης δεῖαδαι.[5] ἡ γὰρ τύχη αὐτοκρατὴς καὶ οὐκ ἄρχεται, οὐ δὲ ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῇ ἐλθεῖν.[6] ἡ δὲ ἐπιστήμη ἄρχεταί τε, καὶ εὐτυχὴς ἐστιν, ὁπόταν βέλτιστα ὁ ἐπιστάμενος χρῆαδαι.[7] ἔπειτα τί καὶ δεῖται ἰητρικὴ τύχης;[8] εἰ μὲν γὰρ ἔστι τῶν νοσημάτων φάρμακα σοφὰ, οἷμαι, οὐκ ἐπιμένει τῇ τύχῃ, τὰ φάρμακα ὑγιᾶ ποιῆσαι τὰ νοσήματα, εἴπερ ἔστι τὰ φάρμακα.[9] εἰ δὲ σὺν τῇ τύχῃ διδοῖεν ὠφελέει, μᾶλλον δὲ τὰ φάρμακα ἢ τὰ μὴ φάρμακα σὺν γε τῇ τύχῃ ὑγιᾶ ποιέουσι μᾶσσον φερόμενα τοῖσι νοσήμασιν.[10] ὅστις δὲ τὴν τύχην ἐξ ἰητρικῆς, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς ἐξελάσει, φάμενος δὲ τὰς καλῶς τι πρῆγμα ἐπισταμένας χρῆαδαι τύχῃ, τοὐναντίον δοκέει μοι γινώσκειν.[11] ἐμοὶ γὰρ δοκέουσιν μουνοῦσι καὶ ἐπιτυγχάνειν καὶ ἀτυχέειν οἱ καλῶς τι καὶ κακῶς πρῆξαι ἐπισταμένοι.[12] ἐπιτυγχάνειν τε γὰρ τοῦτέστι, τὸ καλῶς ποιέειν.[13] ἔστι δὲ οἱ ἐπισταμένοι ποιέουσιν.[14] ἀτυχέειν δὲ ἔστ' ἐστὶν, ὃ ἢν τις μὴ ἐπίσηται, ἔστι μὴ καλῶς ποιέῃ.[15] ἀμαθὴς ἢ ἐὼν, πῶς ἂν ἐπιτύχοις;[16] εἰ γάρ τι καὶ ἐπιτύχοι, οὐκ ἂν ἀξίως λόγου τῆς ἐπιτυχίης ποιήσαιτο. ὁ γὰρ μὴ καλῶς ποιέων οὐκ ἂν ἐπιτύχοι, τἄλλα τὰ εἰκότα μὴ πράσσων.

MEDICINA[1] mihi iam tota inuenta esse uidetur:[2] ita sese habens, ut doceat singulas & consuetudines & occasiones. [3] Qui enim sic Medicinam nouit, minimè fortunam expectat, sed & citra fortunam, & cum fortuna, rectè faciet. [4] Constituta enim est tota medicina, eiusdemq; inuenta pulcerrima inter se cõposita & cõnexa minimè fortuna indigere uidentur. [5] Nam fortuna sui iuris est, neq; rationi subijcitur, neque uoto illam consequi datur. [6] Scientia uerò rationis imperio subiacet, & successu felix est, si quis sciens uti uelit. [7] Cæterùm quid opus sit Medicinę fortuna? [8] Si enim morborũ medicamenta certa sunt, ut mihi quidé uidetur, nõ expectabũt certè fortunã in sanandis morbis, si modò sunt talia. [9] At si in exhibitione eorundẽ fortuna aliquid cõferat, non magis profectò medicamenta quàm non medicamenta, unà cũ fortuna adhibita, morbis proderunt. [10] Porrò quicunq; fortunam ex Medicina, aut alia quapiam arte penitùs tollit, dicitq; eos, qui probè rem aliquã sciũt, fortunã nõ uti, is cõtrariũ eius qđ debet mihi sentire uidetur. [11] Nã hi soli uel fortunatè assequi, uel infortunatè nõ assequi uidẽtur, q rectè quid, aut malè facere sciũt. [12] Fortunatè.n. assequi, est rectè facere. [13] Hoc aũt qui sciunt faciũt. [14] Non assequi autem est, si quis id quod nescit, non rectè faciat. [15] Quomodo uerò indoctus fortunatè assequatur? [16] Quòd si quid etiam assequatur, successus tamen ipse non dignus est prædicatione, cùm qui perperam quid facit, fortunatè quid assequi non sit dicendus, quandoquidem reliqua, quæ æquum est facere, non facit.

ARS

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 400 sur 736

©BIUM

- ARS medica tota iã inuẽta est, neq; in ea aliquid desideratur. N.1. Quod ipsum
  - Declarat. Siue enim spectes Medicam
    - Theoriam, sic certis præceptis instructa docere potest & ἔθεα & καιρὸς. N.2. ἔθεα Corporũ, καιρὸς Rerum quæ corporibus offeruntur: illa Materiam subiectam sua Forma instructam, hæc causam Instrumentalem ad Finem suum directam complectuntur. Paulo antè τῶν εἰδῶν nomine utrumque uidetur expreßisse, quandoquidem pro uaria corporis affectione etiam ea quæ corpori offeruntur uariare ostendit.
    - Praxin, secundùm rationem omnia administrans medicus, fortunã non admodũ requirit, cùm & cum fortuna & absq; fortuna suo semper sit functurus munere, suoq; semper scopo satisfacturus, quantumuis finem non semper consequatur. N.3. Vide com. de Arte. n. 41. & seq.
  - Confirmat, quòd scilicet tota medicina βέβηκε, iam progressa est, & ad suam perfectionẽ deducta (atque etiam καθέστηκε cõstituta) proindeq; cũ theoremata uera habeat, secundũ illa faciẽs artifex fortuna minimè opus habere uidebitur. N.4. σοφίσματα κάλλιστα ἐν αὐτῇ συγκείμενα, inuenta & præcepta pulcerrima in unum artis corpus methodicè redacta (cùm ars sit σύστασις τῶν καθόλου) in quibus tria requirit Gal. respectu materiæ ut Vera sint, respectu formæ ut Consentientia & perpetuo nexu deuincta, respectu finis ut sint Vtilia. Porrò distinctione τύχης utitur. Fortuna spectatur quo ad
    - Effectionem. Cuius quidẽ effectionis causa
      - Princeps Medicus est, naturæ minister, recta ratione instructus, cum fortuna nihil habens commune. Quod quidem in hunc modum ostendit:
        - Id quod ratione comprehendi & administrari potest, sub Medici considerationem cadit.
        - Atqui ratione comprehendi & administrari rectè
          - Fortuna nequit. N.5.
          - Ars potest. N.6.
        - Ergò fortuna sub Medici considerationem non cadit.
      - Instrumentalis, neque ipsa fortunã requirit. N. 7. Ex specie una totum genus infert, per dilemma. Aut enim medicamenta uires habẽt
        - Certas & exploratas à natura datas, secundùm quas uel absque acceßione ulla fortunæ in corpus agere, & sanitatem introducere possunt. N.8.
        - Incertas & inexploratas, quorum effectio omnis à fortuna, nõ à natura pendeat: itaque perinde erit, quælibet cuilibet morbo applicare, cùm si fortuna uolet, easdẽ sit uires habitura lactuca, colocynthis, oryza. N.9.
    - Euentũ. Hũc in arte medica ab ipsa administratione diuersum dari
      - Quidam negant, sed præter rationem. N.10.
      - Hippocrates affirmat, & ostendit euentum actionis ab artis peritia dependere. N. 11. Quicũque enim artis sunt
        - Periti, eosdem euentu quoque Felices plerunque esse, ratiocinatione tali deducit:
          - Qui rectè agit, ἐπιτυγχάνει utplurimùm, suoq; fine potitur. N. 12.
          - At qui artis peritus est, rectè agit. N.13.
          - Ergò artis peritus ἐπιτυγχάνει utplurimùm.
        - Imperiti, in cuius cognitione errant, in eiusdem quoque actione peccent necesse est, & proinde euentu Infelices plerunque deprehenduntur. N.14. Syllogisticè deducit:
          - Qui non rectè & absque ratione res suscipit agendas, plerunque ἀτυχεῖ, suoq; fine frustratur. N.17.
          - At imperitus temerè & absque ratione res agendas suscipit. N. 16.
          - Ergo artis ignarus plerunque ἀτυχεῖ. N. 15.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 401 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ
De Glandulis.

ΠΕΡΙ [1] ἢ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει. [2] φύσις μὲν αὐτέησιν ἢ σπογγώδες· ἀραιαὶ μὲν καὶ πόνες. [3] καὶ ἔστιν οὔτε σαρκία ἴκελα τῷ ἄλλῳ σώματι, ὅτε ἄλλό τι ὅμοιον τῷ σώματι, ἀλλὰ ψαφαρὰ, καὶ φλέβας ἔχει συχνάς. [4] ἐὰν ἢ διαπέμοις, αἱμορραγίη λάβρη, τὸ εἶδος [a] λευκὴ, καὶ οἷον φλέγμα, ἐπιφορμέων ἢ οἷον ἐρίῳ. [5] κλιθῇ ἐργάσῃ τῇσι δακτύλοις ὑπιπτυλὺ βιησάμενος, ἡ ἀδλὼ ὑγρὸν ἀφίησιν ἐλαιώδες, καὶ [b] αὐτὴ θρύπτει πολλὰ, καὶ ἐξαπόλλυται.

[a] λευκὴ

[b] αὐτὴ

[6] πονέεται ἢ οὐ κάρτα, [7] ἀλλὰ τῷ ἄλλῳ σώματι. [8] ἐπὴν πονέεται ἢ ἢν δ' ἰδίῃ νοῦσον (ἢν πῶρα ἢ καὶ τῷ σώματι ξυμπονέεται) [10] αἱ νοῦσοι φύματα γίνονται, [11] καὶ χοιράδες ἀναπηδῶσιν, [12] καὶ πῦρ ἔχει τὸ σῶμα. [13] πάσχουσι ἢ ταῦτα, ἐπὴν ὑγρασίης πληρωθῶσι τὰ ὑπὸ τοῦ ἄλλου σώματος ὑπιππέουσης εἰς αὐτάς. [14] ὑπιππέει ἢ ὁκὸν τοῦ ἄλλου σώματος διὰ τῶν φλεβῶν, αἱ δ' αὐτῶν τέτανται) πολλαὶ καὶ κοῖλαι, ὥστε ἀνολισθεῖν τὸ ὑγρὸν, ὅτι αἱ ἕλκωσιν ἀπὸ τοῦ ἄλλου σώματος εἰς αὐτάς. [15] κλιθῇ πονηρὰ ἔῃ νοσώδης ἡ ῥοὴ, ξυντείνουσιν αἱ ἀδένες ἐπὶ σφᾶς τὸ ἄλλο σῶμα. ἔστω πυρετὸς ἐξάπτει, καὶ ἀείρονται καὶ φλογοῦσιν αἱ ἀδένες.

[16] ἀδένες ἢ ὕπεισιν ἐν τῷ σώματι πλείους ἢ μείζους ἐν τοῖσι κοίλοισιν αὐτέων, ἢ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι, καὶ ὀκόσοι ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὑγρηδὸν καὶ τὰ αἱματώδεα χωρία. [17] αἱ μὲν ὡς τὸ ἐπιῤῥέον ἄνωθεν ἐς τὰ κοῖλα ὑποδεχόμεναι ἐπὶ σφέας ἕλκουσιν. [18] αἱ ἢ ὥστε τὴν αὖθις γινομένην ὑπὸ τῶν πόνων ὑγρασίην ὑποδεχόμεναι ἐν τοῖσι ἄρθροισι τὴν πληθὺν, ἵνα μεθίῃσι τὰ ἄρθρα, οὕτω πλάδος ὁκὸν ἐνῇ ἐν τῷ σώματι. εἰ γάρ τι καὶ γίνοιτο πάραυτικα, ὁκὸν ἂν ὑπιγίνοιτο πλάδος ὀπίσω· καταναισιμῶνται γὰρ καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τὰς ἀδένας. [19] καὶ ὅτῳ τὴν πλεονεξίην ἢ ἄλλο σώματος αἱ ἀσθένες κέρδος ποιέονται, τροφὴ ξυντροφος αὐτέησιν ἐστίν. [20] ὥστε ὅκου πλαματώδεα, ἐνεῖ καὶ ἀδένες. [21] σημεῖον. ὅκου ἀδλὼ, ἐνεῖ καὶ τρίχες. [22] ἡ γὰρ φύσις ποιέει ἀδένας καὶ τρίχας. ἀμφοτέρους τούτου λαμβάνουσιν. αἱ μὲν ἐς τὸ ὑπιππέον, ὡς ἐμπεφύκοιεν ἔῃ). αἱ ἢ τρίχες, τὸ ἀπὸ τῶν ἀδένων ὑπικαιρίην ἔχουσι φύοντά τε καὶ αὔξοντα, ἀναλεγόμεναι τότε πλεῖστον ἐνθερμαινόμενον ὑπὸ τὰς ἐσχαλιάς. [23] ὅκου δὲ

LANDVLARVM [1] universa natura sic se habet. [2] Natura ipsis est spongiosa: sunt enim raræ & pingues: [3] & neque carnes sunt reliquo corpori similes, neque aliud quid simile corpori habent: sed friabiles sunt, & uenas multas habet. Quòd [4] si dissecces, sanguis largus erũpit, specie albus & ueluti pituita, attactu autem instar lanæ. [5] Quòd si multa ui ipsas digitis compresseris, glandula humorem oleosum remittit: ipsa aũt sæpe conteritur, ac disperit.

[6] Cæterùm non admodum ægrotant, [7] sed unà cum reliquo corpore. [8] Quum uerò ægrotant, siue proprio morbo, [9] siue etiã cum reliquo corpore, etsi nõ uehementer, [10] tunc morbi fiunt tubercula, [11] & strumæ resultant, [12] & febris corpus occupat. [13] Perpetiuntur autem hæc, ubi humiditate repletæ fuerint, ex reliquo corpore in ipsas influente. [14] Influit aũt ex reliquo corpore per uenas, quæ per ipsas extentæ sunt multæ & cauæ, ut humor, quécunq; tandem traxerint, facilè in ipsas sequatur. [15] Et si multa ac morbosa fuerit fluxio, glãdulæ reliquum corpus in se distendunt, atq; sic febris incenditur, & eleuantur ac inflammantur glandulæ.

[16] Porrò glandulæ in corpore sunt plures siue maiores, in cauis ipsius partibus, & quibusũis alijs humectis ac sanguinolẽtis locis, quàm in articulis, [17] illæ quidem, ut quod supernè in cauas partes influit, susc ipiant & in se trahant: [18] hæ uerò, ut subinde nascentem ex laboribus humiditatem in articulis, si quidem nimis copiosam articuli remittant, in se susc ipiant & sic nimia humectatio corporis prohibeatur. Vt enim quàm maximè humectatio quædam fiat, non tamen superueniet posterior humectatio, cùm reflectatur & consumatur tũ multa, tum modica, in ipsas glandulas. [19] Atq; sic reliqui corporis redundantiam glandulæ sibi pro lucro depurant, & alimentum hoc est ipsis familiare. [20] Proinde quæcunq; partes uliginosæ sunt, illis etiam glandulæ adiacent. [21] Quod uel hoc signo cõstat, quoniã ubi est glandula, ibi etiã sunt pili. [22] Natura enim facit glandulas & pilos, utrasque eiusdem usus gratia. Illæ enim id, quod influit (uelut antea dictum est) susc ipiunt. Pili uerò ex glandulis occasionem nacti nascũtur & augẽtur, colligentes id quod superfluũ erat, & in extremitates effundebatur. [23] Vbi autem

©BIUM

autem corpus ſiccũ eſt, ibi neq; glandula, neque pilus reperitur. [24] Teneræ econtrà & exercitijs deditæ & humectæ partes, glandulosæ ſunt ac piloſæ. [25] Glandulæ itaque ſunt ab utraq; aurium parte iuxta iugulares colli, & pili etiam ibidem. [26] Item ſub alis utrinq; & glandulæ & pili ſunt. [27] Inguina & pubes, ſimiliter ut alæ, & glandulas & pilos habent. [28] Et hæ quidem cauæ corporis partes ſunt, & facilè humoris redundantiam excipiunt: quandoquidem exercentur, & ex omnibus corporis partibus maximè mouentur. [29] Reliquæ uerò quæ glandulas tantũ habent, uelut inteſtina (habent enim & hę glandulas in omento maiores) eæ pilos non habent. [30] Nã & in uliginoſis terræ locis ſemen non naſcitur, neq; ſupra terram erumpere conatur, ſed ob redundantiam putreſcit ac ſuffocatur: uis enim infert ſemini. [31] Vim autem infert & in inteſtinis copia ac multitudo humoris, & pilos enaſci non ſinit. Glandulæ autem in inteſtinis maiores ſunt, quàm alibi in corpore: & paſcuntur humiditate, quam ex inteſtinis hauriunt. Inteſtina uerò ex uaſis in omentum tendentibus ſuſcipiunt ac remittunt humiditatem: omentum autem glandulis diſtribuit. [32] Habent quinetiam renes glandulas. Nam & hi multa humiditate ſaturantur. Maiores uerò etiã hac parte quàm aliæ glandulæ exiſtunt. Neq; enim influens humor à renibus imbibitur, ſed perfluit ad inferiora in ueſicam. Quicquid igitur à canalibus acquirunt, id ad ſe trahunt. [33] Sunt & aliæ in corpore glandulæ paruæ admodum. [34] Cęterùm non uolo hunc ſermonem longius euagari: cùm earum tantùm gratia, quæ alicuius momenti ſunt, hoc ſcriptum ſit inſtitutum.

[35] Vlterius igitur ratiocinando progrediens dicã de tota natura glandularum colli. [36] Collum ab utraq; ſui parte hinc & hinc glandulas habet, quas uocant tonſillas, [37] in hunc uſum comparatas. Caput imminet ſuperiore loco, cauũ, ac rotundum, & præterea humiditatem ex reliquo corpore attrahens, ſimul etiã corpus uapores omnis generis ſurſum in caput tranſmittit, eoſdemq; caput rurſus remittit. [38] Non enim immorari poteſt id quod influit, non habens ubi ſedem firmet: niſi caput ægrotet. tunc enim non remittit, ſed iſthic retinet. [39] Poſteaquam uerò id, quod attractum eſt, remitti ceperit, tunc in glandulas fluxio abit. [40] Nihil uerò moleſtiæ affert, quandiu pauca & moderata fuerit, & glandulæ robuſtę exiterint. [41] At ſi multa & acris influxerit, manſeritq; acris & glutinoſa, inflammatur ac intumeſcit, & collum diſtenditur: [42] ſimulq; ad aurẽ progreditur: & ſi quidem in utramq; partem proceſſerit, utraq; auris: ſin ad alterum, altera tantùm afficitur. [43] Si uerò pituitoſa, & multa, ac læta fuerit fluxio,

A αὖον ἐὸν τὸ σῶμα, οὔτε ἀδλὶν, ὅτε θρίξ. [24] τὰ δ' ἁπαλὰ καὶ πνευμώδεα καὶ κάθυγρα, ἀδλὶν ὧδε καὶ τρίχες. [25] ἀδένες δὲ καὶ κατ' οὖν οὐατὸν ἔνθα καὶ ἔνθα ἑκατέρωθεν κατὰ τὰς σφαγὰς ἔνθα τραχήλε, τρίχες τε ἐνταῦθα. [26] ἑκατέρωθεν ἐπὶ ταῖς μασχάλησιν ἀδένες καὶ τρίχες. [27] βουβῶνες δ' ὀπίσω ἰκέλως μασχάλῃσιν ἀδένας καὶ τρίχας. [28] ταῦτα μὲν κοίλα τῶν ἐν τῷ σώματι, καὶ ῥηϊδίως ἐς ταῦτα ὑγροῦ. καὶ γὰρ πονέει ταῦτα καὶ κινέεται μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι. [29] τὰ δ' ἄλλα ὁκόσα ἀδένας ἔχει μοῦνον, οἷον ἔντερα (ἔχει γὰρ καὶ ταῦτα ἀδένας ἐς τὸ ὀπίσθιον μείζονας) τρίχας οὐκ ἔχει. [30] ἐν γὰρ τοῖσι τέλμασι τῆς γῆς καὶ καθύγροισιν ἡ Φύσις τὸ σπέρμα, οὔτ' ἐᾷ ἀναβαίνειν ἐς ἄνω, ἀλλ' ἀποσήπεται καὶ ἀποπνίγεται τῇ πλεονεξίῃ· βιᾶται γὰρ τὸ σπέρμα. [31] βιᾶται δὲ καὶ ἐν τοῖσιν ἐντέροισιν ἡ πλῆθος, καὶ τὸ ὑγρὸν πυλὺ, καὶ οὐκ ἐᾷ φύσιν τρίχας. αἱ δὲ ἀδένες μείζονες ἦσαν ἄλλοθι τοῦ σώματος, καὶ νέμονται αἱ ἀδένες ἐν τοῖσιν ἐντέροισιν ἐκπιεζούμεναι τὸν πλάδον. τὰ δὲ ἔντερα ἐκ τῶν τοιχέων ἐς τὸ ὀπίσθιον ἐκδέχεται, καὶ καθίησι τὴν ὑγρασίην. τὸ δὲ ὀπίσθιον διαδίδοι τῇσιν ἀδένῃσιν. [32] ἔχουσι δὲ καὶ οἱ νεφροὶ ἀδένας. καὶ γὰρ οὗτοι κορέσκονται πολλῆς ὑγρασίης. μείζους δὲ αἱ ἀδένες τούτων, ἢ αἱ ἄλλαι ἀδένες εἰσίν. ὑγρὸν γὰρ ἐμπίνεται τοῖσι νεφροῖσιν τὸ ὑγρὸν τὸ ὀπίρρεον, ἀλλὰ διαῤῥέει ὀπὶ κύστιν κάτω. ὥστε ὁπόσων ἀποκερδαίνουσιν ἀπὸ τῶν ὀχετῶν, ἕλκουσι πρὸς σφέας. [33] καὶ ἄλλαι δὲ εἰσὶν ἐν τῷ σώματι ἀδένες σμικραὶ καὶ πάνυ. [34] ἀλλ' οὐ βούλομαι ἀποπλανᾶν τὸν λόγον· ἐς γὰρ τὰς ὀπὶ καιρους ἡ γραφή.

[35] νῦν δὲ ἀναβήσομαι τῷ λόγῳ ἐς ἐρέω περὶ ἀδένων ὁλομελίης τραχήλε. [36] τράχηλος [a] τὰ μέρεα αὖτε ἑκάτερα ἔνθε καὶ ἔνθε ἀδένας ἔχει, ἃ παρίδμια καλέουσι· αἱ ἀδένες αὗται, [37] χρείη τοιήδε. ἡ κεφαλὴ ὑπέρκειται· ἄνω κοίλη ἐοῦσα, [b] περιφερὴς, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἄλλης σώματος ὑγρασίης. καὶ ἅμα ἀναπέμπει τὸ ῥεῦμα τοῦ σῶμα ἀτμὸς ἐς τὴν κεφαλὴν παντοίους ἄνω, ἐς οὓς αὖθις ἡ κεφαλὴ ὀπίσω ἀφίησιν. [38] ἐπὶ γὰρ δύναται ἐμμένειν τὸ ὀπίρρεον, ὅκου ἔχον ἔνθα ἕδρην, ἢν μὴ τὴν κεφαλὴν πονέῃ, τότε οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' αὖτε κρατέει. [39] ἐπὴν δὲ ἀνῇ τὴν ἕλξιν, ἐς τοὺς ἀδένας ἡ ῥοὴ γίνεται. [40] ἐπὶ δὲν λυπέῃ τὸ ῥεῦμα, ἐς ἂν ὀλίγον τε ἦ καὶ ξύμμετρον, ἐγκρατέες ἐῶσιν αἱ ἀδένες. [41] ἢν δὲ πολὺ ὀπίρρυῇ δριμὺ, ἢν μένῃ δριμὺ καὶ [c] κολλώδες, φλεγμαίνει, καὶ ξυντείνει ὁ τράχηλος. [42] καὶ οὕτω περαίνεται ἐς οὖς· ἢν μὲν ἐς ἑκάτερα τὰ μέρεα, ἑκάτερον· ἢν δὲ ἐς θάτερον, πονέει θάτερον. [43] ἢν δὲ καὶ φλεγματώδες καὶ πυλὺ καὶ λεπτὸν ἡ ῥοὴ,

[a] λιπὰ

[b] καὶ πλήρης τῆς περὶ

[c] κολλώδες

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 403 sur 736

©BIUM

φλεγμήνη ἢ καὶ ὧδε· ἢ φλεγμονὴ, εὐσταμον
ἐὸν ὑγρὸν, χοιράδες ἐγγίνονται. 44 αὗται [2] χεί- [2] χοίρων
ρες αἱ νοῦσοι τραχήλου.

45 μαχάλην ἢ ξυρρέη μὲν ἢ ἐντῶθα, ἀλλ' ὅταν πλῆθος ἦ, σφριγῶσι ἰχῶρες, καὶ ὧδε γίνονται φύματα ἢ ταῦτα. 46 καὶ ἐν τοῖσι βουβῶσιν ἕλκει τὸν ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων ὑγρασίην ἡ ἄσηψις. ἄλλως τε πλήθει λάβοι, βουβῶνοῦται, καὶ διαπυίσκεται, καὶ φλεγμήνει ἰκέλως μαχάλῃσί τε καὶ τραχήλῳ. 47 τὰ δ' αὐτὰ ἔοικε παρέχειν ἀγαθὰ καὶ κακά. καὶ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τῶνδε.

48 τὰ δὲ σπέρεα ἔχει κόρον πλεῖστον ἀπὸ πάντων καὶ πρῶτα, ἔχει δὲ καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ δέρματος ὑγρασίην, αὕτη πᾶσι ἀπαναισιμοῦται ἰκέλη τὸ πρόσθεν. νόσους δὲ ποιεῖ τὰ πολλὰ, 49 ὅκως περ καὶ ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν γίνεται. 50 συχναὶ γάρ τοι ἀδένες, καὶ ἀναπτύες, καὶ οὐ κοῖλαι, καὶ οὐ πολὺν πλῆθος ἐπαμελισκόμεναι ἡ ἑτέρη τῆς ἑτέρης. ἐπεὶ μᾶλλον πλεονεκτεῖν ἐθέλουσι, δὲ μίη τότε πλῆθος ἔχειν δύναται. 51 ἀλλ' ἐς ὀλίγον ἑκάστης ξυρρέον ἐς τὸ ἄρθρον, ἐς πολλὰ διαιρεόμενον, 52 ἰσότης ἐστὶν αὐτέησιν.

53 ἡ κεφαλὴ δὲ αὕτη πᾶς ἀδενώδης ἔχει, τὸ ἐγκέφαλον ἕκελον ἀδένι. 54 ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λύκου δὲ ψαφαρὸς, ὅκως περ δὲ ἀδένες. 55 καὶ ταῦτα ἀγαθὰ τῇσιν ἄδεσι ποιεῖ τὸ κεφαλαίου. 56 ἔσω δὲ τὰ ἑρπετώδεα μοι δοκέουσιν ὁ ἐγκέφαλος ἀποστερέει τὸ ὑγρασίην, δὲ ἀπὸ τῆς ἐσχατιῆς ἔξω ἀποστέλλει τὸ πλέον ἀπὸ τῶν ῥόων. 57 μείζων δ' ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἄλλων ἀδένων, καὶ αἱ πτύχες μείζους ἢ αἱ ἄλλαι πτύχες. 58 μείζων τε γάρ ὁ ἐγκέφαλος, δὲ ἐν εὐρυχωρείῃ κεῖται ἢ κεφαλῆ. 59 ποιεῖ δὲ νόσους δὲ ἥσσονας δὲ μείζονας ἢ αἱ ἄλλαι ἀδένες. 60 ποιεῖ δὲ ὁκόταν ἐς τὰ κάτω τοῦ σώματος τὸν σφετερίσω πλεονεξίῃσι ἀποστέλλῃ.

61 ῥόοι δὲ ἀπὸ κεφαλῆς, ἕως ἀποκρίσιος, διὰ ὤτων καὶ φύσιν, διὰ ὀφθαλμῶν, διὰ ῥινῶν τρεῖς οὗτοι. 62 δὲ ἄλλοι διὰ ἀστερώης ἐς φάρυγγα, ἐς στόμαχον. ἄλλοι διὰ φλεβῶν, ἀπὸ νωθαίου, ἐς τὸ αἷμα. 63 οἱ πάντες ἐπιλά. 64 οὗτοι δέ τε ἐγκεφάλου λύματά ἐσιν ἀπόντες. 65 καὶ ἐὰ μὴ ἀπόωσιν, νοῦσον αὐτέω. 66 οὕτω δὲ καὶ τῶ ἄλλω σώματι, ἢν ἐς τὸ σῶμα ἀπώσῃ, καὶ μὴ ἔξω. 67 καὶ [b] ὁμὴν αὐτῆς ὄχλος πολὺς χωρὸν ἔνεστι, δὲ [b] ἀθρόος μὲν [c] μὴν μενέτω ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα, ὃ τὰς ἀπορροὰς ἐοῦσι καὶ ἕλκει. καὶ τὸ μὲν ἀπὸν ἢν πλῆθος καλὸν, ἄλλο δὲ οὐκ ἂν ἔχοι ὁ ῥόος, ἐς ἂν ἐξαρύσῃ τὸν πλῆθος τοῦ κατόντος. καὶ τὸ μὲν ἀπορρέον ἀποπέμπων ἔξω, ἕτερον δὲ ἐσδεχόμενος, ἐς τὸ ὅμοιον αἰεὶ καθιστάμενος, τότε ὑγρὸν ἕλκει, καὶ ποιεῖ νούσους. ἄμφω δὲ ἐν ἀκιδίῃ καθαγνοῖ τὴν φύσιν, καὶ ἢν πάθῃ διέσων κακία. τὰ μὲν γὰρ πάθη τοῦ φύσεως

A etiã sic inflãmatur: sed inflãmatio, ob stabilitatẽ humoris, strumas generat.[44] Et hi quidẽ inter pessimos colli morbos cõnumerantur.

[45] In alas autẽ etiã cõfluunt, si copiosi fuerint acres & serosi humores, & tubercula in ipsis producuntur. [46] Sed & in inguinibus glandula à partibus superioribus humiditatem trahit: cuius si magna fuerit copia, inguina intumescunt, & suppurantur, ac inflãmantur, similiter ut alæ ac collum.[47] Eadem proinde tum bona, tum mala glandulæ præstare uidentur. Sed de his hæc sufficerint.

[48] Porrò intestina multã satietatẽ ex cibis ac potib. habẽt, & præterea humiditatẽ sub cutẽ cõtinẽt. Sed & hęc tota absumitur eodẽ mo-
B do, uti prior illa: & morbos rarò facit.[49] Qđ ipsum quoq; in articulis contingit.[50] Frequẽtes enim glãdulæ, & expassę, neq; cauæ sunt, neque altera alterius copia admodum fruitur: cùm neq;, si maximè uelit, copiam magnã recipere queat.[51] Sed cùm id quod in articulum influit, in multas diuidatur, paucum in singulas,[52] eatenus æqualitatem habent.

[53] Caput etiã ipsum glandulas habet, cerebrũ nimirũ simile glandulæ.[54] Est enim cerebrum album ac friabile, quemadmodum etiã glandulæ:[55] eadem quinetiam cõmoda præstat capiti. [56] Cerebrum enim humiditatem,
C quæ illi ob prædictas causas inest, à reliquo corpore auxilij causa abstrahit, & in extremitates foràs ablegat maiorẽ partẽ fluxionũ.[57] Maius autem est cerebrũ quàm reliquæ glãdulæ, uti etiã capilli maiores quàm alij pili. [58] Maius enim est cerebrum, & in amplo spacio capitis situ est.[59] Facit aũt morbos & minores, & maiores, quàm aliæ glandulæ:[60] nimirũ quum in inferiores corporis partes redundantiã suam ablegarit.

[61] Fluxiones porrò de capite cum secretione cõtingunt, per aures, secundùm naturam, per oculos, per nares: tres numerò.[62] Aliæ per palatum in gutture, & in gulam: aliæ
D per uenas in medullam spinalem, in sanguinẽ.[63] Septenario numero cõprehensæ.[64] Hæ fluxiones cerebri purgamenta sunt, quando discedunt:[65] si non discedant, morbũ ipsi pariũt.[66] Vti etiam reliquo corpori, si introrsùs abierint, non foràs. [67] Hisce talibus uehemens turbatio hiatim attrahit, quantumuis minimè acrem fluxionem cerebrum emittat, succedentes alias fluxiones pabuli instar attrahentem. Etsi enim humoris, qui ad cerebrũ fluxit, copia effluit: fluxio tamen non cessabit, donec multitudo effluentis penitùs exhauriatur. Namque id quod effluit foràs amandans, nouum uerò susciplens, in simili statu permanens, & humorem trahit, & morbos facit. Vterque autem affectus iugi infestatione eneruat naturã partis, licet malitia dispari. Affectiones enim naturales molestè ferunt

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 404 sur 736

runt copiam,& ueluti frendent, ſi quid præter rationem & conſuetudinem fiat.

[68] Cerebrum autem cladem patitur etiam ipſum non ſanum exiſtens. [69] Si namque rodatur,turbationem multam ſuſtinet, & mẽs deſipit, & cerebrum conuellit,ac trahit totũ hominem, qui in ſeipſo uocem non edit, ac ſuffocatur:& hęc affectio apoplexia uocatur. [70] Sin uerò acris non ſit fluxio,ſed copia tantùm infeſtet:in cerebrum irruens, ipſum affligit,& mens perturbatur, & homo circũambulat,aliena cogitans,& aliena uidens, perferens morbi mores profuſo riſu, & peregrinis imaginationibus. [71] Alia fluxio ad oculos ophthalmia appellatur, & oculi in ipſa intumeſcunt. [72] Sin ad nares defluxio fiat, arrodũ tur nares,& nihil aliud graue accidit: [73] nam uiæ ipſarum amplæ ſunt,& ſibi auxiliari poſſunt, inſuperque quod per illas effluit conglobatum & concretum eſt. [74] Iam uerò aurium intortus eſt meatus & anguſtus, cerebrum autẽ prope ipſum ipſis apprimitur.Laborans uerò hoc morbo, plurima excernit: & auris à frequenti fluxione per tempus uexatur,& pus graueolens effluit. [75] Sic etiã fluxiones ad oculos foris conſpicuæ ſunt,& nõ omnino lethales. [76] Si uerò fluxio retrò proceſſerit per palatũ,& in uentrem pituita peruenerit, [77] fluunt quidem horum uentres,nõ autem ægrotant. [78] Si uerò infernè maneat pituita, affectiones uoluuloſæ fiunt diuturnæ. [79] Alijs autem ſi per palatum in guttur multa fluxio contingat,idq; frequenter,morbi tabifici oriuntur. [80] Replentur enim pulmones pituita,atque pus fit,id quod pulmones exedit; & ægroti non facilè ſuperſtites manent. [81] Mens uerò medici, ſi bonus ſit & prudens, ut plurimùm cauſam intelligit. [82] Alius morbus oritur ex defluxione capitis per uenas in ſpinalem medullam.Inde aũt in ſacrũ os penetrat,medulla eò fluxionem perducente,& in coxendicum acetabula deponente:& ſi tabem fecerit, homo iſte hanc ob cauſam marceſcit,neq; uiuere poteſt. Statim enim ſcapulæ dolent, amboq; pedes ac crura conſequuntur, & ad extremum pereunt multo tẽpore curati. Nec dum uocem amiſit homo & moritur. [83] Hæc mihi de fluxionibus capitis dicta ſint.

[84] Inter affectiones quinetiam cerebri alij quoq; morbi recenſentur, deliria, inſaniæ: [85] omnia periculoſa. [86] Aegrotante autem cerebro, [87] etiam aliæ glandulæ. [88] Nam cùm intenſionem habeat, [89] hinc ſanè altera pendet communio corporis.

[90] Verumenimuerò glandulæ etiam in pectoribus mammæ appellantur, [91] & attollun tur,ac lac faciunt aliquibus, aliquibus non. [92] Et faciunt quidẽ lac mulieres, [93] uiri uerò

A διυσφορέσει τὸ σῶμα· καὶ ὀδάξονται τὰ ἄλογον καὶ οὐ ξυνήσεις ὄν.

[68] ὁ δὲ ἐγκέφαλος πῆμα ἴσχει καὶ αὐτὸς οὐχ ὑγιαίνων. [69] ἀλλ' ἐὰν μὲν δάκνοιτο, πάρεχον πολλὴν ὀχλέει, καὶ ὁ νοῦς ἀφρονεῖ, καὶ ὁ ἐγκέφαλος σπᾶται καὶ ἕλκει τὸν ὅλον ἄνθρωπον, ὃν ἑωυτῷ δὲ οὐ φωνέει, καὶ πίνεται· ὑποπλήσιη τῷ πάθει τοῦτο ῥεῦμα. [70] ἀλλ' ὅταν δὲ ὀλίγον μὲν ὑπιέῃ οὕτω τὸ ῥεῦμα, πλήθει δὲ οὐ τὸ ἐμπεσὸν πιέει ἔσω, καὶ ἡ γνώμη παραφέρεται, καὶ παρίησιν ἀλλοῖα φρονέων, καὶ ἀλλοῖα ὁρέων, φέρων τὰ ἤθεα τοῦ νούσου σεσηρόσι μηδήμασι, καὶ ἀλλοκότοισι φαντάσμασιν. [71] ἄλλος ῥόος ἐπ' ὀφθαλμοὺς, ὀφθαλμία. καὶ οἰδέουσιν αἱ ὄψες. [72] ἢν δὲ ὑπὸ ῥῖνας ὁ καταῤῥους, ὀδάξονται μυκτῆρας, καὶ ἄλλο ἐδὲν δεινόν. [73] αὗται γὰρ αἱ ὁδοὶ τουτέων εὐρέες καὶ ἱκαναὶ ὑπομωρέειν σφίσιν· πεφὺς δὲ καὶ ἀσύμφορον τὸ ἀπιὸν αὐτέησι. [74] τὸ δὲ ἄλλο, σκολιὸς μὲν πόρος καὶ στενός· ὁ δὲ ἐγκέφαλος πλησίον αὐτέων αὐτοῖσιν ἐμπίεζεται. νοσέων δὲ τὸ νῶτον ταύτῃ τὰ πολλὰ ἀποκρίνει, καὶ τὸ οὖς ἀπὸ τοῦ πυκινοῦ ῥοῦ ἀνὰ χρόνον ὠδυσμός τε, καὶ ῥεῖ δυσῶδες πύον. [75] οὕτως ἐς τὰ ἔξω δῆλοι τῷ ὀφθαλμῷ ῥόοι, καὶ οὐ πάμπαν θανατώδεες. [76] ἢν δὲ τὸ ὀπίσω ῥεῦμα ἢ δι' ὑπερώης τὸ ἀφικόμενον φλέγμα ἐς τὴν κοιλίην, [77] ῥέουσι μὲν καὶ αἱ κοιλίαι τούτων, νοσέουσι δὲ οὔ. [78] ἀναμένοντος † κάτω τοῦ φλέγματος, ἑλκεσι, τὰ πάθη χρόνια. [79] ἄλλοις δὲ ὑπερώης ὑπὸ φάρυγγα, ἢν πολὺ ῥυῇ, καὶ ὑπὸ πολὺ, αἱ νοῦσοι φθινάδες. [80] κορέσκονται γὰρ τοῦ φλέγματος οἱ πνεύμονες, καὶ γίνεται τὸ πύον, ἔστι * διεφθαρμένοι τοὺς πνεύμονας, καὶ οἱ νοσέοντες οὐ ῥᾴδιον περιγίνονται. [81] καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἰητροῦ, καὶ ἢν ἀγαθὸς, καὶ ἢν ἀγχίνους, τὰ πολλὰ ξυνετίει τὸ αἴτιον. [82] ἄλλη νοῦσος ἀπὸ φλεβῶν ὑπὸ νωτιαῖον ἀπὸ καταῤῥυὲν κεφαλῆς. ἀίσσει γὰρ ἐντεῦθεν ὑπὸ ἱερὸν ὀστέον ἄγων τὴν ὑπορροὴν ὁ νωτιαῖος, καὶ ἢν πίεσῃ φθίσιν, καὶ μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος· [a] ὧδε καὶ ὧδε, καὶ ζώειν οὐκ ἐθέλει. πεχὺ γὰρ πονέει τὴν ἀπάθειν, καὶ ἅμα τὼ πόδε καὶ μήρω παρέπονται. καὶ αἰεὶ τελέως ὀλίγον χρόνῳ πολλῷ μελεδαινόμενοι, καὶ [b] οὔτε ἀπυθάνεται καὶ θνήσκει. [83] ταῦτά μοι ῥόων ἀπὸ κεφαλῆς εἰρήσθω.

[84] καὶ πάθεα ἐγκεφάλου καὶ ἄλλα νοῦσοι, παραφροσύναι, καὶ μανίαι· [85] καὶ πάντα ὑπόκινδυνα. [86] καὶ πονέει ὁ ἐγκέφαλος, [87] καὶ αἱ ἄλλαι ἀδόνες. [88] ἔχει γὰρ καὶ [c] τόνον, [89] καὶ ἄλλη ξύνοδος ἐντεῦθεν πάλιν τοῦ σώματος.

[90] ἀλλὰ καὶ ἀδένες ἐν τοῖσι στήθεσι μαζοὶ καλέονται, [91] καὶ [d] διέρονται καὶ γάλα πιέουσιν, οἷς δὲ οὐ πιέουσιν γάλα. [92] πιέουσι μὲν αἱ γυναῖκες· [93] οἱ δὲ ἄνδρες οὐ πιέουσι. [94] τῆσι μὲν γυ-

a ὧδε

b ἔστως ἂν πλύθωσι. Corn.

c πόνον

d διαέρον ται. διὰ ἀέρονται

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 405 sur 736

©BIUM

ναιξιν ἀραιή τε [a] ἡ φύσις καὶ κῦ τῶν ἀδενώδων, ὥσπερ τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ τιὼ τροφιὼ, ἰὼ τινα ἔλκουσιν ἀπὸ σφᾶς, ἀλλοιοῦσιν ἐς τὸ γάλα. [95] ἡ δὲ ἀπὸ τ μήτρης περαίνεται ἀπὶ τὰς μαζὰς ἐς τιὼ μῦ τὸν τόκον τῷ παιδίῳ τροφιὼ, ἰὼ τινα ἀποπίεζει ἢ καὶ ὑπερβάλλει τὸ ἀπίπλοον ἐς τὰ ἄνω συνεχωρούμενον ὑπὸ τ ἐμβρύου. [96] τοῖσι μὲν ἄρρεσι καὶ ἡ συνοχωρείη κῆ ἡ πυκνότης τ σώματος μεταμβάλλεται μὴ εἶναι μεγάλας τὰς ἀδένας. [97] τὸ μὲν ἄρρεν, ναός ἐστι, καὶ οἷον εἶμα πυκνὸν καὶ ὀρέοντι καὶ ἐπαφομένῳ. [98] τὸ δὲ θῆλυ ἀραιὸν ἐ χαυῶδες, καὶ οἱονεὶ ῥέον ὀρέοντι καὶ ἐπαφομένῳ. [99] ὥστε τιὼ ὑγρασίῃ οὐ μεθίησι τὸ ἀραιὸν καὶ μαλθακόν. [100] τὸ δὲ ἄρσεν οὐκ ἂν τι προσδέξαιτο, πυκνόν τε ἐὸν καὶ [c] ἀργὲς, καὶ ὁ πόνος κρατύνει αὐτὸ τὸ σῶμα. ὥστε οὐκ ἔχει δι' οὗ λήψεται [d] τὸν τῶν περιττῶν οὗτος. [101] ἀναγκάζει ὅδε λόγος ἐ στῆθεα καὶ μαζοὺς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τῆσι γυναιξὶ χαῦα καὶ μαλακὰ εἶναι, καὶ διὰ τιὼ ἀργείην, καὶ διὰ τὰ προειρημένα. τοῖσι δ' ἀνδράσι τὰ ἐναντία. [102] πιέουσιν καὶ μαζοὶ φύματα, φλέγμονας, τὸ γάλα ἀποσήποντες. [103] ἀμφὶ δὲ ἔχουσιν τοῖσιν ἔμπροσθεν ὅμοια. ἀποσυλέουσι τιὼ πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος. [104] μαρτύριον τῆσι γυναιξὶν, ἧσιν ἀφαιρεῖται νούσων ἡ ἄλλη τινὶ ξυμφορῇ μαζὸς, καὶ ἡ φωνὴ [e] θρασεῖα καὶ ὑγρὰ ἐς τὸ μάχον, καὶ πτυελίζουσιν, καὶ τιὼ κεφαλιὼ ἀλγέουσιν, καὶ ἀπὸ τῶν δὲ νοσέουσιν. [105] ἰὸν γὰρ ἀπὸ τ μήτρης καὶ ἐπιῤῥέον τὸ γάλα, ὥσπερ μεθίη καὶ ἔμπροσθεν ἐς τὰ ἄνω τὠύχεα, τὰ οἰκεῖα οὐκ ἔχων τὠύχεα, συντυγχάνει τοῖσι κυρίοις τοῦ σώματος, καρδίῃ, πνεύμονι, καὶ ἀποπνίγοντα.

[a] ἡ φ. καὶ πάρτα. uel ἡ φ. τὴν ἀδενώδων, ὥσπερ καὶ τὸ

[b] μέγα συμβάλλεται

[c] ἀεργὲς

[d] τόπον

[e] πραχεῖα

non faciunt. [94] Mulieribus enim rara admodum eſt glandularum natura, quemadmodũ etiam reliquum corpus rarum habent, & alimentum quod in ſe trahunt, in lac permutat. [95] Et ab utero accedit ad mammas, quod poſt partum puero ceſſurũ eſt in alimẽtum, quod ipſum ſanè exprimit aut etiam ſurſum mittit omentum ad ſupernas partes, ab ipſo fœtu coarctatum. [96] Maribus uerò & locorum anguſtia, & corporis denſitas plurimum conducit ad hoc, ut glandulæ non ſint magnæ. [97] Mas enim plenus eſt, & ueſtis inſtar, tum ad uiſum, tum ad tactum denſus; [98] fœminæ uerò corpus rarum & laxum, & uelut fluidum, tum ad uiſum, tum ad tactum. [99] Proinde humiditatem non remittit, cùm rarum ſit, & molle. [100] At mas non ſuſcipit, quum denſus ſit, & humoris parum amicus, cumque labor etiam corpus ipſius firmet, ut locum nõ habeat, quo redundantia excipiat. [101] Hac ratiocinatiõe neceſſariò cõcluditur, & pectora & mammas, & reliquum corpus mulieribus laxa ac mollia eſſe, tum ob ocium ac ſegnitiem, tum ob alia prædicta. Viris autem uice uerſa. [102] Porrò mammæ etiam tubercula ac inflammationes pariunt, lac ipſum putrefacientes. [103] Vſum autem præſtant ſuperiorib. ſimilem, quòd reliqui corporis redundantiã auferunt. [104] Teſtimoniũ huius abundè præbent mulieres, quib. aut morbo, aut alia quapiam calamitate mamma adimitur. Nam & uox ipſarum grauis redditur, & humores in gulam labuntur, & multo ſputo uexantur, & caput dolent, & deinceps etiam ægrotant. [105] Lac enim proficiſcens ac influens ab utero, quemadmodum etiam prius in ſuperiora uaſa tranſibat, quum propria uaſa amplius non habeat, in principes corporis partes irruit, cor uidelicet ac pulmonem, atque ſic ſuffocantur.

IN HIPPOCRATEM DE GLANDVLIS.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. *Meminit huiuſce com. ipſemet Hip. lib. de Articulis:* ἀλλὰ οὐκ ἄλλῳ λόγῳ πρὸς ἀδενῶν ἐλεμελίης γεγράφεται, ὅτι τε εἰσὶ, καὶ οἷα ἐν οἷοισι σημαίνουσί τε καὶ δηλοῦνται. *Itaque posterior tempore hic com. eſt, ab Hip. iam ſene conſcriptus. Etſi Gal. com. 1. de Articulis, ſiue dictionem ſiue ſententiam ſpectes, Hippocratis eſſe neget.*

Inſcriptionem:

ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ, *De Glandulis. Medicus tractatus eſt, partim ad Phyſiologiam, partim ad Pathologiam pertinens. Naturam namque & uſum glandularum declarat, earundemq; affectiones & morbos ſubiungit. Vt hinc exemplum ſumſiſſe uideantur Arabes, qui Anatomiam Partis, cuius morbos enarrare inſtituunt, priore loco ponunt: curationem deinceps ſubiungunt.*

PERPENDAMUS

Tractationem. *Vide ſignum* A.

A. Di

- A. De Glãdulis disputat Hip. tũ
  - Vniuersim, περὶ ἀδένων ὀλομελίης, de natura illarum generali. N. 1. An hãc ipsam com. de Locis n. 20. & seq. uocat partium ὁμοεθνίην? Com. de Alimento, ξυμπαθείην aliam facit κατ' ὀλομελίην, aliam κατὰ μόρος: illam similarium, hãc dissimilarium. Nimirũ de Glãdularum
    - Substantia, per comparationem. Si conferantur cum
      - Rebus externis, sic spongijs similes sunt, raræ scilicet, & tamen pingues. N. 2.
      - Carnibus reliqui corporis, sic ijs sunt dissimiles, friabiles scilicet & multis refertæ uenis. N. 3. Declarat id quod dixerat de
        - Venarum multitudine. Si uenas disseces, effluit sanguis copiosus, albus, instar pituitæ, mollis tanquam lana, & cohærens. N. 4. λευκή, s. ἀμόῤῥαγιν. aut certè ἀδήν.
        - Friabilitate. Si corpus ipsius glandulæ digitis comprimas, dẽsus humor exit, quo ueluti glutino priuata glandula penitus corrumpitur. N. 5. αὐτὸ, scilicet τῆς ἀδένος σῶμα. An αὐτὴ legendum? id quod ijs accidit, qui per compressionem castrantur, & com. de Semine n. 7. ἐντριβόντες uocantur. Sic etiam in curandis glandularum duritiebus chirurgi leui sed frequenti glandularum compressione & attritione uel digitis uel dentibus facta cum oleo amygdalarum duritias emolliunt, non tam resoluendo, quàm exprimendo glutinum ipsum.
    - Accidẽtibus & affectionibus, tũ
      - Præter naturã Morborum qui glandulis accidunt, enarrat
        - Accidentia secundũ
          - Quantitatẽ. Sic alij morbi uehemẽtes sunt, alij non sunt. Et quidem
            - Per se non sunt uehementes & periculosi. πονέουσι ὐ κάρτα. N. 6. Excrementorum enim susceptioni destinatæ glandulæ, & quantitatem & qualitatem eorum leuius ferũt, quàm cæteræ partes nobiliores.
            - Per accidens euadũt periculosi, quando glandulæ suam afflictionẽ reliquo corpori communicant. ἀλλὰ καὶ ἄλλῳ σώματι (suã communicantes affectionem) πονέουσι κάρτα. N. 7.
          - Qualitatem. Sic rariores sunt glandularum quàm reliquarum partium morbi, siue afficiantur per
            - Ἰδιοπάθειαν. N. 8.
            - Συμπάθειαν reliqui corporis. N. 9.
        - Essentiã, tum
          - Qui sint. Morbi glandularum dicuntur, tum ij qui
            - Parti affectæ, ipsismet glandulis inhærent, ut sunt
              - Tubercula. N. 10.
              - Strumæ. N. 11.
            - Corpori reliquo communicantur. Febris ex inflammatione glandularum orta. N. 12.
          - Cur siue quas ob causas oriantur. Causa igitur cur
            - Glandulæ per se patiãtur Tubercula & Strumas, copia humoris est à reliquo corpore in glandulas promtè confluentis, uel etiam ab ijsdem attracti. N. 13. Causa huius confluxus à uenarum copia prouenit. N. 14.
            - Corpus reliquum Febre per consensum tentetur, ab acrimonia & copia humoris pendet, à quo glandulæ inflammantur, & intumescũt, adeoq; reliqui corporis neruos ueluti distendentes, febrem accendunt. N. 15.
      - Secundùm naturam, quæ ab usu illarum pendent. Sic glandulis accidit, Humorem excrementitium reliquis partibus inimicum excipere. Vide signum B.
  - Singillatim, singularum partium, quæ glandulas maiores habent, morbos enarrando. Vide signum C.

©BIUM

Proponit. Glandulæ & plures & maiores in partibus cauis, & in his potißimùm, quæ natura ſua humidæ et copioſo ſanguine repletæ ſunt, reperiuntur, quã in ſolidioribus & minus ſucculentis, ut ſunt Articuli. N.16. Quo loco totum corpus diuidere uidetur Hip. in τὰ κοίλα & ἄρθρα, in Ventres & Artus. Glandularum proinde uſum & affectionem inductione ſpecierum deducit. Namque

Species recenſet. Glandulæ igitur partium

Cauarum id muneris habent, ut abundantem humiditatem aliunde in eas partes cõfluentem excipiant attrahantq;. N.17.

Solidarũ id præſtant, ut abundante illic ex articulorũ iugi labore ſerositatem abſumant, ſi nõ ſimul & ſemel, ſaltẽ ſenſim & paulatim. N.18. Exercitio mucus articulorũ colliquatur: colliquatus niſi abſumatur, laßitudines parit. Eius proinde excipiendi cauſa datæ ſunt glandulæ.

Genus colligit. Glandulæ nimirũ humiditatem ſuperfluã alimenti nomine excipientes & attrahentes, corpus uniuerſum ſimul expurgant. N.19.

B. Quod quidem munus Demonſtratratione:

Si in quibuſdam partibus corporis humidis nullæ eſſent glandulæ, uel in quibuſdam ſiccis aliquæ eſſent, nõ cauſa humiditatis expurgandæ, ſed propter quem alium uſum glandulæ à natura datæ eſſent.

Nunc uerò ſi partes corporis conſideres

Vniuerſim, in partibus

Humidis omnibus glandulæ reperiuntur. N. 20. Quod quidem oſtendit argumento pilorum:

Vbi pili in corpore, ibi humiditas copioſa.

At ubi glandulæ, ibi pili. N. 21. Probat ex communi uſu. Glandulæ enim influentem humiditatem excipiunt: exceptam abſumunt quantum poſſunt: quod non poſſunt, id in externam ſuperficiem corporis expulſum in pilos abit. Atq; ita uicariæ glandularum limitaneæ, ut ita dicam, ſunt pili. N.22.

Ergo ubi glandulæ, ibi humiditas copioſa.

Siccis nullæ glandulæ uel pili reperiuntur. N.23.

Speciatim ſingulas, ſic diuerſitas q̃dã appare bit. Vbi cũq;. n. pili ſunt ibi etiã glandulæ: non ecõtra. Omnes partes corporis humidæ, glandulas habẽt: & uel

Magnas. Quarum rurſus aliæ pilos

Habent, nimirũ partes teneræ & labori obnoxiæ & humidæ. N.24. Oſtendit

Quæ ſint. Tales ſunt glandulæ

Colli, circa iugulares uenas, barba decoræ. N.25.

Alarum, pilis mollibus ſupercreſcẽtibus. N.26.

Inguinũ, pubis lanugine tectorũ. N. 27.

Cur. Cauæ enim ſunt partes iſtæ, & ad excipiendam humiditatem idoneæ: præterea etiam motibus crebris obnoxiæ. N.28.

Non habent. Nimirum

Inteſtina, quæ in omento et meſenterio pancreas habent. N. 29. Similitudine deducit cauſam:

Quemadmodũ in locis terræ uliginoſis ſemen prouenire nequit, quoniam immoderato humido ſuffocatur. N.30.

Ita cùm iugi irrigatione inteſtina omentum, omentum glandulas madefaciat, & uapor uaporem expellat, neq; ui caloris exuri & in pilos concreſcere ſinat, abdomen glabrum remanet, licet maximè concaua & humidißima pars exiſtat. N. 31. Quo loco obſeruandum, ab Hipp. omenti uſum duplicis eum conſtitui, ut copioſus humor ab inteſtinis influens, cùm à glandulis excipi & abſumi ſemel nequeat, in omento uelut in æſtuario aſſeruetur.

Renes. Hi cùm ex uniuerſo corpore plurimum humiditatis attrahãt & excipiant, magnitudine omnes reliquas glandulas uincunt: ſed hoc differũt, quòd humiditas ſubſtantiam illarum non ingreditur, ſed per emulgentes uenas eo translata, tranſcolat ad ueſicam per canales urinarios, à quibus ipſis alimentare humidum pro ſui alimento renes ueluti ſuffurantur. N.32.

Paruas. N.33. De quibus ipſis in præſentia dicere ſuperſedeo: de ijs, quæ maioris ſunt uſus atq; momenti in ſanitate conſeruanda & labefactanda, diſputare contentus. N.34.

Ergo glandulæ humiditatis expurgandæ cauſa à naturæ ſunt datæ.

C. De

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 408 sur 736

C. De Glandulis earũ partium agit, quibus propter has ipſas frequentiores morbi tum per ἰδίαν παθεῖαν, tũ per συμπάθειαν accidũt, & quæ uniuerſo etiam corpori ſuam affectionem communicare poſſunt. Maximi igitur momẽti ſunt glandulæ

Nomen, παρίδες dicuntur. N. 36.

Colli ſiue iuguli, de quorum ὀλομελίῃ, id eſt, natura omnibus iugularibus glandulis cõmuni, ſe dicturum profitetur. N. 35. Ergo quo ad

Rem ipſam, Glandularũ colli enarrat

Vſum. Caput cauum & rotundum collo ſuperincubans, inſtar cucurbitæ humiditatem plurimam è reliquo corpore attrahit, quinetiam uapores copioſos è corpore aſcendentes inſtar camini excipit, ſed ſtatim remittit. N. 37. Attractioni humoris uel non tranſmiſſi ipſa capitis forma commodat, uti com. de Vet. med. n. 148. Exceptioni uerò tranſmiſſi etiam ſitus. Remiſſioni utrumq; Ratio. Nam & quia caput rotundum eſt, & quia in ſublimi poſitum, humor atq; uapor aſcendens illic morari diu nequit, præſertim ſi uis expultrix ſuo fungatur munere, ſed deorſum præcipitatur: niſi caput ægrotet. Languente enim facultate expultrice & concoctrice, quæ ad caput aſcenderunt illic remanent, uariaq; morborũ genera pariunt. N. 38. ἡ περαλὴ ὑπόρρυ. αὖω ποίλη ἐοῦσα τὴ πόδι φέρῃς, τὴ τῆς πόδι αὐτὴν ἀπὸ τὸ ἄλλο σώματος ὑγρασίης (ſubintellige γίνεσα, uel πληρουμένη, uel κινοφορυμένη.) Alij legunt, ἡ περ. ὑπ. αὖω ποίλη ἐοῦσα, καὶ πλήρης τῆς πόδι &c.

Affectiones. Afficiuntur colli glandulæ ex Fluore humoris, à capite, ad quod uel ſponte ſua, uel etiã attractus aſcenderat, deſcendentis, & in glandulas decumbẽtis. N. 39. Quòd ſi ergo fluxio fuerit

Parua, quæ nec multitudine nec qualitate ſua glandulis incommodet, nullam inde percipiunt moleſtiam, ſed uel abſumunt, uel certè per nares & palatum expurgant citra laborem. N. 40.

Magna, cui glãdulæ pares eſſe nequeant, uarij morbi, ſed omnium grauiſſimi & moleſtiſſimi hi oriuntur. αὗται (ſcilicet αἱ περιερυμῦαι) χείρους αἱ νόσοι τραχέλης. Alij ad etymon reſpicientes, αὗται (ſcilicet αἱ χοιράδες) χοίρων τραχέλῃ νόσοι, legunt. Corn. pronomen αὗται ad χοιράδας refert. Sed angina fortè multo periculoſior quã ſtrumæ. N. 44. Morbos hoſce recenſet. Siquidem fluxio quæ copioſa eſt & pituitoſa, lenta ſcilicet & glutinoſa, fuerit qualitate ſua

Acris, ὅσοι μὲν κατὰ πολλὰ λῶδες (an χολῶδες, bilioſa, legendum? præſertim cũ huic opponat mox φλεγματῶδη) & in glandulis

Remaneat, phlegmonẽ excitat, quã Anginam & Synanchen appellant. N. 41.

Non remaneat, ſed in uicinas etiã partes auricum, uel utriuſq;, uel alterutrius extrudatur, Dolorem illic parit acutum. N. 42.

Non acris, neq; mordax, ſed craſſior & tenacior, inflammationem partis non uehementẽ, ſtabilem tamen generat, unde χοιράδες, Strumæ ſiue ſcrofulæ dictæ, quòd id genus morbi porcis familiare ſit. N. 43.

Axillarũ. Nã quando in has & quãtitate multus & qualitate acris humor influit, Tubercula naſcũtur. N. 45.

Inguinum. Hæ enim humiditatem in ſeſe colligunt: uerùm multitudine & acrimonia oppreſſæ, inflammantur, & tumores patiuntur, Bubones dictos, & ſuppurantur non aliter quàm colli & alarum glandulæ. N. 46. Vt enim eundem præſtant uſum toti corpori omnes glandulæ in expurganda humiditate ſeroſa: ita quoque morbos eoſdem patiuntur, & affectionem ſuam reliquo etiam corpori communicant. De quibus hæc pauca dixiſſe, & digitum ueluti ad fontem intendiſſe ſufficiat. N. 47.

Inteſtinorum & Articulorum. Vide in ſeq. ſignum D.

Capitis. Vide in ſeq. ſignum E.

Pectoris. Vide in ſeq. ſigum I.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 409 sur 736

©BIUM

D. De Glādulis Intestinorum & Articulorū agit κατὰ τὸ

- Ori. Ergo
  - Intestina copioso humore abundant, tum quotidie ex cibo & potu influente, tum uerò etiam sub ipsa cute contento (an humorem in omento collectū intelligit, uti suprà n. 30. an eum qui inter spacia media abdominis musculorum & intestinorū, ut in hydropicis cernere licet, congregatur? an uerò etiam qui uictimarum argumento naturaliter in ijsdem locis reperitur?) Quam humiditatem glandulæ intestinorum, uti reliquarum partium, sensim & excipiunt, & quantum in se est absumunt, & propterea morbos rarius patiuntur. N. 48.
  - Articuli similiter propter motum aßiduum humorem copiosum attrahunt, atq; etiam ab interioribus expulsum excipiunt & absumunt. Morbis proinde rarius tentantur. N. 49.
- Διότι, cur copioso humore irrigatæ glādulæ, rarius tamen ægrotent, demōstrat tali ratione:
  - Vbi uel humor qui in glandulas influit exiguus est, uel copiosus quidem, sed glandulæ multæ sunt & paruæ; quæ illum absorbent: tunc glandulæ inflammari facilè non possunt. Nam neq; altera alteri humorum præripere uolet, cùm æquales sint magnitudine, & propterea æqualiter excipiant: neq; si uellet, humorem alteri præreptum continere posset, quandoquidem parua admodum est, neq; multum caua. Per ellipsin, qua hoc com. frequenter utitur, subaudiendum, ὃ φλεγμαίνονται. N. 50.
  - At in articulorum glandulas paucas numero, neq; admodum capaces, & propterea alimentum sibi mutuò minus auidè præripientes, humor influens, cùm in multas glandulas adeoq; in singulas paucus distribuatur, aßiduo ferè motu absumitur: in pancreas uerò intestinorum etsi copiosior influit, in multas tamen glandulas & capaciores dispergitur. N. 51. Synchysis est. ἀλλὰ ξυῤῥέον ἐς τὸ ἄρθρον, ἐς πολ. διαιρ. ἐς ὀλίγον ἑκά. ἰσ. ἐστίν.
  - Ergo glandulæ articulorum & intestinorum rarò inflammari possunt, & hactenus æquali sunt conditione. N. 52.

E. Caput glādularum loco cerebrum habet glandulis simile. N. 53. Similitudine declarat, tum quo ad illius

- Naturam. Cerebrum enim
  - Conuenit cum reliquis glandulis & quo ad
    - Substantiam, album & friabile. N. 54.
    - Vsum. N. 55. Nam cùm humores & uapores copiosos (uti paulò ante n. 35. diximus) caput excipiat, cerebro opem ferēs colligit humiditatem superfluam, & extra caput ad partes extimas emittit. Synchysis est: ὁ ἐγκέφαλος τιμωρέων τὴν ὑγρασίην διὰ τὰ εἰρημένα μοι ἐοῦσαν ἀποστορέει, pro ἀποστορέων τιμωρέει. N. 56.
  - Differt à reliquis glandulis sola magnitudine. Et propterea etiam pili capitis prolixiores sunt, quàm reliquarum partium. N. 57. Ratio. Cerebrum enim capitis totam cauitatem replere debet, ut locatum loco suo respondeat. N. 58.
- Affectiones. Cerebrū ut glādulas reliquas magnitudine superat: ita morbos nunc maiores nunc minores habet quàm reliquæ glandulæ. N. 59. Morbos cerebri diuidit in
  - Communissimos, Fluxiones scilicet. De quibus deinceps agit, & N. 83 tractationem illorum concludit. Vide signum F.
  - Minꝰ communes quosuis alios. Qui quidem
    - Differunt essentialiter. Verbi gratia, Delirium, Insania. N. 84.
    - Conueniūt accidentaliter, quoniam omnes sunt periculosi. N. 85. Ratio, tum
      - Per se, quia cerebrum laborat, pars princeps. N. 86.
      - Propter aliud, quia cerebrum in se trahit uniuersum corpus, propter συμπάθειαν, quæ fit per
        - Venas glandularum. Nam cùm glandulæ & plurimis & insignibus uenis scateant (uti suprà n. 13. docuit) facilè affectio cerebri per similitudinem substantiæ per affluxū humoris morbifici ijsdem cōmunicatur. N. 87. Et hæc quidem ξύνοδος prior est.
        - Neruos, & hæc secunda est ξύνοδος, hoc est, congreßio siue cōmunicatio cerebri cū reliquo corpore. N. 89. Habet enim cerebrū τόνον, hoc est, uim intendendi & cōtrahendi totius corporis per genus neruosum. N. 88. Vti etiā sup. n. 68. ὁ ἐγκέφαλος σπᾶτ᾽ ἐν ἕλκει ὅλον τὸν ἄνθρωπον. & n. 14. αἱ ἀδόνες ξυντείνουσιν ἐπὶ σφᾶς τὸ ἄλλο σῶμα. Quāuis Corn. legat πόνον: sed tautologia, uti uidetur, inutili.

F. Flu-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 410 sur 736

©BIUM

F. Fluxionum igitur in

- Genere &
  - Causas proponit. Fluxionum Materia est superflua humiditas in caput uel propulsa uel attracta: Forma uerò est ipsa expulsio humiditatis in subiectum corpus uel totum uel partes. N. 69.
  - Differentias, à loco ad quem feruntur desumtas, explicat. Fluxiones igitur à capite in reliquas partes factæ, septē sunt numero. N. 63. nimirum uel in eas per quas excerni statim
    - Possunt, propter partium illarum laxitatem & amplitudinem. Quas fluxiones com. de Locis, n. 75. καταφανέας τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι uocat: & hîc à natura uideri institutas ad expurgandum cerebrū inquit, tum uerò infrà n. 75. disertè ἐς τὰ ἔξω δήλους τῶν ὀφθαλμῶν ῥόους appellat. N. 61. Alia igitur fertur ad
      - Aures.
      - Oculum.
      - Nares.
    - Nequeunt (ἄνευ ἀποκρίσιος. & ut ex com. de Locis intelligi potest, οὐ καταφανῆς τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι. Proinde etiam παρὰ φύσιν uidētur.) Sunt autē numero quatuor. N. 62. Aliæ petunt uias
      - Ampliores tum
        - Faucium ad Pulmones.
        - Gulæ ad Ventriculum.
      - Arctiores, Venarū communiter dictarum, nimirum per
        - Medullam spinalem ad Neruos.
        - Venas propriè dictas in Sanguinem ipsum.
- Specie cōmoda atque noxas tum
  - Proponit. Fluxiones istæ
    - Cerebro
      - Commodant, quando expurgantur. N. 64.
      - Incommodant, quando intra cerebrum retinentur. N. 65.
    - Corpori reliquo prosunt, si expellantur per uias debitas: obsunt uerò, si non expellantur. N. 66.
  - Declarat modum nocendi tum
    - Vniuersim. Quando humor copiosus à cerebro fluēs, à parte in quam fluit hiatim ueluti excipitur, multa illico turbatio oritur, licet acris non sit fluxio: quoniam humor, qui in partem fluxit, propter affinitatem pabuli instar succedentes etiam alias fluxiones allicit. Quòd si tunc humor qui influxit non effluat, maior certè erit turbatio. Sin uerò effluat, turbatio tamen non cessabit, donec multitudo humoris penitus exhauriatur. Quandiu enim tantum influit, quantum effluit, tandiu etiam pars affecta (& quia recipit influentem, & quia propter intemperiem aduentitiam humorem quoq; consimilem attrahit) morbo diutino affligitur: adeoq; gemina infestatione, et eius quod influit, & eius quod effluit, natura eneruatur: cùm uel copiam humoris uel etiam insolentiam (Sic com. quoq; de Flatibus n. 147. & 161 materiam quamcunq;, in loca ἀηθέα, non assueta, illabentem, doloris causam facit) præter naturam sibi euenientē natiua membri facultas ferre diutius nequeat. N. 67. Locus difficilis propter textum corruptum: quem nos quantum licuit emendauimus. Corn. legit, καὶ δριμὺ μὲν εἰ πρ. & sic interpretatur: Et acrem quidem fluxionem si cerebrum demittat, quæ influxiones corrodit & exulcerat. Vox ἄμφω ad τὸ ἐπιῤῥέον & ἀποῤῥέον referenda uidetur: & quando seq. sic leguntur, τὰ μὲν γὰρ πάθη τῆς φύσεως οἱ προειρημένοι ῥόοι δυσφορέουσιν, &c. uerba hæc, οἱ προειρημένοι ῥόοι, in margine à quopiam, ad explicationem dictionis ἄμφω adscripta, ab imperito librario in contextum alieno loco temerè translata fuisse. Nisi malis uocem ἄμφω referre ad fluxionem biliosam acrem, & pituitosam non acrem, uti suprà n. 40. & 42. præsertim cùm subiungat hîc, καὶ ἢν πάθη διέστον (pro διέστησαν) κακίᾳ, Licet affectiones ab hisce fluxionibus inuectæ differant malitia. Biliosæ enim magis molestæ sunt, quàm pituitosæ.
    - Singillatim. Vide in seq. signum G.

G. Affici

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 411 sur 736

©BIUM

Cerebrũ. N. 68. Et quidem si fluxio acris

- Sit, plurimam turbationẽ infert, deliriũ & conuulsionẽ, ad extremũ quoq; sensu & motu priuatur animal, consequenter etiam uoce. οὐ ἐώσῃσι δ' ὃ φωνέει, scilicet ὁ ἐγκέφαλος. Cæterum cùm com. de Principijs n. 118. reprehendat eos, qui cerebrũ uolebãt sonũ edere: iccirco uidetur hìc λόγον σύνεσιν intelligere, ipsam scilicet cogitationem & discursum. Corn. uerò ad Hominẽ transtulit. Sequitur ad extremum suffocatio, & affectio ipsa Apoplexia dicitur. N. 69.
- Non sit, sua tamen copia & mentis alienationem parit, & phantasmata uaria tum oculis, tũ imaginationi affert, ita ut morbi mores circumferant hi tales effusè ridendo, & peregrina quædam imaginando. N. 70. Pro σεσηρότι Corn. legit ὀρθάμασι. At ex Gal. interpretatione σεσηρὸς μυδώνια, risus effusus est, qui latè diductis fit labris.

G. Affici igitur posſũt ex immoderata fluxione tũ

Partes reliquæ, alię quidem

Leuius, sine maiore periculo uitæ, quarũ affectiones ferè externæ sunt & ad oculũ manifestæ. N. 75. Sic etiã com. de Locis fol. 66. n. 21. ῥόος καταφανέας ἐν τῆς κεφαλῆς tres numero statuit, ad aures, ad nares, & ad oculos. Decumbũt igitur fluxiones aliæ ad

- Oculos, & inflammationem pariunt, Ophthalmiam dictam. N. 71.
- Nares, easq; arrodunt, nihil præterea grauius inducunt. N. 72. Ratio. Nam & uiæ, cùm amplæ sint, sibijpsis opem ferre possunt humorem expurgando: & humor cùm diutius in eo loco non hæreat, ut proinde agitatione conglobari & concrescere nequeat (ἀσύστροφον) nullam uehementiorem impressionem facit. N. 73.
- Aures: quãdo à cerebro, quod angusto meatui auditorio uicinum & ueluti adpressum est, maior quidem pars fluxionis excernitur per fauces, at ea quæ remanet subtilior ipsis meatibus iugiter affusa, ibiq; moram trahens, suppuratur, & per conchã foras expurgatur. N. 74. An sic legendum: νοσέων δὲ (ὁ ἐγκέφαλος) τὴν νῦσον τάυτην (ex fluxione ortam) τὰ πολλὰ ἀποκρίνει καὶ τὸ ὦς ἀπὸ τῆς πυκνῆς ῥοῦς (maiorem partem crebræ fluxionis etiã auris excernit foras) αὐτὰ δ' ὀλίγον ὥρισταί τε καὶ ῥέει δυσῶδες πύον (sed paucior pars illic retenta, & ueluti circumscripta, tẽporis progressu suppuratur, & pus graueolens excernitur.) An pro, καὶ τὸ ὦς, legendũ κατὰ τὸ ὦς, secundùm aurem ex assidua fluxione cum tẽpore separatur et effluit fœtidũ pus? An pro ὥρισται legendũ κεχώρηται? locatur, & figitur, & sedẽ occupat. Sic com. de Locis in homine, n. 8. ῥέων ὑπὸ τῶν τυχέων τῶν οὐ τῇ κεφαλῇ χωρούντων, hoc est, locari & recipi dicit.

Grauius, & cum uitæ etiam maiore periculo, propterea q, humor influẽs diutius parti affixus acredine sua exulcerare potest. Quòd si igitur catarrhus defluat per

Palatum ad

- Ventriculũ, N. 76. & per intestina
  - Expurgetur, alui fluorẽ, sed citra grauiorem afflictionẽ parit. N. 77.
  - Non expurgetur, sed in intestinis hæreat, Ileum inducit, morbum diuturnum. N. 78. An Colicum intelligit? Nam Ileos propriè dictus, inflammatio scilicet ilei, inter acutos connumeratur.
- Fauces & trachæam copiosus & creber, morbi oriuntur tabifici. N. 79. Ratio. Pituita enim ad pulmones delapsa, ibi putrescens, substantiam pulmonum arrodit, inflammat, & suppurare facit. Quibus uitiatis, cor uicinum iugi aeris attractione contagium contrahit, ita ut hi tales difficulter liberentur. N. 80. Corollarium addit. Proinde Medicus, si uir bonus & intelligens sit, occasionem horum morborum magna ex parte intelliget: ut ita uel causarum amolitione morbum hunc dirum præcaueat, uel saltem inter curandum suam famam prognostico tueatur. N. 81.

Medullam spinalem, & in acetabulo siue iunctura coxendicis infigatur, si putredine sua tabem inducat, lethale est. Per consensum enim & superiores artus, spatulæ scilicet cum brachijs, & inferiores, femora scilicet, crura, pedesq; laborare incipiunt, ut quamuis multam curam adhibeas, ad extremum tamen pereant. N. 82. καὶ μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος ὅλος (ὅτι) καὶ ὦλος (ob hanc causam.) Sim legas ὦλος καὶ ὦλος, utrouis modo: tunc id quod præcedit, διὰ τοῦτο φθίσιν, absolutè legendum erit, ut sit sensus, defluente per spinam catarrho, si quidem ad coxam, ischiadem oriri, sin uerò ad pectus, phthisin: & utrouis modo hominem marcescere, siue phthisis per se infestet, siue per consensum ab ischia. καὶ ὅτε ἀπηνύσῃς καὶ ἐνήσῃσι, nondum defecit siue uocem amisit, & moritur, hoc est, uiribus integris, ratione scilicet, sensu motuq; constante. Vel certè, Nondum desperans de salute sua. Corn. καὶ ὅτ' & ἀπήνυσε legit, & sic defloruit & moritur, ad senilem marasmum alludens. Hip. certè lib. 1. Aphor. Oportet uidere, inquit, πότερον ὁ νοσέων ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ ὃν δυνήσεται τῇ διαίτῃ, ἢ πότερος πρότερον ἀπαυδήσει, Vtrum æger prius deficiat, cùm contentus esse nequeat ad statum usque morbi hoc genere uictus, an morbus prius deficiat.

H. Glan-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 412 sur 736

©BIUM

H. Glandulas quæ in pectore ſunt enarrat, tũ quo ad Rem ipſum. Ergo quo ad Accidens

Nomen. Μαζοί, Mammæ appellantur. N. 90.

Quæ mammæ maiores ſunt, & copioſius alimentum attrahunt, illæ lacte abundant.

Ergo mammæ
- Mulierum lacte abundant. N. 92.
- Virorum lacte carent. N. 93.

Ergo mammæ
- Mulierum copioſius alimentum habent.
- Virorum parcius alimentum habent.

Mammæ, quo rariores, eo copioſius alimentum attrahunt.

Comprobat tali ſyllogiſmo:

Ät mammæ mulierũ, ut etiã corpus uniuerſum, rariores ſunt, quã uirorum. N. 101. Hoc ipſum et

Ratio demonſtrat, ab effectu ſumta. Corpus enim
- Maris propter denſitatem habitus nec recipit nec delecta tur admodum humoribus influentibus: tum etiam ſi qui influant, illi iugi labore & exercitio abſumuntur. πυκνόν τι ἐὸν τὸ ἀσαρκὲς, paucas σάρκας, hoc eſt tecta, ſiue po ros habẽs. uel ἀσαρκὲς, inamabile, cùm nec ipſum deſi deret humorem recipere, quia denſum: neq; humor in il lud fluat, propterea quòd à labore quotidie abſumitur, Sic de Fracturis, canalem pedi ſubijcere ἀσαρκέστερον, inhumanius, quàm ferulas. Corn. priorem lectionem ſe quitur. N. 100.
- Fœminæ humorem influentem non reſpuit, ſed ſpongiæ inſtar in ſe collectũ retinet: præſertim cũ uita etiã umbratilis & otioſa accedat, excrementis accumulandis & non conſumendis oportuniſſima. N. 99.

Sensus indicat. Nã corpus
- Maris & aſpectu & attactu coactum eſt & denſum inſtar panni ſpiſſè contexti. N. 97.
- Fœminæ & aſpectu & attactu rarum eſt & laxum, & ueluti flaccidum. N. 98.

Propo nit. Mãmæ
- Mulierũ maiores ſunt, & copioſius alimentũ habent, tum
  - Per ſe, propter corporis habitum rariorem humidioremq;. N. 94.
  - Per accidens, propterea quod utero pleno exiſtente, & uentre coarctato, exprimitur pars alimenti leuiſſima & pinguiſſima ad mammas. N. 95. Quemadmodũ com. de Nat. pueri n. 121. docuit.
- Virorum minores ſunt, & parcius alimentum habent, contrarijs de cauſis: nimirum tum quia habitu ſunt denſiore, tum quia accidentalem coarctationem uentris non patiuntur. N. 96.

Ät mulierum mãmæ maiores ſunt & alimẽtum copioſius trahũt quã uirorũ. Quod ipſum

Sub ſtãtiam ſuam lõgè humidiores ſunt, quã reliquæ glandulæ, & lacte in ſuper refertæ, quorundam, nõ omniũ. N. 91. Quod ipſum tali ſyllogiſmo uidetur complecti:

Præter naturam, Morbos patiuntur ex lactis putredine ortos, Tubercula & Inflammationes. N. 102.

Secundùm naturam: Expurgatio humoris abundantis in toto corpore, cõmunis eſt Mammis cum reliquis glandulis. N. 103. Quod quidem oſtendit argumento eorum ſymptomatum, quæ ijs mulieribus, quibus quacunq; de cauſa mãma aufertur, accidere ſolent. τὸ
- ὅτι. Nam & uox illarum ex arguta fit grauis, uti uirorum (θρασεῖα. Corn. legit, τραχεῖα, aſpera) & humore ad ſtomachũ delabente crebrò ſputu uexãtur, & capite dolẽt: & poſt hæc ſymptomata omnia tandẽ etiam morbo coripiuntur lethali. N. 104.
- διότι. Quando enim ab utero ſurſum lac exprimitur ad mãmarum receptacula, cùm uaſis proprijs ablatis nec recipi queat, nec abſumi, regurgitat ad principes corporis partes, ad Caput (unde dolores & catarrhi) ad Cor & Pulmones, ita ut interdum præ copia ſuffocentur. N. 105.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 413 sur 736

©BIUM

HIPPOCRATIS
ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ
ΒΙΒΛΙΑ ΤΡΙΑ.

De Diæta libri tres.

LIBRORVM trium de Diæta

Efficientem: HIPPOCRATIS. Λέξις penitus Hippocratea, τάξις similiter, perpetua atq; constans. Demonstratio quinetiam per similitudines, quam Hippocrati eximiè tribuit Galenus lib. 9. de Placitis, illustri exemplo & ualdè prolixo stabilitur. Itaque iam ætate prouecti Hippocratis hic liber esse uidetur. Etsi Gal. lib. 6. Aphor. primo, sub initium, ubi citat locum ex 3. de Diæta n. 353. dicit quosdam tribuere Philistioni, alios Aristoni, quosdam Pherecydi: & in primo de Victu acutorum etiam Euryphonti & Phaonti, eo quòd in 2. de Diæta n. 96. mentio Farris fiat, quod Hip. ignotum fuisse putant: quorum tamen falsam suspicionem esse eo loci ostendit.

Inscriptio cõtinet

DE DIÆTA. Diætã, si cum Pharmacia & Chirurgia conferatur, ex medicis instrumentis blandissimam esse & communissimã satis constat, quam Gymnastæ Medicis uelut ereptam diligẽtius excoluerunt. Plato 3. de Repub. pædagogica medicina priscos Asclepiadas non fuisse usos asserit, sed Herodicum Selymbrianum, quem Hippocratis præceptorem faciunt, primò eã introduxisse: qui quum pædotriba esset & ualetudinarius, commixta cum gymnastice medicina, longam sibijpsi mortẽ effecerit, semetipsum uictus ratione excruciãs, & in noua subinde symptomata incidens, si uel tantillum à consueto uictu declinasset. At si Hip. com. de Veteri med. credimus, Diæta priscis quoq; usitata fuit: nec si Aesculapij filij Eurypylo uulnerato uinum Pramnium cum farina & caseo intrito exhibẽt, restaurandarum uirium causa, ut apud Hom. est: nullam iccirco uictus rationẽ habuisse sunt dicendi. cùm celeri refectione ob sanguinis profusionẽ iuuenis robustus indigeret, nec propter euchymiã de inflammatione periculum esset magnum. Pædagogicã aũt hanc medicinæ partẽ uidetur iccirco appellare, quòd à pædotribis & gymnastis maximè excoleretur, & iam inde à pueris unà cum gymnasticis exercitijs proponeretur: cùm rationes interim illius ẽ sola Medicina peti debeant, & ea quidem recoditissima.

Effectum:

LIBRI TRES. Qui libros cõscribit, pro rei, quam tractat, partiũ uarietate, nunc plura, nunc pauciora facit segmenta. Ergo ut moli totius commentarij consuleretur, in libros tres diuiditur ab Hip.

Scriptio. Vide in sequentibus signum A.

A. Scri

©BIUM

Materiam, Medicis & Gymnastis communem, quorum hi duce Herodico diætandi rationem Medicis eripuisse uidentur. Hip. igitur, ut Gymnastarum audaciam in alienis inuadendis, simul etiam Medicorum in proprijs defendendis uindicandisq; ignauiã argueret: de Diæta, qua nihil magis uulgare & plebeiũ & omnium ore tritum esse uidebatur, sic disputat, ut eam ad fontes abstrusissimos naturæ uniuersæ reuocet, adeoq; manifestè ostendat, ut quàm maximè praxin diæteticen Gymnastæ ad se pertraxerint, eiusdem tamen theoriam Medicorum esse propriã, non quorumuis, sed Asclepiadarum elegãtium & gratiosorum, qui philosophiæ omnigenæ sacris initiati sint. Habẽt profectò hîc secretioris philosophiæ naturalis studiosi campũ contemplationis patentiss. Quem cùm ab exoteris quibusdã inuadi & subigi & excoli uideãt, ne uetere Asclepiadei regni possessione deijciantur, quantis possunt ingenij uiribus contendere debent. Id autem consequentur, si philosophica libertate non quid à receptis opinionibus diuersum, sed quàm ueritati consentaneum dicatur, expenderint: neq; uerò ratiocinatione tãtùm subtili, ea, quæ ab alijs sensuum fide explorata sunt, dijudicent, sed mechanicam insuper experientiam adhibeant, sordidam quidem illam, sed nisi uel lucri causa, uel alieno suscipiatur imperio, homine libero neutiquam indignam: nisi quis in uniuersum totam quoq; praxin medicam uti mechanicã proscribere uelit. Præclarè Plato in Timæo, posteaquam de Auro, eiusdemq; ὄζῳ (quem, ut crucem suffigeret philosophis, ἀδάμαντα appellat) de Aere similiter egit, in hæc uerba prorumpit: τἄλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποικίλον ἐστὶ διαλογίσασθαι, τὴν τῶν εἰκότων μύθων μεταδιώκοντα ἰδέαν. (quæ Theoria est uniuersaliũ) ἣν ὅταν τῆς ἀναπαύσεως ἕνεκα, τοῦ περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ καταθέμενος λόγους, τοῦ γενέσεως περὶ διαθεώμενος εἰκότας, ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιὰν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο (quæ Praxis est singularium, negotiosa quidem illa, sed iucundissima, & utilissima, dũmodò Prudentiam & Temperantiã nanciscatur subancillantes.) Etsi uerò temeritatis fortasse accusari queã, qui in occultæ sapientiæ à perpaucis sulcato pelago alijs me ductorem profiteri ausim: at non confidentiæ, sed diligentiæ hocce nostrum est institutum, filo saltem methodico ad ipsas portas deducere, quas non deerunt ex tot tamq; præclaris seculi nostri luminibus qui aliquãdo reserent, quantũ id & pietas & ueritas patiet. Nos pro instituti nostri ratione non diexodicè singula enarrare, sed typicum digitum ad fontes tantùm intendere studuimus: cùm alioqui etiam nobistum in primo libro aliorum auctoritatibus suffarciri, & in secundo integram Animalium atque Stirpium naturalem historiam, ad usum alimentorum accommodatã inferciendo, luxuriari liceret. Quam curam illis relinquimus, qui ex professo uel librorum Hippocratis interpretationem, uel eiusdem dogmatum censuram profitentur. Methodica sola nobis curæ sunt: ut ex ijs tandem decerpta Aphoristica, cùm deo uidebitur, ad integram Artis medicæ Hippocrateæ σύστασιν referantur.

A. *Scriptio*, seu potius ipsum Scriptum, quẽ Contextum orationis uocãt, suam habet

Formam, hoc est, Ordinẽ & Methodũ, quæ anima est rei, quatenus docetur. Consideratur ergo Cõ. iste tum

Per se. Vide sequens signum B.

Respectu aliorum Com. Hippocrateorum, cum quibus cõnecti debere uidetur. Quo loco illud occurrit, Hippocratem hosce de Diæta commentarios quacunque tandem occasione extra ordinem scripsisse, ut seorsim legerentur, nec cum cæteris de arte libris connecterentur. A primò igitur ouo rem exorsus, multa quæ ad philosophiam naturalem propriè pertinent, multa quæ ad medicam physiologiam, intermiscuit: quæ ipsa, si singulas artis partes perpetuo ordine conscripsisset, uel penitus omittenda, uel certè suo tantùm loco semel pertractãda fuissent. Id ipsum Galeni quoq; libris contigisse, cùm non methodica serie, sed fortuita occasione alter alteri successerit, omnibus notum est: & proinde ut titulorum respectu ordo quidam inter eos detur, perpetuo tamen methodi ordine inter se neutiquam connecti possunt. Ex Prolegomenis nostris uidẽtur libri isti ad causarum medicæ artis considerationem coniunctam pertinere, quãdoquidem Diætam ipsam, tanquã Efficientem causam instrumentalem salubritatis & insalubritatis, respectu corporum, quibus accommodari debet, ex sua materia & forma deducit. Fuisse aũt libros hosce de Diæta salubri inscriptos, ex prædictis Gal. locis constat. Iam cùm Polybus suũ de Salubri diæta com. ex his excerpsisset, eumq; posteri inter Hippocrateos recepissent, tres istos absolutè de Diæta inscribere placuit.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 415 sur 736

©BIUM

Principijs communissimis duobus de Igne & Aqua, LIBER PRIMVS.

Genere, de

Principiatis, hoc est Rebus naturalib. inter quas Homo principatum obtinet, ad cuius usum reliqua omnia uel tanquam alimenta, uel tanquam medicamenta referuntur.

Hip. quidem in tres libros diuisit. Ita quidem ut de Diæta humana agat tum in

Specie, nimirum de Homine qui alitur, & de Diæta qua alitur, tũ

Separatim. Seorsim proinde agit de Corporibus quæ

Aluntur, Humanis scilicet, tum in genere, tum in specie.

Alunt, de Alimẽtis scilicet, quorum uelu ti pharmaca sunt ipsa Exercitia. LIBER SECVNDVS.

Cõiunctim, quo diætæ genere quod & quale corpus uel conseruari, uel præseruari, uel restaurari debeat. LIBER TERTIVS.

B. *Commentarius* præsens suam habet partium omnium inter se connexionẽ. Quam ipsam rursus, clarioris doctrinæ causa,

Nos etiam in Capita distinguimus, non uerborum molem, sed rerum seriem secuti. Quemadmodum enim in corpore humano nec Partes omnes sunt principes, nec principes omnes mole cæteris præstant, multominus pari sunt magnitudine præditæ: ita neque hîc Capita omnia æqualia constitui potuere, ne imperiti coqui more dilaniare potius quàm actuatim partiri contextum Hippocrateæ orationis uideremur.

Libet

©BIUM

Liber Primus de Diæta.

DISPOSITIO LIBRI.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 417 sur 736

©BIUM

CAPVT I.

Proœmium totius operis, Attentione, Docilitate, & Beneuolentia conditum.

Εἰ [1] μέν μοι τὶς ἐδόκεε τῶν πρότερον ξυγγραψάντων περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης, τῆς πρὸς ὑγείην, ὀρθῶς ἐγνωκὼς ξυγγεγράφθαι πάντα μὲν πάντες, ὁκόσα δυνατὸν ἀνθρωπίνη γνώμη περιληφθῆναι· ἱκανῶς ἂν εἶχέ μοι, ἄλλων ἐπιπονησάντων γνῶναι καὶ ὀρθῶς ἔχοντα, †τέρπεσι χρέεσθαι, καθότι ἕκαστον αὐτῶν ἐδόκεε χρήσιμον εἶναι. [2] νῦν δὲ πολλοὶ μὲν ἤδη ξυνέγραψαν, ἀδρεῖς δὲ ἔγωγε ὀρθῶς, καθότι ἂν αὐτοῖς ξυγγράπτεον· ἄλλοι δὲ ἄλλο ἐπέτυχον, τὸ δὲ ὅλον οὐδείς πω τῶν πρότερον. [3] μεμφθῆναι μὲν ἔν γε δικαὶ αὐτῶν ἄξιόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐδοκίμησαν ἐξευρεῖν· [4] ἐπαινέσαι δὲ μᾶλλον πάντες, ὅ, τι ἄλλ' ἐπεχείρησαν ζητῆσαι. [5] ἐλέγχειν μὲν ἔν τε τὰ μὴ ὀρθῶς εἰρημένα ἀπὸ παρασκευάσασθαι· [6] προσομολογέειν δ' οἷσιν ἱκανῶς ἐγνωσμένοισι, μεμφενέσθαι. [7] ὁκόσα μὲν ἔν ὀρθῶς ὑπὸ τῶν πρότερον εἴρηται, οὐκ οἷόν τε ἄλλως [2] ὅκως ἐμὲ συγγράψαντα ὀρθῶς συγγράψαι. [8] ὁκόσα δὲ μὴ ὀρθῶς εἰρήκασιν, ἐλέγχων μὲν ταῦτα, διότι οὐκ ἔτως ἔχει, οὐδὲν περαίνω· [9] ἐξηγεόμενος δὲ, καθότι αὐτῶν μοι δοκέει ἕκαστον ὀρθῶς ἔχειν, δηλῶσαι βούλομαι. [10] διὰ τοῦτο δὲ τὸν λόγον τοῦτον προκατατίθεμαι, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὁκόταν τινὸς πρότερα ἀκούσωσι περὶ τινος ἐξ [b] ἧς ἀμφισβητέεται, οὐκ ὑποδέχονται [b] τὸν ὕστερον περὶ τούτων [c] διαλεγόμενον, [11] ἀγνώσκοντες, ὅτι τῆς αὐτῆς διανοίας ἐστὶ γνῶναι τὰ ὀρθῶς εἰρημένα. [12] ἐγὼ γοῦν, ὥσπερ εἶπον, τοῖσι μὲν ὀρθῶς εἰρημένοισι προσομολογήσω· [13] τὰ δὲ μὴ ὀρθῶς ἐγνωσμένα δηλώσω ὀκοῖά τινά ἐστιν. [14] ὁκόσα δ' ἂν μὴ ἐπεχείρησε μηδεὶς τῶν πρότερον δηλῶσαι, ἐγὼ ὑποδείξω καὶ ταῦτα ὁκοῖά ἐστί.

A

B

C

SI QVIS [1] mihi ex ijs, qui priores de Diæta humana ad ſanitatem cõferen te ſcripſerunt, rectè ac omnia per totum, quantum humana mens cõprehendere poteſt, cognouiſſe & conſcripſiſſe uideretur: ſatis eſſet mihi aliorum laboribus, quos noſſem rectè ſe habere, quatenus ſingula utilia eſſe uiderentur, uti. [2] Nunc uerò multi quidẽ ſcripſerunt, neq; tamen ullus rectè cognouit, quidnam ſcribendum fuerit. Et alij quidem aliud ſunt aſſequuti: totum uerò nullus adhuc ex prioribus. [3] Neq; tamen ullus ipſorũ reprehẽſione dignus eſt, propterea quòd inuenire non potuerũt: [4] Sed laudandi potius omnes, quòd alia atq; alia inueſtigare ſint conati. [5] Proinde neq; ego ea, quæ non rectè dicta ſunt, redarguere inſtitui: [6] Sed his, quæ ſatis cognita ſunt, teſtimonium præbere uolo. [7] Quæcunque igitur rectè à prioribus dicta ſunt, de ijs non licet aliter ſcribendo rectè ſcribere. [8] Quæcunq; uerò non rectè dixerũt, ſi quidem ea redarguam, cur nõ ſic ſe habeãt, nihil effecero. [9] Quin potius exponẽdo, qua de cauſſa ſingula ipſorum rectè ſe habere uideantur, ea declarare uolo. [10] Iccirco autem hæc præfari uolui, quoniam multi homines, ubi audierint aliquem prius de re aliqua diſſeruiſſe, eum qui de his poſterius diſputat non recipiunt: [11] ignorantes eiuſdem intelligentiæ eſſe, ea quæ rectè dicta ſunt iudicare & approbare. [12] Ego igitur, uti præfatus ſum, rectè dictis aſſenſum præbebo: [13] quę uerò non rectè dicta ſunt ac cognita, qualia ſint declarabo. [14] Quinetiam ea, quæ nullus ex prioribus explicare aggreſſus eſt, qualia ſint demonſtrabo.

- Ex Rhetorum præſcripto Proœmio hocce diuinus Senex lectores reddit partim
  - Attentos, de ſuo inſtituto cõmonefaciens:
    - Si de uictus ratione abunde ab alijs ſcriptum eſſet, illis contentos nos eſſe oportuit potius, quàm nouum ſcribendi laborem ſubire oporteret. N. 1.
    - Nunc uerò nemo eſt qui abundè ſit omnia perſequutus. N. 2.
    - Ergo ijs contenti eſſe non poſſumus, ſed & ipſi ſcribere cogimur.
  - Beneuolos. Vide ſeq. ſignum ✣
  - Dociles. Ego com. hoc ce ea quæ de hominis diæta ab alijs ſunt
    - Dicta, ſiquidẽ
      - Rectè, calculo etiam meo confirmabo & approbabo. N. 12.
      - Non rectè, non tam confutabo, quàm quomodo rectè dici debeant demonſtrabo. N. 13.
    - Non dicta, ſed prætermiſſa, de meo addam. N. 14.

✣ Be-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 418 sur 736

©BIUM

- Beneuolentiam captat tũ respectu
  - Scribentium. Namque &
    - Aliorum conatũ modestè admodũ cõmendat. Propter ea quæ priores
      - Omiserunt, indigni sunt, qui reprehendantur, digni potius, qui excusentur. N. 3. Nam & ipsi homines fuerunt: neque artium perfectio uno eodemq; tempore haberi potuit.
      - Tradiderunt, digni sunt laude & gratiarum actione. N. 4.
    - Suum Institutum in aliorum dictis examinãdis
      - Proponit. Ego ea quæ ab alijs rectè dicta
        - Non sunt, non confutabo, sed contrarium uerum docere contentus ero. N. 5.
        - Sunt, comprobabo. N. 6.
      - Confirmat. Ea enim quæ rectè dicta
        - Sunt, aliter dicere uelle, superuacuum esset. N. 7.
        - Non sunt
          - Confutare, inutile foret. N. 8. Confutatio enim negatiuè tantùm non affirmatiuè docet.
          - Corrigere, & quomodo rectè proponi debeant ostẽdere, utile erit, & uiro cordato dignum. N. 9.
  - Iudicantium aliena scripta, quos modestè reprehendit. Nam plerique hominum
    - Priores scriptores ita suspiciunt, ut posteriores penitùs negligant. N. 10.
    - Errant in hoc ipso, quòd cùm id quod uerum est, à quocunque tandem dicatur, sit amplectendum: tamen ueteribus ita sunt addicti, ut posteriorum uel intelligentiæ uel diligentiæ nihil putent tribuendum. N. 11.



CAPVT II.

Institutum suum proponit: de Diæta scilicet tum uniuersim tum singillatim esse agendum.

EVM [15] sanè, qui de Diæta humana scripturus est, censeo primùm quidem totius hominis naturã noscere ac dignoscere oportere. [16] Noscere quidem ex quib. ab initio constitutus est: [17] dignoscere uerò, eas partes à quibus superatur. [18] Nisi enim constitutionẽ primam nouerit, & id quod in corpore superat, non poterit ea quæ homini conducunt offerre. [19] Hæc igitur sunt, quæ de his scripturum nouisse oportet. [20] Deinde uerò ciborum ac potuum omnium, ex quibus uictũ habemus, facultatẽ, qualẽcunq; tandẽ singula habent, [21] & secundùm naturã, [22] & secundùm necessitatem ac artem humanam. [23] Oportet enim scire, quomodo ijs quæ natura sunt fortia robur detrahere oporteat, [24] & quomodo debilibus robur per artem ad-

ΦΗΜΙ [15] δὲ δεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ξυγγράφειν περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης, πρῶτον μὲν παντὸς φύσιν ἀνθρώπου γνῶναι καὶ διαγνῶναι. [16] γνῶναι μὲν, ἀπὸ τίνων συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς. [17] διαγνῶναι δὲ, ὑπὸ τίνων μερῶν [a] κεκράτηται. [18] εἰ μὴ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν ἐπιγνώσεται, καὶ τὸ ἐπικρατέον ἐν τῷ σώματι, οὐχ οἷός τε † εἴη τὰ ξυμφέροντα τῷ ἀνθρώπῳ προσενεγκεῖν. [19] ταῦτα μὲν οὖν χρὴ γινώσκειν τὸν ξυγγράφοντα. [20] μετὰ δὲ ταῦτα, σίτων καὶ ποτῶν ἁπάντων, οἷσι διαιτώμεθα, δύναμιν ἥν τινα ἕκαστα ἔχει, [21] καὶ τὴν κατὰ φύσιν, [22] καὶ τὴν δι' ἀνάγκην καὶ τέχνην ἀνθρωπηΐην. [23] δεῖ γὰρ ἐπίστασθαι, τῶν τε ἰσχυρῶν φύσει ὡς χρὴ τὴν δύναμιν ἀφαιρέεσθαι, [24] τοῖσι δὲ ἀσθενέσιν ὅκως χρὴ ἰσχὺν προστι-

[a] κέκρηται

† αὐ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 419 sur 736

©BIUM

προστιθέναι διὰ τέχνης, ὅκου ἂν ὁ καιρὸς ἑκάστων παραγένηται. [a] γνόντας [25] δὲ τὰ εἰρημένα, οὔκω αὐτάρκης ἡ θεραπείη τοῦ ἀνθρώπου, διότι οὐ δύναται ἐσθίων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ καὶ πονέῃ. [26] ὑπεναντίας μὲν γὰρ ἀλλήλοισιν ἔχει τὰς δυνάμεις σίτα καὶ πόνοι· ξυμφέρονται δὲ ἀλλήλοισι [b] πρὸς ὑγείην. [27] πόνοι μὲν γὰρ πεφύκασιν ἀναλῶσαι τὰ ὑπάρχοντα· [28] σιτία δὲ καὶ ποτὰ ἐκπληρῶσαι τὰ κενωθέντα. [29] δεῖ δὲ, ὡς ἔοικε, τῶν πόνων διαγινώσκειν τὴν δύναμιν, [30] καὶ τῶν κατὰ φύσιν, [31] καὶ τῶν διὰ βίης γινομένων· [32] καὶ τίνες αὐτῶν ἐς αὔξησιν παρασκευάζουσι σάρκας, [33] καὶ τίνες ἐς ἔλλειψιν. [34] καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὰς συμμετρίας † τὰς ἡμετέρας τῶν πόνων [τὴν βίην] πρὸς τὸ πλῆθος τῶν σιτίων, καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὰς ἡλικίας τῶν σωμάτων, καὶ πρὸς τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πνευμάτων, καὶ πρὸς τὰς θέσεις τῶν [c] χωρίων, ἐν ἧσι διαιτέονται, πρός τε τὴν κατάστασιν τοῦ ἐνιαυτοῦ. [35] ἄστρων τε ἐπιτολὰς καὶ δύσιας γινώσκειν δεῖ, ὅκως ἐπίστηται τὰς μεταβολὰς καὶ ὑπερβολὰς φυλάσσειν καὶ σίτων, καὶ [d] ποτῶν, καὶ πνευμάτων, καὶ τοῦ ὅλου κόσμου, ἐξ ὧν περ αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι φύονται. [36] ταῦτα δὲ πάντα διαγνόντι οὔκω αὔταρκες τὸ εὕρημά ἐστι. [37] ἢν μὲν γὰρ ἢν εὑρετὸν ἐπὶ τούτοις πρὸς ἑκάστην φύσιν, σίτου μέτρον, καὶ πόνων ἄριθμος, μὴ ἔχων ὑπερβολὴν, μήτε ἐπὶ τὸ πλέον, μήτε ἐπὶ τὸ ἔλασσον, εὕροιτο ἂν ὑγείη τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀκριβῶς. [38] νῦν δὲ τὰ μὲν προειρημένα πάντα εὕρηται, ὁκοῖόν ἐστι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον εὑρεῖν. [39] εἰ μὲν οὖν παρείη τις καὶ ὁρώη, γινώσκοι ἂν τὸν ἄνθρωπον ἐκδύνοντά τε καὶ ἐν τοῖσι γυμνασίοισι γυμναζόμενον, ὥς τε φυλάσσειν ὑγιαίνοντα, τῶν μὲν ἀφαιρέων, τοῖσι δὲ προστιθείς. [40] μὴ παρεόντι δὲ, ἀδύνατον ὑποθέσθαι ἐς ἀκριβείην σίτα καὶ πόνους. ἐπεὶ ὁκόσον γε δυνατὸν εὑρεῖν, ἐμοὶ ἤδη εἴρηται. [41] ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ πάνυ σμικρὸν ἐνδεέστερα τῶν ἑτέρων γίνοιτο ἄν, ἐν πολλῷ χρόνῳ ἀνάγκη κρατηθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ἐς νοῦσον ἀφικέσθαι. [42] τοῖσι μὲν οὖν ἄλλοισι μέχρι τούτου ἐπικεχείρηται ζητηθῆναι· εἴρηται δὲ οὐδὲ ταῦτα. [43] ἐμοὶ δὲ ταῦτα ἐξεύρηται, πρὸ τοῦ κάμνειν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς, ἐφ' ὁκότερον ἢν γένηται, προδιάγνωσις. [44] οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι προσγίνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν συλλεγόμενα, ἀθρόως ἐκφαίνονται. [45] πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, ἃ πάσχουσιν ἐξεύρηταί μοι, [46] καὶ ὅκως χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγείην. [47] τούτου δὲ προσγεγενημένου πρὸς τοῖσι γεγραμμένοισι, τελέεται τὸ ἐπιχείρημα τῶν διανοημάτων.

[a] γνόντι
[b] πρὸς ἄλληλα
† τάτε μέτρα τῶν πόνων
[c] χωρέων
[d] πόνων

A addere oporteat, prout singulorum occasio suaserit. [25] Neq; tamen hisce cognitis perfecta iam erit hominis cura: quandoquidem homo edens sanus esse nequit, nisi etiam exerceatur. [26] Contrarias enim inter se facultates habent cibi & labores: & tamen inter se mixti conferunt ad sanitatem. [27] Labores enim ea quæ insunt consumere solent: [28] cibi autem & potus ea quæ exinanita sunt explent. [29] Oportet aũt laborum facultatem pernoscere, [30] tum naturalium, [31] tũ eorũ qui per uim fiunt: [32] & qui nam ex ipsis carnes ad augmentum præparant, [33] & qui ad defectũ. [34] Neq; solùm hæc, sed etiam mensuram ac proportionem laborum ad multitudinẽ ci-
B borũ, & hominis naturam, & corporum staturas ac ætates, & ad tempora anni, & ad mutationes uentorũ, & ad situs regionũ in quibus degunt, denique ad anni constitutionẽ. [35] Sed & astrorum ortus & occasus noscere oportet, ut mutationes & excessus ciborum ac potuum, & uentorum, & totius mundi, ex quibus morbi hominibus adueniunt, obseruare sciat. [36] Quãuis autẽ hæc omnia cognouerit, nondum tamen sufficiens inuentum erit. [37] Nam si præter hæc inuenta fuerit ciborum mensura, & laborum ad unamquamque naturam numerus, ita ut excessus neque supra neque infra modum fiat, inuenta sanè exactè fuerit hominibus sanitas. [38] Nunc uerò
C prædicta quidem omnia inuenta sunt, qualia sint, hoc uerò inuenire impossibile est. [39] Etenim si quis præsens sit, & inspiciat hominem exuentem se, & in gymnasijs exercentẽ, cognouerit sanè quomodo custodire sanum oporteat, alia detrahendo, alia apponendo. [40] At si præsens non sit, impossibile erit cibos ac labores exactè præscribere: cùm quantum possibile est inuenire, à me iam relatum sit. [41] Nam si uel parum admodum deficiant à reliquis, progressu tẽporis necesse est corpus ab excessu superari, & ad morbum peruenire. [42] Et alij quidem hucusque inquirendo peruenire sunt conati, neque tamen hæc sunt assecuti. [43] Meum uerò inuentum est, antequam homo ægrotet, id quod ab excessu in utramuis partem fit prænoscere. [44] Non enim repentè morbi hominibus accedunt, sed paulatim collecti, aceruatim erumpunt. [45] Priusquam ergo in homine id quod sanum est ab ægro superatur, quæ nam pati soleant homines à me inuentum est, & [46] quomodo hæc sanitati restituere oporteat. [47] Quod ipsum si adiũgatur ijs quę scripta sunt, ad cogitationum nostrarum finem peruenerimus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 420 sur 736

©BIUM

- DIÆTÆ cõsideratio dupliciter institui potest: alia
  - Vniuersalis, quæ quidem ab alijs diligẽter, etsi nõ per omnes partes tradita est. Huic autẽ subijcitur tum cognitio
    - Materiæ, subiecti scilicet Corporis humani, cui diæta adhibetur, quatenus Est & Alteratur. Essentiæ γνῶσις est uniuersalis: Alteratiõis uerò διάγνωσις, ueluti particularis & exactior inuestigatio. N. 15. Qd' ipsum
      - Declarat. Corporis cognoscenda constitutio & naturatum
        - Primaria, iam inde ab utero matris & semine parentum contracta. Γνῶσις ἀπὸ τίνων συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς. N. 16.
        - Secundaria, quæ progressu temporis illi contingere solet. Διάγνωσις ὑπὸ τίνων κεκράτηται. N. 17. Ex seq. n. 27 & 28 uidetur tale quid uelle. Motus, Locus, Tempus, corporis humani uariam constitutionem uarijs modis alterare possũt: uti com. de Aere Aquis & Locis docuit. Siue iam ea, quæ alterant, sint
          - In ipsomet homine: & uel
            - Naturâ: ut Aetas.
            - Arte & studio: ut Vitæ genus.
          - Extra hominem, & communia multis. Qualis est
            - Superior cæli
              - Motus, et præsertim Astrorum nobiliũ ortus & occasus.
              - Influx⁹, qui & Anni
                - Totius cõstitutionẽ immutat. κατάστασις ἐνιαυτοῦ.
                - Partes quatuor aliter atq; aliter afficit. μετάστασις ὡρέων.
            - Inferior
              - Aeris & Ventorũ uarietas.
              - Aquarum diuersitas.
              - Terræ siue Regionis differentia.
      - Probat:
        - Ea, sine quibus recta diæta præscribi nequit, diligenter in diæta tradenda obseruari debent.
        - At talis est cognitio subiecti humani, tum quo ad constitutionem naturalem & primariam, tum quo ad accidentalem & secundariam. N. 18.
        - Ergò cognitio subiecti humani diligenter à scribente obseruanda est. N. 19.
    - Efficientis, Instrumẽti, quod adhibetur. Quod quidem considerari potest atq; debet tũ
      - Per se. Instrumenta duum sunt generum. Corpori enim applicata uel
        - Deficiẽtia Addunt. ALIMENTA. Quorũ uires sunt perpẽdẽdæ. N. 20. Vires inquã, tũ quas habent ab
          - Naturâ: quã infrà n. 87 uidetur appellare ἀνάγκην θείην. N. 21.
          - Arte & Necessitate humana: ἀνάγκη ἀνθρωπηΐη. N. 22. Artis enim præparatione & ea quæ calore humano concoquente sunt Fortiora debilitantur. N. 23. & qua Debiliora roborantur. N. 24.
        - Abundãtia Auferũt. EXERCITIA. Horũ cognitio ad diætam
          - Quòd sit necessaria
            - Proponit. N. 25.
            - Declarat. Cibus .n. & labor cõtrarias habẽt uires, ad eundẽ tamen finem sanitatis conferentes. N. 26. Etenim
              - Exercitia qdẽ ea quæ supflua sunt absumũt. N. 27.
              - Alimenta uerò ea quæ deficiunt reficiunt. N. 28.
          - Quomodo & quatenus sit inuestigãda, paucis perstringit, nimirũ quo ad illorũ uires (N. 29.) differẽtes tum respectu
            - Efficientis. Sunt enim exercitia alia Naturæ κατὰ φύσιν, N. 30. alia Artis, διὰ βίης, N. 31.
            - Effectus. Corporis enim carnes uel Augẽt, N. 32. uel Minuũt, N. 33.
      - Respectu hominis cui applicãtur. Sic igitur
        - Exercitia hominis naturæ & Primariò & Secundariò consideratæ accommodanda. N. 34.
        - Alimenta similiter. N. 35.
  - Particularis. Vide signum A.

A. Par-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 421 sur 736

A. Particularis doctrinæ de Diæta

- Vtilitatem syllogismo deducit:
  - Si ex uniuersali theoria prædicta, quæ & quanta alimenta & exercitia singulis hominibus conuenirent, agnosci posset: sanitatis tuendæ inuenta certa esset ratio, & nihil ulterius huic commentationi de Diæta esset addendum. N. 37.
  - Sed illud nequit. N. 38.
  - Ergò commentatio de Diæta perfecta non erit, sed particularis insuper singulis conueniens erit adiungenda. N. 36.
- Modum cognoscendæ docet. Diætæ singulorũ cognitio uel habetur
  - Sensu, inspectione scilicet & usu. Quæ tamen ipsa &
    - Incommoda est. Nam qui
      - Præsens semper aderit ei, cui diæta est præscribenda in gymnasio, ex corporis habitudine facilè deprehendet, utrum præsens diæta ei conueniat necne. N. 39.
      - Absens est, exquisitam diætam, quæ Miloni puta, non autem Theogeni conueniat, præscribere non poterit: cùm intellectus genera tantùm rerum, non indiuidua apprehendere queat. N. 40.
    - Imperfecta est. Etsi enim quis assiduè inspiciat in gymnasio corpus nudum, non tamen animaduertere poterit minores lapsus, qui sensim & insensibiliter coaceruati morbos generant, & uel acutissimi Gymnastæ iudiciũ effugiunt. N. 41.
  - Ratione, non tantũ uniuersali, sed etiã particulari. Syllogismo uidetur uti:
    - Diætæ consideratio uniuersalis primùm, deinde particularis, perfectam eiusdem cognitionem affert.
    - At cõsideratio diætæ
      - Vniuersalis, ab ijs, qui ante nos scripsere, tradita est: etsi neque illa omni ex parte absoluta. N. 42.
      - Particularis, unius alicuius indiuidui propria, quomodo sensim morbos faciat, aut etiam quomodo morbus, qui sensim fit, deprehendi debeat, à nemine hactenus tradita est, sed à nobis inuenta, ἐμοὶ δὲ τ ἐξοῦ. πρὸ τοῦ λ. τὸν αὔθ. προγνωσις, λὺ γρῆπτα (νῆσ) ἀπὸ τ ὑπερβολῆς ἐφ' ἑκάτερον (nimirum ἐπὶ τὸ πλέον ἢ ἐπὶ τὸ ἔλασσον, ex repletione uel inanitione, ut etiam suprà n. 37.) N. 43. Declarat id quod dixerat tum de
        - Morborum ortu, quòd nõ repente inuadant omnes, sed quidam sensim colligantur: & ut com. de Aere n. 112. habet, ἄφνω, taciti apprehendant. N. 44.
        - Sua inuẽtione. Inuenisse scilicet se & morborũ
          - Cognitionẽ per signa, quã do adhuc in corpore sensim generantur. N. 45.
          - Curationem seu præseruationẽ potius, ne inualescãt. N. 46.
    - Ergò consideratio diætæ particularis à nobis inuenta, à nemine alio tradita, si considerationi uniuersali ab alijs traditæ iungatur, perfectam diætæ scientiam absoluet. N. 47.

CAPVT

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 422 sur 736

CAPVT III.

Inſtitutum aggreditur, & de Principiis naturalibus uniuerſim diſputat.

CONSTITVVNTVR[48] igitur tum animalia reliqua omnia, tum homo ipſe, ex duobus, diſſentientibus quidem facultate, conſentientibus uerò ipſo uſu, ex igne inquam & aqua.[49] Quæ duo ſimul tum alijs omnibus, tum ſibijpſis mutuò ſufficiũt: utrumuis autem ſeorſum, neq; ſibijpſi, neq; ulli alteri ſuffecerit.[50] Facultatem porrò utrũque ipſorum talem habet.[51] Ignis quidem omnia uniuerſim mouere poteſt:[52] Aqua uerò omnia per omnia nutrire.[53] Singillatim uerò utrunq; ſuperat & ſuperatur, ad ſummum ac minimum, quantum eius fieri poteſt.[54] Neutrum enim ſuperare penitùs poteſt, hac de cauſa.[55] Ignis quidem, ubi ad extremũ aquæ peruenerit, deſtituitur alimento: auertitur igitur inde, ubi nutriri debuerat.[56] Aqua uerò, ubi ad extremitatem ignis peruenit, motu deſtituitur. Proinde ſiſtitur: quumq; conſtiterit, non amplius reſiſtere poteſt, ſed irruenti igni in pabulum cedens conſumitur.[57] Neutrum itaque ob dictas cauſas penitùs ſuperare poteſt.[58] Quòd ſi etiam alterutrum ſuperaretur, nihil eorum quę nunc ſunt, tale, quale nunc eſt, permaneret.[59] Quum autem eodem modo ſemper ſe habeant, permanebunt quoque & eadem & neutra, & neque ſimul deficient.[60] Ignis igitur & aqua (uelut à me dictum eſt) ſufficiunt omnibus uniuerſim ad ſummum uſque ſimiliter & ad minimum.[61] Cæterùm utrique horum hæc adſunt.[62] Igni quidem caliditas & ſiccitas:[63] Aquæ uerò frigiditas & humiditas.[64] Obtinent autem à ſe mutuò, ignis quidem ab aqua humiditatem (ineſt enim ei ab aqua humiditas)[65] aqua uerò ab igne ſiccitatem (ineſt enim aquæ ab igne ſiccitas.)[66] Quæ quũ ita ſe habeant, multas & omnigenas ſpecies, tum ſeminum, tum animalium, à ſe mutuò ſecernunt, nihil inter ſe ſimile habentes, neque uiſu, neque facultate.[67] Nam cùm nunquam ſimul in eodem conſiſtant, ſed ſemper alterétur, ſucceſſu temporis neceſſarium eſt etiam ea, quæ ab ipſis ſecernuntur, diſſimilia fieri.

A ΣΥΝΙΣΤΑΤΑΙ[48] μὲν ἕν τε τὰ ζῷα τάλλα πάντα, καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ δυοῖν, διαφόροις μὲν τὴν δύναμιν, συμφόροις δὲ τὴν χρῆσιν· πυρὸς λέγω καὶ ὕδατος.[49] τοῦτο δὲ ξυναμφότερα αὐτάρκεα ἐστὶ, τοῖσι τε ἄλλοισι πᾶσι, καὶ ἀλλήλοισιν. ἑκάτερον γὰρ χωρὶς, οὔτε [a] αὐτὸ ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλῳ οὐδενί.[50] τὴν μὲν οὖν δύναμιν αὐτῶν ἑκάτερον ἔχει τοιήνδε.[51] τὸ μὲν γὰρ πῦρ δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι.[52] τὸ δὲ ὕδωρ, πάντα διὰ παντὸς θρέψαι.[53] ἐν μέρει δὲ ἑκάτερον κρατέει καὶ κρατέεται, ἐς τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον, ὡς αὐξὸν.[54] οὐδέτερον γὰρ κρατῆσαι παντελῶς δύναται, διὰ τόδε.

B[55] τὸ μὲν πῦρ ἐπέχιον ἢν τὸ ἔρχατον ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἀπολείπηται [b] τῇ τροφῇ· ἀποτρέπεται οὖν ὁκόθεν μέλλει τρέφεσθαι.[56] τὸ δὲ ὕδωρ ἐπέχιον ἢν τὸ ἔρχατον τοῦ πυρὸς, ἀπολείπηται ἡ κίνησις· ἵσταται οὖν ἐν τούτῳ ὁκόταν δὲ στῇ, οὐκ ἔτι ἐγκρατὲς ἐστιν, ἀλλὰ δὴ τῷ ἐμπίπτοντι πυρὶ ἐς τὴν τροφὴν καταναλίσκεται.[57] οὐδέτερον δὲ διὰ ταῦτα δύναται κρατῆσαι παντελῶς.

[58] εἰ δέ κοτε κρατηθείη καὶ ὁκότερον, οὐδὲν ἂν ἔτι τῶν νῦν ἐόντων ὥσπερ ἔχει νῦν.[59] οὕτω δὲ ἐχόντων αἰεὶ, ἔσται τὰ αὐτὰ, καὶ οὐδέτερα, καὶ οὐδὲ ἅμα ἀπολείψει.[60] τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ, ὥσπερ ἐρέετό μοι, αὐτάρκεα ἐστὶ

C πᾶσι διὰ παντὸς, ἐς τὸ μήκιστον, καὶ τὸ ἐλάχιστον ὡσαύτως.[61] τούτων δὲ παρασκέπτεται ἑκατέρῳ τάδε.[62] τῷ μὲν πυρὶ, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν·[63] τῷ δὲ ὕδατι, τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρόν.[64] ἔχει δὲ ἀπ' ἀλλήλων, τὸ μὲν πῦρ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ ὑγρόν (ἔνι γὰρ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ὑγρότης)[65] τὸ δὲ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ξηρὸν (ἔνι γὰρ ἐν ὕδατι ἀπὸ τοῦ πυρὸς ξηρὸν.)[66] οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, † πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνοντα ἀπ' ἀλλήλων, καὶ σπερμάτων, καὶ ζώων, οὐδὲν ὁμοίων ἀλλήλοισιν, οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν δύναμιν.[67] ἅτε γὰρ οὔποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἱσταμένων, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιουμένων, ἔπεται ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης [c] γίνεσθαι τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόμενα.

† εἰς

[a] αὐτὸ

[b] ἡ τροφὴ

[c] γίνεται

OMNIVM

©BIUM

OMNIVM *rerũ principia duo. Ignis & Aqua: uti com. de Principijs Calidum & Humidum. Cùm cõ. de Nat. hum. quatuor elementorũ expreßè meminerit, neq; ita sui oblitus esse, neq; præ senio delirare cẽsendus (etsi prouecta ætate hæc ab eo scripta uidentur) ut duorum tantùm hic mentionem faciat: sed Ignis appellatione eiusdem quoq; focũ, Terram nimirum, subintelligit (qua ipsa de causa Romani æternum ignem Vestæ consecrarunt, desumto fortaßis ab Assyrijs ritu, ab Hebræis uerò nomine, quibus Esch ignẽ significat) Aquæ uerò ambitu Aerẽ eiusdem ueluti emissarium cõplectitur. Principia igitur duo ista*

- Proponit *κατὰ τὸ*
  - Οτι. *Principia hæc sunt rerum omnium, facultate quidem differentia, usu uerò conferentia.* N. 48.
  - Διότι. *Nam & sibijnuicem ad alimoniã uitamq; sufficiunt, cùm alterum alterius uel motui uel incremento conferat: & alijs itidem omnibus naturâ constantibus generandis, augendis, alterandisq; sufficiunt.* N. 49.
- Demonstrat *habere*
  - Διύναμιν *seu Facultatẽ diuersam, inter se tamẽ cõsentientem tũ*
    - Principẽ *& Internam, ueluti Formalem, ab ipsorũmet forma prouenientem.* N. 50. *Quam quidem considerat tum*
      - Absolutè *& simpliciter. Sic igitur ad essentiam rerum, in Materia & Forma positã, principia duo cõferunt: nimirum ut respectu materiæ quidẽ semina rerũ (de quib. pòst) nutriãtur, nutrita accrescant: respectu uerò formæ animẽtur, hoc est motũ acquirant. Cõmunißimã igitur facultatem habet*
        - Ignis *omnia in omnibus per omnia Mouere, atque ita Agere.* N. 51. *Motus proinde omnis ab Igne prouenit, eiq; primariò inest: Aquæ secundariò tantùm.*
        - Aqua *omnia in omnibus per omnia Nutrire, & eatenus Pati.* N. 52. *Proinde nutrimentum Aquæ primariò cõuenit. Igni secundariò tantũ.*
      - Comparatè *& respectu mutuo, ὃν μέρει, secundùm partes partibus in agendo & patiendo collatas, respectu quantitatis & efficaciæ, quæ in maximo & minimo & medio obseruatur: nimirum ut Igni sua sit actio integra cum repeßione ab Aqua intentata: sua item Aquæ paßio, cum reactione ab Igne accepta: sic scilicet utrunque & uincere & uinci continget.* N. 53. *Ignis proprium est agere & mouere: at ille tamẽ uicißim repatitur & alitur. Aquæ proprium est moueri & pati, ac eadem tamen alendo uicißim reagit. Consideranda proinde in mutua comparatione horum duo: Quantitas Materiæ primùm, uel Maxima, quæ superat, uel Minima, quæ superatur, uel Mediocris, quæ partim superat, partim superatur: deinde Efficacia Formæ tum Actiua, Mouere & Alere: tum Paßiua, Moueri & Ali. Nã cùm tota agant & patiantur, nisi proportione partium debita sibiinuicem consentiant, sese mutuò corrumpent. Sin uerò consentiant, & sibijpsis & alijs omnibus commodabunt. Vide signũ A.*
    - Famulantem, *Externam, & ueluti instrumentalem. Sic Igni & Aquæ qualitates προσκέεσθαι, adiacere, ait, corporũ primorũ, quibus primò insunt, naturã æmulantes.* N. 61. *Harum quædam*
      - Formales. *Ergo*
        - Per se adiacet
          - Igni *Calidum & Siccũ.* N. 62.
          - Aquæ *Frigidum & Humidũ.* N. 63.
        - Per accidens miscetur
          - Igni *ab aqua passo Humidũ aquæ.* N. 64.
          - Aquæ *ab igni passæ ignis Siccitas.* N. 65.
      - Materiales. *Sic*
        - Ignis *Tenuis, Agilis.*
        - Aqua *Crassa, Tarda.*
  - Χρῆσιν, *κατὰ τὸ*
    - Οτι. *Ex hac ignis & aquæ mutua actione & perpeßione uariæ species & seminum & animalium proueniunt, neque forma exteriore, neque facultate interiore similes.* N. 66.
    - Διότι. *Varietas principiatorum prouenit ex perpetuo motu & ueluti conflictu horum duorum principiorum.* N. 67.

A. Quod

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 424 sur 736

©BIUM

Quæ rerum natur aliũ ortui & incremento & conseruationi conferunt, principia eorundem iure statui debent.

A. Quod ipsum uidetur tali ratiocinatione ostendere

Cessante motu & nutritione, uniuersum perire necesse est.

Quando Ignis extinguitur, cessat Motus: quando Aqua absumitur, cessat Nutritio.

At superante aqua uel igni cessaret nutritio & motus. Deducit:

Atqui superante

Aqua, Ignis extinguitur. Ignis enim ad extremum aquæ penetrans (hoc est, aquæ plurimæ ignis paucus occurrens, quam euincere nequit) destituitur alimento (cùm tãtam copiam superare nequeat. Alimentum autem tunc tantùm dicitur, quãdo superari potest) et auertitur (hoc est, deficit, obruitur & suffocatur ab aquæ copia) ab eo ipso, à quo ali debuerat (si moderata fuisset.) N. 55.

Igni, Aqua consumitur. Aqua enim pauca occurrens igni extremo (maximæ copiæ, cui par esse nequeat resistendo) motu destituitur (proprio, sibiq; conueniente, quem ab igne moderato acceperat) & proinde fistitur (quiescit & eneruatur) uimq; alendi amittit, & ab igne quem alebat penitùs absumitur. Atqui uerò nutritio ad generationem & conseruationem rerum faciens in mediocritate consistit, uti scilicet ignis aquam moueat tantùm, non absumat: & aqua uicißim ignem alat tantùm, non autem obruat & extinguat. N. 56.

Ergò superante Aqua cessabit Motus: superãte Igni, cessabit Nutritio.

Ergò superante uel Aqua uel Igni necesse est uniuersum perire.

Penitùs et absolutè, peribit uniuersum. N. 58. Ratiocinatione tali.

Si uel Aqua uel Ignis in mixtione totius superet

At Ignis & Aqua proportione debita (ita ut neutrum absolutè uincat, sed partim uincat, partim uincatur) inter se unita, ortui & incremento & conseruationi p se conferunt. Demonstrat:

Non penitùs, sed ex parte tantùm & secundùm quid, nimirum si partim superet, partim superetur, conseruabitur uniuersum. N. 59.

At nunc constat uniuersum, neque perit.

Ergò nec Aqua nec Ignis absolutè superat, sed tantùm secundùm quid, partim superat, partim superatur. N. 57.

Ergò Ignis & Aqua rerum naturalium principia iure statui possunt, atque debent, quæ & sibijpsis & alijs omnibus sufficiant. N. 60. Qui chymicæ metamorphoseos ex nescio quibus uetustis scriptoribus principia quærunt, ex hoc fortaße loco multo illustrius, quàm ex ullo alio, testimonium petere queant: si modò tam uera est ars, quàm seriò occultata, & tamen non nisi à peritis tum sensu tum ratione dijudicanda.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 425 sur 736

©BIUM

CAPVT IV.

Eorum quæ ex principiis orta sunt, Rerum scilicet naturalium, considerationem proponit.

†καὶ Α†ΠΟΛΛΥΤΑΙ[68] μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὅτι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν· ξυμμισγόμενα δὲ ἐκ διαυπὸ κρινόμενα ἀλλοιοῦται.[69] νομίζεται δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ ᾅδου ἐς φῶς αὐξηθὲν, γενέσθαι· τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος εἰς ᾅδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι· ὀφθαλμοῖσι δὲ δεῖν πιστεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμησιν.[70] ἐγὼ δὲ τάδε γνώμη ἐξηγέομαι.[71] ζῶα γὰρ κἀκεῖνα,[72] καὶ τάδε.[73] ἐκ οὔτε τὸ ζῶον ἀποθανεῖν οἷόν τε μὴ μετὰ πάντων (καὶ[74] γὰρ ἀποθανεῖται)[75] οὔτε τὸ μὴ ὂν γενέσθαι, μὴ ὄντος ὅθεν παραγενήσεται.[76] ἀλλ' αὔξεται πάντα καὶ μειοῦται ἐς τὸ μήκιστον καὶ ἐς τὸ ἐλάχιστον τῶν γε δυνατῶν.

EQVIDEM[68] nullum omninò corpus perit, neq; fit quod prius non erat: uerùm permixta & discreta alterantur.[69] Etsi enim homines opinantur id quod ex orco in lucē crescit & augetur, generari: quod uerò ex luce in orcum decrescit & imminuitur, perire ac corrumpi: adeoque oculis magis quàm ratiocinationi credendum censent:[70] Ego tamen hæc secundùm rationem exponā.[71] Animalia .n. sunt[72] & illa & hæc.[73] Et neque animal mori potest seorsim ab omnibus ([74] totum enim moreretur)[75] neque quod non est generari, quum non sit unde generetur.[76] Sed augentur omnia ac minuuntur, ad summum & ad minimum, quantum eius fieri potest.

PRINCIPIATA *sunt res naturales. Quarum naturam & effectū proponit hoc cap. cæterùm ea tum nouitate, tū obscuritate, ut à paucissimis intelligi queat, nec nisi ab intelligentibus iudicari debeat. Nos logicū digitū ad Naturæ penetralia intendamus, & summis ingenijs ad abstrusa philosophiæ dogmata cognoscēda & examināda aditum patefaciamus. Naturam igitur & Effectus rerū proponit partim*

- Per se. *Orta ex ijsdem, in eadem resoluuntur, neq; ullum est, quod generetur uel intereat, sed commixtione & separatione alterantur miris modis, ita ut aliæ atque aliæ species prodire uideantur.* N. 68. *Videtur Hippocrates in uniuersum Materiæ puritate & impuritate Animam & Corpus Vniuersi circumscribere: nimirum ut tenuissima quidem pars ex igne & aqua purissima conflata, Animam: impurior uerò Corpus constituat. Anima rursus uarijs partibus constat, alijs purioribus, alijs crassioribus: & hinc Animarum differentiæ. Idem de Corpore iudicium esto. Qualis uerò Anima est, tale etiam Corpus requirit, in quo uiuat, hoc est, uitæ munia obeat. Ergo Anima purior, qualis est humana, corpus consimile flagitat. Cæterùm quoniam ea quæ à principio statim separata fuere, non tam facilè rursus coire possunt, medio ueluti glutino opus habent, quo tanquam uehiculo cōscenso anima purissima Corpus impurū subire, illudq; iugis alimenti affluxu ad eam magnitudinem promouere possit, quæ animæ actionibus in suo genere oportunè inseruiat.*
- Respectu cognitionis humanæ. *Cū igitur duo sint in nobis κριτήρια,*
  - Sensu *quidem plerique homines hæc dijudicanda, plusq; oculis corporis quàm mentis tribuendum putāt: eaq; propter id quod ex Orco in Lucē per incremētum prodit, Generari: quod è Luce in Orcum per decrementum tendit, Interire aiūt.* N. 69. *Vt Res ex suis Nominibus deducamus: Hippocrates uniuersum diuidere uidetur*
    - Per se. Considerando
      - Loca. Quo ad
        - Situm. Locus, χῶρα, siue τάξις
          - Ανω, siue μέτωρ.
          - Κάτω, siue μέτωρ, n. 242.
        - Accidentia.
          - Φάος.
          - Σκότος, τὸ ἄδηλον uocat, n. 255.
      - Locata, tum
        - Efficientem
          - Principem: uel
            - Ζεὺς, Iupiter.
            - Αδης, Orcus.
          - Instrumētalē. Sic ergo
            - Γένεσις, σύμμιξις, αὔξησις, Ioui conueniunt.
            - Φθορὰ, διάκρισις, μείωσις, uel ἔλλειψις, Plutoni cōueniunt.
        - Effecta. μοίρην πεπρωμένην ἕκαστον ἐκπληροῖ καὶ πρὸς τὸ
          - Μέτωρ.
          - Μεῖον.
    - Respectu cognitionis humanæ. Alia iudicat
      - Οφθαλμὸς, Sensus.
      - Γνώμη, Intellectus.
  - Ratione *uerò hæc nos enarrare rectius conabimur.* N. 70. *Vide signum* ☞

☞ Nimie

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 426 sur 736

©BIUM

Nimirũ quo ad

- Locum, geminum esse, alterum Obscurum, Orcũ, cui Pluto præsit (ἀΐδλων, ὡς ἀϊδλον, dictum, quòd non uideatur oculis corporis) alterum Lucidum, Mundum hunc aspectabilem, cui præsit Iupiter. τὰ ἄνω καὶ κάτω infrà n. 80. appellare uidetur, eorumq; singula in θεῖα & ἀνθρώπινα subdiuidere, siue in æterna & caduca: ut ita & Orcus suam uitam habeat, item Mortem: & Lux similiter. Ergo cùm Mundus totus sit animatus, &, quod Trismegistus ait, templũ immortalis Dei, animatis statuis undiq; exornatum, & quæ
  - Illic apud Orcum sunt, animalia sunt, hoc est, sunt atque uiuunt, uita sibi conueniente, siue diuina sint & æterna, siue caduca. N. 71.
  - Hîc in hac luce uersantur, animalia sunt, atque uiuunt uita sibi conueniente, tum quæ diuina sunt, ut Animus hominis, tum caduca, ut Corpus ipsum. N. 72.
- Motum, Mutationem horum animalium à loco in locum migrantium
  - Non esse Substantialem. Animal enim neque
    - Interire potest, nisi uniuersum simul, cuius pars est, intereat. N. 73. Ratio. Pars enim totius pars, et totum partiũ totũ. Ergo si totũ æternum, partes similiter æternitatis participes esse oportebit. πᾶν γὰρ ἀποθανεῖται, scilicet τὸ ὅλον, οὐδὲ ἀποθανοῦντος. N. 74. Idem de Natura humana n. 114. de Temporibus anni affirmauit. Corn. legit, πᾶν uel ὅθεν γὰρ ἀποθανεῖται: Vnde enim moriatur?
    - Generari potest, quòd prius non fuerat. Generaretur enim ex nihilo. N. 75.
  - Esse Accidentalem tantùm, in Quantitate, Accretionem scilicet & Diminutionem, quæ terminos certos extremos, & intermedios habeat innumeros. N. 76.

CAPVT V.

Rerum naturalium declarationem aggreditur, eiusq; basim primo supponit: mox in genere describit.

QVID[77] uerò intelligam per generari & interire, uulgi gratia explicabo: nihil scilicet aliud, quàm commisceri & secerni. Habet autem se res hoc modo.[78] [a] Generari & interire, idẽ est. [b] Idẽ est cõmisceri & secerni. [c] Generari, augeri, cõmisceri idẽ est. [d] Interire, minui, secerni, idem est.[79] Vnũquodq; ad omnia, & omnia ad unũquodq;, idẽ sunt.[80] Lex. n. in his naturæ cõtraria est: seorsim tamẽ omnia & diuina & humana sursum ac deorsum alternatim refert.[81] Dies & nox ad summũ ac minimũ: sic & Lunæ summum adest & minimũ. Igni sunt accessiones suæ, sic etiã aquę. Sol ad lõgissimũ ac breuissimũ.[82] Rursus hæc, & non hæc: lux Ioui, tenebræ Orco: lux Orco, tenebræ Ioui:[83] peregrinatur & trãsferuntur illa huc, hæc illuc: omni tẽpore:[84] & illa quidem res horũ, hæc uerò res illorum transigunt:[85] & partim ea quæ faciũt, nesciunt: partim quæ faciunt, scire sibi uidentur:[86] neq; etiam ea quæ uidẽt, cognoscunt.[87] Et tamen omnia ipsis eueniunt per diuinã necessitatem, & quæ uolunt, & quæ nõ uolunt.[88] Peregrinantibus autem illis huc, his uerò illuc, & inter se permixtis, unũquodq; destinatum fatũ explet, & ad maius & ad mi-

ΟΤΙ[77] δ' ἂν ἀμφιλέγωμαι γινέσθαι, καὶ τὸ ἀπολέσθαι, τῶν πολλῶν εἵνεκεν ἑρμηνεύω τοῦτο· ἢ δὲ ξυμμίσγεσθαι δὲ ἀμφιλέγεται δηλῶ. ἔχει ἢ ὧδε.[78] [a] γινέσθαι δὲ ἀπολέσθαι, τὠυτό. [b] ξυμμιγῆναι καὶ ἀμφιβληθῆναι, τὠυτό. [c] γινέσθαι, ξυμμιγῆναι, τὠυτό. [d] ἀπολέσθαι, μειωθῆναι, ἀμφιβληθῆναι, τὠυτό.[79] ἕκαστον πρὸς πάντα, καὶ πάντα πρὸς ἕκαστον, τὠυτό.[80] ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσει τοῦτον ἐναντίος, χωρὶς ἢ πάντα δὲ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω δὲ κάτω † ἀμείβομεν.[81] ἡ- † ἀε-
μέρη δὲ διαφόρως ἔχει τὸ μήκιστον δὲ ἐλάχιστον. ὡς μέ-
δὲ τῇ σελήνῃ, τὸ μήκιστον δὲ τὸ ἐλάχιστον. πυρὸς βον
ἔφοδος δὲ ὕδατος. ἥλιος ἔχει τὸ μακρότατον δὲ τὰ
βραχύτατον.[82] πάλιν τοῦτο, δὲ ἀ τοῦτο· φάος
ζωὴ, σκότος ἄδη· φάος ἄδη, σκότος ζωή,[83]
φοιτᾷ καὶ μετακινέεται, κεῖνα ὧδε, καὶ τάδε κεῖσε,
πάντῃ ὥρῃσι·[84] διαπρηστόμενα κεῖνα τὰ τὰ
τάδε, τὰ ἢ τοῦτο, κείνων.[85] καὶ θ' ἃ μὲν πρήσσε-
σιν, οὐκ οἴδασιν· ἃ ἢ πρήσσεσι, δοκέουσιν εἰδέναι·[86]
καὶ θ' ἃ μὲν ὁρῶσι, οὐ γινώσκουσιν.[87] ἀλλ'
ὅμως αὐτοῖσι πάντα γίνεται δι' ἀνάγκην θείην, καὶ ἃ βούλονται, καὶ μὴ βούλονται.[88] φοι-
τεόντων δ' ἐκείνων ὧδε, τῶν δέ τε κεῖσε, συμ-
μισγομένων τε πρὸς ἄλληλα, τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἕκαστον ἐκπληροῖ, καὶ ὅπῃ τὸ μέζον, δὲ ὅπῃ τὸ μεῖον.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 427 sur 736

©BIUM

μεῖον.[89] Φθορὴ ἢ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μείζονι ἀπὸ ἧσσονος, καὶ τῷ μείονι ἀπὸ ἧσσονος. [90] αὔξεται δὲ καὶ μέζον ἀπὸ ἧσσονος, τὰ δ' ἄλλα πάντα, καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου· καὶ σῶμα, οἷον ἡ ψυχὴ, διακοσμέει. [91] ἐσέρπει δὲ ἐς ἄνθρωπον, μέρεα μερέων, ὅλα ὅλων, ἔχοντα σύγκρησιν πυρὸς καὶ ὕδατος,[92] τὰ μὲν λήψόμενα, τὰ δὲ δώσοντα.[93] καὶ τὰ μὲν λαμβάνοντα, πλεῖον πιέει· [94] τὰ δὲ διδόντα, μεῖον. [95] πρίεσιν ἄνθρωποι ξύλον, ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δὲ ὠθέει, τὸ δ' αὐτὸ ἧσσον πιέει· μεῖον δὲ πιέοντες, πλεῖον πιέεσι. [96] τὸ [2] δ' αὐτὸ καὶ φύσις ἀνθρώπων, τὸ μὲν ὠθέει, τὸ δὲ ἕλκει· τὸ μὲν δίδωσι, τὸ δὲ λαμβάνει· καὶ τῷ μὲν δίδωσι, ἧσσον λαμβάνει· καὶ τῷ μὲν δίδωσι πλέονα, πλεῖον λαμβάνει πλέονα μείονα. [97] χώρῃσι δὲ ἕκαστον φυλάσσει τὰ ἑωυτοῦ. [98] καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖον ἰόντα, διακρίνεται ἐς τὴν ἐλάσσονα χώρην· [99] τὰ δὲ ἐπὶ τὸ μέζον πορευόμενα, συμμισγόμενα ἐξαλλάσσει ἐς τὰ μείζω τάξιν. [100] τὰ δὲ ξεῖνα, μὴ ὁμότροπα, ὠθέει καὶ χώρης ἀλλοτρίης. [101] ἑκάστῳ δὲ ψυχὴ μέζων καὶ ἐλάσσων ἔχεται σφετέρῃ τὰ μόρια τὰ ἑωυτῆς, καὶ προσθέσιος καὶ ἀφαιρέσιος δεομένων τὰ μερέων, καὶ ἡ αὔξησιν καὶ μείωσιν τὰ ὑπαρχόντων δεομένη. [102] χώρην δὲ ἕκαστα διαπρήσσεται, ἐς ἣν ἕκαστα ἐσέρχεται καὶ δέχεται τὰ προσπίπτοντα. [103] καὶ γὰρ δυνατὸν τὰ μὴ ὁμότροπα ἐν τοῖσιν ἀσυμφόροισι χωρίοισιν ἐμμένειν. [104] πλανᾶται μὲν γὰρ ἀγνοούμενα· ξυμμισγόμενα δὲ ἀλλήλοισι συγγινώσκει. προσίζει γὰρ τὸ σύμφορον τῷ συμφόρῳ· τὸ δὲ ἀσύμφορον, πολεμέει καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ' ἀλλήλων.[105] διὰ ταῦτα ἄνθρωπος ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ αὔξεται, ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενί. καὶ τὰ ἄλλων ζώων τῶν μεγάλων ὡσαύτως.[106] ὀκόσα δὲ ἄλλως, [b] ἀπ' ἄλλων τρόπον βίης ἀποκρίνεται.

nus.[89] Interitus aũt omnib. à ſe inuicem cõtingit, maiori à minore, & minori à maiore.[90] Augeſcit quinetiã maius à minore, tũ reliqua omnia, tum uerò etiã hominis anima, & corpus uelut anima gubernatur.[91] Irrepunt aũt in hominẽ partes partiũ, tota totorũ, temperaturam habentia ignis & aquę,[92] partim accepturа, partim daturа.[93] Et ea quidẽ quę accipiũt, plus faciunt:[94] quæ uerò dant, minus.[95] Secant homines lignũ ſerra, alter trahit, alter trudit. Idem tamẽ faciunt: & minus faciẽtes, plus faciunt.[96] Sic & hominis natura, partim pellit, partim trahit: partim dat, partim accipit: & alij quidem dat, ab alio uerò accipit: & alij tanto plus dat, ab alio tanto minus accipit.[97] Locũ aũt unumquodq; ſuũ tuetur.[98] Nam quæ ad minus tendunt, ad minorem locum ſecernuntur:[99] quæ uerò ad maius proficiſcũtur, admixtione aliorũ in maiorẽ claſſem trãsferuntur.[100] Peregrina uerò, diuerſis moribus prædita, ex aliena regione pelluntur.[101] Vnaquæq; aũt anima & maiora & minora habens, ſuas ipſas partes circumambulat, ut quęuis nec appoſitione, nec detractione partes indigeãt, ratiõe tñ incremẽti & decremẽti indigeat.[102] Locũ uerò ſingulis præparat, in quẽ ingrediãtur, & ea quæ aduenĩũt ſuſcipiãt.[103] Neq; enim poteſt id, quod diſſimiles mores habet, in diſcordibus locis permanere.[104] Oberrãt enim uelut nõ cognita: permixta uerò inter ſe cognoſcũtur. Cõcors enim concordi adhæret ac aſſidet: diſcordia aũt rebellant, & pugnant, & diuiduntur à ſe inuicem.[105] Ea propter anima hominis in homine augetur, in alio uerò nullo: & aliorũ magnorum animalium anima ſimiliter.[106] Quę cũq; uerò aliter, ea ab alijs p uim ſecernũtur.

[2] πλεῖον τὸ

[b] ἀπ' ἀλλάων

RES naturales porrò declarare aggreditur. N. 77. Et quidem

- Supponit baſim. Res omnes quo ad
  - Eſſẽtiam ſuam
    - Accidentalẽ, etſi quo ad Motũ differre uidentur, in eodem tamen conueniunt. N. 78. ſiue motus conſiderentur ut ſunt generis
      - Eiuſdem quo ad
        - Subſtantiam. *Sic idem eſt Generari & Corrumpi* [a].
        - Quantitatem. *Augeri & Imminui idem. αὔξησις & μείωσις, ſiue ἔλλειψις, ut ſuprà n. 33.*
        - Qualitatẽ. *Cõmiſceri & Secerni idem* [b].
      - Diuerſi. *Sic eadẽ ſunt et Generari, Augeri, Cõmiſceri* [c]. *& Corrumpi, Minui, Secerni* [d].
    - Eſſentialem. *Sic cùm uniuerſum conſtet partibus, uti ſe habet totũ ad partes, ita pars quælibet ad totum & ad partes ſingulas.* N. 79.
  - Intelligentiã. *Nómῳ cõprehenduntur ab Homine, quæ Natura alioqui ſua conſtant apud Deos, uti infrà n. 148. & ſeq. euidentiſſimè. Lex ergo Naturæ contraria eſt, ſeorſim omnia & humana & diuina ſurſum & deorſum alternatim referens & exprimens (ἀμειβόμενος. An παρεπόμενος, Comitãs. Corn. ἀμείβοντα legit, Seorſim aũt omnia & diuina & humana ſurſum ac deorſum uicißitudinem habẽt ac cõmutantur. At ſic ſeq. declarationi cõiungenda fuerant. Cæterùm hoc ſibi uelle uidetur. Ea quæ naturæ neceßitate quo ad loca uariãt (ſic Orco ſua eſt uita, ſua mors: ſuũ incrementũ & decrementũ: Mundo ſimiliter) ab intellectu hominis, ea quæ eiuſdem ſunt generis cõmuni lege cõprehendentis, ſub unum idémue caput referuntur. Ergò cùm Generatio & Accretio & Corruptio huius mundi, ſit Corruptio, Imminutio & Secretio alterius: certè quæ Natura ſua uidentur eſſe uaria, quo ad Legem eadem eſſe uidebuntur. N. 80.*
- Deducit. *Vide ſignum* A.

A. Eorum

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 428 sur 736

©BIUM

A. Eorũ quæ ſunt, naturalem ortum & interitũ, incrementũ & decremẽtum, cõmixtionem & ſecretionem differre conueniréq; oſtendit tum

Generatim, enarrans ſcilicet &

Effecta, ſiue Motus & Mutationes, quibus Res naturales ſubijciuntur, conſideratas tum

Per ſe, ſecundum

Quantitatem. N. 81. Incrementum & decrementũ ſuum habent in hoc mundo contrariæ Res, & proinde unius decrementum alterius eſt incrementum. Sic ſuum decrementum, & incrementum eſt

Diei & Nocti, & quantum Diei accedit, tantũdem Nocti decedit.

Lunæ menſtruæ.

Igni & Aquæ. Ignis ἐφοδῷ ſummus Aeſtate, mediocris Vere, paruus Autumno, minimus Hyeme. Aquæ ἐφοδῷ ſummus Hyeme, medius Vere, paruus Autumno, minimus Aeſtate. Sic etiam loquitur infrà n. 265. & 288.

Soli, annuo curſu à Tropico ad Tropicum decurrenti & recurrenti.

Qualitatem. Sic namque Eadem ſemper & non eadem: lux obſcuritas eſt, & obſcuritas lux eſt, locis diuerſis. Namque Iouis lux obſcuritas eſt Orco, Orci uerò lux obſcuritas eſt Ioui. N. 82. Lex enim ſiue Ratio ea quæ ſunt ſimilia pro ijſdem habet: quæ quo ad loci naturam non ſunt eadem.

Locum uniuerſi. Huius enim duæ ſunt partes, altera aſpectabilis, Ioui, altera non aſpectabilis, ſubiecta Orco. Vnicuique ſuæ eſt peculiaris uita & mors, incrementum & decrementum, lux & obſcuritas, ſuperius & inferius, immortalitas & mortalitas. Cæterùm ut loci diuerſitatem locatorum ſequitur diuerſitas: ita quoque motus uarietas perpetua, Hinc illuc, Illinc Huc. N. 83.

Actionem. Mutuas ſibijnuicem tradunt operas: & quæ hìc ſunt, agunt ea quæ ijs, quæ illic ſunt, conferunt. Namq; decrementum eorum quæ hìc ſunt, ad incrementum confert eorum quæ illic ſunt: & econtrà. N. 84.

Reſpectu ſubiecti, cui contingunt, tum quo ad

Cognitionem

Intellectus. Sic ea, quæ mutationes illas ſubeunt, partim ignorant ea quæ faciunt, partim ſciunt: ignorant in futurum, ſciunt in præſens. Aut certè, Quod faciunt, ignorant reuera: & tamen uidentur ſcire. Niſi legendum ſit, καὶ ϑ' ἃ μὲν πρ. ὧν οἶδ', ἃ δ' οὐ μὴ πρόσ. N. 85.

Senſus. Sic ea quæ uident oculis, partim cognoſcunt, partim ignorant. Idem de reliquis intelligendum ſenſibus. N. 86. Cognoſcunt corporis qualitates & umbras, eſſentiam ignorant.

Voluntatem. Namq; illis ea quæ uolunt & quæ nõ uolunt, obtingũt, neceſſitate diuina, Natura dei miniſtra urgente. N. 87.

Modum, omnibus ijs quæ anima ſunt prædita tũ animantib. tum animalib. cõmunem: Singula è loco in locũ tranſeuntia ſuũ implent numerũ, ſuãq; ſortẽ fatalẽ complent, Incremento & Decremento cõprehenſam. N. 88. Sic etiam apud Maronem, —implebo numerũ, reddarq; tenebris. Quod quidem

Explicat. Vide ſignum B.

Confirmat: Corollarij loco effecta adijciens, adeoq; ad ſpecialem enarrationem gradũ iaciens. Propter has ſanè cauſas animæ in locis atq; corporibus

Proprijs, συμφόροις & cognatis tantùm permanere & adoleſcere poſſunt: hominis quidem in humano tantùm corpore, bouis in boue, reliquorumq; animalium magnorum in ſuo quæque corpore. N. 105. Nam paruorum animalium animæ in magnis etiam augeri poſſunt, V. G. Vermes in corpore humano.

Alienis & ἀσυμφόροις permanere nequeunt, ſed ab ijs ueluti certamine facto uiolenter expelluntur. N. 106. In quo certamine interdum ſuccumbit anima, interdum uerò ſuperat.

Speciatim, in perfectiore gradu entium naturalium, in Animalium ſcilicet ſpecie excellentiſſima, nimirum in Homine. CAP. SEQ.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 429 sur 736

Essentiam in genere tũ
- Decrementi. Corrumpuntur & minuuntur omnia ab omnibus, & maius à minori, & minus à maiori. N. 89.
- Incrementi. Generantur & augentur omnia ab omnibus, & maius à minori, & minus à maiori, tum homines, tum quæuis alia: neque corpus tantùm, sed & anima humana: quinimo corpus eodem modo quo anima. N. 90.

A quibus augeantur minuãtúrue. Eorum igitur declarat

Modũ. Quæcũq; forinsecus in hominẽ, uel quoduis aliud animal uel rem animatam ingrediuntur ex igne & aqua attemperata corpora, partes partium, tota totorum temperiem referunt. Vt ergo quodlibet indiuiduum tanquam totum uniuersi imaginem, nunc clarius, nunc obscurius repræsentat (excellentißimè quidẽ Homo, Microcosmi iccirco nomen meritus, Vinculumq; mundi ab Hebræis dictus, & Cõpendium uniuersi, rectéq; poeta, Orbis quisq; sibi) ita partes indiuiduorum partib. uniuersi respondẽt: nec nisi à suo simili, & in loco cõueniente, sustentari & augeri possunt. Qualis anima, talem assumit ξύγκρισιν, tanquã uehiculum: quale uehiculum, tale requirit alimentum quo nutriatur & augeatur. N. 91. Quorum quidem alia

- Primariò homini aliquid uel Addunt uel Auferunt. N. 92.
- Secũ dariò diuersos effectus imprimere & Confirmat similis:
  - Affirmat. Namq; & ea quæ actu
    - Auferũt, potestate Addũt & augent. N. 93.
    - Addũt & augẽt, potestate Auferũt. N. 94.
  - Quẽadmodũ cùm ferra ligni secatur, altero pellẽte, altero trahẽte alternis: totũ quidẽ minuitur quo ad magnitudinem, sed numero partium accrescit. N. 95.
  - Ita quando in hominis naturã ingrediuntur extrinsecus ea quæ actu uel addunt uel auferunt, & uel ut amica attrahuntur, uel ut inimica expelluntur, alternis contraria præstant. Nãq; & id quod aufert, V. G. medicamentum purgans, addere uidetur, remoto eo quod incremẽto erat cõtrarium: & ecõtrà alimentum uidetur auferre, sua copia calorẽ suffocans. Præterea respectu diuersarũ partium, uni addere, alteri detrahere põt: & rursus cui plurimũ addit, ab eo minimũ aufert. N. 96.

B. Modũ explicat prædictorũ uideli cet

In quibus tanquam locis res locatæ augeantur uel minuantur. Locus uel σύμφορος uel ἀσύμφορος: locata uel ὁμότροπα uel ξένα esse possunt. Ergo quæ locum occupant

- Proprium, & ὁμότροπα sunt, eiusdem generis & ordinis, in eo uel augentur uel minuuntur. N. 97. Ita quidem ut ea quæ
  - Decrescunt, è maiore in minorem locũ secernantur. N. 98.
  - Augẽtur, è minore in maiorem locum proficiscantur. N. 99.
- Alienum, quoniam peregrina sunt & μὴ ὁμότροπα, diuersi moris & ordinis, expelluntur. N. 100.

Per quæ fiat augmentum & decrementum, tanquã per causas efficientes, declarat. Anima augendi facultate pollens, partes organicas

- Omnes, non ad perfectionem uehiculi sui ætherei additione uel detractione indigentes, sed ad corporis elementaris (quod non nisi in certa quantitate animæ inutibus ministrare potest) molem augendam uel minuendam, ijs quæ extrinsecus aduenium ὁμοτρόποις & συγγενέσι indigens, ex æquo ambit, suasq; illis uires impertitur. N. 101.
- Aliquas, nimirum eas quæ ingredientia recipere debent, præ cæteris excolit: ut in quibus concoqui debent, & cognata retineri, aliena uerò expelli. N. 102. Ratio huius est: quoniã ingrediens ξένον & μὴ ὁμότροπον, in loco ἀσυμφέρῳ sibiq; nõ conueniente manère nequit. N. 103. Nam dum ingrediuntur, quandiu errant & uagantur, nullo loco certo consistentia ignorantur. Quando uerò loco certo consistunt & commiscentur, agnosci quoque incipiunt, & uel ut σύμφορα & ὁμότροπα amicè suscipiuntur ab anima, uel ut ἀσύμφορα & ξένα hostiliter contra illam pugnant, & ab eadem tandem prædominante expelluntur. Sin superare nequeat, eandem oppugnat, & tandem expugnant, locoq; ueluti cedere cogunt. N. 104.

CA-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 430 sur 736

CAP. VI.

Rerum naturalium ortum & incrementum in ſpecie excellentiſſima, in Homine ſcilicet, deducit: & eo quidem, ut iam per ſe extra uterum eſt & uiuit.

ATQVE [107] ut cætera quidē animalia prætermittam, de homine ſaltē narrationem inſtituam. [108] Irrepit in hominem anima, ignis & aquæ temperamentum habens, partem corporis humani. [109] Hæc autem & fœminea & maſcula, & multa & omnigena nutriuntur. [110] Nutriuntur autem & augeſcunt diæta qua homo utitur. [111] Neceſſe eſt autem omnia, quæ ingrediūtur, partes habere. [112] Cuiuſcunq; enim pars nō inerit à principio, illud augeri non poterit, neq; multo, neq; modico alimento ingrediente: cùm non habeat quod augere faciat. [113] Id uerò quod omnes partes habet, augeſcit, unum quodq; in ſuo loco. [114] Porrò alimento ingrediente, & ab aqua quidem eo, quod ſiccū eſt, ab igne uerò eo, quod humidū eſt, attēperato, alia quidē intrò coguntur, alia uerò foràs pellunt. [115] Quēadmodū fabri lignarij lignū ſerra diſſecāt, & alter quidē trahit, alter pertrudit, idē ſanè faciētes: & qui inferiùs urget, ſuperiorē trahit, neq; enim aliter deorſum pellere poſſet. [116] Sin uiolēter rē agant, à toto opere aberrabūt. [117] Similiter & circa hominis alimentū ſe res habet: aliud trahit, aliud trudit: intrò aūt coactū, foràs repit. [118] Si uerò importunè & uiolenter cogatur, omni ſucceſſu deſtituetur. [119] Singula autem tanto tempore eundem ordinem habent, donec locus nō amplius ſuſcipiat, neq; alimentum ſufficiens ad extremum uſq; aquarum habeant. Poſtea locum permutant in externam regionē, tam fœminea quàm maſcula, eodem modo, uiolentia & neceſsitate perſequente. Quæcunque autem deſtinatum fatum expleuerint, ea primū ſecernunt, ac ſimul cōmiſcētur. Singula enim ſecernunt, omnia aūt hęc cōmiſcent. [120 a] Poſtquàm uerò regionē permutauerint, & adepta fuerint harmoniā rectè habentem ſymphonias tres, tono comprehēſim per omnia penetrāte, uiuunt & augeſcunt iiſdem quibus etiam antea. [120 b] Si uerò harmoniam non aſſequatur prima ſymphonia, neque graūia acutis conſona fiant: aut ſi ſecunda generatio, aut ſi ea quæ in toto eſt: uno deficiente, omnis tonus uanus eſt. Non enim concentum habent, ſed tranſitio fit à maiore ad minus, ante deſt inatū fatū: eò quod neſciunt quid faciant.

ΠΕΡΙ [107] μὲν ἓν τῶν ἄλλων ζώων ἐάσω, ὡς ἓν ἀνθρώπῳ δηλώσω. [108] Εσέρπει ἓν ἐς ἄνθρωπον ψυχὴ, πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα, μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. [109] τῶνδε ἓν τὰ θήλεα καὶ ἄρσενα, καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα τρέφεται. [110] τρέφεται δὲ καὶ αὔξεται διαίτῃ τῇ ὡς τὸ ἄνθρωπον. [111] ἀνάγκη ἓν τὰ μέρεα ἔχειν πάντα τὰ ἐσιόντα. [112] ἤ τινος γὰρ μὴ ἐνείη μοῖρα ἐξ ἀρχῆς, ἐκ ἂν αὐξηθείη, ὅτε πολλῆς ἐπιόσης τροφῆς, ὅτε ὀλίγης· ἐπεὶ γὰρ ἔχει τὸ μὴ σὸν αὐξόμενον. [113] ἔχον ἓν πάντα, αὔξεται ἐν χώρῃ τῇ ἑωυτοῦ ἕκαστον. [114] τροφῆς ἐπιούσης, ἀπὸ ὕδατος ξηροῦ, καὶ πυρὸς ὑγροῦ, τὰ μὲν ἔσω βιαζόμενα, τὰ δὲ ἓν ἔξω. [115] ὥσπερ οἱ τέκτονες τὸ ξύλον πρίουσι, καὶ ὁ μὲν ἕλκει, ὁ ἓν ὠθέει, τὸ αὐτὸ ποιέοντες· κάτω ἓν πρίζων, τὸ ἄνω ἕρπει· ἐπεὶ γὰρ ἂν παραδέχοιτο κάτω ἰέναι. [116] ἢν ἓν βιάζων, πάντως ἁμαρτήσεται. [117] τοιγαροῦν τροφὴ ἀνθρώπου τὸ μὲν ἕλκει, τὸ δὲ ὠθέει. ἔσω δὲ βιαζόμενον, ἔξω ἕρπει. [118] ἢν ἓν βιῇ παρὰ καιρὸν, πάντως ἀποτεύξεται. [119] χρόνον ἓν τοσοῦτον ἕκαστα τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, ἄχρι μηκέτι δέχηται ἡ χώρη, μὴ ἓν τροφὴν ἱκανὴν ἔχῃ ἐς τὸ μήκιστον τῶν ὑδάτων. ἔπειτα ἐναμείβει ἐς τὴν ἔξω χώρην, θήλεα καὶ ἄρσενα, τὸν ἑωυτοῦ τρόπον, ὑπὸ βίης καὶ ἀνάγκης διακρινόμενα. ὁκότερα δ' ἂν ἐμπλήσῃ τῶν τὸν πεπερωμένην μοῖραν, ταῦτα διακρίνει πρῶτα, καὶ ἅμα συμμίσγει. ἕκαστον μὲν γὰρ διακρίνεται· πάντα ἓν ταῦτα συμμίσγει. [120 a] χώρην δὲ ἀμείψαντα, καὶ τυχόντα ἁρμονίης ὀρθῶς ἐχούσης συμφωνίας τρεῖς, ξυλλήβδην διεξιὼν ἀπὸ παντὸς, ζώει καὶ αὔξεται τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ πρόσθεν. [120 b] ἢν δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίης, μὴ δὲ ξύμφωνα βαρέα τοῖσιν ὀξέσι γένηται, ἡ πρώτη συμφωνίη· ἢν δὲ δευτέρη γένεσις, ἢ τὸ ἀπὸ παντὸς, ἑνὸς ἀπολειπομένου, πᾶς ὁ τόνος μάταιος. ἐπεὶ γὰρ οὐ προσαείσει· ἀλλ' ἀμείβει ἐκ τοῦ μέζονος ἐς τὸ μεῖον, πρὸ μοίρης· διότι ἐπιστέεται ὅ, τι ποιέουσιν.

A

B

C

a ἔχει

a ἕπεται

b ἔχει

b ἕπεται

c ἑκάστων

INTER *res naturales omnes Homo principatū obtinet, propter quē omnia quodāmodo à natura producta eſſe, ipſe etiā Ariſt. profiteri ſuit auſus. In Homine ergo, tanquā ſpecie excellentiſſima, uerita tē eorū quæ propoſuit demōſtraturus, & incremēti humani rationē per diætā conueniētē, ſicuti ab initio pollicitus fuerat, declaraturus, conſiderat & Corpus & Dietam: (illud ueluti ſubiectum, Cui: hanc ueluti Inſtrumentū ſanitatis & incrementi, Quod adhibetur) tum*

- Separatim. Nā *cùm Diæta corpori humano cui adhibetur, proportione reſpōdere debeat, ſeorſim agit & de*
  - Subiecto, *cui adhibetur, de Hominis ſcilicet natura alimēti indiga. De Hominis Incremento per alimentū diſputat*
    - Vniuerſim. *Sub ſigno A.*
    - Singillatim. CAP. IX. *& ſeq.*
  - Diæta *quæ adhibetur, in genere ſimul & in ſpecie.* LIBRO SECVNDO.
- Cōiunctim, *quæ Dieta quibus Corporib.*
  - Cōueniat, *& præſcribi debeat.*
  - Non conueniat, *ut proinde maturè per ſigna certa præuideri, & morbo naſcenti occurri queat.* ——
  - *Hæc duo capita* LIBRO III. *pertractat.*

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 431 sur 736

©BIUM

A. Vniuersim de Hominis alimento disputat

Per se quidem duobus modis. Quatenus nimirum homo uel

Editus iam est extra uterum matris, & per se uiuit. Huius rationem enarrat naturali Irmo tali:

Anima humana (ueluti massæ animasticæ uniuersi pars purior, si cum reliquis animalibus conferatur: præclarè enim Maro — totosq; infusa per artus Mens agitat molem & magno se corpore miscet) in hominem tanquam in locum sibi oportunum ingreditur, ignis & aquæ temperiem habẽs, humani corporis partem (μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. Infrà n. 221. habet, μόρια ἀνθρώπου. Temperies nimirum ista humano corpori contemperata esse debet, ut anima sit in toto, & in qualibet eius parte) tanquam uehiculum sibi conueniens sortita atq; secuta. N. 108. Duo igitur hic conueniũt, Anima primùm, substantia sua immortalis, sed multo purior quàm reliquorum animalium animæ: deinde Vehiculum animæ, quod ξύγκρισιν πυρὸς & ὕδατος uocat, nos Corpus æthereum & ueluti formale appellemus, propter tenuitatem & mobilitatem eius: quo licet insensibili, ceu uinculo, connectitur anima corpori elementari & sensibili & materiali. Ex deoq; cùm homo constet anima & corpore, corporis duæ erunt μοῖραι primæ, ætherea & Elementaris.

Humani autem corporis materiales partes (τοῦτο, scilicet τὰ μόρια, uti n. 111.) & substantia & numero uariæ, siue masculæ sint siue fœmineæ (sexu namq; homines tãquam differentia principe & maximè naturali distinguuntur) in hoc conueniunt, quòd omnes nutriuntur & augentur. N. 109.

Nutriuntur autem & augentur diæta sibi conueniente. N. 110.

Diæta autem conueniens ea est, quæ partes corporis in se continet. N. 111. Confirmatè contrario. Cuicunq; enim diætæ pars corporis non inest, siue multa offeratur siue pauca, ad augmentum nihil conferet, quandoquidem augmentum per simile tantùm fieri potest. N. 112.

Partes autem corporis in se continens, & in corpus ingressa diæta, non in quouis loco, sed in loco tantùm oportuno augmentum afferre potest. N. 113.

In loco autem oportuno constituta diæta corpori consentanea, tum secundùm humidum ab igne, tum secundùm siccitatem ab aqua attemperata, ab anima partim introràhitur, ut concoquatur, partim extrà pellitur iam concoctum ut alat. Nam quod suprà n. 64. docuit, sic ignis agit, ut ab aqua uicißim patiatur: sic patitur aqua, ut in ignem uicißim agat. N. 114. Vide signum B.

Porrò introràttractum alimentum, eundem ordinem seruat, quoad uel pars alimento satiata id quod superest expellat, uel pars uicina alimenti indiga illud ad se trahat: ad extremum usq; aquarum (hoc est ad extima usque loca, ad quæ humor alimentaris pertingere potest. Siue ἐς τὸ μέγιστον τῶν ὑδάτων, quantum alimenti usus supremus requirit, nimirum ut augmento inseruiat: cùm proximus & compendiosißimus usus sit, restitutio tantùm eius quod deperditũ fuerat. Seu potius, uti suprà n. 53. & seq. cùm aquæ tãta est copia, ut ab igne neutiquam superari queat, quod est τὸ μέγιστον ὕδατος, dominãte penitus aqua: uti uicißim τὸ ἐλάχιστον ὕδατος, cùm aqua ab igni penitus euicta superatur atq; deficit.) Quandocunq; talis uel αὐάγκη (τὸ ἔλλειποντος) uel δίη (τὸ διὰ βέοντος) interuenit, siue masculum siue fœmineum alimentum, hoc est, robustum uel debile fuerit (inesse autem tales partes alimento necesse est, quandoquidem corporis partibus respondere debet. Sic com. de Semine, semen, quod nihil est aliud quàm superfluum alimentum, aliud forte aliud debile constituit) è loco in alium locum uel extrahetur uel expelletur: ea quidem ratione, ut minutißimæ partes primùm singulæ secernantur & expellantur, subinde uerò rursus simul commisceantur. N. 119.

Hæc secretio & commistio alimenti harmoniam corporis uel conseruat uel corrumpit. Vide signum C.

Nondum editus est, intra uterum matris ex semine maris & fœminæ consurgens. Vide CAP. VII.

Comparatè, quarumuis aliarum Actionum & Passionum humanarum tam Artificialium quàm Naturalium comparatione. Vide CAP. IIX.

B. Quod

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 432 sur 736

©BIUM

Quemadmodum fabri, quando lignum serra dissecant, contrarijs motibus utuntur, alter trahit, alter pellit. Et quidem si

Volentes & alternis hoc faciant, nimirum ut ὁ κάτω πιέζων (τὸν ἑαυτοῦ, qui deorsum stans sursum pellit) τὸν ἄνω ἕλκῃ (ad se uicißim trahat) communem effectum edunt, lignumq; diuidunt. Alioqui enim ὁ παραλέγοιτο κάτω ἰσχύει (nisi impulisset prior eum, qui suprà est, nunquam is uicißim repulisset, & econtra. Nimirum impulsus superioris, inferioris tractum: & tractus superioris, inferioris impulsum adiuuat. Inter se autem collati, Pulsum sequitur Repulsus, & Tractionem Retractio. N. 115.

Nolentes & inuiti, neq; alternis hoc faciant, sed unus tantùm pellat, alter tantùm trahere cogatur, uel nihil efficient, uel corrumpent omnia. N. 116.

B.

Quod ipsum simili declarat:

Ita quoque anima contrarijs potentijs in alimentum agit, pro diuersitate locorum, in quibus triplex concoctio fieri debet, alternatim trahens atq; pellens. Sic V. G. gula cibum pellit, uentriculus trahit: chylum uentriculus pellit, meseraicis & hepate attrahente: sanguinem uenæ & membra trahunt, hepar pellit. Quæ quidem tres sunt concoctionis species, sed naturales omnes. Sunt aliæ duæ, Vitalis scilicet & Animalis, quæ singulæ concoquendi modos pro caloris sui diuersitate diuersos obtinent. Videtur proinde hìc tres periodos, ignis siue caloris omnia animæ munia obeuntis (ut ab initio com. de Principijs) & per consequens etiam concoctricis inseruientis innuere, quarum infrà n. 142. & de Insomnijs n. 39. apertè meminit. Nam cùm hominis uita & animalis & uitalis & naturalis sit, eademq; cœlitus foueatur: uti proportione respondet Lunæ facultas naturalis, Soli uitalis, Astris fixis ipsa animalis: ita humi eædem ab alimento simili nutriuntur, ea quidem ratione, ut naturalis prima instrumentũ suum spiritũ uegetantẽ ex sanguine eliciat, uitalis eundẽ uiuifica facultate imbuat, animalis deniq; motus sensuumq; ministerio confirmet. Quorum spirituũ per uniuersum corpus diffusorum etsi æqualis œconomia uidetur esse, respectu tamẽ metropoleon suarũ, animali spiritui exterior, naturali inferior & interior, uitali medius circuitus, quem περίοδον & περιφορὰν citatis locis Hip. uocat, tribuitur. Vt ergo in omnibus his locis certa & peculiaris est coctio, ita quoque attractio, retentio, secretio & expulsio: quodq; de uno genere dicitur, de alijs etiam subintelligi debet. Com. de Alimento ξύρροιαν omnium partium μίαν (alimenti ab Hepate) ξύμπνοιαν μίαν (spiritus à Corde) ξυμπαθείαν μίαν (sensus & motus à Cerebro) in hanc eandem sententiam uidetur constituere. Quandiu igitur facultas attrahens & expellens eiusdem animæ uegetantis, in diuersis partibus siue locis uires suas exercentis, sibijnuicem

Consentiũt, mutuasq; operas tradũt, ita quidem ut pars manis trahat, plenè pellat: & alimentum intus attractum in uentriculum, uarijs concoctionibus ad totius corporis nutritionem extrà pellatur: omnia rectè se habent, & nutritur corpus & augetur. N. 117.

Non consentiunt, sed uiolentia aliqua interuenerit, ut uel tractio sit maior quã pulsio, uel econtra, in uno uel pluribus locis: corpus neque nutriri neque augeri commodè poterit. N. 118.

C. Hæc

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 433 sur 736

C. Hæc porrò ſecretio & commiſtio alimenti, in diuerſis locis facta, ſiquidē Harmoniam debitam tribus Symphonijs conſtantem

Conſequatur, per omnes ſimul tranſiens homo, uiuet & augebitur ijsdem ex quibus conſtitit. N. 120. [2] Symphoniæ tres ſunt, Diateſſaron, Diapente, & Diapaſon, ſingulæ grauis & acuti ſoni concentu conſtantes. Harmonia non unius tantùm ſymphoniæ, ſed omnium ſimul effectus eſt. Per metaphoram igitur concoctionem primam naturalem in hepate ſymphoniæ Diateſſaron, ſecundam uitalem in corde ſymphoniæ Diapaſon, tertiā animalem, quæ in cerebro, ſymphoniæ Diapente aßimilare uidetur (cùm in ſingulis grauia & acuta conſentiant, hoc eſt, facultas concoctrix animæ munijs conuenientem ſpiritum pulcrè ex humoribus præparet, & concoquat, ſicca cum humidis miſcendo) omniúmque inter ſe conuenientiam, Harmoniam uocare. Niſi quis non de triplici concoctione, ſed de ſolius naturalis concoctionis triplici ſpecie Hipp. loqui putet, quarum priorem in Ventriculo, mediam in Hepate, tertiam in Membris fieri conſtat, & proinde non inſcitè, quòd omnium uideatur communißima, Diapaſon appellari poſſe: tāto elegantiore translatione, quòd etiam Heſiodo uox ἁρμαλιὴ alimentum corpori oportunum ſignificat, iuſta debitáque harmonia trium concoctionum præparatum, appoſitum, agglutinatum, & aßimilatum.

Non conſequatur, uerbi cauſa, ſi prima ſymphonia non ſit harmonica, neque in ea grauibus acuta conſonent: aut certè ſecunda, ſiue etiam tertia, quæ in toto corporis ambitu obitur: ob unius certè ſymphoniæ erratum harmonia perierit, neq; concentus fieri poterit inter alimentum & corpus nutriendo & augendo. (λὺ δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίης ἡ πρώτη συμφωνίη, μὴ δὲ ξύμφωνα ῥέα τοῖσιν ἐξέσι γένηται· λὺ δὲ δευτέρη γένεσις, ἢ τὸ διὰ πασῶν· σὺς ἀπογενομένης, &c.) ſed ante conſtitutum tempus diminuetur atque decreſcet. Neque enim intelligentis, ſed uegetamis naturæ opus eſt nutritio: cumq; concoctio quælibet id tantùm quod ſuum eſt agat, poſteriores priorum errata corrigere nequeunt. N. 120 [b]. Quod ipſum ex ijs ſpeciebus Repletionis, quas lib. 3. enarrat, colligere licet, in quibus Carnes alimentum in uentre uel inquinatum tantùm, uel ſuperaſſatum cum nauſea recipiunt, cùm illius uitium emendare nequeant.

CAPVT VII.

Hominis ortum & incrementum in utero demonſtrat.

ΑΡΣΕΝΩΝ[121] μὲν ἔν τε θηλέων διότι ἑκάτερα γίνεται, προϊόντι τῷ λόγῳ διηλώσω.[122] τούτων δὲ ὁκότερον ἂν τύχῃ τῆς ἁρμονίης, ὑγρὸν ἐὸν κινέεται ὑπὸ τοῦ πυρός·[123] κινεόμενον δὲ, ζωπυρῆται,[124] καὶ προσάγεται τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν ἐσιόντων ἐς τὴν γυναῖκα σιτίων, καὶ πνεύματος·[125] τὰ μὲν πρῶτα, πάντη ὁμοίως, ἕως [a] ἄρτι θερμόν ἐστιν.[126] ὑπὸ δὲ τῆς κινήσιος καὶ τοῦ πυρὸς ξηραίνεται καὶ στερεοῦται.[127] στερεούμενον δὲ, πυκνοῦται περιέχ.[128] καὶ τὸ πῦρ ἐγκλειόμενον οὐκ ἔτι τὴν τροφὴν ἱκανὴν ἕκει ἐπάγεσθαι· ἀδὲ τὸ πνεῦμα [b] ἐξωθέει, διὰ τὴν πυκνότητα τοῦ περιέχοντος· ἀναλίσκει γὰρ τὸ ὑπάρχον ὑγρὸν ἔσω.[129] τὰ μὲν ἂν στερεὰ τὴν φύσιν ἐν τῷ ξηρῷ καὶ ξηρῷ οὐκ ἀναλίσκεται τῷ πυρὶ ἐς τὴν τροφὴν, ἀλλ' ἐγκρατέα γίνεται, καὶ ξυίσταται, τοῦ ὑγροῦ ἐκλείποντος, ἅπερ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐπονομάζεται.[130] τὸ δὲ πῦρ ἐκ τοῦ συμμιγνύντος κινουμένου τοῦ ὑγροῦ, διαθερμαίνει τὸ σῶμα κατὰ φύσιν, διὰ τρίτου δὲ ἀνάγκη.[131] διὰ μὲν τὸ στερεὸν καὶ ξηρὸν, οὐ δυνατὰ τὰς διεξόδους χρονίας ποιέεσθαι, διότι οὐκ ἔχει τροφήν.[132] διὰ δὲ τῶν ὑγρῶν καὶ μαλακῶν, δυνατά. τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῶν τροφή.

[a] ἔτι

CÆTERVM[121] cur utrique tum maſculus, tum fœmina generentur, in ſermonis progreſſu declarabo.[122] Quodcunque autem horum harmoniam aſſequetur, cùm humidum exiſtat, mouetur ab igne:[123] motum uiuificatur,[124] & alimentum attrahit ab ingredientibus in mulierem cibis ac ſpiritu.[125] primùm quidem undiquaque ſimiliter, dum adhuc ualde rarum eſt.[126] A motu autem & igne ſiccatur, ac ſolidum redditur.[127] Solidius autē redditum circum circa denſatur.[128] Et ignis incluſus non amplius ſufficiens alimentum attrahere poteſt, neque ſpiritum expellit, propter ambientis denſitatem. Conſumit enim humorem intus exiſtentem.[129] Quæ igitur ſolida natura ſunt in compacto ac ſicco, ea non conſumuntur ab igne in alimentum, ſed robur acquirunt, & humore deficiente conſiſtunt, quæ quidem Oſſa ac Nerui nominantur.[130] Ignis autem commixtum humorem mouēs, corpus ſecundùm naturam diſponit, propter talem neceſsitatem.[131] Nam per ſolidū & ſiccum non poteſt diutinos tranſitus facere, quia alimentum non habet:[132] per humida uerò & mollia poteſt, cùm ipſius ſint

©BIUM

sint alimentum. [133] Ineſt autem in his quoque ſiccitas, ab igne non conſumta. Hæc autem inter ſe mutuò coniunguntur. [134] Ignis igitur in profundo ueluti obſeptus, & plurimus eſt, & maximũ exitum facit (quando quidẽ plurimus humor in hac parte inerat) qui Venter appellatur: & quoniam inde excideret, niſi alimentum extrinſecus haberet, iccirco fecit illic & alimenti ingeſtionem & concoctionem. [135] Qui uerò in reliquum corpus excluſus eſt ignis, triplices circuitus facit. [136] Etenim quod humidiſsimum eſt in igne, in his locis, quæ Venæ cauæ appellantur, cõtinetur. [137] At in medij generis corpus id quod reliquum eſt aquæ conſiſtens compingitur, uocanturque Carnes. [138] In ſumma, ignis omnia, quæ in corpore ſunt, ſuo modo diſtinxit, ad uniuerſi imitationem, parua ad magna, & magna ad parua. [139] Ventrem quidem maximum ſicci & humidi prótuarium conſtituit, ut daret omnibus, & acciperet ab omnibus, maris imitatione, animalia in ipſo nutriri ſolita fouentis, diuerſa uerò interimentis. [140] Circum hunc autem aquæ frigidæ & humidæ congregatio, [141] tranſitus ſpiritus frigidi & calidi, ad terræ imitationem, omnia quæ in ipſam incidunt alterantis. [142] Iam uerò partim quidem conſumens, partim uerò auctus, aquæ tenuis diſperſionẽ à compacta fecit, inſuperq; non apparentis ignis ab apparente ſecretionem: in quo mota lataque omnia in apertum pẽrueniunt, ſingula iuxta deſtinatum fatum. In hoc uerò triplices circuitus ignis fecit, uiciſsim intrò ac foras commeantes: [143] alios quidem ad cauas partes humorum, Lunæ facultate: [144] alios uerò ad externam circumferentiam, ad ambientem conſiſtentiam, Aſtrorum facultate. [145] Medij uerò & intrò & foras permeantes, calidiſsimum ac fortiſsimum ignem continent, qui omnibus dominatur, omnia ſecundùm naturam obiens, ſine ſtrepitu, tum ad uiſum, tum ad tactum. In hoc anima, mens, prudentia, augmentum, motus, imminutio, permutatio, ſomnus, uigilia. Hic omnia per omnia gubernat, & hæc, & illa, nunquam quieſcens.

A τροφὴ. [133] ἔνι δὲ καὶ ἐν τούτοισι ξηρότης οὐκ ἀναλισκομένη ὑπὸ τοῦ πυρός. ταῦτα δὲ ξυνίσταται πρὸς ἄλληλα. [134] τὸ μὲν οὖν ἐσωτάτω καταφερὲς χθὼν πῦρ, καὶ πλεῖστόν ἐστι, καὶ μεγίστην τὴν ἔξοδον ἐποίησατο (πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν) ὅπερ κοιλίη καλέεται. καὶ ἐξέπεσεν ἐντεῦθεν, ἐπεὶ οὐκ ἔχει τροφὴν ἔξω, καὶ ἐποίησατο, [πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν] καὶ τροφῆς ἐπαγωγὴν καὶ διάπεψιν. [135] τὸ δὲ ἀποκλεισθὲν εἰς ἄλλο σῶμα, τριόδους ἐποίησατο τριοτάς. [136] ὅπερ γὰρ ὑγρότατον τοῦ πυρός, ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, ἃ πύλας καλέουσι κοῖλαι. [137] ἐς δὲ τὰ μέσα τούτων, τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ ὕδατος ξυνιστάμενον πήγνυται, ὅπερ καλέεται σάρκες. [138] ἐνὶ δὲ λόγῳ πάντα διεκοσμήσατο κατὰ τρόπον αὐτὸ ἑωυτῷ τὰ ἐν σώματι τῷ πυρὶ, ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου, μικρὰ πρὸς μεγάλα, καὶ μεγάλα πρὸς μικρά. [139] κοιλίῃ μὲν τῷ μεγίστῳ, ξηρῷ καὶ ὑγρῷ παμίξαι, δοῦναι πᾶσι, καὶ λαβεῖν παρὰ πάντων, θαλάσσης δίωσιν, ζώων ἐντρόφων τροφὴν, ἀσυμφόρων δὲ φθορέων. [140] περὶ δὲ τούτῳ ὕδατος ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ σύστασις, διέξοδος πνεύματος ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, ἀπομίμησιν τῆς γῆς, τὰ ἐπεισπίπτοντα πάντα ἀλλοιούσης. [141] καταναλίσκον δὲ καὶ αὔξον, σκέδασιν ὕδατος λεπτοῦ καὶ πυρὸς ἐποίησατο περὶ τοῦ ἀφανέος, καὶ φανεροῦ ἀπὸ τοῦ ξυνεστηκότος ἀπόκρισιν. ἐν ᾧ φερόμενα πάντα, ἐς τὸ φανερὸν ἀφικνέεται ἕκαστα μοίρῃ πεπρωμένῃ. [142] ἐν δὲ τούτῳ ἐποίησατο πυρὸς τριόδους τριοτὰς, παραινούσας πρὸς ἀλλήλας καὶ ἔσω καὶ ἔξω. [143] αἱ μὲν πρὸς τὰ κοῖλα τῶν ὑγρῶν, σελήνης δίωσιν. [144] αἱ δὲ ἐς τὸ ἔξω περιφορὴν, πρὸς τὸν περιέχοντα πόλον, ἄστρων δίωσιν. [145] αἱ δὲ μέσαι, καὶ ἔσω καὶ ἔξω παραίνουσαι, τὸ θερμότατον καὶ ἰσχυρότατον πῦρ, ὅπερ πάντων ἐπικρατέεται, διέπον ἅπαντα κατὰ φύσιν, ἄψοφον, καὶ ὄψει καὶ ψαύσει. ἐν τούτῳ ψυχὴ, νοῦς, φρόνησις, αὔξησις, κίνησις, μείωσις, διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ, καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα, οὐδέποτε ἀτρεμίζον.

FOE-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 435 sur 736

FOETVS ortũ, conformationem, & incrementum in utero matris in

Specie, nimirum cur ex iisdem parentibus nunc mas, nunc fœmina edatur, in seq. reijcit. N. 121.

Genere tam maris quàm fœminæ, hîc enarrat: & naturalium motuum successionem irmo tali deducit:

Qualecunque semen, siue masculum siue fœmineum, à patre matréue emissum in uterum (& animam humanam & corpus æthereum animæ uehiculum in se continens, cuius merito anima simile alimentũ attrahere potest) probè concoctum (harmonia triplicis concoctionis præditum. Excrementum enim utile est ab omnibus partibus secedens) ob idipsum quia humidum est, ab igne, in humidum semper tanquam in suum pabulum agente, mouetur. N. 122.

Motu ipso calorem uitalem concipit. N. 123.

Vitali calore concepto, cùm calor pabulum requirat, extrinsecus à matre & alimentum humidum & spiritum frigidum attrahit. N. 124.

Porrò alimentum humidũ & spiritum frigidum attrahit semen dum rarum

Est, ab initio scilicet, undiquaque æqualiter. N. 125.

Nõ est amplius, sed ui motus atque caloris siccatur & solidatur, inæqualiter, propter partes diuersas. N. 126. Etenim pars seminis

Crassior & solidior, magis scilicet exiccata, in Ossa & Neruos abit, hac serie:

Solidior seminis pars propter exiccationem undiquaq; spissatur & condensatur. N. 127.

Condensata non amplius igni liberam permittit uel alimenti humidi attractionẽ, uel aeris frigidi inspirationem, ac lidiq; expirationem. N. 128.

At alimento & spiritu extrinsecus attracto destitutus calor, in subiectum proprium agit, quod ab illo propter soliditatem non absumitur, sed magis exiccatum in Ossa & Ligamẽta & Tendines cõuertitur. N. 129. Νεῦρα uniuersim com. de Principijs, & de Vet. med. pro neruis & ligamentis. Hîc uerò pro Ligamentis tantùm. Nerui enim propriè dicti ad tertiã periodum, de qua mox, pertinere uidentur.

Liquidior, ab igne, cui mixta est, agitata, reliquum corpus conformat, tali necessitate. N. 130. Nãque ignis siue calor in partem seminis agens

Solidam & siccam, non potest diu in illa hærere ultro citroq; commeans, quia destituitur alimento. N. 131. Quemadmodum paulo antè docuit.

Mollem humidamq;, diu in illa hærere potest, cùm pabulo abundet. N. 132. Quæ tamen ipsa pars humida etiam ficcitatis aliquid in se continet, ab igne non penitus consumitæ, sed induratæ. Ita quidem ut humidũ & siccũ inter se coeãt et coniungãtur. Neq; enim humidũ ullũ per se solum coqui potest, nisi cũ sicco iũgatur. Ân legendũ, οὐ διαλεσποτοῦσ(α τὸ ὑγρὸν) τοῦτο ἢ ξυνίσταται (τὸ ὑγρὸν) ξηρὸν. Itaq; acutũ & graue consentiũt.) N. 133. Vide fig. ☞ In

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 436 sur 736

©BIUM

Conclusus internè & in profundo ueluti obseptus (καταφραχθὲν πῦρ) copioso alimento immersus, illud extendit & ampliat, uentremq; ab insigni cauitate κοιλίην Græcis dictum efficit. Cæterùm cùm eo loci calor absq; pabulo diu consistere nequeat, meatus magnos ad alimentum importandum & concoquendum, ad excrementa itidem exportanda fecit. καὶ ἐποιήσατο καὶ τροφῆς ἐπαγ. καὶ διάπ. Corn. aliter legit: καὶ ἐποιήσατο (ἔξοδον) πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἐνῆν (quæ uerba paulo antè suo loco posita hîc denuò, librariorum fortaßis incuria, inserta esse uidentur: nisi quis legat, πλ. γ. τὸ θερμὸν ἐντ. ἐ.) διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἐπ. καὶ διάπ. N. 134. Proportione Diatessaron Humiditas siccitatem dupla ratione uidetur superare.

In hoc igitur corpus mixtum calorem diuersimodè agere

Proponit primũ. Ignis enim

Exclusus ad externa, & per reliquum corpus diffusus (ἀποκλεισθὲν πῦρ) tres periodos fecit. N. 135. Com. de Locis in homine, ἀρχὴν μίαν facit, omnibusq; partib. in suo genere principatum tribuit, quòd circuli quodlibet punctum & principium & medium & finis diuerso respectu esse queat. Aequalis enim neceßitas est ad hominis constitutionem & conseruationem & Naturalis & Vitalis & Animalis facultatis: ijsq; inter se consentientibus, tres Symphoniæ Harmoniam totius hominis pulcerrimam absoluunt. Facultatum istarum transitum per uniuersum corpus περίοδον appellat, igne mouente, aqua sustentante & alente: cùm neq; eodem spiritu, neq; eodem sanguine utãtur: atq; ut quã maximè mutuas tradãt operas, suam tamen peculiarem quæuis periodus & præparationem & concoctionem & distributionem habet, adeoq; etiam excrementa propria, quorum secretione facta, siue in metropoli sua maneant, siue aliò ueluti exulatum dimittantur, uaria morborum & symptomatum genera producere consueuerunt. Sunt ergo tres Periodi, Animalis scilicet, Vitalis, & Naturalis (cuius com. de Alimẽto, aphorismo 3. & 20. disertè meminit) diuersæ à se inuicẽ, diuersas metropoles incolentes, diuersis etiam instrumentis utentes: ad unius tamen eiusdemq; conseruationem pertinentes, ipsæq; etiam inter se mutuis deuinctæ officijs, cùm V. G. Cor, quod uitam alijs suppeditat, nutrimentũ uicißim atq; sensum ab Hepate & Cerebro mutuetur. Ex Hip. igitur sententia calor

Vehemẽs eas uias, quas Venas cauas uocant, efformauit. ὅπερ ἦν ὑγρότατον τοῦ πυρὸς. N. 136. Sic etiam com. de Principijs n. 51. uenam cauam alterã sanguini, alteram spiritui tribuit. Addo ego ex n. 145. seq. καὶ ξηρότατον. ut hîc de gemino igne loquatur, de Humido qui in Venis est, et de Sicco, qui est in Arterijs. Alioqui manca foret ignis triplicis enarratio. Hæc proportio Diapason est, diatessaron & diapente complectens, cùm certa ratione & siccitas humiditati, & humiditas siccitati dominetur. Nãq; calor ille uehemens uel cõiunctam habet

Humiditatem, & Venas ꝓpriè dictas, sanguinis uasa, efficit. Πῦρ ὑγρότατον, & propterea ἀσθενέστατον.

Siccitatẽ, & Arterias generat. Πῦρ θερμότατον & ἰσχυρότατον infrà n. 145. An respectu prioris illius ὑγροτάτου, legendum est ξηρότατον? Siccitas certè calorẽ acuit.

Moderatus cũ moderato humore iunctus, medij generis corpus, quod Carnes uocant, efformat: siue Musculorum illæ sint, siue Viscerũ. ἐς δὲ τὰ μέσα τούτων (τῶν φλεβῶν, scilicet κοίλων, medij generis inter Venarũ calorẽ humidiß. & Arteriarũ sicciß.) τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ ὕδατος (ὑγρὸν scilicet, ut prius illud: cæterùm) ξηνιστάμενον πήγνυται (siccius redditur.) Eaq; propter siccum ad humidum proportionem Diapente uidetur obtinere, cùm siccitas humiditatẽ sesquialtera ratione superet. N. 137.

Declarat, tum in

Genere, similitudine à magno mũdo ad microcosmum ducta. Etenim ignis eadem ratione & uniuersum & partes singulas uniuersi, V. G. Animalia, cõformauit: ita quidẽ ut & partes magnæ cũ paruis, et paruæ cũ magnis cõferri queãt, incorporeæ cũ incorporeis, materiales cũ materialib. N. 138.

Specie. Ignis & Aqua uaria mixtione inter se uaria producunt entia, & perfecta, & imperfecta. Sed ipsorum rursus tanquam corporum diuersæ sunt partes, quædam craßiores, quædam subtiliores. Vide in seq. signum ☞

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 437 sur 736

©BIUM

Ergo sicuti com. de Principijs n. 5. & seq. partem ignis subtilißimam in Aethera abijsse, craßißimam in Terræ uisceribus subsedisse docet: ita hic in Corporis humani conformatione partē quidem ignis & aquæ

Impurā atq; craßā, ad motum scilicet ineptā, in medio, instar elementaris globi residere ait, & Vētrem constituere: adeoq; correspondere partim

Mari, cete maxima nutrienti, aquarum omnium & fonti & receptaculo, peregrina omnia corrumpenti: ipsum uidelicet Ventrem maximum siue inferiorem, cibi sicci potusq; humidi promptuarium, animalis partes omnes nutrientem, aliena uerò corrumpentem. N.139. Hinc Humorū ortus, quorum motum ad interiora, com. de Humoribus ἀμπατὶν uocat, hoc est, absorptum siue recessum: motum ad exteriora, πλημμυρίδα & πλήμην, in eadem metaphora à mari ducta persistentes, appellare possemus.

Terræ, omnia suo gremio recepta alteranti, generāti, & corrūpenti, reliquū Truncum. N.140. Sic etiam com. de Insomnijs, n. 102. Carnes Terram repræsentare asserit. Quemadmodum enim Terra

Inferius

Aquæ fontes habet, frigidæ & humidæ, ex toto terræ corpore eò confluentis uelut in Tartarum Plutonicum, & ex eodem rursus effluentis: ita corpus habet Vesicam, ad quam è toto corpore serum, alimenti uehiculum, præcipitatur. Heraclitus omnia in corpore nostro ut in mundo maiore fieri putabat: itáque urinam in uesica gigni, uaporibus à cibo & potu illic condensatis, quemadmodum in media regione aeris pluuia gignitur, teste Arist. 13. sect. Probl. Idem Asclepiades censet. Sed hanc sententiam Gal. 1. de Fac. nat. confutauit, & ostendit id totum quod potatur ad uesicam præcipitari, posteaquam suo munere functum est in deducendo alimento.

Seminis promptuaria & receptacula habet, cùm uel ipsa semen procudat, uel receptum benignè suscipiat, confoueat, & producat: ita quoq; homini & uasa spermatica & Testes & Vterus & Colis insunt. Omittitur.

Superius uentis perflatur & uentilatur: ita corpori Thorax & organa spiritalia data sunt, per quæ & inclusus spiritus calidus expellatur, & frigidus intrò attrahatur, per inspirationem & expirationem. πνεύματος ξηροῦ καὶ θερμοῦ διέξοδος. N.141. Multi certè Lienem spirituosi sanguinis officinam esse credidere.

Puram & subtilem, cùm ad motum esset expedita, facili negocio à centro ad circumferentiam elabi potuisse, adeoq; in Reliquo corpore tres Periodos, totidem principum partium ueluti exstagnationes, ortas asserit. Ignis ergo & consumens humidum & auctus uicißim ab humido, partem aquæ subtilem & liquidam à crassa & consistente, & partem ignis puriorem & propter sui subtilitatem uisum effugientem ab igne craßiore separauit: adeoq; hanc partem corporis humani proportione respondere fecit Sphæris cœlestibus: quòd ut harum motu & influxu omnia & uiuere & interire uidentur, ita purior illa pars & motum & sensum & uitam hominis contineat, uegetet, sospitet, & ex obscuro in apertum, ex tenebris in lucem producat, pro sui fati ratione. Textus confusus: καταναλίσκον δὲ καὶ αὖξον, σκέδασιν ὕδατος λεπτοῦ ἀπὸ τοῦ ξυνεστηκότος, καὶ περὶ τοῦ πυρὸς ἀφανέος καὶ φανεροῦ ἐποιήσατο ἀπόκρισιν. N.141. Quatuor ponere uidetur, ὕδωρ λεπτὸν, & ὕδωρ ξυνεστηκὸς siue παχὺ πῦρ item ἀφανὲς, quod inferius ἀραιὸν appellat, & πῦρ φανερὸν, quod paulò post πυκνὸν uocat. Porrò cùm hæc rursus pars aquæ & ignis (purißima licet, si cum præcedente illa craßiore conferatur) inæquales partes habeat, alias subtiliores, alias craßiores, alias medias: Iccirco ut in magno mundo cœlestes ignes in Errantia & Fixa diuiduntur sidera: inter errantia rursus Luna & Sol principatum obtinent, hic calidi pater, illa humidi mater: ita in paruo mūdo ignis purißimus cum puro humido coniunctus, triplicem facit influxum, per Venas, per Arterias, & per Neruos: quæ uasa per uniuersum corpus sparsa, ab Hepate, Corde & Cerebro initium sumere, semperq; ferè coniunctim serpere, & se mutuo ueluti superequitare deprehenduntur. N.142. Vt proinde nulla sit pars corporis uiuentis, quæ non triplici isto igne participet, sed altera obscurius, altera manifestius, ex triplici sede ceu fonte per triplex instrumentorum genus tanquam per canales deducto. Hacq; de causa com. de Locis in homine, omnes partes principes dici posse ait, quatenus principalium functionum organa & facultatum sedes existunt. Vide sequens signum * * *

* * * Secun-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 438 sur 736

©BIUM

Inferiora *siue intima corporis, in ipsis Venis alimento intentus, Lunamq; repræsentans, cuius metropolis Hepar est, in quo fit concoctio: uti in Ventriculo præparatio, per Venas cõmunicatio. N. 143.* ἀπόκρισις ὕδατος ξυνεστηκότος *facta ἀπὸ τοῦ πυρὸς φανεροῦ, constituit Ignem ὑγρότατον.*

Extrema, tum Superiora *siue exteriora corporis, Carnium scilicet siue Membrorum* πάχος *(ut etiam suprà n. 137.) in ipsis Neruis, Stellarum fixarum impreßioni similis, cuius metropolis Cerebrum est, instar primi mobilis influxu suo uniuersi corporis partes tum internas tum externas motu atque sensu per neruos perfundens. Vtq; Astra sunt uaria & magnitudine & splendore & efficacia: ita quoque membra uaria.* Σπέρματος ὕδατος λεπτοῦ *facta ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀφανέος constituit Ignem ξηρότατον.*

*** Secundùm Hippocratẽ igitur & hoc loco & com. de Insomnijs n. 39. ignis hic partim occupat corporis

Media *(ratione loci siue situs, cùm alioqui respectu temperiei extremus sit, cui calor naturalis ex altera parte respondet: medius utriusq; calor animalis. uti suprà n. 136. & seq.) ita ut & ad interiora, & ad exteriora ex æquo ferri queat, adeoq; per Arterias calidißimus & potentißimus tum uisu tum tactu, celeritate incredibili, sine strepitu, mouetur, omnes functiones reliquas tam naturales quàm animales uegetans, Animi, nimirum theoriam & praxim, Corporis item actiones & paßiones, utputa Prudentiam, Motum, Incrementum, Decrementum,* διάλλαξιν *(Permutationem, id est, concoctionem) Somnum, Vigiliam, ut etiam com. de Principijs, n. 5. & de Insomnijs n. 6. Hic enim calor omnia regit & gubernat, idem semper, nisi quantum corporis uariè affecti diuersitas alium atq; alium uideri facit. Et hic quidem Solis uires refert, superiorum siderum influxus in se recipientis, eosdemq; inferioribus communicantis. N. 145. Cùm ergo Cor tanquam fons sit huius caloris, (nisi fortè uel in uena caua uel in liene tanquam propylæo sanguinis spirituosi præparatio fit) principatum inter omnia membra habere uidetur non iniuria, primum uiuens, ultimum moriens, uel Arist. sententia, & ueluti imperator reliquas facultates omnes exercens, uegetans & animans. Etsi quo ad actiones Cerebrum nobilius uidetur: uti etiam consiliarius principe excellentior, si cõsulendi prudentiam spectes. Videtur hîc* σύγκρισις ὕδατος λεπτοῦ *ἀπὸ τοῦ πυρὸς φανεροῦ & ὕδατος παχέος ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀφανέος facta, Ignem medij generis constituisse, multo sicciorem Naturali, humidiorem Animali, utroq; certè uehementiorem calorem Vitalem, propter agilitatem & corpulentiam.*

CAPVT IIX.

Comparatione quarumuis aliarum actionum & paßionum humanarum, siue natura siue arte constent, naturalis ortus & incrementi doctrinam confirmat & illustrat.

VERVMENIMVERO[146] homines ex manifestis obscura conijcere nesciunt. [147] Quum enim artibus utantur similibus humanæ naturæ, idipsum tamen ignorant. [148] Deorum enim mens edocuit ipsos sua ipsorum imitari, ita ut cognoscãt quæ faciunt, & non cognoscant tamen ea quæ imitantur. [149] Omnia enim similia sunt, quantumuis dißimilia sint, & omnia concordia, licet discordia existant: quæ loquuntur, non loquũtur: rationem habentia, ratione carẽt. [150] Subcontrarius est modus singulorum, qui in confesso est. [151] Lex enim & natura, quibus omnia transiguntur, in confesso non sunt, licet sint in confesso. [152] Legem enim posuerunt homines ipsi sibijpsis, non cognoscentes de quibus tulerũt. [153] Naturam uerò omnes dij exornauerunt. [154] Quæ igitur homines sanciuerunt, nunquam eodem modo habent, neq; rectè, neq; non rectè. [155] Quæ uerò dij sanciuerunt, semper rectè habent. [156] Et recta ac non recta intantum differunt. [157] Egò proinde Artes manifestas, affectionibus hominum

Οἱ[146] δὲ ἄνθρωποι ὅτι τῶν φανερῶν τὰ ἀφανῆ σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. [147] τέχνησι γὰρ χρεόμενοι, ὁμοίησιν ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐ γινώσκουσι. [148] θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑωυτῶν, γινώσκοντας ἃ ποιέουσι, καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται. [149] πάντα γὰρ ὅμοια, ἀνόμοια ἐόντα· καὶ σύμφορα πάντα, καὶ διάφορα ἐόντα· διαλεγόμενα, οὐ διαλεγόμενα· γνώμιλλα ἔχοντα, ἀγνώμονα. [150] ὑπεναντίον ὁ τρόπος ἑκάστων ὁμολογούμενος. [151] νόμος γὰρ καὶ φύσις, οἷσι πάντα [2] διαπρηστόμενα, οὐχ ὁμολογέεται ὁμολογέομενα. [152] νόμον μὲν γὰρ ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑωυτοῖσιν, οὐ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν. [153] φύσιν δὲ πάντες θεοὶ διεκόσμησαν. [154] τὰ μὲν ἂν ἄνθρωποι ἔθεσαν, οὐδέποτε κατὰ τὠυτὸν ἔχει, οὔτε ὀρθῶς, οὔτε μὴ ὀρθῶς. [155] ὁκόσα δὲ θεοὶ ἔθεσαν, ἀεὶ ὀρθῶς ἔχει. [156] καὶ τὰ ὀρθὰ καὶ τὰ μὴ ὀρθὰ τοσοῦτον διαφέρει. [157] ἐγὼ ὦν δηλώσω τέχνας φανερὰς, ἀνθρώ-

[2] διαπρησσόμενα

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 439 sur 736

©BIUM

τῳ παθήμασιν ὁμοίας ἐούσας καὶ φανεροῖσι καὶ ἀφανέσι.

158 μαντικὴ τοιόνδε. 159 τοῖσι φανεροῖσι μὲν τὰ ἀφανέα γινώσκειν· 160 τοῖσι ἀφανέσι τὰ φανερά. 161 καὶ τοῖσιν ἐοῦσι τὰ μέλλοντα· 162 τοῖσιν ἀποθανοῦσι τὰ ζῶντα. 163 καὶ τῶν ἀσωμάτων σωμασιν. 164 ὁ μὲν εὖ δέδως, ἀεὶ ὀρθῶς· 165 ὁ δὲ μὴ εὖ δέδως, ἄλλοτε ἄλλως. 166 φύσιν ἀνθρώπου καθ' οἷον τοῦτο μιμέεται. 167 ἀνὴρ γυναικὶ ξυγγινόμενος, παιδίον ἐποίεε τῷ φανερῷ τὸ ἄδηλον γινώσκειν, ὅτι ἔτους ἔσται. 168 γνώμη ἀνθρώπου ἀφανὴς, γινώσκουσα τὰ φανερά, 169 ἐκ παιδὸς ἐς ἄνδρα μεθίσταται, τῷ ἐόντι τὸ μέλλον γινώσκει. 170 οὐχ ὅμοιον ἀπὸ θανάτου ζώοντι, τῷ τεθνηκότι τὸ ζῶον οἶδε. 171 ἀσώματον γαστὴρ· τοῦτο σωίεμεν, ὅτι δίψῃ ἢ πεινῇ. 172 τοῦτο μαντικῆς τέχνης καὶ φύσιος ἀνθρωπίνης πάθεα, τοῖσι μὲν γινώσκουσιν, ἀεὶ ὀρθῶς· 173 τοῖσι δὲ μὴ γινώσκουσιν ἀεὶ ἄλλοτε ἄλλως.

174 σιδήρου ὄργανα τέχνης. τὸν σίδηρον πυρίσκουσι, πνεύμασι ἀναγκάζοντες τὸ πῦρ, τῷ ὑπάρχοντι προφῷ ἀφαιρέοντες, ἀραιὸν δὲ ποιήσαντες, πάτουσι καὶ συνελαύνουσιν· ὕδατος δὲ ἄλλου προφῆ ἰσχυρὸν γίνεται. 175 τοῦτο πάσχει ἄνθρωπος ὑπὸ παιδοτρίβου. τῷ ὑπάρχοντι προφῷ πυρὶ ἀφαιρέεται, ὑπὸ πνεύματος ἀναγκαζόμενος. ἀραιούμενος δὲ, κόπτεται, τρίβεται, καθαιρέεται· ὑδάτων δὲ ἐπαγωγῇ ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γίνεται.

176 καὶ οἱ γναφέες τὸ αὐτὸ δρηπέτουσι. λακτίζουσι, πάτουσι, λυμαινόμενοι κόπτουσι, ἕλκουσι. λυμαινόμενοι ἰσχυρότερα ποιέουσι· κείροντες τὰ ὑπερέχοντα, ἐπαναπλέκοντες, καλλίω ποιέουσι. 177 τοῦτο πάσχει ὁ ἄνθρωπος.

178 σκυτέες τὰ ὅλα κατὰ μέρεα διαιρέοντες, τέμνοντες δὲ καὶ κεντέοντες, τὰ σαθρὰ ὑγιέα ποιέουσιν. 179 καὶ ἄνθρωπος δὲ τὸ αὐτὸ πάσχει, ἐκ τῶν ὅλων μέρεα διαιρέεται, καὶ ἐκ τῶν μέρεων συνιθεμένων ὅλα γίνεται. 180 κεντέμενοί τε καὶ τεμνόμενοι, τὰ σαθρὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ὑγιαίνοντα καὶ ζώει.

181 ἰητρικὴ τὸ λυπέον ἀπαλλάσσει. 182 καὶ ὑφ' ὃ πονέει ἀφαιρέοντα, ὑγιέα ποιῆν, ἡ φύσις αὐτομάτη τοῦτο θρίσεται. καθήμενος πονέει ἀναίσθητα, κινεύμενος πονέει ἀναπαύσεται. καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἡ φύσις ἰητρικῆς.

183 τέκτονες πρίοντες, ὁ μὲν ὠθέει, ὁ δὲ ἕλκει. τὸ αὐτὸ ποιέειν ἀμφοτέρως φέρει. 184 τρυπῶσι, ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δὲ ὠθέει. 185 πεζόντων τὸ μὲν ἄνω ἕρπει τε καὶ κάτω. 186 μέσον ποιέοντες, πλέω ποιέουσι. 187 φύσιν τὴν ἀνθρώπου μιμέονται.

188 πνεῦμα τὸ μὲν ἕλκει, τὸ δὲ ὠθέει. τὸ δὲ αὐτὸ ποιέειν ἀμφοτέρως φέρει. 189 σίτων τὰ μὲν κάτω πί-

minum & manifestis & obscuris similes esse declarabo.

158 Vaticinatio tale quid est. 159 Ex manifestis quidem cognoscere obscura, 160 ex obscuris uerò manifesta: 161 & ex præsentibus futura: 162 ex mortuis uiuentia. 163 Ea etiá quæ intelligentia carent, intelligunt. 164 Et quidem is qui doctus est, semper rectè: 165 qui indoctus est, alias aliter. 166 Naturam hominis etiam hæc, quantum licet, imitantur. 167 Vir mulieri concumbens re manifesta eam quæ obscura est indicat, quòd puer sit oriturus. 168 Mens hominis obscura, cognoscit manifesta. 169 Ex puero in uirum transit, sic ex præsenti futurum cognoscit. 170 Non similest mortuum uiuenti, & tamen ex mortuo animal cognoscit. 171 Venter intelligentia caret, & per eum tamen intelligimus quòd sitit aut esurit. 172 Hæ artis uaticinandi & humanæ naturæ affectiones cognoscentibus quidem semper rectè habent: 173 non cognoscentibus uerò aliàs aliter.

174 Artis fabrilis ferrariæ instrumenta ferrum circumliquant, flatu ignem cogunt, & alimentum iam præsens auferunt: ubi uerò rarefecerint, feriunt ac tundunt: aquæ autem alterius alimento roboratur. 175 Eadem patitur homo à pædotriba. Præsens alimentum igne detrahitur, quũ præ spiritu homo cogatur: rarefactus autem tunditur, atteritur, purgatur: aquæ autem aliunde accessione corroboratur.

176 Et fullones idem faciunt. Calcant, feriunt, destruentes tundunt, trahunt: destruentes robustiora faciunt: radentes supereminentia, & attexentes, pulchriora reddunt. 177 Eadem etiã homo perpetitur.

178 Sutores tota in partes dissecantes, scindentes & pungentes, marcida ac lacera, sana & integra faciunt. 179 Et homo idem patitur. Ex totis enim partes secãtur, & ex partibus coniunctis tota fiunt. 180 Pungunturitem & secantur à medicis marcida, sananturque, ac uiuit homo.

181 Medicina id, quod molestum est, tollit. 182 Et id à quo homo ægrotat auferendo, sánum facere natura sua sponte nouit. Sedens conatur resurgere, currens conatur requiescere: & alia eiuscemodi natura habet, quæ medicinæ sunt.

183 Fabri lignarij serra secantes, alter trahit, alter trudit. Idem facere alternis contingit. 184 Terebrando alter trahit, alter trudit. 185 Vrgendo alterum quod deorsum erat ascendit, alterũ quod sursum descẽdit: 186 & minus facientes, plus faciunt, 187 Naturamque hominis imitantur. 188 Spiritus alter trahit, alter protrudit. Idem autem alternis facere contingit. 189 Cibi partim deorsum pellun-

ζεται

©BIUM

tur, partim ſurſum uergunt. [190] Ab una anima diuidente, [191] plures & maiores, & minores & pauciores ſiunt.

[192] Ædificatores ex diuerſis rebus unam conuenientem facientes, ſicca quidem humectantes, humida uerò ſiccantes, & tota diuidentes, diuiſa uerò componentes (niſi enim ſic tractarentur, ad ædificationem neutiquam facere poſſent,) [193] diætam humanam imitantur. Nam & in hac ſicca humectantes, & humida ſiccantes, tota quidem diuidunt, diuiſa uerò componunt. Hæc omnia diuerſa ac diſcordia exiſtentia, cum natura concordant.

[194] Muſica organum primò habeat neceſſe eſt, in quo declaret ea quæ præcipit harmonia. Compoſitiones ex ijſdem non eædem, ex acuto, ex graui, nomine quidem ſimilibus, ſono autem non ſimilibus. Quæ plurimum diuerſa ſunt, maximè concordant: & quæ minimum diuerſa ſunt, minimè concordant. Si uerò quis ſimilia omnia faciat, non inerit delectatio. Plurimæ & uariæ admodum tranſmutationes maximè delectant.

[195] Coqui opſonia hominibus parant, omnis generis diuerſa commiſcentes, ex ijſdem non eadem, ad hominum cibum ac potum. Quòd ſi omnia ſimilia facerent, non haberent delectationem: neq; etiam ſi in eodem omnia coniungerent, non utique rectè ſe haberent.

[196] Pulſantur toni in muſica partim ſupernè, partim infernè. Lingua muſicam imitatur, cognoſcens quidem dulcedinem & acorem eorum quæ allabuntur, itemque diſſonantia. Pulſat autem ſonos ſupernè ac infernè: & neque ea quæ ſupernè pulſantur, ſi infernè pulſarentur, rectè haberent: neque quæ infernè, ſi ſupernè. Quum autem lingua probè fuerit attemperata, ſymphonia delectat: ſin diſcors, moleſtia afficit.

[197] Coriarij tendunt, terunt, pectinant, lauant. [198] Eadem eſt puerorum cura.

[199] Plicatores ac textores ducentes in orbem fila plicant, à principio in principium deſinunt. [200] Idem circuitus in corpore eſt: unde incipit, in eo deſinit.

[201] Aurum operantes, tundunt, lauant, molli igne liquant: forti autem non conflatur. Vbi uerò elaborauerunt, ad omnia utuntur. [202] Homo frumentum tundit, lauat, molit, & ubi igne coxit, utitur: & forti quidem igne in corpore non cõflatur, ſed leni tantũ.

[203] Statuarij imitationem corporis faciunt, anima excepta (nam mentem habentia non faciunt) ex aqua & terra, humida ſiccantes, & ſicca humectantes, ab his quæ ſuperabundant detrahunt, & ad ea quæ defi-

A ζεπη, τὰ δὲ ἄνω ἕρπει. [190] ἀπὸ μιῆς ψυχῆς διαιρεομένης, [191] πλέους καὶ μέους, καὶ μέζονες καὶ ἐλάσσονες.

[192] οἰκοδόμοι ἐκ διαφόρων σύμφορον ἐργάζοντες, τὰ μὲν ξηρὰ ὑγραίνοντες, τὰ δὲ ὑγρὰ ξηραίνοντες· τὰ μὲν ὅλα διαιρέοντες, τὰ δὲ διῃρημένα συνπήγνυντες (μὴ ἄτω δὲ ἐχόντων, οὐκ ἂν ἔχοι ἰδίως) [193] διαιταν ἀνθρωπίνῃ [2] μιμέεται. τὰ μὲν ξηρὰ ὑγραίνοντες, τὰ δὲ ὑγρὰ ξηραίνοντες, τὰ μὲν ὅλα διαιρέουσι, τὰ δὲ διῃρημένα συνπήγασι. τοῦτα πάντα διάφορα ἐόντα, ξυμφέρει τῇ φύσει. [2] μιμέονται

[194] μουσικῆς ὄργανον ὑποάρξαι δεῖ πρῶτον, ἐν ᾧ δηλώσει ἃ βούλεται ἁρμονίη. συντάξιες ἐκ τῶν αὐτῶν, οὐχ αἱ αὐταὶ, ἐκ τοῦ ὀξέος, ἐκ τοῦ βαρέος, ὀνόματι μὲν ὁμοίων, φθόγγῳ δὲ ἐχ ὁμοίων. τὰ πολλὰ διάφορα, μάλιστα ξυμφέρει· καὶ τὰ ἐλάχιστα διάφορα, ἥκιστα ξυμφέρει. εἰ δὲ ὅμοια πάντα ποιήσει τις, οὐκ ἔσται τέρψις. αἱ πλεῖσται μεταβολαὶ καὶ πολυειδέσταται, μάλιστα τέρπουσι.

[195] μάγειροι ὄψα σκευάζουσιν ἀνθρώποισιν, ἐκ διαφόρων παντοδαπὰ ξυγκείνοντες, ἐκ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ, βρῶσιν καὶ πόσιν ἀνθρώπων. ἢν δὲ πάντα ὅμοια ποιῇσι, οὐκ ἔχει τέρψιν. οὐδ' εἰ ἐν αὐτῷ πάντα ξυντάξειεν, οὐκ ἂν ἔχοι ὀρθῶς.

[196] κρούεται τὰ κρούματα ἐν μουσικῇ, τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω. γλῶσσα μουσικὴν μιμέεται, διαγινώσκουσα μὲν τὸ γλυκὺ καὶ τὸ ὀξὺ τῶν προσπιπτόντων, καὶ τὰ διάφωνα. κρούεται δὲ τοὺς φθόγγους ἄνω καὶ κάτω· καὶ ὅτε τὰ ἄνω κάτω κρουόμενα ὀρθῶς ἔχει, ὅτε τὰ κάτω ἄνω. καλῶς δὲ ἡρμοσμένης γλώττης, τῆς συμφωνίης τέρψις· ἀναρμόστου δὲ, λύπη.

[197] σκυτοδέψαι, τείνουσι, τρίβουσι, κτενίζουσι, πλυνοῦσι. [198] τοῦτα παιδίων θεραπήιη.

D [199] πλοκέες ἄγοντες, κύκλῳ πλέκουσιν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἰς τὠυτὸ ἐχθὲ τελευτῶσι. [200] τοῦτο περίοδος ἐν τῷ σώματι, ὁκόθεν ἄρχεται, ὅπῃ τοῦτο τελευτᾷ.

[201] χρυσίον ἐργάζονται, κόπτουσι, πλυνοῦσι, τήκουσι πρὸς μαλακῶ, ἰσχυρῷ δὲ οὐ συνίστανται. ἀπεργασάμενοι, πρὸς πάντα χρῶνται. [202] ἄνθρωπος σῖτον κόπτει, πλυνεῖ, ἀλήθει, πυρώσας χρῆται. ἰσχυρῷ μὲν πυρὶ ἐν τῷ σώματι δὲ συνίσταται, μαλθακῶ δὲ.

[203] ἀνδριαντοποιοὶ μίμησιν σώματος ποιέουσιν, πλὴν ψυχῆς (γνώμην δὲ ἔχοντα οὐ ποιέουσιν) ἐξ ὕδατος καὶ γῆς, τὰ ὑγρὰ ξηραίνοντες, †ἀφαιρέοντ') ἀπὸ τῶν ὑπερεχόντων, καὶ προστιθέασι πρὸς τὰ ἐλλείποντα, ἐκ τοῦ ἐλαχίστου † τὰ ξηρὰ ὑγραίνοντα

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 441 sur 736

πρὸς τὸ μέγιστον αὔξοντες. [204] πάσχει ὁ ἄνθρωπος. αὔξεται ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἐς τὸ μέγιστον, ἐκ τῶν ὑπερεχόντων ἀφαιρούμενος, τοῖσιν ἐλλείπουσι προστιθεὶς, τὰ ξηρὰ ὑγραίνων, καὶ τὰ ὑγρὰ ξηραίνων.

[205] κεραμέες τροχὸν διινέουσι, καὶ οὔτε ὀπίσω, οὔτε πρόσω χωρεῖ, καὶ ἀμφοτέρωσε ἅμα. τοῦ ὅλου μιμητὴς πρόσφορής. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐργάζονται ἐκ μιῆς προφερομένων παντοδαπὰ, ἀδὲν ὅμοιον τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ. [206] ἐκ τῶν αὐτῶν ἀνθρώποι πάσχουσι, καὶ τἄλλα ζῶα, ἐν τῇ αὐτῇ περιφορῇ πάντα ἐργάζονται ἐκ τῶν αὐτῶν, ὅμοιον οὐδὲν, τοῖσιν αὐτοῖσιν ὀργάνοισιν, ἐξ ὑγρῶν ξηρὰ ποιέοντες, καὶ ἐκ τῶν ξηρῶν ὑγρά.

[207] γραμματικὴ τοιόνδε. [208] σχημάτων σύνθεσις, σημήια φωνῆς ἀνθρωπίνης. [209] δύναμις, τὰ παροιχόμενα μνημονεύουσα, τὰ μετέα δηλοῦσα. [210] δι' ἑπτὰ σχημάτων ἡ γνῶσις. [211] πάντα ἄνθρωπος διαπερᾷ γραμματα, καὶ ὁ ἐπιστάμενος γράμματα, καὶ ὁ μὴ ἐπιστάμενος. [212] δι' ἑπτὰ σχημάτων καὶ ἡ αἴσθησις ἡ ἀνθρώπων. ἀκοὴ ψόφων, ὄψις φανερῶν, ῥὶν ὀσμῆς, γλῶσσα ἡδονῆς καὶ ἀηδίης, σῶμα διαλέκτου, σῶμα ψαύσιος θερμοῦ ἢ ψυχροῦ, πνεύματος διέξοδοι ἔσω καὶ ἔξω. διὰ τούτων γνῶσις ἀνθρώποισιν.

[213] ἀγωνίη, παιδοτρίβαι, τοῖον δι δάσκουσι. παρανομέειν κατὰ νόμον, ἀδικέειν δικαίως, ἐξαπατέειν, κλέπτειν, ἁρπάζειν, βιάζεσθαι τὰ κάλλιστα καὶ ἄριστα. ὁ μὲν τοῦτα ποιέων, κακὸς· ὁ δὲ τοῦτα ποιέων, ἀγαθός. ἐπίδειξις τῶν πολλῶν ἀφροσύνης. θεῶνται ταῦτα, καὶ κρίνουσιν ἕνα ἐξ ἁπάντων ἀγαθὸν, τοὺς δὲ ἄλλους κακούς. πολλοὶ θαυμάζουσιν, ὀλίγοι γινώσκουσιν.

[214] ἐς ἀγορὴν ἐλθόντες ἄνθρωποι, τοῦτα διαπεράσονται. ἐξαπατῶσι πωλέοντες καὶ ὠνεόμενοι. ὁ πλεῖστα ἐξαπατήσας, ἐστὶ θαυμάζεται.

[215] πίνοντες καὶ μαινόμενοι, τοῦτα διαπεράσονται. τρέχουσι, παλαίουσι, μάχονται, κλέπτουσιν, ἐξαπατῶσιν. εἷς ἐκ πάντων κρίνεται.

[216] ὑποκρινὴς καὶ ἐξαπάτης, [217] πρὸς ἑτέρους λέγουσιν ἄλλα, καὶ φρονέουσιν ἕτερα. [218] οἱ αὐτοὶ ἐξέρπουσι καὶ εἰσέρπουσιν, οὐχ οἱ αὐτοί. [219] ἕνι δὲ ἀνθρώπῳ ἄλλα μὲν λέγειν, ἄλλα δὲ ποιέειν, καὶ τὸν αὐτὸν μὴ εἶναι τὸν αὐτὸν, καὶ ποτὲ μὲν ἄλλῳ ἔχειν γνώμῃ, ὁτὲ δὲ ἄλλῳ. [220] οὕτω μὲν αἱ τέχναι πᾶσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐπικοινωνέουσιν.

A deficiunt apponunt, ex minimo ad maximũ augentes. [204] Eadem patitur homo. Augescit à minimo ad maximum, ex superabundantibus detrahens, & deficientibus apponens, ſicca humectans, & humida ſiccans.

[205] Figuli rotam uerſant, & neque retrorſum, neque antrorſum procedit, ſed ſimul in utranque partem. Vniuerſi hic imitator circularis eſt. In ea autem omnis generis opera dum circumaguntur efficiunt, alterum alteri in nulla re ſimile. [206] Ex ijſdem homines eadem patiuntur, itemque reliqua animalia, in eadem circumlatione omnia operantur, & ex ijſdem nihil ſimile, ijſdem inſtrumentis ex humidis ſicca facientes, & ex
B ſiccis humida.

[207] Grammatica tale quid eſt: [208] figurarum compoſitio, quæ ſigna ac notæ ſunt humanæ uocis: [209] facultas reuocandi in memoriam præterita, & quæ facienda ſunt declarandi. [210] Per ſeptem figuras notitia habetur. [211] Eadem omnia homo tranſigit, ſiue ſciens literas, ſiue literarum rudis. [212] Per ſeptem figuras etiam ſenſus hominibus contingit, Auditus ſonorũ, Viſus manifeſtorum, Naſus odoris, Lingua uoluptatis & iniucunditatis, Os ſermonis, Corpus tactus calidi aut frigidi, Spiritus tranſitus intrò ac foras. Per hæc cognitio hominibus aduenit.

[213] Palæſtra & pædotribæ tale quiddam
C docent: contra legem facere ſecundùm legem, iniuriam facere iuſtè, decipere, furari, rapere, uim inferre & honeſtiſsimè ac turpiſſimè. Qui hæc non facit, malus: qui hæc facit, bonus eſt. Indicium hoc eſt multorum inſcitiæ. Spectant, & unum ex omnibus bonum iudicant, reliquos uerò malos. Multi miranur, pauci cognoſcunt.

[214] Homines in forum progreſsi eadem faciunt. Defraudant enim tum uendendo, tũ emendo. Qui plurimum defraudauit, in admiratione eſt.

[215] Bibentes & inſanientes eadem patrant: currunt, luctantur, pugnant, furantur, decipiunt. Vnus hæc omnia præſtans iudicatur
D præſtantiſsimus.

[216] Hiſtriones & deceptores, [217] alia ad ſpectatores loquuntur, & alia ſentiunt. [218] Iidem erepunt, & irrepunt non ijdem. [219] Sic datum eſt homini, alia dicere, alia facere, & eundem non eſſe eundem, & nunc aliam habere mentẽ, nunc rurſus aliam. [220] Et in hunc ſanè modum artes omnes cum humana natura communicant.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 442 sur 736

ARGVMENTATIONE à ſimili ducta, quæcunq; hactenus de Hominis intra & extra uterum exiſtentis conformatione, nutritione & auctione dixerat, probaturus (quam Methodum Galen. lib. de Dogmatis Hippocratis & Platonis Hippocrateam uocat, à ſimili ad ſimile, à diſſimili ad diſſimile progredientem. Cuius exemplum præclarum hoc loco exhibet: non pauca etiã, licet minus illuſtria, com. de Natura humana, de Semine, de Natura pueri) Artis opera & inter ſe & cũ Naturæ operibus comparat, inter ſe planè ſimilibus. φύσις διὰ παντὸς ἴδιον, ſecundum Pythagoram. Quam quidem comparationem

Ignotam aliis affirmat, quòd ex manifeſtis occulta dignoſcere pleriq; homines neſciant. N. 146. Ignorantiam hãc

Proponit ſecundùm τὸ ἀκατάληπτον

Οπ. Artibus utuntur homines uarijs, naturæ æmuli, ſimilitudinis interim Artis & Naturæ penitùs ignari. N. 147.

Διότι. Quænam tantæ cauſa uæcordiæ? Deorum mens (διὸς μεγάλα διὰ βελὰς) qui hominibus conceſſere, ut ideas naturæ operum ſimulacris artium imitarentur, eaq; ſimulacra cognoſcerent: ſed ideas ipſas cognoſcere non conceſſere. N. 148.

Declarat per cauſas, uidelicet per

Materiam. Omnia enim ea, quæ uel arte uel natura conſtant, inter ſe & ſimilia ſunt & diſſimilia, ad idem conferentia & non conferentia: & ut ſpecies quoque attingamus, quæ oratione uidentur prædita, muta ſunt: quæ rationem habent, rationis ſunt expertia: diuerſo ſcilicet reſpectu. N. 149.

Formam. ὁ τρόπος ἐπαίνῳ ὁμολογούμενος & ὑπεναντίος. Modus omnium conſenſu approbatus, non ſemper idem, ſed ſubcontrarius ſibi interdum eſſe uidetur. N. 150. Declarat: Modum dico non Artis tantùm, ſed etiam Naturæ: cùm de ijs, quæ uel arte uel natura fiunt, non eadem ſemper homines uideantur ſentire. N. 151.

Efficientẽ. Namque

Homines Νόμοις ſiue Legem ſibijpſis poſuerunt, & conceptus formarunt de rebus, quarum naturam & eſſentiam ignorant. N. 152.

Dij Φύσιν exornarunt, hoc eſt, Res naturales, quibus hoc uniuerſum abſolui tur, produxerunt. N. 153.

Finem. Ergo opus

Hominum, Lex, inconſtans eſt, nec uera ſemper, nec falſa, ſed nunc cum natura conſentiens, nunc ab ea diſſentiens. N. 154.

Deorum, Natura, eodem ſemper ſeſe habet modo, ſuoq; principio, à quo promanauit, æterno atteſtatur: Itaque apud Deos & uera ſemper ſunt uera, & falſa ſemper falſa, & bona bona, & mala mala. N. 155.

Colligit. Tantum Recta & Vera à Non rectis atq; falſis differunt. N. 156.

Sibi cognitam exemplis declarare aggreditur: nimirum ut ex Artis manifeſtis operibus, & Artis & Naturæ opera occulta in homine cõformando & augendo & conſeruando (ſiquidem Ars Naturam Deorum permißione imitatur & exprimit in ſubiecto licet diuerſo) cognoſcantur. N. 157. Vti etiam N. 220 colligit. Quemadmodum Alexis Comicus Hominem uino ſimilem facit, & Plautus in Moſtellaria Domui eundem comparat, tam longa uterque quàm ingenioſa deductione. Actionum proinde ſimilitudinem tum Artificialium tum Naturalium ea qua ab Hip. proponuntur ſerie enarrabimus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 443 sur 736



FA-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 444 sur 736

©BIUM

FABRILIS ars & ars Gymnastica. Actiones eædē sunt, in subiecto licet diuerso, tum
- Fabrilis. N.174. Ferrum enim
  - Ignis opera, follium beneficio uentilati, emollitur à fabro.
  - Emollitum crudo alimento priuatur & purgatur.
  - Alimento ablato rarefit.
  - Rarefactum tunditur & feritur.
  - Tusum aquæ immersum induratur & firmatur.
- Gymnastica. N.175. Pædotriba corpus iuuenile
  - Caloris ui, exercitijs omnigenis ceu follibus quibusdam excitati, emollit & colliquat.
  - A colliquatione alimento superfluo priuat.
  - Alimento detracto rarefacit.
  - Rarefactū insuper percutit, terit (fricando) purgat (sudoribus in laconico.)
  - Percussum, fricatum, purgatum tum externa perfusione aquæ firmat, tum interna alimenti submiſtratione corroborat.

FVLLONIA. Actiones eædem sunt
- Fulloniæ circa uestimenta, aut ea quæ in uestimentorum usum uenire possunt, ut lanæ, fili & similium. Calcant pedibus, manibus feriunt, lauant (pro λυμαινόμενοι, destruentes, malim πλυνόμενοι) tundunt, trahunt: debilitando (ut uidetur) robur addunt: superflua deradendo, & alia attexendo, ornatum addunt. N.176.
- Medicinæ & Gymnasticæ circa corpus humanum. N.177.

ACTIONES eædē circa
- Corium & calceum artis Sutoriæ: calceo marcidam soleam auferre, nouam punctione filoq; assuere. N.178.
- Corpus humanū tū
  - Naturæ. Si quidem cibum integrum in partes diuidit: partes rursus in unum congerit pro alimento corporis totius. N.179.
  - Artis medicæ. Namque & pungendo & secando chirurgi morbos externos curare solent. N.180. Ex hoc loco Galenus occasionem sumsisse uidetur, ut Medicinam Veteramentariæ similem faceret, lib. de Constitut. artis.

CONATVS ijdem
- Artis medicæ. Id quod morbum facit auferendo, sanitatem restituit. N.181.
- Naturæ. Illa enim sessionis molestiam deambulatione, deambulationis laborem quiete sessionis uel accubitus leuare conatur, & per contraria cōtrarijs mederi studet. Quæ ipsa Medicæ artis propria uidentur esse: cùm tamen non tam artis sint propria, quàm Naturæ artem imitantis. N.182.

ACTIONES eædē
- Fabrorū lignariorum quo ad
  - Efficientem principem & instrumētalem. Namq; duo
    - Serra secant, alter trudit, alter trahit, idemq; alternis faciunt. N.183. φέρει. An pro συμφέρει? ut infrà n.193.
    - Terebrant, alter trahit, alter pellit. N.184. Quòd si unus tantùm terebret, altera quidē parte manus trahere, altera pellere uidetur, motuq; composito uti extractione & pulsione.
  - Subiectum lignum. Namque & dum
    - Pellunt, id, quod infrà est, sursum ascendit. N.185. Ex n.189 legendum uidetur, τὸ μὲν ἄνω ἔρπει, τὸ δὲ διέτμω.
    - Minuunt, & magnitudini demunt, augent quo ad numerum. N.186.
- Facultatis concoctricis in corpore humano. N.187. quo ad
  - Efficientem
    - Principem. Eadem animæ facultas est. N.190.
    - Instrumentalem. Spiritu utitur tanquam instrumento, qui alternis nunc attrahit, nunc expellit. N.188.
  - Subiectum alimentum. Nam dum
    - Pellitur ad interiora ut concoquatur, denuò emergit, & ad exteriora transmittitur. N.189.
    - Diuiditur in partes, incremento simul & decremento confert. N.191.

OPE

OPERA eadem
- Architectonicæ, ex differentibus unum totum constituentis. N. 192. Architecti enim &
  - Humida ſiccant, & ſicca humectant.
  - Integra diuidunt, & diuiſa componunt.
- Diætæ humanæ. Namq; contraria ad unius & eiuſdem conſeruationem faciunt. N. 193. Ergo quo ad
  - Qualitatem,
    - Sicca humectantur.
    - Humida ſiccantur.
  - Quantitatem,
    - Tota diuiduntur.
    - Partes componuntur.

MVSICVM organum quodcunque, ſiue manu ſiue ſpiritu ſonum edere cogatur, abſque uoce humana, tanquam materiã habet Sonos certis diſcriminibus comprehenſos, graues & acutos: eorundemq; συστοιχίαν ueluti formam, cùm uel conſonent, unde συμφωνία oritur, uel diſſonent. Quæ uoces conſonant rurſus uel plurimum diſtant, ut in Diapaſon: uel medio modo diſtant, ut in Diateſſaron & Diapente. Quæ minimum diſtant, non conferunt: quæ nihil diſtant, uniſono ſuo ingrata reddunt. N. 194. Similiter in Diæta humana: Corpus ueluti organum eſt: cibus qui ingeritur, materia: forma eiuſdem præparatio in diuerſis locis nunc craſſior nunc ſubtilior. Quæ maximè diſtat, concoctio tertia ſcilicet, maximè conuenit, & alimentum proprium corporis euadit.

COQVINARIÆ conſimilis ratio. Nam uarietas ipſa delectationem affert palato: ſi neque ſimilia ſint omnia (πάντα ὅμοια) neque diſſimilia omnia (οὐ τῷ αὐτῷ πάντα) ſed diſcors adſit concordia. N. 195.

MVSICA organica, cui uox humana accinit, qualis eſt citharœdorum, duplicem requirit harmoniam: tum pulſuum ſiue crumatum inter ſe, tum uocis modulationum cum ipſis pulſibus. N. 196.

OPERA eadem
- Coriariorum circa pelles. Extendunt, terunt, pectunt, lauant. N. 197.
- Matrum & Nutricum circa corpus puerile, quod exiccant ad ignem, fricant, pectunt, lauant. N. 198.

MOTVS idem
- Textoriæ artis fila plicantis. N. 199.
- Corporis humani. Circuitus idem, ab intra ad extra, ab extra ad intra. N. 200.

EADEM cura
- Auri. Aurum tundunt, ablauunt, igni blando liquant, conflant in maſſam, ex ea oportuna quæque fabricant. N. 201. Vide G. Agricolam lib. 10. de Re metallica.
- Frumenti. Trituratur, abluitur (uel uentilatur) molitur, pinſitur, in clibano coquitur, in uentriculo concoquitur. N. 202.

SIMILES actiones
- Artis plaſticæ, quæ ſtatuam humani corporis æmulam ex luto & creta fingit, ſed inanimem. N. 203. An ad Dædaleas ſtatuas alludit, quas animatas fuiſſe, hoc eſt, αὐτομάτους, cùm ſuapte ſponte progrederentur (quales illic apud Homerum Vulcani tripodes) tradunt hiſtoriæ? Alij uerò Dædalum Athenienſem primùm ea arte ſtatuas effigiaſſe aiunt, ut uiuentibus ſimiles uiderentur: cùm rudia admodũ & impolita ueterum eſſent artificũ ſigna, teſte Pauſania.
- Naturalis facultatis in homine, quæ alimentum addit corpori humano, non autem animo: quia anima ingreditur, non generatur. Anima tamen augeri dicitur in præced. paſſim, non per ſe, ſed ratione corporis organici. N. 204.

SIMILIS eſt
- Ars figuli, qui rota in eodem loco ſemper circumacta, lutum humectando & exiccando, omnigena uaſa fingit. N. 205.
- Natura uniuerſi, perpetuo & conſtante motu cœleſtis influxus, ex elementari materia omnigena genera naturalium mixtorum efformans. N. 206.

SIMI-

SIMILES inter se sunt

Ars Grammatica. N. 207. Huius enim

Materia sunt χήματα, figuræ, Literæ scilicet, siue considerentur materialiter, ut cadunt sub uisum scriptione, aut sub auditum pronunciatione: siue formaliter, secundùm potestatem suam: cùm aliæ sint consonantes masculæ, aliæ uocales septem ceu fœminæ: illæ per se uocem non edunt, at his coniunctæ uocem edunt. N. 210.

Forma est coniunctio harum figurarum dearticulata, materialem uocem imitans, simulacrum eorum qui in mente humana residēt conceptuum. N. 208.

Efficiens, Homo. N. 211. Nitens & { Artis præsidio. / Naturæ ductu.

Finis. N. 209. Vt literarum beneficio & { Præteritorum quæ facta sunt memoria conseruetur. / Præsentium quæ fiunt ratio oratione explicetur. / Futurorum quæ fient cognitio communicetur.

Natura corporis sentiens, qua cognoscimus ea quæ extrinsecus incidunt. Septem namque figuris nititur, siue speciebus: Sono auditus Aurium, Colore uisus Oculorum, Odore olfactus Narium, Sapore gustatus Linguæ, Calore & Frigore tactus totius Corporis. His quinque adiungit Orationem Oris, & Spiritum intra & extra cōmeantem Thoracis, quorum utrumque ad Motum potius corporis, quàm ad Sensum pertinet: illa quidem uoluntarium absoluit, hic uerò naturalem, uoluntario etiam succenturiante: neque ad cognitionem propriam faciunt eorum, quæ corpori obijciuntur, ut Sensus: sed Oratio communicat sua alijs, Respiratio uerò in corpus inuehit aerem & euehit. Etsi uerò per Orationem mentis conceptus cognoscuntur, non tamen iccircò oratio ad cognitionem facit eius qui loquitur, sed ad cognitionem tantùm alterius, qui audit. N. 212.

ARTES deceptoriæ naturam humanam imitātur. Et quidem

Ars deceptoria est tū

Palæstrica. Gymnastica talè quid docet: secundùm legem gymnasij aduersarium ferire (quod extra illum locum contra leges esset) supplantare, ui doloq; uti: furari, rapere, uiolentiam inferre & honestè & inhonestè. Qui hæc facere potest, bonus: qui nequit, malus iudicatur. Multorum inscitiæ hoc argumentū est (Græcorū insaniā popularem in spectandis ludis gymnicis tacitè reprehendens: quæ tanta fuit, ut irrumpente etiam in Græciam Xerxe, securi sederent, & spectarent Olympia.) Admirantur enim hæc facientem omnes, & uirtutis hoc esse putant: causam tamen non intelligunt, ab ipsius naturæ similitudine petitam. N. 213.

Mercatorum. Emendo & uendendo decipiunt: qui plurimum decipit, is optimus habetur. N. 214.

Ex mero debacchantium. Currunt, luctantur, pugnant, furantur, decipiunt. Qui hæc scitissimè omnia fecerit, palmam aufert. N. 215. Vt illic Alcibiades, qui per comum omnia uasa abstulit amatori, & amico pauperi largius est.

Histrionum. Histriones etiam Deceptores sunt. Vel, Histriones & Deceptores idem faciunt. N. 216. Nam quo ad

Subiectum alia dicunt alia cogitant coram idiotis & simplicibus. πρὸς μὴ εἰδότας: uel ἰδιώτας: uel certè ἰδόντας, coram spectatoribus decorum personæ suæ tuentur, rident, plorant, irascuntur, metuunt, simulatè omnia, neq; ex animi sententia. N. 217.

Efficientem histrionem, in scenam primùm egreditur, mox ubi personæ satisfecit, regrediens, mutat personam, & denuò in scenam egreditur, idem & diuersus. N. 218.

Natura hominibus uersipellem animum indidit, ut alia sentiant, alia loquantur, alia faciant: quinetiam ijdem de rebus ijsdem contraria sæpe sentiant. N. 219.

CA-

©BIUM

CAPVT IX.

Generalis ortus & incrementi humani theoriam prædictam singularium inductione illustrandam confirmandamq; proponit.

Ηδὲ[221] ψυχὴ ἓξ ἀνθρώπου, ὥσπερ μοι καὶ πρόσθεν εἴρηται, σύγκρησιν ἔχουσα πυρὸς καὶ ὕδατος, [a] μέρη ἓ ἀνθρώπου, ἐσέρπει ἐς ἅπαν ζῶον, ὅτι περ ἀναπνέει, καὶ δὴ καὶ ἐς ἄνθρωπον πάντα, καὶ νεώτερον καὶ πρεσβύτερον.[222] αὔξεται ἓ οὐκ ἐν πᾶσιν ὁμοίως.[223] ἀλλ' ἐν μὲν τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων, ἅτε τάχεος ἐόσης τῆς περιφορῆς, καὶ ἓξ σώματος ὄντος αὐξίμου, [b] ἐκπερώμενα δὲ λεπτυνόμενα καταναλίσκεται ἐς τὴν αὔξησιν ἓξ σώματος.[224] ἐν δὲ τοῖσι πρεσβυτέροισιν, ἅτε βραδείης ἐούσης τῆς κινήσιος, καὶ δὴ ψυχροῦ ἓξ σώματος, καταναλίσκεται ἐς τὴν μείωσιν ἓξ ἀνθρώπου.[225] ὀλίγοι δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντά ἐστι, καὶ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι, δύναται τρέφειν δὲ αὔξειν.[226] δύναιτο ἓ ἄνθρωποι, ὅσοις δύναται πλείστους ἀνθρώπους τρέφειν, ἔτι ἰσχυρός. ἀπολειπόντων ἓ τῶν περὶ αὐτὸν τρεφομένων, ἔτι ἀσθενέστερος.[227] πλῆθος δὲ ἑκάστου τῶν σωμάτων. πλεῖστα, ὀκοῖα πλεῖστος δύναται ψυχὰς τρέφειν, ταῦτα ἰσχυρότερα. ἀπελθόντων ἓ τούτων, ἀσθενέστερα.[228] ὅ, τι μὲν ἓν ἄλλοσε ἐσέλθῃ, οὐκ αὔξεται· ὅ, τι ἓ ἐς τὴν γυναῖκα, αὔξεται, λὴν τύχῃ τῶν προσηκόντων.[229] διακρίνεται δὲ τὰ μέλεα ἅμα πάντα καὶ αὔξεται· καὶ οὔτε πρότερον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου, οὔθ' ὕστερον· τὰ δὲ μέζω φύσει, πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων, οὐδὲν πρότερα γινόμενα.[230] οὐκ ἐν ἴσῳ δὲ χρόνῳ πάντα διακόσμεται, ἀλλὰ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ ἓ βραδύτερον, ὅκως λὴν καὶ ἓξ πυρὸς ἑκάστοι τύχῃ, καὶ τροφῆς.[231] τὰ μὲν οὖν ἐν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν ἡμέρῃσιν ἴσχει,[232] τὰ δὲ ἓξ ἐν τετραμήνῳ.[233] ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται τὰ μὲν θᾶσσον, ἑπτάμηνα, τελέως· τὰ δὲ βραδύτερον, ἐννέα μησὶ τελέως ἐς φάος ἀναδείκνυται, ἔχοντα τὴν σύγκρησιν, λόγῳ περ καὶ διὰ παντὸς ἕξει.

PORRO[221] anima hominis, quemadmodum etiam antea à me dictum est, ignis & aquæ temperiem habens, partes autē hominis, irrepit in omne animal, quod quidem spirat, itemq; in omnem hominem, & iuniorem, & seniorem.[222] Non tamē similiter in omnibus crescit.[223] Sed in iuuenibus corporibus, cùm uelox sit circumlatio, & corpus incremento aptum, anima uelut expansis alis incubante attenuatæ alimenti partes, in corporis incrementum absumuntur.[224] In senioribus autem, utpote tardo existēte motu, & corpore frigido, in decrementum hominis consumuntur:[225] Quæcunq; uerò corpora in uigore sunt, & in ætate fœcunda, ea & nutrire & augere possunt.[226] Potentes autem homines, ut quisq; plurimos homines alere potest, ita fortis iudicatur ac potēs: ubi uerò defecerint, quos alit, imbecillior censetur.[227] Sic etiā circa singula corpora se res habet. Ferè quæcūq; plurimas animas nutrire possunt, ea fortiora sunt: ubi uerò hæ discesserint, imbecillióra.[228] Quicquid igitur in aliud corpus ingressum fuerit, non augescit: quicquid uerò in fœminā, augescit, si ea quæ ipsi congrua sunt obueniant.[229] Discriminantur autem partes, & augescunt simul omnes, & neq; una prior altera, neq; posterior. Maiores tamē natura priores apparēt minoribus, etsi priores non existunt.[230] Neq; uerò in æquali tēporis spacio oēs fœt⁹ efformātur, sed alij citiùs, alij tardius, prout rationē ignis & alimenti fuerint nacti.[231] Quidā igitur in quadraginta ac tribus diebus formam obtinent:[232] quidam in quatuor mensibus.[233] Similiter etiam nascuntur, aliqui citiùs, septimo mense perfectè: aliqui tardiùs, cùm perfectè nono mense in lucem prodeant, eam habentes temperiem, quam semper habebunt.

[a] μοῖραν

[b] ἐκπεπταμένα

ANIMA hominis, uti suprà n. 108. diximus, temperiem ignis & aquæ induta, conuenientem humano corpori, tāquam uehiculum suum, quod propter tenuitatem & agilitatem Aethereum appellari posse suprà diximus (μέρη ἓ ἀνθρώπου, siue οὐ μέρει, siue ut suprà μοῖραν ὁλόκ. ἀνθρώπου, quæ temperies corpori hominis tantum nō alteriusanimalis conueniat) in omne animal respirans irrepere potest, adeoq; etiam in ipsummet hominem, tam iuuenem quàm senem. N. 221. Posteaquam autem irrepsit, non in quouis animali, sed in homine tantùm augetur: nec in homine quouis, sed in eo tantùm ubi augeri potest, nimirum in muliere: quandoquidem in illa sola alimentum sibi cōueniens, humanum scilicet, inuenit. Animam eandem uniuersi & singularum partium esse uult, differre tantùm ratione materiæ, uehiculi scilicet ætherei quod conscendit, cuius merito non quoduis corpus, sed sibi tantùm assimilem informat. Corpus enim æthereum requirit corpus elementare siue materiale simile, similem scilicet σύγκρησιν πυρὸς & ὕδατος habens, quæ innumeris modis uariare potest. Substātiam quandam ponere uidetur mediam inter Animam insensibilem, & Corpus sensibile, purissimā illam, & proinde à Platone in Timæo Aetherei uehiculi appellatione dignatam, utriusq; uinculum: cuius cùm uaria temperies esse possit, animam quoq; ad hoc uel illud corpus, uehiculo illi cognatum, subeundum, manu ducere uidetur. quod infrà n. 244 & seq. docet. Vide in sequentibus signum A.

A. Postea

©BIUM

A. Posteaquam igitur anima corporis purissimi & humanæ naturæ consentanei uehiculo usa humanũ corpus subijt, in eodẽ oportuni alimenti usu increscere potest. Proinde ad singulares incrementi rationes descendere uidetur. Augmentum enim humanum

- Proponit, respectu
  - Efficientis: Non quoduis corpus ad Animæ incremẽtum aptum esse. N. 222. Siue spectes
    - Aetatem. Quod ipsum
      - Deducit. Alia enim ætas ad animæ ingredientis susceptionem & incrementũ apta
        - Non est, nimirum tum
          - Puerilis & Iuuenilis. Namq; & uelox est motus alimenti propter caloris concoctricis uigorem, & attractrix facultas ualida est, ita ut quicquid accedit alimenti, in corpus proprium concoctum & attenuatum absumatur, nihilq; alienæ animæ quo augeatur reliqui fiat. N. 223. ἐκπτερούμενα. ἐκπτερύσσειν, auium est, quando cùm aliàs, tum præsertim in sole alis expansis semetipsas uerberant & ad alacritatem excitant. Transfertur hic ad animam, quæ in iuuenili corpore libenter uersatur, & ad omnia munia obeunda alacris est. Corn. legit ἐκπεπταμένα, ad partes alimenti referens. Sic etiam legi posset ἐκπεπτόμενα, aut ἐκτιλούμενα.
          - Senilis. Namque & tardus est alimenti motus, ob caloris concoquentis debilitatem, & attractrix est debilis. Proinde cùm proprio corpori nequeat prospicere, sed alimenti maior portio in excrementum abeat, alienæ animæ multo minus rationem habere poterit. N. 224.
        - Est, nimirum Aetatis ipsius pars florentissima, quæ non tantùm alimentum pro suo corpore augendo conficere, sed ex eo quod superabundat etiam alienam animam ingredientem alere & augere potest. N. 225.
      - Cõfirmat & illustrat similitudine:
        - Quemadmodũ potens homo dicitur, qui inimicis suis magnũ numerum clientum, amicorũ, seruorumq;, quandiu illis alimenta & stipendia præbet, obijcere potest. At quando nequit amplius, impotens redditur. N. 226.
        - Ita corpus, quod florida ætate plures animas, nimirum & suam & alienam nutrire potest, robustius censeri debet. Quando uerò nutrire non potest, ut puerile uel senile corpus, illud debilius meritò iudicatur. N. 227. πλεῖστα ταῦτα ἰσχυρότερα, ὁκοῖα πλεῖστας δύναται ψυχὰς τρέφειν. Plerunq; & magna ex parte fœminæ quæ possunt nutrire & actu nutriunt, quia pariunt & lactant, sunt robustiores & uegetiores, quàm steriles.
    - Sexum. Neque enim in corpus uirile ingressa anima, sed in muliebre tantùm, tanquam in locum conuenientem, si ætas insuper & reliqua accedant, crescere potest. N. 228.
  - Effectus, Fœtus scilicet tã masculi quã fœminei. N. 234. Fœtus namq; intra matrem conceptus,
    - Intra uterũ
      - Conformatur secundùm omnes partes eodem tempore. Partes tamen maiores prius conspiciuntur. Et hæc διάκρισις est. N. 229.
      - Perficitur, & anima in perfectis organis uires suas exercere uidetur, nũc citius, nunc tardius: pro portione ignis, quæ cuiq; cõtigit. Et hæc διακόσμησις dicitur. N. 230. Alius namque fœtus uiuit
        - Citius, Mas nimirum, quia calidior est. N. 231.
        - Tardius, quarto demum mense, Fœmina scilicet, quia frigidior. N. 232.
    - Extra uterum editur nunc celerius, septimo mense: nunc tardius, nono mense: pro uaria nimirum temperie, quam ad extremum usque etiam extra lucem editus seruat. N. 233.
- Declarat, CAP. SEQVENTIBVS.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 449 sur 736

©BIUM

CAPVT X.

Ortus & incrementi humani diuersitatem secundùm sexum in mare & fœmina ostendit.

ΑΡΡΕΝΑ[234] μὲν ἓν ⊄ θῆλεα ἐν τῷδε τῷ τρόπῳ γίνοιτ' ἂν ὡς αὐτάριστον.[235] τὰ δὲ θῆλεα, πρὸς ὕδατος μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ⊄ ὑγρῶν ⊄ μαλθακῶν αὔξεται, ⊄ σίτων, καὶ ποτῶν, ⊄ ἐπιτηδευμάτων.[236] τὰ δ' ἄρσενα, πρὸς πυρὸς μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ξηρῶν σκληρῶν καὶ θερμῶν, σίτων τε καὶ λοιπῆς διαίτης.[237] ἢν οὖν θῆλυ τεκεῖν βούλοιτο, τῇ πρὸς ὕδατος διαίτῃσι χρηστέον. ἢν δὲ ἄρσενα, τῇ πρὸς πυρὸς ἐπιτηδεύσει διαιτητέον. καὶ οὐ μόνον δὲ τὸν ἄνδρα δεῖ ἓν διαφέρεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα.[238] οὐ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς μοῦνον αὔξιμόν ἐστι ἀποκριθέν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, διὰ τόδε.[239] ἑκάτερον μὲν τὸ μέρος οὐκ ἔχει ἱκανὴν τὴν κίνησιν τῷ πλήθει τοῦ ὑγροῦ, ὥστε καταναλίσκειν τὸ ἐπιῤῥέον, καὶ [a] ξυνίστασθαι δὲ ἀσθενέως ἓν πυρός.[240] ὁκόταν δὲ ἀμφότερα συνεμπέσωσι τύχῃ, ἐμπίπτει πρὸς ἄλληλα, τὸ πῦρ τε πρὸς τὸ πῦρ, ⊄ τὸ ὕδωρ ὡσαύτως.[241] ἢν μὲν οὖν ἐν ξηρῇ τῇ χώρῃ περικυλίεται, κρατέει δὲ ξυνεμπεσὸν ὕδατος, καὶ ἀπὸ τούτου αὔξεται τὸ πῦρ, ὥστε μὴ κατασβέννυσθαι ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος κλύδωνος, ἀλλὰ τό τε ἐπιὸν δέχεσθαι καὶ συνιστάναι ὑπάρχον.[242] ἢν δὲ ἐς τὸ ὑγρὸν πέσῃ, ἐξαυτῆς ἀπ' ἀρχῆς κατασβέννυταί τε ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος κλύδωνος, καὶ διαλύεται εἰς τὸν μέσον τόπον.[243] ἐν μιῇ δὲ ἡμέρῃ τοῦ μηνὸς ἑκάστου δύναται συλλῆαι καὶ κρατῆσαι τῶν ἐπιόντων, ⊄ ταῦτ' ἢν τύχῃ ξυνεμπεσόντα παρ' ἀμφοτέρων κατὰ τόπον.[244] ξυνίστασθαι δὲ σῶμα καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν πρὸς ἄλληλα, διότι ἡ μὲν ψυχὴ τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖσιν ἐμψύχοισι, τὸ δὲ σῶμα διαφέρει ἑκάστου.[245] ψυχὴ μὲν οὖν αἰεὶ ὁμοίη, καὶ ἐν μείζονι καὶ ἐν ἐλάσσονι· οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται οὔτε διὰ φύσιν, οὔτε δι' ἀνάγκην.[246] σῶμα δὲ οὐδέκοτε τὠυτὸ οὐδενὸς, οὔτε κατὰ φύσιν, οὔθ' ὑπ' ἀνάγκης· [b] τὸ μὲν διακρίνεσθαι εἰς πάντα, [c] τὸ δὲ ξυμμίσγεσθαι πρὸς ἅπαντα.[247] ἢν μὲν οὖν ἄρσενα τὰ σώματα ἀποκριθέντα ἀμφοτέρων τύχῃ, αὔξεται κατὰ τὸ ὑπάρχον, καὶ γίνονται οὗτοι ἄνδρες λαμπροὶ τὰς ψυχὰς, καὶ τὸ σῶμα ἰσχυροὶ, ἢν μὴ ἀπὸ διαίτης βλαβῶσι τὸ ἔπαν.[248] ἢν δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἄρσεν ἀποκριθῇ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς γυναικὸς θῆλυ, καὶ ἐπικρατήσῃ τὸ ἄρσεν (ἢν μὲν τύχῃ, πρὸς μίσγεσθαι πρὸς τὸ ἰσχυροτέρῳ ἡ ἀσθενεστέρῃ· ἃ γὰρ ἔχει πρὸς τὸ ὁμοτροφώτερον ἀποχωρήσαντα τὰ περιόντων πρὸς δέχεσθαι

MASCVLI[234] igitur & fœmellæ hoc modo gignuntur, quantum eius fieri poteſt.[235] Cæterùm fœmellæ ab aqua magis, & à frigidis ac humidis & mollibus augeſcunt tum cibis, tum potibus, itemque ſtudijs ac exercitijs. [236] Maſculi uerò magis ab igne, à ſiccis uidelicet ac calidis cibis & reliqua diæta.[237] Si igitur fœmellã procreare uelit, diæta ad aquam uergente utendum eſt. Si uerò maſculum, exercitijs ac uictu ad ignem tendente utetur.[238] Neque ſolùm uirum hoc facere oportet, ſed etiam mulierem. Non enim ſolùm quod à uiro excernitur ad incrementum confert, ſed etiam quod à muliere, ob hanc ſanè cauſam.[239] Vtraque pars ſufficientem motum non habet ad humoris multitudinem, ut quod influit conſumat, ſed concreſcit propter ignis debilitatem.[240] Quum uerò ambæ in idem coinciderint, mutuò in ſe incurrunt, ignis ad ignem, & aqua ſimiliter.[241] Si quidem igitur in ſicco loco circumagatur, aquam quæ ſimul illapſa eſt ſuperat, & ab hac ignis augeſcit, ne ab illabente unda extinguatur, ſed & id quod ſuperuenit excipiat, & quod iam ineſt congreget.[242] Si uerò in humorem inciderit, ſtatim ab initio extinguitur ab illabente unda, & in minorem ordinem diſſoluitur.[243] In una autem die uniuſcuiuſque menſis, congregare ac ſuperare ea quæ accedunt poteſt: & hoc ſi coinciderint ab utriſque in eundem locum.[244] Conſiſtere autem poſſunt inter ſe & fœmella & maſculus, propterea quòd anima idem eſt in omnibus animatis: at corpus uniuſcuiuſq; differt.[245] Anima quidem ſemper ſimilis, & in maiore, & in minore. Non enim alteratur, neque per naturam, neque per neceſsitate.[246] Corpus autem nũquam idem in ullo aliquo eſt, neque ſecundùm naturam, neq; ex neceſsitate, cùm partim ſecernatur in omnia, partim commiſceatur ad omnia.[247] Si quidem igitur maſcula corpora ab utriſq; ſecreta fuerint, augeſcunt pro re preſenti, & fiunt hi uiri animis ſplendidi, & corpore fortes, niſi à diæta ſubſequente damnum accipiant.[248] Si uerò à uiro maſculum ſemen ſecernatur, à muliere fœmineum, & ſuperauerit maſculum, (quod quidem ſi contingat, genitura debilior admiſcebitur fortiori, cùm non habeat aliud quid ex ijs quæ adſunt familiarius ad quod ſecedere poſsit: adeoq; ſuſcipit parua maio-

[a] ξυνίστασθαι
[b] ὑπ'
[c] διακρίνεσθαι εἰς πάντα

maiorem, & maior minorem, eaque ſimul in ea quæ adſunt dominium exercent) tunc ſanè maſculum augeſcit, fœmineum uerò minuitur, & in aliam ſortem ſecernitur. Qui quidem minus prioribus ſplendidi fiunt, tamen quia maſculum à uiro excretum ſuperauit, uiriles euadunt, & uirorum nomen meritò obtinent.[249] At ſi à muliere quidem maſculum ſecretum fuerit, à uiro autem muliebre, ſuperauerit autem maſculum, augeſcit eodem modo ſicut prius, fœmineum uerò minuitur: fiuntque hi Androgyni, & meritò ſic appellantur. [250] Et tres quidem hæ ſunt generationes hominum, differentes in eo, quòd magis aut minus tales ſint, propter partium aquæ temperamentum, & alimenta, & educationes, & conſuetudines. De quibus etiam in progreſſu ſermonis agam. [251] Cæterùm fœmella eodem modo gignitur. Si enim ab utriſque fœmineum ſecretum fuerit, mulieroſiſſimæ ac ingenioſiſſimæ fient. [252] Si uerò à muliere quidem fœmineum, à uiro autem maſculum, ſuperauerit autem fœmineum, audaciores quidem prioribus fient, ueruntamen decoræ etiam ipſæ. [253] Si uerò à uiro quidem fœmineum, à muliere uerò maſculum ſecretum fuerit, & fœmineum ſuperauerit, augeſcit eodem modo, & fiunt hæ audaciores adhuc prioribus, & Viragines nominantur. [254] Si autem quis non credat animam animæ admiſceri, ratione caret. [255] Si quis enim carbones candentes candentibus adijciat, fortes debilibus, & alimentum ipſis præbeat, ſimile corpus omnes exhibebunt, neque alter præ altero cognoſcetur, ſed in qualicunque corpore ignem excitauerint, tale in omnibus erit: ubi uerò præſens alimentum conſumſerint, ſecernuntur in id quòd occultum eſt. [256] Idipſum quoque anima hominis patitur.

  - Curam diæta fieri posse asserit, fomẽtationibus totius & purgationib. elleboricis sæpius repetitis: pulmonis quin etiam euacuatione, ut præcordia à craßis & uiscidis humoribus liberẽtur: quandoquidẽ, calori qui in corde est, fortißimo & siccißimo omnium actionum principatum tribuit. n. 145. Infrà n. 330. à corde in pulmonem expelli species sensibiles affirmat. N. 326.

B. Si

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 466 sur 736

©BIUM

B. Si Aquam superet Ignis

- Parum, puram purus,
  - Natura quidem benè constituti sunt & animo & corpore, celeriterq; sentiunt, nec admodum mutabiles sunt. N. 327.
  - Educatione & melior & deterior reddi potest constitutio. N. 328. Declarat diætam horum salubrem. N. 329.
- Multum,
  - Ingenio & sensibus redduntur acuti, sed minus constantes prioribus, eò quia species, quæ offeruntur, in perpetuo sunt motu (διότι κινέεται τὰ παραγινόμενα. n. 315. προσπίπτοντα uocauit. Pro κρίνεται lego κινέεται) quandoquidem à corde (in quo animam sentientem constituere uidetur, uti etiam suprà n. 145. igni, qui in Arterijs est, tanquam principi, & animi & corporis communes actiones atque passiones tribuit) ad pulmonem propter celeritatem motus expellũtur. N. 330.
  - Cura multa opus habent, ut conseruentur & corrigantur. N. 331. An pro καύματος φλεγμονὴν legendum αἵματος φλεγμονὴν? Quòd uerò illos à cibo potius quàm ante cibum actiones obire præcipit, eò fit, ut calor nimius uapore cibi attemperatus actiones stabiliores pariat. Sic Arist. in Physicis quæst. (teste Apollonio in Mirab. hist.) eos qui semel tantùm in die comedunt amarulentioribus moribus esse asserit, propter utriusque bilis incrementum animum uehementer turbantis, quàm qui bis in die cibum sumunt. Mercur. lib. 2. cap. 21. Var. Lect.
- Plurimum,
  - Ingenio redduntur acuto, & ne in somnis quidem quiescente, ad insaniam leui de causa propenso. Iccirco ὑπομαινόμενοι dicuntur. N. 332.
  - Cura maxima indigent. N. 333.

CAPVT XIV.

Ortus & incrementi humani diuersitates, quo ad animi uim ὀρεκτικὴν, enarrat.

AT [338] uerò talium nulla amplius contemperatio. In quo genere est, Iracundus, Segnis, Dolosus, Simplex, Maleuolus, Beneuolus. [339] Horum omnium causa in naturam meatuum, per quos anima penetrat, referri debet. [340] Per qualiacunque enim uasa secedit, [341] & ad qualiacunque alliditur, [342] & qualibuscunque admiscetur, talia sapiunt. [343] Et propterea hæc talia diæta immutari nequeunt. [344] Naturam enim occultam transformare non licet. [345] Similiter autem & uocis, qualiscunque tandem fuerit, meatus spiritus causa sunt. [346] Per qualescunque enim aer mouetur, & ad qualescunque alliditur, talem necesse est & uocem esse. [347] Et hanc quidem tum deteriorem, tum meliorem facere possibile est: quia læuiores ac asperiores meatus spiritus facere possibile est: illud uerò per diætam alterare impossibile est.

ΤΩΝ [338] δὲ τοιούτων οὐκ ἐστὶν ἡ σύγκρησις ἔτι· οἷον ὀξύθυμος, ῥάθυμος, δόλιος, ἁπλοῦς, δυσμενὴς, εὔνους. [339] τῶν τοιούτων ἁπάντων ἡ φύσις τῶν πόρων, δι' ὧν ἡ ψυχὴ πορεύεται, αἰτίη ἐστί. [340] δι' ὁκοίων γὰρ ἀγγείων ἀποχωρεῖ, καὶ [341] πρὸς ὁκοῖά τινα προσπίπτει, [342] καὶ ὁκοίοις τισὶ καταμίσγεται, τοιαῦτα φρονέουσι. [343] διὰ τοῦτο γοῦν ἀδύνατον τὰ τοιαῦτα ἐκ διαίτης μεθιστάναι· [344] φύσιν γὰρ μεταπλάσαι ἀφανέα οὐχ οἷόν τε. [345] ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς φωνῆς, ὁκοίη τὶς ἂν εἴη, οἱ πόροι αἴτιοι τοῦ πνεύματος· [346] δι' ὁκοίων γὰρ ἂν τινων κινέηται ὁ ἀὴρ, καὶ πρὸς ὁκοίους τινὰς προσπίπτη, τοιαύτην ἀνάγκη τὴν φωνὴν εἶναι. [347] καὶ ταῦτα μὲν δυνατὸν καὶ χείρω καὶ βελτίω ποιέειν; διότι λειοτέρους καὶ τραχυτέρους τοὺς πόρους τῷ πνεύματι δυνατὸν ποιῆσαι· κεῖνο δὲ ἀδύνατον ἐκ διαίτης ἀλλοιῶσαι.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 467 sur 736

©BIUM

ANIMÆ uis ὀργανικὴ, corporis organis instructa, actiões edit uarias, nõ tam in primam illam temperiem ueluti formam referendas, quàm in organorum materialem dispositionem. Πόρους & ἀγγεῖα uocat ipsos Meatus, per quos anima ultrò citroq; commeans πορεύεται, suaq; munia obit. Qui meatus cùm à ξυγκρίσει illa prima ignis & aquæ suum ortum duxerint, mediatè saltem & secundariò Actiones quoque in ξύγκρισιν referri poterũt, primariò uerò & immediatè in Meatuum uariam affectionem. Actiones igitur animæ alias uidetur cõstituere

- Internas, Mores uidelicet Animi, à Meatibus Animæ dependentes (seq. n. 344 φύσιν ἀφανέα uocat) non à Temperie Animæ. V.G. Animus procliuis ad iram, uel tardus: apertus & simplex, uel simulatus & dolosus: uehemens in amando, uel remissus. Hæc namque exempli causa adducit Hippocrates. In singulis certè affectibus singulæ Meatuum qualitates singulas differentias inferre possunt. Sic in Ira & magnitudo, & diuturnitas, & simulatio consideratur: in Gaudio, in Spe, in reliquis similiter. Horunce morum causas
  - Declarat:
    - Non à ξυγκρίσει pendent. N. 338.
    - Sed ab Animæ meatibus, siue Vasis pendent. Nu. 339. Appellatione uasorũ intelligit tum
      - Contínẽtia loca, partim
        - Per quæ fit animæ motus. Vide in seq. signum A.
        - Ad quæ fit animæ motus: utputa si Dura uel Mollia, Aspera uel Læuia, Solida uel Caua fuerint. N. 341.
      - Cõtenta, siue sint Humores siue Spiritus. N. 342.
  - Confirmat ab adiuncto. Eam ob causam à diæta mores isti mutari nequeũt. N. 343. Rationem addit. Nam naturam occultam, & occultas causas habentem, alimento artificioſe adhibito immutare non datur. N. 344. An alimenta quoque aliquid posſunt in moribus immutandis? sed hæc illorum potentia artis comprehensionem effugit.
- Externas. Talis est Motus tum
  - Vocalis, qui à Meatuum spiritalium qualitate pendet. Num. 345. Quod ipsum
    - Declarat. Quales sunt Meatus, per quos aer ultrò citroq; commeat, & quales sunt partes in quas alliditur, talem uocem edi necesse est. Angusti quidem acutam, æquales lenem, ficci claram reddunt: contrarij contrariam. N. 346.
    - Confirmat ab ipsa cura. Quæcunque enim meatus illos læuigare uel exasperare, siccare uel humectare possunt, illa uocem quoque uel corrumpere uel emendare apta nata sunt. Quandoquidem meatus illi sensibus sunt expositi, & sub medici curam cadunt: Animæ uerò meatus non item N. 347.
  - Localis, qui similiter à Meatuum motui destinatorum, Neruorum scilicet, qualitate pendet. V.G. si Nerui uel extrinsecus humectati langueſcunt, uel intrinsecus humore imbuuntur & obstruuntur. Omittitur.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 468 sur 736

©BIUM

A.

Loca per quæ fit animæ motus, alia manifesta sunt sensui anatomico, tres uidelicet illæ περίοδοι, quarum suprà n. 142. mentionem fecit: alia occulta, cùm totum corpus confluxile sit & conspirabile, per poros & meatus sensum effugientes, qui insunt cuique membro, ut cordi, cerebro, hepati: quorum laxitas uel angustia, magnitudo uel paruitas, densitas uel raritas, uaria esse potest. N. 340. Ex horum certè diuersitate pendere uidetur morum diuersitas, siue considerentur

- Per se, ratione
  - Magnitudinis. Namque si meatus fuerint
    - Magni & ampli, cùm confertim magnoq; impetu anima feratur sine obstaculo, Magnitudo affectus oritur. Vtputa Ira uehemens, Amor immensus, Odium acerbum.
    - Parui & angusti, Affectus quoque mitior est & remißior.
  - Temporis, quo Affectus uel
    - Oritur. Namq; uel concipitur
      - Celeriter. Vt qui citò excandescunt, uel amant, uel gaudent. Γικρόχολοι propriè dicti, & ὀξύθυμοι, & ὀργίλοι.
      - Tardè.
    - Durat. Durat ergo V. G. uel Ira uel Odium tempore
      - Longo. μῆνιν & μῖνος Græcis, ἀπὸ τοῦ μένειν.
      - Breui. Hic χόλος est, ἀπὸ τοῦ λίαν χέεσθαι, quòd simul & semel effundatur.
- Respectu alterius, cum quo conuersatur, cui mores animi uel perspecti sunt, uel non sunt perspecti. Ergo si Meatus fuerint
  - Recti, Mores quoque candidi & aperti erunt, minimeq; simulati.
  - Obliqui, intorti, anfractuosi, Mores erunt similes: utputa Odium tectum, Gaudium simulatum, Inuidia occulta. κότος propriè, ἀπὸ τοῦ κεύθειν. κοτέει δέ τε τέκτονι τέκτων. Poetarum princeps δολοπλόκον Venerem, Saturnum ἀγκυλομήτην appellat.

LIBER

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 469 sur 736

©BIUM

Liber Secundus

DE DIAETA.

DISPOSITIO.

ENARRATIONEM principiorum & differentiarũ humani Corporis (quæ penitùs physica est) sequit̃ Diætæ tractatio, qua corpus humanũ uel cõseruatur in eodem statu, uel mutatur, tum secundùm quantitatẽ, tũ secundũ qualitatem. Enarrationis igitur Diætéticæ consideremus

- *Subiectum*: hoc est, Res quascunque siue naturâ, siue uoluntate & arte constantes, ad diætam oportunas. Quæ cùm numero sint uariæ, ex genere ipso deducendæ, & à speciebus reliquis distinguendæ erunt. Vide in seq. signum Aa.
- *Formam*, hoc est, dispositionẽ atque methodũ, quæ rei, quatenus docetur, forma est. Diætætices igitur methodi uestigia præclara hocce libro extant, interturbata tamẽ illa. Ea proinde
  - Ex Hipp. mente constituamus primùm. Vide in seq. signum Cc.
  - *In* Hip. contextu ostendamus, sed recẽsendo potius quàm explicando: quandoquidem Methodi solius ἔνδειξιν hîc καθδιώαμιν profitemur: Explicationem uerò diexodicã illis, quib. Hippocrateos agros Galenico lætamine impinguare cura erit, relinquẽtes. Agit proinde hocce libro Secũdo de ijs quæ ad Diætã faciunt tum
    - *Locis*. CAP. I.
    - *Ventis*. CAP. II.
    - *Alimentis* tum in
      - Specie de
        - *Cibis*. Inhũc censum ueniunt
          - *Semina* quæ
            - *Metuntur*. Cerealia. CAP. III.
            - *Leguntur*. Legumina. CAPVT IV.
          - *Animalia*. CAP. V.
          - *Herbæ*. CAP. VII.
          - *Fructus*. CAP. IIX.
        - *Potubus*, scilicet de Aqua, Vino, Aceto, Sapa, Lora. CAP. VI.
      - *Genere*, nimirum de Quibusdam ad alimenta uniuersim pertinentibus: ut de Carne illorum, de Conditura, de Natalibus, de Effectis, de Tempore & Coctura. CAP. IX.
    - *Quibusdam* alijs: nimirum de Balneo, Vnctione, Aere, Sudore, Vomitu, Somno, Labore & Quiete, Cibatione: de ijs itẽ Quæ corpus quomodolibet ingrediuntur uniuersim. CAP. X.
    - *Exercitijs*. Puta de illorum
      - *Speciebus* & differentijs. CAP. XI.
      - *Accidentibus*, Lassitudinibus nimirum. CAP. XII.

Aa. IN

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 470 sur 736

Ad. INSTRVMENTA Efficientia sanitatis uel morbi, Rerum non naturalium nomine uulgò comprehenduntur. Hippocrates ὅλα αὐτῶν in uniuersum uocat: eāq; sub initiū libri primi in Στάσιας & Πόνους, in Alimenta & Exercitia diuisit, quorum illa Replendi, hæc Inaniēdi facultatem habeant, uniuersim considerata. In hunc igitur censum ueniunt alia considerata

- Materialiter tanquā Efficientia. Δίαιται in genere dicitur, subdiuisa in ea quæ
  - Extrà hominē sunt, eidem tamen uel oblata uel non oblata (unde πρόσφορα dicuntur) cōsiderantur ut corpus
    - Ingrediuntur, tū
      - Subtilis AER, πνεῦμα ὃ ἀναφέρομεν, quod inspiramus, n. 8. uocatur.
      - Crassa uel
        - ALIMENTA, quæ ad corporis substantiam faciunt naturalem: tum liquidus Potus, tum solidus Cibus.
        - MEDICAMENTA, ad corporis alterationem facientia. Quid ni enim hæc quoq; suū cum dignitate locū hîc teneant?
    - Non ingrediuntur, etsi uires illorū in corpus penetrant. EA omnia QVÆ in corpus agūt extrinsecus: siue considerentur ut
      - Circumstant
        - Per se, tanquam corpora
          - Prima, Ignis, Aer, Aqua, Terra.
          - Secunda: ut est Oleum, Vinū, Farina, Ferrum, Pannus.
        - Respectu Efficiētis sui. Sic Balneum aliud materiale, aliud artificiale, siue aeris, siue aquæ.
      - Locant. LOCA, Regiones.
  - Intrà hominem sunt, ab innata homini potestate agendi patiendi ue. Vide signum Bb.
- Formaliter, respectu Effectus, quē corpori imprimunt. In corpus humanū agūt uel respectu
  - Substantiæ, Replendo uel Deplendo. INANITIO & REPLETIO.
  - Accidētis
    - Quantitatis, AVGENDO, MINVENDO.
    - Qualitatis: ALTERANDO.

Quòd si Inanitio & Repletio à Medicis inter sex res non naturales cōnumerantur, quid ni etiam Augmentū & Decremētū, item Alteratio? Neq; enim per Inanitionem intelligere possunt Inaniētia, uel per Repletionē Replentia, cùm eadē & à cibo &, ab aere, & à somno, & à motu fiant, & propterea semel enumerata esse sufficiat. Sin uerò ἴδιον ἐξοχὴν intelligūt Inanitionē quæ per aluū aut uomitum aut sudorē fit, si quidē Instrumentū spectes, uel alimentū uel medicamentū erit: si Efficientē, facultas certè expultrix uel suapte sponte uel stimulata id præstabit. Itaq; Inanitio & Repletio, si inter res nō naturales cōnumerari debēt, formaliter nō materialiter cōsiderandæ erunt: ijsdēq; pari ratione Augmentū & Decrementū & Alteratio iungēda erūt: unaquælibet rursus in uarias subdiuisa species. Exēpli causa: INANITIONIS differētiæ aliæ Simplices, à Materia, ut quia uel sanguis uel serū expellitur: à Forma, quia uel Expellitur criticè aut symptomaticè, uel Emittitur: ab Efficiēte, interna Virtus expellēs uel spōtanea uel stimulata: externū Instrumentū uel emittēs (ut phlebotomus) uel educēs & expellens (ut pharmacū.) ab accidentibus: ut à Loco, per totum sudor, per partes superiores uel inferiores, à Tēpore, uel tēpestiuè uel intempestiuè. Aliæ sunt differentiæ Cōpositę, ex cōbinatione prædictarum differentiarum uaria natæ.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 471 sur 736

©BIUM

Bb.
Hominis op⁹ est uiuere, h.e. animæ functiones per corporis organa obire. In uniuersum ergo Πόνος τοῖς προσφερομένοις opponitur, & quæ Labori opponitur Ἀνάπαυσις, Quies. Πόνος ergo & Ἀνάπαυσις consideratur uel in

Genere, corporis simul & animi uniuersalis, uidelicet SOMNVS & VIGILIA.

Specie, quoniam primario est uel

Animi tum ratione
- Præditi: ut Studia, Cogitationes.
- Carentis: ut Curæ, Ira, & omnes in uniuersum Perturbationes.

} ANIMI affectus.

Corporis instrumentorũ, motui & quieti destinatorum, inseruientium animæ facultati tũ

Animali
- Sensitiuæ.
- Motiuæ
  - Exercitatio.
  - Quies.

Vitali.

Naturali uel
- Principi
  - Nutrici.
  - Auctrici.
  - Generatrici. Venus.
- Famulanti tum
  - Concoctrici.
  - Expultrici p
    - Totum, ut Sudor. Considerat hic, ut Motus est facultatis expultricis, quem cõsequitur Inanitio.
    - Partẽ, ut p
      - Os. Vomitus. Motus hic est facultatis stomachi expultricis.
      - Aluum. Secessus. Motus hic est Facultatis intestinorum expultricis.
      - Pudẽda
        - Sanguinis.
        - Seminis.

} MOTVS & QVIES in genere.

Cc. De

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 472 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 473 sur 736

©BIUM

CAPVT I.

De Locorum ſitu & temperie.

[2] χωρέων [2] ΧΩΡΙΩΝ [1] ἢ ἤθεα ἢ φύσιν ἑκάστων ὧδε χρὴ διαγινώσκειν. [2] πάντες μὲν ἐπῶσιν, ὡδὲ ἔχει. [3] ἡ πρὸς μεσημβρίαν κλίσις θερμοτέρη καὶ ξηροτέρη τῆς πρὸς τὰς ἄρκτους κειμένης, διότι ἐγγυτέρω ἐστὶν ἡλίου ἐστίν. ἐν δὲ τούτῃσι χώρῃσιν ἀνάγκη καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, ξηρότερα καὶ θερμότερα καὶ ἰσχυρότερα εἶναι, ἢ ἐν τῇσιν ἐναντίῃσιν· οἷον τὸ Λιβυκὸν ἔθνος πρὸς τὸ Ποντικὸν, καὶ τὰ ἔγγιστα ἑκατέρων. [4] οὕτω δὲ καθ' ἑαυτὰς αἱ χῶραι ὧδε ἔχουσι. [5] τὰ ὑψηλὰ, καὶ αὐχμηρὰ, καὶ πρὸς μεσημβρίαν κείμενα, ξηρότερα τῶν πεδίων τῶν ὁμοίως κειμένων, διότι ἐλάσσους ἰκμάδας ἔχει. τὰ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ἐστὶν τῷ ὀμβρίῳ ὕδατι, τὰ δὲ ἔχει. [6] τὰ δὲ λιμναῖα, καὶ ἑλώδεα, ὑγραίνει καὶ θερμαίνει. [7] θερμαίνει μὲν, διότι κοῖλα, καὶ περιεχόμενα, καὶ οὐ διαπνέεται. [8] ὑγραίνει δὲ, διότι τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς ὑγρότερα, οἷσιν ἐκτρέφονται ἄνθρωποι· τό, τε πνεῦμα, ὃ ἀναφέρομεν, ψυχρότερον, διὰ τὸ ὕδωρ, τὸ ἀπὸ τῆς ἀκινησίης. [9] τὰ δὲ κοῖλα, καὶ μὴ σύνυδρα, ξηραίνει καὶ θερμαίνει. [10] θερμαίνει μὲν, ὅτι κοῖλα, καὶ περιέχεται. [11] ξηραίνει δὲ, διά τε τὴν τροφὴν τὴν ξηρότητα, καὶ διότι τὸ πνεῦμα, ὃ ἀναπνέομεν, ξηρὸν ἐὸν, ἕλκει ἐκ τῶν σωμάτων τὸ ὑγρὸν ἐς τροφὴν ἑωυτῷ, οὐκ ἔχων πρὸς ὅ, τι ἂν ὑγρὸν προσπίπτον τρέφηται. [12] ὅκου δὲ τοῖσι χωρίοισιν ὄρη προσκέηται πρὸς νότου, ἐν τούτοισιν αὐχμώδεες οἱ νότοι καὶ νοσεροὶ προσπνέουσιν. [13] ὅκου δὲ βορέαθεν ὄρη προσκειται, ἐν τετέοισιν οἱ βορέαι περάσσουσι, καὶ νόσους ποιέουσιν. [14] ὅκου δὲ βορέαθεν κοῖλα χωρία πόλισιν ἄστεσι προσκέηται, πρὸς τῶν θερινῶν πνευμάτων θερμὸν καὶ νοσερὸν ἔστι τὸ χωρίον. [15] διότι οὔτε βορέας διαπνέων καθαρὸν τὸν ἐπαγωγὸν ἐς πνεύματος παρέχει, οὔτε ἀπὸ τῶν θερινῶν πνευμάτων διαψύχεται. [16] τῶν δὲ νήσων, αἱ μὲν ἐγγὺς τῶν ἠπείρων, διυγρεμερώτεραί εἰσιν· αἱ δὲ πόντιαι, ἀλεεινότεραι τὸν χειμῶνα. [17] διότι αἱ χίονες οὐ πάγοι ἐν μὲν τῇσιν ἠπείροισιν ἔχουσι ἵδρυσιν, καὶ τὰ πνεύματα ψυχρὰ πέμπουσιν ἐς τὰς ἐγγὺς νήσους· [18] τὰ δὲ πελάγια ἀχείμαντά ἐστιν ἐν χειμῶνι.

A

B

C

D

REGIONVM [1] ſingularũ ſitum & naturã hoc modo cognoſcere oportet. [2] In uniuerſum quidem res hoc modo ſe habet. [3] Regio ad meridiem ſita calidior eſt & ſiccior, quàm ea quæ ad ſeptentriones iacet, propterea quòd ſoli propinquior eſt. In hiſce iccircò regionibus neceſſe eſt & hominum genera, & naſcentia ex terra, ſicciora ac calidiora & fortiora eſſe, quàm in contrarijs: ſic Libyca gens cum Pontica confertur, & utriſque uicina. [4] Ipſa autem loca per ſe conſiderata hoc modo habent. [5] Alta & ſqualida & ad meridiem ſita, ſicciora ſunt quàm campeſtria æqualiter ſita, propterea quòd pauciores humiditates habent. Illa enim ſtationẽ pro aqua pluuia non habent, hæc habent. [6] At uerò lacuſtria & paluſtria loca humectant & calefaciunt. [7] Calefaciunt quidem, quoniã caua ſunt, & circumdata, & non perflantur: [8] humectant autem, quia naſcentia ex terra, quibus homines aluntur, humidiora ſunt: & ſpiritus quem attrahimus craſſior eſt, propter aquæ ſtationem ac immobilitatem. [9] Caua autem loca & non aquoſa, ſiccant, & calefaciunt. [10] Calefaciũt quidem, quia caua ſunt & circumdantur: [11] Siccant autem, tum propter alimenti ſiccitatem, tum quòd ſpiritus, quem inſpiramus, ſiccus exiſtens, humorem ex corporibus trahit in alimentum ſibijpſi, quum non habeat alium humorem ad quem allapſus nutriatur. [12] Vbi autem regionibus montes adiacent ad Auſtrum, in his ſqualidi auſtri & morboſi afflant. [13] Vbi autem ab Aquilone montes adiacent, in his aquilones perturbant ac morbos faciunt. [14] Vbi uerò ab Aquilone caua loca urbibus adiacent, ab æſtiuis uentis calida & morboſa hæc regio exiſtit: [15] propterea quòd neque aquilo perflans puram ſpiritus inuectionem præſtat, neque ab æſtiuis uentis perfrigeratur. [16] Cæterùm inſulæ propinquæ cõtinenti aſperiores hyemes habent: remotiores uerò, hyeme tepidiores ſunt: [17] propterea quòd niues & glacies in continenti ſtationes habent, & uentos frigidos in uicinas inſulas mittunt: [18] in marinis uerò ſtationem non habent.

LOCORVM

©BIUM

- LOCORVM tẽperiem ex situ dignoscere docet. N. 1. Partim
  - Vniuersim, quo ad uniuersales cœli cardines. N. 2. Ergo quæ ad Meridiem sita est, calidior est & siccior, quàm quæ ad Septentrionẽ, propter solis uiciniam. Proinde & animalia & uegetãtia calidiora sunt & sicciora quæ in Libya nascuntur, quàm quæ in Ponto. N. 3.
  - Singillatim, & per se, non quo ad superiora, sed quo ad inferiora. N. 4. Locorum igitur quæ habitãtur alia sunt in
    - Continente: & considerantur uel regiones
      - Totæ, quatenus aerem habẽt uel
        - Liberum. Sic loca Alta, & præsertim meridiei exposita, sicciora sunt quã Humiles campi: cùm hi pluuiam aquam contineant, illa non item N. 5.
        - Non liberum, sed conclusum. Loca caua, λιοῖλα & περιεχόμενα, quæ scilicet uel montibus uel syluis includuntur. Horũ rursus ea quæ sunt
          - Ενυδρα, & stagnantes aquas habent, Lacustria scilicet uel Palustria, sunt calida & humida. N. 6. Nimirum
            - Calida, propter perspirationem impeditam. N. 7.
            - Humida, tum propter aerem qui inspiratur crassiorem, tum propter eorum quæ è terra nascuntur temperiem humidam. N. 8.
          - Ανυδρα, quæ per fluuios atque riuos ab aqua pluuia sese exonerant, calida sunt & sicca. N. 9.
            - Calida quidem, propter conclusum aerem. N. 10.
            - Sicca uerò, & propter alimentorum quæ terra producit siccitatẽ, & propter aerem, qui & inspiratur siccus, & ambiens è corporibus humidum exugit. N. 11.
      - Secũdùm partes suas. Nam etiamsi non tota regio uel aperta sit uel clausa, ex parte tamen adiacent illi uel
        - Alti montes, quo altiores, tanto sicciores, qui uẽtos ab ea parte ingruentes alterare possunt. Sic igitur regioni uel urbi, cui montes adiacent ad
          - Austrum, Australes uenti solito sicciores morbos inducunt, æstate præsertim spirantes. N. 12.
          - Boream, Septentrionales uenti, qui hyeme spirant, sua frigiditate & siccitate morbos conciliant difficiles. N. 13.
        - Cauæ conualles, calidis & humidis uaporibus refertæ, & uel ad
          - Boream. Ergo ab æstiuis potißimum uentis morbosa erit. N. 14. Causam affert. Nam siue Boreas æstate spiret, non purum aerem, sed calidis & humidis uaporibus à uicina ualle infectum inuehit: neque si Auster spiret, cùm calidus sit & humidus, refrigerare potest. N. 15.
          - Austrum. Ergo à uentis hyemalibus potißimum infestabitur. Nam si Boreas spiret hyeme, frigidus & siccus erit, similesq; morbos producet: si Auster, multò adhuc magis humectabit, & per se humidus, & à uicina ualle quam transit uapores humidos imbibens.
    - Mari, Insulæ scilicet: quæ quanto sunt uiciniores continenti, tanto per hyemem frigidiores: quanto remotiores, tanto tepidiores. N. 16. Ratio. Nam quæ continenti uicinæ
      - Sunt, frigidis uentis, ex aqua & glacie, quæ in cõtinente reperiuntur, ortis, sunt obnoxiæ. N. 17.
      - Non sunt, frigidis uentis à continente ortis minus sunt expositæ, neque ipsæ glaciem uel aquã copiosam producere possunt. N. 18.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 475 sur 736

CAPVT II.

De Ventis ceu accidentibus Aeris in genere & ſpecie.

Περὶ [19] δὲ πνευμάτων, ἓν πνα φύσιν ἔχει καὶ δύναμιν ἕκαστα, ὧδε χρὴ διαγινώσκειν. [20] Φύσιν μὲν ἔχει τὰ πνεύματα πάντα, ὑγραίνειν καὶ ψύχειν πάντα σώματα τῶν ζώων, καὶ τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, διὰ τάδε. [21] ἀνάγκη ἐστὶ τὰ πνεύματα πάντα πάντα πνέειν ἀπὸ χιόνος, καὶ κρυστάλλου, καὶ πάγων ἰσχυρῶν, καὶ ποταμῶν, καὶ λιμνέων, καὶ γῆς ὑγρανθείσης καὶ [a] ψυχρανθείσης. καὶ τὰ μὲν ἰσχυρότερα τῶν πνευμάτων, ἀπὸ μειζόνων καὶ ἰσχυροτέρων· τὰ δὲ ἀσθενέστερα, ἀπὸ μειόνων καὶ ἀσθενεστέρων. [22] ὥσπερ γὰρ καὶ τοῖσι ζώοισι πνεῦμα ἔνεστιν, οὕτως καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πᾶσι· τοῖσι μὲν ἔλασσον πνεῦμα, τοῖσι δὲ κατὰ μέγεθος. [23] Φύσιν μὲν οὖν ἔχει ψύχειν καὶ ὑγραίνειν τὰ πνεύματα πάντα. [24] Διὰ θέσιν δὲ χωρέων καὶ τόπων, οἳ ἂν παραγένηται τὰ πνεύματα ἐς τὰς χώρας ἑκάστας, διάφορα γίνεται ἀλλήλων, ψυχρότερα, θερμότερα, ὑγρότερα, ξηρότερα, νοσερώτερα, ὑγιεινότερα. [25] τὸν δὲ αἴτιον ἑκάστων, ὧδε χρὴ γινώσκειν.

[26] ὁ μὲν Βορέας, ψυχρὸς πνέει καὶ ὑγρὸς, ὅτι ὁρμᾶται ἀπὸ τοιούτεων χωρέων, παρ' ἧς παραγίνεται τε διὰ τῶν τοιούτων τόπων, [b] ὡς τινας ὁ ἥλιος οὐχ ἕρπει, οὐ δὲ ἀποξηραίνων τὸν ἀέρα, ἐκπίνει τὴν ἰκμάδα. ὥστε παραγίνεται ἔνθεν τὴν οἰκουμένην, τὴν ἑωυτῷ δύναμιν ἔχων, [27] ὅκου μὴ διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρης διαφθείρεται, καὶ τοῖσι μὲν οἰκέουσιν ἐγγύς, ψυχρότατος· τοῖσι δὲ πρόσω πάτω, ἥκιστα.

[28] ὁ δὲ νότος πνέει μὲν ἀπὸ τῶν ὁμοίων τὴν φύσιν τῷ Βορέᾳ. ἀπὸ γὰρ νοτίου πόλου πνέων, ἀπὸ χιόνος πολλῆς, καὶ κρυστάλλου, καὶ πάγων ἰσχυρῶν ὁρμώμενος, τοῖσι μὲν ἐκεῖσε πλησίον [c] ἐστὶ οἰκοῦσιν ἀνάγκη τὸν πνέοντα, ὀκοῖον [c] ἐν ἡμῖν ὁ Βορέας. [29] ἔνθεν δὲ πάσων χώρην ἔτι ὁμοίως παραγίνεται. [30] διὰ γὰρ τῶν ἐφόδων τοῦ ἡλίου καὶ ἔνθεν τὸν μεσημβρινὸν πνέων, ἐκπίνεται τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ [d] ἡλίου. ἀποξηραινόμενος γὰρ, ἀραιοῦται. διὸ ἀνάγκη θερμὸν αὐτὸν καὶ ξηρὸν ἐνθάδε παραγίνεσθαι. ἐν μὲν οὖν τοῖσιν ἔγγιστε χωρέουσιν ἀνάγκη τοιαύτην δύναμιν ἀποδιδόναι θερμὴν καὶ ξηρὴν, καὶ πλεῖστον ἐν τῇ Λιβύῃ, πάντα φυόμενα ἐξαυαίνεται, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθανέως ἀποξηραίνων. ἄπτερος γὰρ οὐδὲν ἔχων οὔτε ἐκ θαλάσσης ἰκμάδα λαβεῖν, ὅτε ἐκ ποταμῶν, οὔτε ἐκ τῶν ζώων, οὔτε φυομένων ἐκπίνει τὸ ὑγρόν. [31] ὁκόταν δὲ τὸ πέλαγος περάσῃ, ἄπτερος ὢν καὶ ἀραιὸς, πολλῆς ὑγρασίης ἐμπίμπλησι τὴν χώρην ἐμπί-

A

B

C

D

[19] PORRO de uentis, quam naturam ac facultatem ſinguli habeant, hoc modo cognoſcere oportet. [20] Naturam quidem habent omnes uenti humectandi ac frigefaciendi, tum animalium corpora, tum naſcentia ex terra, ob hanc cauſam. [21] Neceſſe eſt omnes uentos ſpirare à niue, à glacie, & gelu uehementi, & fluminibus, & ſtagnis, terraque humecta ac perfrigerata: & fortiores quidem uentos à maioribus & fortioribus, debiliores uerò à minoribus & debilioribus. [22] Quemadmodum enim animalibus ſpiritus ineſt, ſic etiam alijs omnibus, alijs quidem minor, alijs uerò iuxta magnitudinem. [23] Naturam igitur habent humectandi ac frigefaciendi omnes uenti: [24] uerùm propter ſitum regionum ac locorum, per quæ uenti ad ſingulas regiones accedunt, diuerſi inter ſe fiunt, frigidiores, calidiores, humidiores, ſicciores, morboſiores, ſalubriores. [25] Singulorũ autem cauſam ſic cognoſcere oportet.

[26] Boreas frigidus ſpirat ac humidus, quia exurgit à talibus regionibus, & per ſimiles locos tranſit, ad quos ſol ipſe non accedit, neque aerem reſiccans, humorem ebibit ac exhaurit. Quare ad terram habitabilem accedit, ſuam ipſius uim retinens, [27] niſi ipſo regionis ſitu corrumpatur: & his quidem, qui proximè habitãt, frigidiſſimus eſt: qui uerò remotiſſimè, minimè.

[28] Auſter autem à regionibus aquiloni natura ſimilibus ſpirat. Ab auſtrali enim polo flans, & à niue multa glacieque ac gelu uehemente exurgens, neceſſariò his qui illic propè ipſum habitant talis ſpirat, qualis nobis eſt aquilo. [29] Neque tamen toti illi regioni ſimilis eſt. [30] Nam quum per ſolis iter & in meridiem ſpiret, humiditas ipſius à ſole ebibitur, & reſiccatus rareſcit: quapropter neceſſe eſt ipſum calidum ac ſiccum ad nos accedere. Proinde etiam in proximis regionibus neceſſe eſt ipſum talem uim calidam ac ſiccam exercere. Quod ipſum ſanè in Libya facit, ubi & è terra naſcentia exareſcunt, & homines latenter reſiccantur. Nam cùm neq; è mari, neq; è fluuio humiditatem hauriat, ex animantibus ac plantis humorem ebibit. [31] Poſteaquam uerò pelagus tranſierit, calidus & rarus exiſtens, multa humiditate regionem in quam illa-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 476 sur 736

illabitur implet: ut proinde neceſſe ſit Auſtrum calidum ac humidum eſſe, niſi regionum ſitus alterius qualitatis cauſa extiterit.

32 Eodem modo reliquorum quoq; uentorum facultates ſe habent.

33 Cæterùm iuxta ſingulas regiones uenti hoc modo ſe habent. 34 Venti ex mari regionibus incumbentes ſicciores quodammodo ſunt. 35 Qui uerò à niue, aut glacie, aut ſtagnis, aut fluminibus, omnes humectant ac frigefaciunt, tum plantas, tum animantia, & ſanitatem corporibus exhibent, niſi frigiditate excellant. 36 Hi enim lædunt, propterea quòd magnas mutationes calidi ac frigidi corporibus afferunt. 37 Quæ ſanè perpetiuntur illi, qui in regionibus habitant paluſtribus ac calidis, prope flumina magna. 38 Reliqui autem uenti, qui à prædictis ſpirant, utiles ſunt, tum quia aerem purum ac ſincerum exhibent, tum quia animæ calori humiditatem præbent. 39 At quicunque uenti ſecundùm terram accedunt, eos neceſſe eſt ſicciores eſſe, tum à ſole, tum à terra reſiccatos. 40 Quum autem non habeant uenti unde alimentum trahant, à uiuentibus humore exugentes, plantas ſimul & animalia omnia lædunt. 41 Et quicunque relictis montibus ad urbes accedunt, non tantùm ſiccant, uerum etiam turbant ſpiritum quem inſpiramus, & corpora hominum morboſa faciunt. 42 Naturam igitur & uim ſingulorum ſic cognoſcere oportet. Quomodo autem ad ſingulos ſe præparare oporteat, in ſermonis progreſſu declarabo.

A ἐμπίπλων. ἀνάγκη δὲ τὸν νότον, θερμόν τε καὶ ὑγρὸν εἶναι, ὅκου μὴ τῶν χωρίων αἱ θέσιες ἄλλως ἔχουσιν.

32 ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων πνευμάτων αἱ δυνάμιες ἔχουσιν.

33 κατὰ δὲ χώρας ἑκάστας τὰ πνεύματα ὧδε ἔχει. 34 τὰ μὲν ἐκ θαλάσσης πνεύματα ἐς τὰς χώρας ἐμπίπτοντα, ξηρότερά πως ἐστί. 35 τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος, ἢ πάγων, ἢ λιμνέων, ἢ ποταμῶν, ἅπαντα ὑγραίνει καὶ ψύχει, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα, καὶ ὑγείην τοῖς σώμασι παρέχει, ὁκόσα μὴ ὑπερβάλλῃ ψυχρότητι. 36 πάσχει δὲ βλάπτεσθαι, διότι μεγάλας τὰς μεταβολὰς ἐν τοῖσι σώμασι ἐμποιέει τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. 37 πάσχουσι δὲ πάσχουσιν, ὅσοι ἐν χωρίοις οἰκέουσιν ἑλώδεσι καὶ θερμοῖς, ἐγγὺς ποταμῶν ἰσχυρῶν. 38 τὰ δὲ ἄλλα τῶν πνευμάτων, ὁκόσα πνέει ἀπὸ τῶν μεσεμβρινέων, ὠφελέει, γήν τε ἠέρα καθαρὸν καὶ εἰλικρινέα παρέχοντα, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ ἰκμάδα διδόντα. 39 ὁκόσα δὲ τῶν πνευμάτων κατὰ γῆν παραγίνεται, ξηρότερα ἀνάγκη εἶναι, ἀπό τε τοῦ ἡλίου ἀποξηραινόμενα, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς. 40 ὅκου δὲ ἔχοντα δὲ τροφὴν ὁκόθεν ἀπάσηται τὰ πνεύματα, ἀπὸ τῶν ζώντων ἕλκοντα τὸ ὑγρὸν, βλάπτει καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα πάντα. 41 καὶ ὁκόσοί περ τὰ ὄρεα καταλιπόντα, παραγίνεται ἐς τὰς πόλιας, οὐ μόνον ξηραίνει, ἀλλὰ καὶ ταράσσει τὸ πνεῦμα, ὃ ἀναπνέομεν, καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων [2] διαφθείρουσι ἐμποιέει. 42 φύσιν μὲν οὖν καὶ δυνάμιν ἑκάστων οὕτω χρὴ γινώσκειν. ὅκως δὲ χρὴ πρὸς ἕκαστα παρασκευάζεσθαι, προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω.

[2] ὥστε νόσους ἐμποιέειν



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 477 sur 736

©BIUM

Loca igitur, per quæ uentus transit, & in quib. oritur, uariant tum respectu situs

Cœlestis, & ueluti uniuersalis ortus, quo ad mundi cardines. Sic flat à

Septentrione Boreas,

Per se quidem frigidus & humidus, siue locum à quo, siue per quem spirat, consideres. N. 26.

Per accidens, ratione loci, à quo et per quem, immutari potest. Nã quò propior est regio Arctico, tãto frigidiorem sentit Boream: quo ad Aequatorem propius accedit, tanto calidiorem. N. 27.

Meridie Notus,

Per se quidem frigidus & siccus ab Antarctico spirans. N. 28.

Per accidens uerò alijs atque alijs regionibus alius incũbens. N. 29. Nãque in

Libya Zonam torridam transiens, calidus redditur & siccus. N. 30.

Græcia mediterraneum mare emensus, humore plurimo imbibito calidus & humidus euadit. N. 31.

Oriente Eurus, ab Occidente Zephyrus: uterq; ortu suo frigidus & humidus, per accidens uerò alius atque alius. N. 32.

Terrestris, & ueluti particularis loci uel ortus uel transitus sui. N. 33. Oriuntur enim atque spirant uel ab

Salsa, à Mari: & propter maris salsedinẽ sicciores sunt, quàm qui à dulcibus aquis eleuantur. N. 34.

Aqua

Dulci fluminum, paludum, lacuum, niuis, glaciei: & hi refrigerant, & humectant: adeoq; si moderati sint, salubritatem & robur corporibus afferunt: sin immoderati, morbos quoq; pariũt. N. 35. Causam affert. Nam si fuerint

Immoderati, insignes mutationes & repentinas à calore ad frigus inuehunt corporibus. N. 36. Præsertim in regionibus cauis & palustribus, quæ frigidos uentos per flumina inuectos uaporibus humidis ueluti irrigatos & auctos recipiunt. N. 37.

Moderati, salubres sunt corporibus, quandoquidem aerem expurgant, & purum spiritum animæ ueluti pabulum suggerunt. N. 38.

Terra. In

Genere igitur sicciores sunt, quàm qui ab aqua, tum ratione

Causæ suæ: quoniam & à sole quotidie exiccantur, & à materia sicca eleuantur. N. 39.

Effectus, quem corpori imprimũt. Nam per se sicci, à corporibus tamen animantium & animalium humiditatem exugunt, & eatenus lædunt exiccando. N. 40.

Specie uerò ij qui non à qualibet terra, sed ab hac uel illa, ut à montibus, spirant, non tantùm siccant, uerumetiam turbant corpora humana. N. 41. Vti suprà n. 13. & 14.

CAPVT

CAPVT III.

De Alimentis in uniuersum. Mox de Cerealibus in ſpecie.

IAM [43] uerò ciborum ac potuum ſingulorum uim, tum eam quæ ſecundùm naturam eſt, tum eam quæ per artem acceſsit, hoc modo cognoſcere oportet. [44] Quotquot in uniuerſum dicere aggreſsi ſunt, aut de dulcium, aut pinguium, aut ſalſorum, aut alterius cuiuſdam conſimilis facultate, non rectè iudicant. [45] Non enim eandem uim habent, neque dulcia inter ſe, neque amara, neq; ulla alia eiuſmodi. Multa enim ex talibus ſunt quæ & aluum emolliunt, & ſiſtunt, ſiccantq; & humectãt: idemque de reliquis iudicium eſto. [46] Sunt & quæ adſtringunt, itemque aluum mouent, & urinam cient. Sunt quæ neutrum horum faciunt. [47] Similiter & ex calefacientibus ac reliquis omnibus alia aliam facultatem habent. [48] Etſi autem de omnibus impoſsibile eſt, qualiánam ſint, declarare: ſingularium tamen quorundam facultates docebo.

[49] Ordeum natura ſua frigidum eſt & ſiccum. Ineſt & purgatorium quid à ſucco palearum. [50] Eius rei ſignum. Si ordeum non purgatum coquere uelis, purgabit is ſuccus fortiter. [51] Si uerò decorticatum coxeris, perfrigerabit magis & aluum ſiſtet. [52] Quum autem toſtum fuerit, humor quidem purgatorius præ igne perit, frigiditas autem & ſiccitas relinquitur. [53] Quòd ſi refrigerare ac ſiccare oporteat, idipſum polenta præſtabit.

[54] Maza omnis generis utimur, facultatem talem habente. [55] Farinæ ex toto collatæ alimentum quidem parcius habent, magis tamen per aluum ſecedunt. [56] Puræ autem magis nutriunt, ſed minus per aluum ſecedunt. [57] Maza prius ſubacta, conſperſa, uino dulci non emollita, leuis eſt, & per aluum ſecedit, ac frigefacit. [58] Frigefacit quidem, quia frigida aqua madefacta eſt: [59] per aluum aũt ſecedit, quia citò cõcoquitur: [60] leuis uerò eſt, quia multum alimenti cum flatu foras excernitur. [61] Quum enim tranſitus alimenti anguſtiores ſint, aliud inſuper accedens non ſuſcipiunt: & quod quidem attenuatum eſt cum flatu foras excernitur, quod uerò intus manet, flatum inducit, & partim ſupernè eructatur, partim infernè ſecedit. Multum itaq; alimenti extra corpus difflatur. [62] Si uerò mazam ſtatim ut ſubacta eſt exhibeas, ea reficcatoria erit. [63] Quum enim polenta ſicca exiſtat, & aqua ſit madefacta, atq; ſic præparata in uentrem illabatur, humorem ex ipſo trahit calidum exiſtérem. (Solet enim calidum attrahere frigidum, & rurſus frigidũ calidũ.) Conſumto autem humore de uẽtre, neceſſe eſt

A ΣΙΤΙΩΝ [43] ὧν δὲ σωμάτων δύναμιν ἑκάστων, καὶ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν διὰ τέχνης, ὥσθ' ὡς χρὴ γινώσκειν. [44] ὁκόσοι μὲν οὖν καὶ πάντες ἐπεχείρησαν εἰπεῖν, ἢ περὶ τῶν γλυκέων, ἢ λιπαρῶν, ἢ ἁλικῶν, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τοιούτων τῆς δυνάμεως, οὐκ ὀρθῶς γινώσκουσιν. [45] ἃ γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσιν, οὔτε τὰ γλυκέα ἀλλήλοισιν, οὔτε τὰ πικρὰ, οὔτε τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. πολλὰ γὰρ τῶν τοιούτων, ἃ καὶ διαχωρέει, καὶ ἵησι, καὶ ξηραίνει, καὶ ὑγραίνει. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. [46] ἔστι δὲ ὅσα σύφει, καὶ [a] ἔτι διαχωρέεται, καὶ οὐρέεται. τὰ δὲ οὐδ' ἕτερα τούτων. [47] ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν θερμαντικῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἄλλην ἄλλα δύναμιν ἔχει. [48] περὶ μὲν ἓν ἁπάντων ἐχ οἷόν τε δηλωθῆναι, ὁκοῖά τινά ἐστι, καθ' ἕκαστα δὲ ἥν τινα δύναμιν ἔχει, διδάξω.

B [49] κεῖται, φύσει μὲν ψυχρὸν καὶ ξηρὸν· ἔνι δὲ καὶ καθαρτικόν τι, ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τῶν ἀχύρων. [50] τεκμήριον δέ, ἢν μὲν θέλῃς κεῖθας ἀπίσους ἑψῆσαι, καθαίρει ὁ χυλὸς ἰσχυρῶς. [51] ἢν δὲ [b] ἐπισμύξας, ψύξει μᾶλλον, καὶ συσῄσει. [52] ὁκόταν δὲ πυρωθῶσι, τὸ μὲν ὑγρὸν καθαρτικὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς οἴχεται, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καταλείπεται. [53] ὁκόσοι δὲ δεῖ ψύξαι καὶ ξηρᾶναι, ἄλφιτα διαπέσσεται ὧδε.

C [54] χρώμεθα μάζῃ παντοδαπῇ· δύναμιν δ' ἔχει ἡ μάζα αὕτη τοιήνδε. [55] τὰ συγκομισθὲν ἄλευρα τροφὴν μὲν ἔχει ἐλάσσω, διαχωρέει δὲ μᾶλλον. [56] τὰ δὲ καθαρὰ, τροφιμώτερα, ἧσσον δὲ διαχωρέει. [57] μάζα προφυρηθεῖσα, ῥαντὴ, ἀτριπτος, κόφη, καὶ διαχωρέει, καὶ ψύχει. [58] ψύχει μὲν, ὅτι ψυχρῷ ὕδατι [c] ὑγρὴ ἐγένετο. [59] διαχωρέει δὲ, ὅτι ταχέως πέσσεται. [60] κόφη δ', ὅτι [d] πολλῆς τροφῆς μετὰ τοῦ πνεύματος ἔξω ἀποκρίνεται. [61] [e] στενοπώτεροι γὰρ αἱ διέξοδοι τῆς τροφῆς ἔσαι, ἄλλην ἐπιοῦσαν δὲ οὐ δέχονται· καὶ τὸ μὲν ξὺν τῷ πνεύματι λεπτυνόμενον ἀποκρίνεται ἔξω· τὸ δὲ αὐτοῦ ἐμμένον, φύσαν ἐμποιέει· καὶ τὸ μὲν ἄνω ἐρυγγάνεται, τὸ δ' κάτω ὑποχωρέει. [f] πολλὴ οὖν τῆς τροφῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποπνέεται. [62] ἢν δὲ θέλῃς τὴν μάζαν εὐθέως φυρήσας διδόναι, ἡ τοιαύτη ξηραντική. [63] ἅπαν γὰρ τὸ ἄλφιτον ξηρὸν ἐὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ ὕδατος διάβροχον οὕτω γενόμενον, ἐσπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἕλκει ἐξ αὐτῆς τὸ ὑγρὸν, θερμὸν ἐὸν (πέφυκε γὰρ τὸ μὲν θερμὸν, ψυχρὸν ἕλκειν· τὸ δὲ ψυχρὸν, θερμόν.) ἀναλισκομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ ἐκ τῆς κοιλίης,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 479 sur 736

ἀνάγκη ξηραίνεσθαι. [64] τὸ δὲ ὕδατος τοῦ A
σὺν τῇ μάζῃ ἐσελθόντος, ψύχει ἐπαγόμενον. [65]
[2] ἐχόμενον ὅσα οὖν δεῖ ξηρῶναι ἢ ψύξαι, ἢ διαῤῥοίῃ [2]χεό
μενον, ἢ ἄλλῃ τινὶ θερμασίῃ τοιαύτῃ, μάζα δια
πρήσεται. [66] ἢν δὲ ξηρὴ, τρισπίνη, ξηραίνει μὲν
οὐχ ὁμοίως, διὰ τὸ πεπλῆσθαι ἰσχυρῶς· τρο-
φὴν δὲ τῷ σώματι πλείστην διδοῦσιν, ἅτε δὴ
ἰσχνῆ τὴν κοιλίην δέχονται τροφὴν αἰ διέξοδοι.
διαχωρεῖ μὲν οὖν βραδέως, φύσιν δὲ οὐκ
ἐμποιέει, διὸ δὲ ἐρυγγάνεται. [67] ἡ δὲ τροφυρη-
θεῖσα, τρισπίνη, τρέφει μὲν ἧσσον, διαχωρέει δὲ,
καὶ ἐμποιέει μᾶλλον φύσιν.

[68] Κυκεὼν δὲ μόνον ἐφ' ὕδατι μὲν, ψύχει
καὶ τρέφει· [69] ἐπ' οἴνῳ δ' θερμαίνει καὶ τρέφει, B
ἰᾶται· [70] σὺν μέλιτι δ', θερμαίνει μὲν ἧσσον,
τρέφει, διαχωρέει δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον
ᾖ τὸ μέλι· ἢν δὲ μὴ, διαχωρέει, ἀλλ' ἰᾶται.
[71] σὺν δὲ γάλακτι, τροφιμοι μὲν πάντες.
[72] πλὴν ἀλλὰ τὸ μὲν οἶον, ἰᾶται· [73] τὸ δὲ αἰ-
γειον μᾶλλον διαχωρέει· [74] τὸ βόειον, ἧσσον·
[75] τὸ δὲ ἵππειον καὶ τὸ ὄνειον, μᾶλλον διαχωρέει.

[76] πυροὶ, ἰσχυρότεροι κριθῶν, καὶ τροφιμώτε-
ροί. διαχωρέουσι δὲ ἧσσον καὶ αὐτοὶ, καὶ ὁ χυλός.

[77] ἄρτος δὲ ὁ μὲν συγκομιστὸς ξηραίνει καὶ
διαχωρέει. [78] ὁ δὲ καθαρὸς, τρέφει μὲν μᾶλ-
λον, διαχωρέει δ' ἧσσον. [79] αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων,
ὁ μὲν ζυμίτης, κοῦφος, καὶ διαχωρέει. [80] καὶ C
κοῦφος μέν ἐστιν, ὅτι ἀπὸ τῆς ζύμης τὸ ὀξέος τὸ
ὑγρὸν προσαναλοῦται, ὅπερ ἐστὶν ἡ τροφή. [81] δια
χωρέει δ', ὅτι ταχέως πέπανται. [82] ὁ δ' ἄζυμος,
διαχωρέει μὲν ἧσσον, τρέφει δὲ μᾶλλον. [83] ὁ δὲ
τῷ χυλῷ πεφυρημένος, κοῦφότερος, καὶ τρέφει
ἱκανῶς, καὶ διαχωρέει. [84] τρέφει μὲν, ὅτι καθα-
ρός· [85] κοῦφος δέ ἐστιν, ὅτι τῷ κουφοτάτῳ πεφύ
ρηται, καὶ ἐζύμωται αὐτὸ τοῦτο, καὶ πεπύρωται. [86]
διαχωρέει δὲ, ὅτι τῷ γλυκεῖ καὶ διαχωρη-
τικῷ τοῦ πυροῦ συμμέμικται. [87] αὐτῶν δὲ τῶν
ἄρτων οἱ μέγιστοι, τροφιμώτατοι, διότι ἥκιστα
ἐκκαίονται αὐτὸ τοῦτο τὸ πυρὸς τὸ ὑγρὸν. [88] καὶ οἱ
ἐπίπαν ἄρτοι τροφιμώτεροι τῶν [89] ἐσχαρητῶν,
[90] καὶ ὀβελιέων, διότι ἧσσον ἐκκαίονται αὐτὸ D
τοῦτο τοῦ πυρός. [91] οἱ δὲ κλιβανῖται, [92] καὶ οἱ ἐγκρυ
φίαι, ξηρότατοι· [93] οἱ μὲν διὰ πλὴν ἀποδύσιν, [94]
οἱ δ' διὰ τὸ ὄστρακον, ἐκπινόμενοι τὸ ὑγρόν. [95]
οἱ δὲ σεμιδαλῖται ἰσχυρότατοι πάντων τούτων.
[96] ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ οἱ ἐκ τοῦ χόνδρου, καὶ τρό
[b] ὁ μὲν τοι φιμοι σφόδρα, [b] πλὴν ὁ διαχωρέουσιν ὁμοί-
[c] ἐφ' ὡς. [97] ἄλητον καθαρὸν πινόμενον [c]ἐν ὕδατι,
ψύχει. [98] καὶ πλύμα ψυχρὸν δὴ [d] πυρῷ. [99]
[d] πυρῶ πτύρων χυμὸς ἐφθὸς, κοῦφος, διαχωρέει.
[100] τὸ δ' ἐν γάλακτι διδόμενα ἄλητα, διαχω-
ρέει μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ ὕδατι, διὰ τοὺς ὀρροὺς, καὶ
μάλιστα ἐν τοῖσι διαχωρητικοῖσιν. [101] ὁκόσα
δὲ ξὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ ἕψηται ἢ ὀπτᾶται ἐξ
ἀλή-

est siccari. [64] Merito autem aquæ unà cùm
maza ingredientis refrigerat. [65] Quæcunque
igitur siccare oportet aut frigefacere, siue in
uentris profluuio, siue in quauis consimili
caliditate, maza præstabit. [66] Quòd si sicca,
uino dulci emollita ac trita maza exhibea-
tur, siccat quidem non similiter, propterea
quòd uehementer est constipata: alimentum
tamen plurimũ corpori præbet, cùm sensim
colliquescentis alimentum transitus susci-
piant. Per aluum uerò tardè secedit, neq; fla-
tum inducit, neq; eructatur. [67] At quæ & a-
qua & uino dulci emollita ac prius subacta
est, nutrit quidem minus, sed per aluum sece-
dit, & flatum magis inducit.

[68] Cyceon autem solus cum aqua frigefa-
cit ac nutrit: [69] cum uino calefacit ac nutrit,
& aluum sistit: [70] cum melle calefacit minus
ac nutrit, per aluũ uerò magis secedit, si mel
non fuerit meracum: alioqui non secedit, sed
aluum sistit. [71] Cum lacte autem bene alunt
omnes. [72] Veruntamen ouillum aluum si-
stit: [73] caprinum magis per alunm secedit: [74]
bubulum minus: [75] equinũ & asininum ma-
gis secedunt.

[76] Triticum fortius est ordeo, & magis nu-
trit, minus autem per aluum secedit, tum ip-
sum, tum succus.

[77] Panis ex tota farina factus siccat, & per
aluum secedit. [78] Purus autem magis nutrit,
minus uerò secedit. [79] Ex ipsis autem pani-
bus, fermentatus leuis est, & secedit. [80] Leuis
quidem est, quia à fermenti acore humiditas
consumta est, quæ alere debebat. [81] Secedit
autem, quia citò cõcoquitur. [82] Non fermen
tatus secedit quidem minus, nutrit tamen
magis. [83] Qui succo subactus est, leuior est, &
multum nutrit, ac per aluum secedit. [84] Nu-
trit, quia purus est. [85] Leuis est, quia leuissi-
mo subactus, & ab eodem fermentatus, ac to
stus est. [86] Per aluum secedit, quia dulci & al
uum mouenti tritici succo permixtus est. [87]
Ex panibus rursus maximi maximè alunt,
propterea quòd minimè exuritur humiditas
ab igne. [88] Furnacei item panes magis alunt,
[89] quàm focarij, [90] & ueruarij, propterea
quòd minus exuruntur ab igne. [91] Clibano
autẽ cocti [92] & subcinericij siccissimi sunt: [93]
hi quidem propter cinerem, [94] illi uerò pro-
pter testam, humore priuati. [95] Similagmei
omnium horum fortissimi sunt. [96] Et adhuc
magis, qui ex alica fiunt: plurimumque nu-
triunt, etsi non similiter secedunt. [97] Farina
pura ex aqua pota frigefacit, [98] & lotura flo-
ris farinæ ad ignem agitata. [99] Furfurum suc-
cus coctus, leuis, per aluum secedit. [100] Fari-
næ cum lacte datę magis per aluum secedũt,
quàm cum aqua, propter serum, & maximè
inter aluum mouentia numerantur. [101] Quę-
cunque uerò farinæ cum melle & oleo co-
quuntur,

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 480 sur 736

©BIUM

quuntur, aut aſſantur, omnes æſtuoſæ ſunt, & ructum cient. [102] Hoc quidem, quia cùm alant multum, non tamen ſecedunt. [103] Illud uerò, quia pinguia, & dulcia, & inter ſe diſcordia, non eiuſdem cocturæ indiga, in eodem ſunt. [194] Similago & alica cocta, fortia ſunt & alunt, non tamen per aluum ſecedunt. [195] Tragus ſiue olyra, leuior eſt tritico, & quæ ex ipſa fiunt ſimiliter, ut ea quæ ex tritico parantur, magis tamen per aluum ſecedunt. [106] Auena comeſta humectat ac perfrigerat, itemque in ſorbitione accepta. [107] Polentæ ac farinæ recentes ſicciores ſunt uetuſtis, quia igni & præparationi propinquiores exiſtunt. [108] Vbi uerò uetuſtæ fiunt, calor exhalat, & frigiditas inducitur. [109] Panes calidi ſiccant, frigidi minus: gracilitatem autem quandam inducunt.

ἀλήτων, πάντα καυσώδεα, καὶ ἐρυγμώδεα. [102] ἐρυγμώδεα μὲν, ὅτι τρόφιμα ἐόντα, οὐ διαχωρητικά ἐστι. [103] καυσώδεα δὲ, διότι λιπαρὰ ἐόντα, καὶ γλυκέα, καὶ ἐ ξύμφορα ἀλλήλοισι, ἐ τῆς αὐτῆς καθεψήσιος δεόμενα, ἐν τῷ αὐτῷ ἐστί. [104] σεμίδαλις καὶ χόνδρος ἐφθὸς, ἰσχυρὰ καὶ τρόφιμα, ἐ μὴν τι διαχωρέει. [105] ἡ τρῦγις κουφοτέρη πυρῶν, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γενόμενα [2] ὁμοίως ἐκ τῶν πυρῶν, καὶ διαχωρητικὰ μᾶλλον. [106] ὁ βρόμος ὑγραίνει καὶ ψύχει, ἐδώδιμος, καὶ ῥόφημα ἡδόμενος. [107] τὰ ἀπόφατα ἄλφιτα καὶ ἄλητα, ξηρότερα τῶν παλαιῶν, ὅτι ἔγγιον τὲ πυρὸς καὶ τῆς ἐργασίης ἐσί. [108] παλαιούμενα δὲ, τὸ μὲν θερμὸν ἐκπνέει, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐπάγεται. [109] ἄρτοι θερμοὶ μὲν ξηραίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἧσσον. ἰσχνασίην δέ τινα παρέχουσιν. [2] ὁμοιᾶ



Aa. Ali-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 481 sur 736

©BIUM


Ad. Alimenti materia considerata
Per se, tum quo ad
Substantiam. Vide seq. signum Bb.
Qualitatem tum
Visilem.
Olfactilem:
Odoratum.
Graueolens.
Gustatilem: utputa Dulce, Amarum.
Tactilem: ut Calidum, Frigidum.
Respectu
Loci in
Genere. Alimentum ex ijs quæ in
Terra
Nascuntur & adhærent.
Ambulant.
Aqua
Nascuntur.
Mouentur.
Aere uolant.
Specie. Alimentum ex
Terrestribus, quæ terram inhabitant
Aridam, Irriguam.
Altam, Humilem.
Ventosam, Suffocatam.
Aquatilibus, quæ incolunt aquam
Salsam.
Dulcē
Stagnantem.
Mobilem
Limosam.
Arenosam.
Saxosam.
Volatilibus.
Temporis. Alimenta
Recentia.
Vetera
Horna.
Verna.
Corporis humani, tum ut
Agunt in illud, & uarios effectus imprimūt, quo ad qualitates
Primas
Simplices:
Calefaciens.
Humectans.
Compositas. Vt calefaciens & humectans.
Reliquas. Vt quòd Sistunt, quòd Aluum soluunt, Vrinam mouent, Replent, Robur addunt.
Patiuntur ab eodem. Sic uel
ἰσχυρὰ, quæ à calore non facilè superantur, nisi arte præparentur & concoquantur.
πανφαὰ.

Bb. Sub-

©BIUM.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 483 sur 736



Dd. Dif=

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 484 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 485 sur 736

©BIUM



MA

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 486 sur 736

MAZA inter ſpecies alimentorum formales, ſed artificiales, referenda, uaria eſt, uarijsq; fit modis: uarijs iccirco prædita facultatibus. N. 54. Vti autem Cyceon alius cum ſola paratur aqua, alius cũ alijs, ut n. 68. item Panis ſimpliciſſimus quidem ex farina, aqua & fermento conſtat (cuius ſolius rationem paulò pòſt Hip. habet) delicatior uerò & butyrum & aniſum & ſaccharum & aromata admittere poteſt: ita quoque Maza alia uiliſſima & ſimpliciſſima, alia delicatior, eorum ex quibus conſtat naturã imitatur. Sic Heſiodus μάζαν ἐν μολγάκῃ æſtatis tempore ſuo ruſtico offert. Mazæ igitur in

Genere

Materia partim

Sicca & uel

Primaria, maximeq; neceſſaria, eſt farina triticea uel ordeacea (ἄλσυ, ϛορ) eaq; uel

Impura, συγκομιϛὸν, quandoquidem palea unà cum grano commolita eſt. Et propterea minus nutrit, plus purgat & detergit. N. 55.

Pura, reiecta palea, καθαρόν. Plus nutrit, minus detergit & ſecedit. N. 56.

Secundaria, ea quæ præter farinam ſicca admiſcentur, ſiue ſemina ſint, ſiue aromata, ſiue caſeus, ſiue ſaccharum.

Humida, tum

Simplex, Aqua.

Mixta: ut Vinum, Oleum, Butyrum.

Forma ea eſt, ut ſubigatur primùm citra fermentum: deinde ſubacta igni ſicco excoquatur. Sic à Cyceone & Pane differt Maza. Conuenit cum Pane, quòd farina aqua ſubigitur, ſubacta igne torretur & aſſatur in ſubſtantiam ſolidam, minimeq; fluidam: (& hoc ipſo differunt à Cyceone.) A Pane differt, quoniam ille non ſubigitur tantùm, ſed etiam fermento eleuatur: hæc uerò ſubigitur tantùm, neq; eleuatur. Et proinde ut ἄρτος ἀπὸ τοῦ ἀείρω, cùm illi præter ſubactionem etiam eleuatio accedat: ita μᾶζα ἀπὸ τοῦ μάττω, quòd ſubigatur tantùm, non eleuetur, appellationem uidetur traxiſſe.

Efficiens

Princeps.

Inſtrumentalis:

Manus ſubigens.

Ignis coquens.

Finis: ut in alimentum cedat. Exhibetur autem

Per ſe uel

Recens & adhuc calens: ut etiam de pane. N. 109. νεοφυρηθεῖσα.

Vetus, προφυρηθεῖσα. quam fol. 361. n. 47. παλαιὸν συγκομιϛόν uocat.

Reſpectu alterius uel

Sola.

Non ſola, ſed intrita lacti aut uino.

Specie. Maza alia θρυπτὸν, delicata & ſuauiter condita appellari poteſt, quam Athen. lib. 14. cap. 32. Mattyam uidetur dicere: alia ἄθρυπτος, uiliſſima & plebeia, nomine generis nũcupata. Sed Hippocrates περὶ πλῆυ facit & ἄθρυπτον, ab intuſione. Eſt igitur alia

ἄθρυπτος, ſine intritione & commixtione alterius ſubſtantiæ, uel humidæ uel ſiccæ. Et propterea cùm ex farina tantùm & aqua conſtet, ῥαντὸν dicitur, quaſi aqua aſperſa farina. & n. 58. ὑγρὸν. & 63. ὑδατι διαβρεχος. Vide ſignum ☞

θρυπτὸν, cum intritione & commixtione alterius ſubſtantiæ uel humidæ actu, ut mellis, lactis, uini, olei: uel ſiccæ, ut ſeminũ, ſaccheri, aromatũ. Propter quã commixtionẽ aliorũ, quæ corpulentiora ſunt quã aqua, hæc maza ξηρὸν dicitur, ad differentiã præcedentis, quæ ῥαντὸν & ὑγρὸν uocatur. Hæc igitur maza cùm uarias habeat uires, pro eorum quæ interuntur diuerſitate, in uniuerſum tamen reſpectu farinæ tanquam primi ſui elementi quo conſtat, ſiue iam cum melle, ſiue cum lacte, ſiue cum uino, ſiue cum aromatibus intera tur, recens θρυπτὸν cum uetere itidem θρυπτῷ conferri poteſt: recens quinetiam θρυπτὸν cum recenti ἀθρύπτῳ. Ergo quæ

Recens eſt, adhuc calens, minus quã recens ἄθρυπτος exiccat, magis tamẽ quã uetus θρυπτόν. Nã cùm optimè ſubacta ſit & cõſtipata & condenſata, minusq; rara, minus quoq; uẽtriculi humorẽ (quod ἄθρυπτος recens faciebat) ad ſe raptum imbibere poteſt. Iã uerò cùm diu in uentriculo moretur, & ſenſim à calore eliquata per uenas meſeræi trãſmitti queat: minus promtè per aluũ deſcendit, probè concoquitur, minus flatuoſa eſt, magisq; nutrit. N. 66.

Vetus eſt, minus q̃ recens nutrit, celerius p aluũ deſcẽdit, magisq; flatuoſa eſt. N. 67.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 487 sur 736

©BIUM

Talis igitur maza & refrigerare et siccare apta nata est, daturq; in ijs morbis, ut in diarrhœa uel lienteria, ubi aluus siccāda est citra calefactionem, quem admodū N. 65. colligit. Etsi rursus uarij sunt huius refrigerationis & exiccationis gradus, pro uario usu. Maza enim hæc, ubi subacta est, & igni excocta, uel in usum adhibetur

- Non statim, sed aliquanto tempore post, præsertim cùm diu durare possit. Quā προφυρηθεῖσαν uocat, iampridem subactam (fortè etiam προπυρωθεῖσα, iampridē cocta, dici posset) & leuem esse, id est parum nutrire (cui opponit τὸ ἰσχυρὸν, ut ex n. 129. colligitur) citò per aluū secedere, & refrigerare affirmat. N. 57. Declarat:
  - Refrigerat quidem, propter aquæ frigidæ mixtionem, qua subacta fuit & compacta. N. 58.
  - Citò per aluum secedit, non quòd purget, sed quia propter leuitatem suam facilè concoquitur, neq; diu moratur in uentriculo. N. 59.
  - Leuis est, quia eius partis, quæ alere potest, maior pars cū flatu foras excernitur. N. 60. Rationem affert. Flatuosa enim est hæc maza, frigida scilicet, & minus quàm quæ recens exhibetur sicca. Vbi ergo à flatu intumuit, uiæ alimenti (uenæ scilicet mesaraicæ, per se angustæ) alimentum sibi conueniens, humidum scilicet non flatuosum (hoc enim aquæ naturā, quæ nutricationi cum primis seruit, refert: flatus uerò aeris potius naturam æmulatur) attrahunt, idem tamen ualde siccū, cuius merito oscula ipsa magis etiam contrahuntur (ut infrà quoq; n. 355. docet. Ex n. 111. pro στενοπώτεροι lego στενοπορώτεροι) flatuosum autem, ὡς μὴ ξύμφορον, ad intestina delabi patiuntur. Proinde Mazæ concoctæ pars subtilior cum flatu supernè eructatur: craßior ad aluum descendit, ibiq; similiter flatu agitante tandem excernitur. N. 61. Tale quid etiam infrà n. 111. docet.
- Statim, adhuc calens. Quam εὐθέως φυρηθεῖσαν uocat, & alibi νεοφυρηθεῖσαν. Quæ quidē &
  - Exiccat, multoq; potentius quàm prior illa. N. 62. Declarat. Farina enim per se sicca, licet ab aqua irrigata fuerit, tamen ab igne uicißim actualem calorem acquisiuit, cuius merito uentriculi humiditas attrahitur & ebibitur. N. 63.
  - Refrigerat, merito aquæ, qua fuit irrigata & subacta farina. Ψύχει ἐπαγόμενον (τὸ ἄλφιτον) τοῦ ὕδατος σὺν τῇ μάζῃ ἐσελθόντος. N. 64. Quæ ipsa tamen ubi ab actuali calore incaluit, recens nimirum maza multò leuius refrigerabit, quàm maza uetus.

CYCEON, puls, species alimēti artificialis, à forma nomē traxit, ἀπὸ τοῦ κυκᾶν, quod est commiscere, uel ἀπὸ τοῦ χέειν, quòd substātia solidiore quidem quàm ῥοφήματα, hoc est Sorbitiones seu Iuscula existat, liquidiore tamen quàm Panis uel Maza. Eapropter Eustathio ζωμός τις ῥοφητὸς, puls sorbilis dicitur, Iliad. λ. mediaq; inter cibum & potum constituitur, quæ scilicet & cū pane seu maza comedi, & per se sorberi queat. & Iliad. ε. κρᾶμα ἐκ στερεῶν ὑγρῶν, Homericus Cyceon uocatur. Vt autem Maza alia uilißima erat, alia delicatior & sumtuosior: ita quoq; κυκεῶνα uidetur hîc facere alium

- Vilissimum, ex aqua sola & farina simul agitatis, & ad ignem in pultem coctis. Qui quidem refrigerat & nutrit. N. 68.
- Delicatiorē, ex farina cum quouis alio liquore agitata atq; cocta: interdū etiam cū solidis rebus, ut caseo. Sic Iliad. λ. Hecamede cyceonē parat ex uino generoso & farina purißima, & casei caprini ramentis, eundemq; bibēdum, hoc est, sorbendū proponit Machaoni uulnerato. & Odyß. κ. Circe caseum, farinam, mel atq; uinū κυκᾷ, socijsq; Vlyßis cibum porrigit sorbilem, ueneno intermixtum. Ergo pro uaria eorum quibus farina incoquitur temperie, cyceon quoq; uariat. Is ergo qui coquitur cum
  - Vino, calefacit, nutrit, & aluū sistit. N. 69.
  - Melle, calefacit & nutrit minus. N. 70. Et hoc rursus differenter. Nam si mel fuerit
    - Mixtum cū aqua, promtius per aluum secedit.
    - Sincerum, aluum etiam sistit.
  - Lacte, multum nutrit. N. 71. sed pro diuersitate lactis rursus uariat. Nam lac aliud aluum
    - Sistit, Ouillū. N. 72.
    - Lubricat
      - Parum, Bubulum. N. 73.
      - Plus, Caprinū. N. 74.
      - Plurimum, Equinum & Asininum, quia ualde serosum. N. 75.

TRITICVM inter Cerealia semina materialiter & quidem naturaliter consideratum, principatum obtinet, etsi tempore posterius inuentum, magis nutrit ordeo, sed minus per aluum secedit. N. 76.

PA-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 488 sur 736

PANIS alimenti for malē ſpeciē denotat, & eam quidem artificialem. Eius differē tiæ ſunt ua riæ: aliæ

- Eſſentiales, ſumtæ à
  - Materia. Panis materia alia
    - Sicca, farina ſcilicet uel ſola, uel etiā alijs rebus, ut aniſo, uel ſaccharo mixtis. Farina differt ratione
      - Subſtantiæ. Panis ex
        - Ordeo, minus nutrit, magis ſecedit.
        - Tritico maximè nutrit, minùs ſecedit, ex quolibet tritico factus, maximè uerò ex delicatiſſimo et primario, quod ſiligimem uocāt. Et ſiligo quidem molita
          - Non toſta, χόνδρος, purum granum (è quo etiam Far & Alica fit) potentiſſimè nutrit. N. 96. Celſus & Paulus Siligineum panem uocant. Cùm hic tantum Farris mentio fiat, quidā hoſce libros Hip. non eſſe ſunt ſuſpicati, uti Gal. 1. de Victu Acut. tradit, & tamen multo antiquiores Hippocrate Far nouiſſe, tum medicos tum comicos, aſſerit.
          - Toſta, σεμίδαλιν uidetur conſtituere, ſimilam. quæ cùm toſtione amiſerit aliquantum humoris, minus nutrit χόνδρου. N. 95. Celſus & Paulus Semidaliē uocant, ex ſimila uel ſimilagine factum panem.
      - Qualitatis, uel
        - Pura. Panis καθαρὸς magis nutrit, minus ſecedit. N. 78.
        - Impura cum palea. Panis συγκομιστὸς ſiccat & ſecedit. N. 77.
    - Humida, Aqua potiſſimum: interdum quoq; Butyrum, Oleum, Ouorum liquor.
  - Forma. Differt à Maza ſola fermentatione, per quam rareſcit & intumeſcit: proindeq; concoctu facilior fit. Rarefactio iſta fit uel
    - Cum acore, cum fermento propriè dicto acido, ζύμη: & Panis uocatur Ζυμίτης, qui leuior eſt, & per aluum facilè ſecedit. N. 79. Rationem affert
      - Leuitatis. N. 80.
      - Seceſſionis. N. 81.
    - Abſq; acore. Panis ἄζυμος, qui magis nutrit, minus ſecedit. N. 82. Loco fermenti acidi adhibetur cauſa rarefactionis uel
      - Succus tritici. Panis τῷ χυλῷ πυρυμένος, qui quidem & leuis eſt, & ſecedit, & nutrit. N. 83. Rationem affert
        - Nutritiōis: quia purus. N. 84.
        - Leuitatis, propterea quòd ſucco leuiſſimo & puriſſimo fermētatur. N. 85.
        - Secedit, quia ſucco dulciſſimo tritici commixtus fuit. N. 86.
      - Quiduis aliud: utputa lupulus.
  - Efficiente
    - Principe.
    - Manu ſubigente.
    - Inſtrumentali à
      - Blandus & purus, Furni ſcilicet. Ergo Panis ἰσχνίτης maximè nutrit, quia minimum exuritur. N. 88.
      - Igne coquente, qui uel eſt
        - Vehemens, iccirco panis magis exuritur, minusq; nutrit. Ignis rurſus uel eſt
          - Nō incluſus: itaq; Panis minùs exuritur, modiceq; nutrit, tū qui coquitur in
            - Foco. ἐσχαρίτης. N. 89.
            - Veru circūactus. ὀβελιτής. N. 90.
          - Incluſus, & panis maximè exuritur, minimeq; nutrit, ut qui coquitur in
            - Teſta. πλινθίτης. N. 91. Ratio. N. 94.
            - Cinere. ἐγκρυφίας. N. 92. Ratio. N. 93.
- Accidētales ſumtæ à
  - Quantitate. Sic panes
    - Magni magis nutriunt, cùm minus exurantur & exiccentur. N. 87.
    - Parui minus nutriunt, quia magis exiccantur.
  - Qualitate. Ergo
    - Calidus adhuc, exiccat magis. N. 109.
    - Frigidus minus exiccat, corpus tamen minus nutrire, & emaciare etiā aliquatenus uidetur. N. 110.
  - Tempore coctionis: uel Recens uel Vetus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 489 sur 736

©BIUM



CA

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 490 sur 736

CAPVT IV.

De Leguminibus. Item de Carne & Succo uniuersim.

FABÆ[110] alunt, aluum sistunt, & inflant. A [111] Inflant, quoniam meatus non suscipiunt alimentum aliud superueniens. [112] Aluum sistunt, quia totam alimenti fecem habent.

[113] Pisa inflant minus, & per aluum magis secedunt.

[114] Eruilia, & phaseoli, his magis per aluũ secedunt, minus inflant, & probè alunt.

[115] Cicer album per aluum secedit, & per urinam eijcitur, & alit [116] Alit quidem, carnosum qđ in ipso est. [117] Per urinã eijcitur, qđ dulce est. [118] Per aluum secedit, salsuginosum.

[119] Milij grana ac paleæ siccant, & uentrem sistunt, & cum ficubus uehementibus doloribus conferunt. [120] Ipsum autem miliũ coctũ alit, non tamen aluo secedit.

[121] Lentes æstuosæ sunt, & turbant, & neq; per aluum secedunt, neq; ipsam sistunt.

[122] Eruum aluum sistit, & robustum est, & crassefacit, & explet, & boni coloris hominem facit.

[123] Lini semen comestum aluum sistit. Habet & quiddam refrigeratorium.

[124] Hormini semen eadem quæ lini semen præstat.

[125] Lupini natura robusti sunt & calidi: [126] uerùm præparatione leuiores ac frigidiores fiunt, & aluo secedunt.

[127] Irio humectat, & aluo secedit.

[128] Cucumeris semen per lotium magis abit, quàm per secessum. Replet autè & crassefacit. [129] Secedit quidem, propter paleam externam. [130] Replet autem & crassefacit, propter carnem. [131] Lotum uerò secedit quidem, uerùm minus: [132] crassefacit autem & explet magis: humectat autem & urit, propter pingue & oleosum.

[133] Cnicus aluum mouet.

[134] Papauer aluum sistit, magis autem nigrum hoc facit: sed & album idem præstat, alit autem, & robustum est.

[135] Horum porrò omnium succi carnis aluum mouẽt. [136] Iccirco in præparatiõe id obseruare oportet, [137] ut quando siccare uoles, succos detrahas, & carne utaris: [138] sin aluum mouere, succum copiosiorem, carnem pauciorem & succulentiorem adhibeas.

ΚΥΑΜΟΙ,[110] τρόφιμόν πη, ἑφθὰ μᾶλλον, ἢ φυσώδεες.[111] φυσώδεες μὲν, ὅτι οὐ διέχοντα οἱ πόροι τὴν τροφὴν ἄλλην ὑποδύεσθαι.[112] εὐσταλὲς δέ, ὅτι ὅλην ἔχει τὴν ἀποσκίβαλον τῆς τροφῆς.

[113] οἱ πάντες, φυσῶσι μὲν ἧσσον, διαχωρέουσι δὲ μᾶλλον.

[114] ὠχροὶ δὲ καὶ ὀλιγίχολοι, διαχωρητικώτεροι τῶν ἑτέρων, ἧσσον δὲ φυσώδεα, τρόφιμα δέ.

[115] ἐρεβινθοι λύουσι, διαχωρέουσι, καὶ οὐρέουσι, καὶ τρέφουσι.[116] τρέφει μὲν, τὸ σαρκῶδες.[117] οὐρέεται δὲ, τὸ γλυκύ.[118] διαχωρέεται δὲ, τὸ ἁλμυρόν.

[119] κέγχρων χόνδροι,[a] κυβήλεια, ξηρὰ καὶ B εὔσιμα, μὴ σύκων [b] ἰσχυρῶν τοῖσι πόνοισιν.[120] αὐτὴ δὲ οἱ κέγχροι ἐφθοὶ τρόφιμοι, οὐ μέν τοι διαχωρέουσιν.

[a] λυρύβια. λυρύβια
[b] ἰσχυρῶς. ἰσχυροῖσι

[121] φακοὶ δὲ καυσώδεες, καὶ καταῤῥηκτικοὶ, καὶ οὔτε διαχωρέει, οὔθ' ἵστησιν.

[122] ὄροβοι, εὔσιμον καὶ ἰσχυρὸν, καὶ παχύνει, καὶ πληροῖ, καὶ εὐχρόων ποιέει τὸν ἄνθρωπον.

[123] λίνου καρπὸς ἐσθιόμενος, εὔσιμον. ἔχει δέ πη καὶ ψυκτικόν.

[124] ὁρμίνου καρπὸς, παραπλήσια τῷ λίνῳ διαπεφήνασι.

[125] θέρμοι, φύσει μὲν ἰσχυρὸν καὶ θερμόν.[126] διὰ δὲ τὴν ἐργασίην, κουφότερόν καὶ ψυκτικώτερόν ἐστι, καὶ διαχωρέει. C

[127] ἐρύσιμον ὑγραίνει καὶ διαχωρέει.

[128] σικύου σπέρμα, διαῤῥεῖ μᾶλλον, ἢ διαχωρέει· πληροῖ δὲ, καὶ παχύνει.[129] διαχωρέει μὲν, διὰ τὸ ἄχυρον τὸ ἔξω.[130] πληροῖ δὲ, καὶ παχύνει, διὰ τὴν σάρκα.[131] πεπλυμένον δὲ διαχωρέει μὲν, ἧσσον δὲ· παχύνει δὲ καὶ πληροῖ μᾶλλον.[132] ὑγραίνει δὲ καὶ [c] καίει, διὰ τὸ λιπαρὸν καὶ πῖον.

[c] λίγυρ

[133] κνίκος διαχωρέει.

[134] μήκων, εὔσιμον· μᾶλλον δὲ ἡ μέλαινα μήκων. ἀτὰρ καὶ ἡ λευκὴ. τρόφιμον δὲ καὶ ἰσχυρόν. D

[135] τούτων δὲ ἁπάντων οἱ χυμοὶ τὸ [d] σαρκῶδες διαχωρητικοί.[136] δεῖ οὖν ἐργασίη φυλάσσειν.[137] ὁκόσου μὲν βέλει ξηραίνειν, τοὺς χυμοὺς ἀφαιρεῖσθαι, τῇ σαρκὶ χρῆσθαι.[138] ὁκόσου δὲ διαχωρέειν, τῷ μὲν χυμῷ πλείονι, τῇ δὲ σαρκὶ ἐλάσσονι, καὶ δυχυμοτέρῃ.

[d] γλισχρὸς

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 491 sur 736

©BIUM

AD materiales Alimentorum species redit: et de ijs agit tum in

- FABA nutrit, sistit aluum, flatuosa est. N. 110 Ratio cur
  - Flatum gignat. Neque enim uiæ alimenti recipiunt aliud superueniens. N. 111. Sic etiam suprà n. 61. An hoc uult. Aquam (uti primo de Diæta, n. 52 docuerat) omnia alere: ergò etiam corpus humanum? Humidum igitur aqueũ alit: & illud uiæ nutritioni destinatæ recipiunt. Aliud uerò, quod flatuosum est, & alterius substantiæ, nimirum aereæ potius quàm aqueæ, non recipiunt, sed ut alienum respuunt. Quod ipsum cùm à mesaraicis non recipiatur, in uentre manens, & flatus excitat, & foràs uel infernè uel supernè expellitur. Nam ut eodem lib. n. 103. singula à locis conuenientibus tantùm recipi, & in ijsdem manere possunt: aliena uel excluduntur omninò, uel recepta expelluntur.
  - Aluum sistat. N. 112.
- PISA minus inflant quàm fabæ, & promtius per aluum secedunt. N. 113.
- ERVILIA & Phaseoli magis quàm pisa per aluum secedunt, pauciores flatus pariunt, & nutriunt. N. 114.
- CICERES albi secedunt, urinam pellunt, nutriunt. N. 115. Ratio. Nam parte sui
  - Carnosa, nutriunt. N. 116.
  - Dulci, urinam prouocant. N. 117.
  - Salsa, secedunt. N. 118.
- MILIVM pro
  - Medicamento. Grana simul & paleæ siccant, sistunt, dolores uehementes cum ficubus leniunt. N. 119.
  - Alimento. Nutrit coctum, non tamen secedit. N. 120.
- Specie. Ergò
  - LENTES æstuosæ sunt & turbant: aluum neq; soluunt, neque sistunt. N. 121 κατυῤῥηκτικοί. An ἐκταρακτικοί? turbant aluũ. Nam κατυῤῥήγνυσθαι. Hip. aliàs dicitur aluus, quando rumpitur, id est soluitur.
  - ERVVM sistit aluum, multum nutrit, crassefacit, replet, coloratum reddit. N. 122.
  - LINI semen comestum sistit aluum, & parum refrigerat. N. 123.
  - HORMINI semen idem præstat. N. 124.
  - LVPINVS
    - Natura sua multum nutrit, & calidus est. N. 125.
    - Arte & præparatione leuior fit & frigidior, ita ut etiam secedat. N. 126.
  - ERYSIMVM humectat, & secedit. N. 127.
  - CVCVMERIS semen per urinam potius quàm per aluum secedit: replet. N. 128. Et quidem quo ad
    - Secessum & Repletionem
      - Nõ lotum
        - Secedit propter paleam. N. 129.
        - Replet propter carnem suam. N. 130.
      - Lotũ minus quidẽ secedit, magis uerò replet et incrassat. N. 131.
    - Vrinam, quia pingue & oleosum est, per uesicam promtè secedit. N. 132. ὑγραίνει ἢ καὶ καίει. Quia oleosum est & pingue, καίει (ut etiam suprà n. 103. ea omnia quæ cũ oleo coquuntur καυσώδεα esse dixit) urit, mordicat: ipsiusq; olei lenitione & deductione pars humida promtè ad meatus urinæ fertur καὶ ὑγραίνει. An legendũ, ὑγραίνει ἢ καὶ κρνοῖ, Humectat & uacuat per uesicam. An ὑγραίνει ἢ καὶ κύστιν, Humectat & uesicã? An, διουρέεται ἢ διὰ τὸ &c. Nam hoc ex ijs, quæ n. 128 proposuerat, demonstrandum supererat.
  - CNICVS aluum mouet. N. 133.
  - PAPAVER utrumq;, sed nigrum præsertim, sistit aluum, nutrit potenter. N. 134.
- Genere. Namq; in prædictis omnib. & CARO cõsideratur & SVCCVS carnis, ad secessum aptior. N. 135. Arte igitur hîc utendũ. N. 136. Vt quando uoles
  - Exiccare, succo relicto, carne utaris. N. 137.
  - Secessum promouere, succo potius quàm carne. N. 138.

CA

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 492 sur 736

CAPVT V.

De ijs quæ ab Animalibus ſumuntur alimentis.

CÆTERVM[139] de animalibus, quæ in ciborum uſum ueniunt, ſic cognoſcere oportet. [140] Carnes bubulæ robuſtæ ſunt, & aluum ſiſtunt, & ægrè in uentre coquuntur,[141] propterea quòd craſsi ac multi ſanguinis eſt hoc animal. Proinde & carnes mortuæ, ad pondus graues ſunt, & carnes uiui animalis, itemq; ſanguis ac lac.[142] Quorũ aũt animaliũ lac tenue eſt, & ſanguis ſimiliter, eorũ etiã carnes cõſimiles ſunt.[143] Caprinæ carnes his leuiores ſunt, & magis aluo ſecedunt.[144] Suillæ quidẽ robur magis quàm hæ corpori afferunt, ſatis aũt aluo ſecedunt,[145] propterea quòd tenues & modici ſanguinis uenas ſues habent, carnẽ uerò multã.[146] Agninæ leuiores ſunt ouillis, & hœdinæ caprinis,[147] quia magis exagues ſunt & humidiores.[148] Quũ enim ſicca & robuſta natura ſint animalia, dum tenera ſunt, aluo ſecedũt: ubi uerò adoleuerint, non itẽ.[149] Et uitulinæ carnes eodẽ modo ſe ad bubulas habent.[150] Verùm porcellinæ ſuillis grauiores ſunt.[151] Quũ enim animal ſit natura carnoſum & exangue, humiditatis exceſſum in tenella ętate habet. Quũ igitur meatus alimentũ ſuperueniens non ſuſcipiant, intus manens calefacit ac perturbat uentrem.[152] Aſininæ carnes aluo ſecedunt,[153] & pullorũ adhuc magis.[154] Equinæ leuiores ſunt.[155] Caninæ calefaciũt ac ſiccant & robur addunt, nó tamen aluõ ſecedunt.[156] Catulinæ uerò humectant & ſecedunt.[157] Suis ſylueſtris caro ſiccat, & robur affert, & ſecedit.[158] Cerui ſiccat, minus aũt ſecedit, magisq; urinã prolicit.[159] Leporinę ſiccæ ſunt, & aluũ ſiſtunt, urinã aũt aliquantum cient.[160] Vulpinæ humidiores ſunt.[161] Erinaciorũ item terreſtrium carnes urinam cient, & humidiores ſunt.

[162] Porrò de uolucribus ſic ſe res habet.[163] Omnia ferè uolucrum genera quadrupedibus ſicciora ſunt.[164] Quæcunq; enim ueſicã non habent, neq; mingunt, neq; ſputũ aut ſaliuã fundunt, omnino ſicca ſunt. Propter caliditatẽ enim uentris, humiditas ex corpore abſumitur in alimentũ caloris: & iccirco neque mingunt, neq; ſputũ aut ſaliuã fundunt. Cui aũt tales humiditates nõ inſunt, id ipſum neceſſariò ſiccat.[165] Siccisſima igitur caro eſt palumbis: deinde columbæ: tertio loco perdicis, ac galli, & turturis.[166] Humidiſsima uerò anſeris.[167] Seminileges autem uolucres prædictis ſicciores ſunt.[168] Verùm anatis carnes, & reliquarũ, quæ in paludibus degunt, aut in aquis, omnes humidæ ſunt.

[169] Ex piſcibus ſicciſsimi ſunt, ſcorpius, draco, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thriſſa.[170] Leues autem ſunt petroſi fermè omnes: uelut

A ΠΕΡΙ[139] τῶν ζώων τὰ ἐδιομένων ὧδε χρὴ γινώσκειν.[140] βόεια κρέα, ἰσχυρὰ, καὶ σιτία, καὶ δύσπεπτα τῇσι κοιλίῃσι.[141] διότι παχύαιμον καὶ πολυαιμόν ἐστι τὸ ζῶον. καὶ τὰ κρέα βαρέα ἐς τὸ σῶμα, καὶ αὐτῆ αἱ σάρκες, καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ γάλα.[142] ὁκοῖόν τε τὸ γάλα λεπτὸν, καὶ τὸ αἷμα ὅμοιον, καὶ αἱ σάρκες παραπλήσιοι.[143] τὰ δὲ αἴγεια κρέα, κουφότερα τῶν

B προβείων, καὶ μᾶλλον.[144] τὰ δὲ ὗεια, ἰσχυὰ μὲν τῷ σώματι ἐμπιέζει μᾶλλον τῶν προβείων, διαχωρεῖ δὲ ἱκανῶς.[145] διότι λεπτὰς τὰς φλέβας ἔχει, καὶ ὀλιγαίμους, σάρκα δὲ πολλήν.[146] τὰ δὲ ἄρνεια· κουφότερα τῶν οἰῶν, καὶ τὰ ἐρίφεια τῶν αἰγείων·[147] διότι αἱματώδεστερα, καὶ ὑγρότερα.[148] ξηρὰ δὲ καὶ ἰσχυρὰ φύσει ὄντα τὰ ζῶα, ὁκόταν μὲν ἁπαλὰ ᾖ, διαχωρεῖ· ὁκόταν δὲ αὐξηθῇ, ἐχόμοίως.[149] καὶ τὰ μόσχεια τῶν βοείων ὡσαύτως.[150] τὰ δὲ χοίρεια τῶν συείων βαρύτερα.[151] φύσει γὰρ εὔσαρκον ὂν τὸ ζῶον, καὶ ἔναιμον, ὑπερβολὴν ὑγρασίης ἔχει, τέως μὲν νέον ᾖ. ὁκόταν οὖν πόροι μὴ δέχωνται τὸ προφοιτῶν ἐμπιοῦσαν, ἐμμένον θερμαίνει καὶ περάσασα τὴν κοιλίην.[152] τὰ δὲ ὄνεια, διαχωρέει.[153] καὶ τῶν πώλων ἔτι μᾶλλον.[154] καὶ τὰ ἵππεια κοῦφα κουφότερα.[155] κυνεία δὲ, θερμαίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ ἰσχὺν ἐμποιέει, ἀλλὰ μὴν καὶ διαχωρέει.[156] σκυλάκια δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει.[157] συὸς ἀγρίου, ξηραίνει, καὶ ἰσχὺν παρέχει, καὶ διαC χωρέει.[158] ἐλάφου δὲ ξηραίνει, ἧσσον δὲ διαχωρέει, οὐρέειν δὲ μᾶλλον.[159] [a] λαγῶα ξηρὰ καὶ σιτία, εὐρησιν δέλεα παρέχει.[160] ἀλωπέκων δὲ ὑγρότερα,[161] καὶ ἐχίνων χερσαίων, οὐρητικὰ, ὑγραίνει δέ.

[162] ὧδε δὲ ὀρνίθων ὧδε ἔχει.[163] σχεδόν τι πάντα τὰ ὀρνίθια ξηρότερα ἢ τὰ τετράποδα.[164] ὁκόσα γὰρ κύστιν οὐκ ἔχει, οὔτε οὐρέει, οὔτε σιαλοχοέει, πάντως ξηρά. διὰ γὰρ θερμότητα τὴν κοιλίης, ἀναλίσκεται τὸ ὑγρὸν ὑπ' αὐτοῦ σώματος ἐς τὴν προφοὴν τῷ θερμῷ, ὥστε οὔτε οὐρέεται, οὔτε σιαλοχοέει. ὅτῳ δὲ μὴ σύνεισι τοιαύτη ὑγρασίη, ξηραίνει ἀνάγκη.[165] ξηρότατον μὲν οὖν

D [b] κρέας, φάσσης· δεύτερον, μετὰ τοῦτον, πέρδικος, καὶ ἀλεκτρυόνος, καὶ τρυγόνος.[166] ὑγρότατον δὲ, χηνός.[167] ὅσα δὲ σπερμολογέει, ξηρότερα τῶν πρότερον.[168] νήσσης δὲ, καὶ τῶν ἄλλων, ὁκόσα ἐν ἕλεσι διαιτᾶται, ἢ ἐν ὕδασι, πάντα ὑγρά.

[169] τῶν δὲ ἰχθύων, ξηρότατοι μὲν οὗτοι, σκορπίος, δράκων, καλλιώνυμος, κόκκυς, γλαῦκος, πέρκη, θρίσσα.[170] κοῦφοι δὲ οἱ πετραῖοι

[a] λάγεια

[b] φάσσης κρέας

οχεδόν τι παύτες. οἷον κίχλη, φυκὶς, ἐλεφιτὶς, κωβιός.[171] οἱ τριῶτοι ᾖ, καὶ οἱ τερρηθύπτις, καὶ φότεροι τ̃ πλανήτων. ἅπερ γὰρ ἀτρεμίζοντες ἔτι ἀραιλὴ τὴν σάρκα καὶ κούφην ἔχουσιν· οἱ ᾖ πλανήται καὶ κυματόπληγες πεφυμμένοι τῷ πόνῳ, στερεωτέρην τὴν σάρκα ἔχουσι.[172] νάρκαι ᾖ, καὶ ῥῖναι, καὶ ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐλαφρότερα.[173] ὁκόσοι ᾖ τ̃ ἰχθύων ἐν τοῖσι πηλώδεσι καὶ ὑδρηλοῖσι χωρίοισι τὰς τροφὰς ἔχουσιν, οἷον κέφαλοι, κεστραῖοι, ἐγχέλυες, καὶ οἱ λοιποὶ τριῶτοι, βαρύτεροι,[174] διότι ἀπὸ τ̃ ὕδατος καὶ τ̃ πηλ̃, καὶ τ̃ ἐν τουτέοισι φυομένων τὰς τροφὰς ἔχουσιν·[175] ἀφότων καὶ τὸ πνεῦμα ἐσιὸν ἐς τὸν ἄνθρωπον βλάπτει καὶ βαρύνει.[176] οἱ ᾖ ποτάμιοι καὶ λιμναῖοι ἔτι βαρύτεροι τουτέων.[177] πολύποδες ᾖ, καὶ σηπίαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὔτε κεφάλαιά ἐστιν, ὅτι διαχωρητικά· διὸ καὶ τὰς ὀφθαλμὰς βαρύνουσιν ἐσιόμενοι[b 178] πολὺ οἱ ζωμοὶ τουτέων διαχωρέουσι.[179] τὰ ᾖ κογχύλια, οἷον πῖναι, πορφυραὶ, λεπάδες, κύρηκες, ὄστρεα, αὐτὰ μὲν ξηρὰ, οἱ ᾖ χυμοὶ τούτων διαχωρητικοί.[180] μύες δὲ, καὶ κτένες, καὶ τελῖναι, τουτέων μᾶλλον διαχωρέουσιν.[181] αἱ δὲ κνίδαι μάλιστα, καὶ τὰ σπλάγχνα, ὑγραίνει καὶ διαχωρέει.[182] τ̃ ᾖ ἐχίνων τὰ ὠὰ, καὶ τὸ ὑγρὸν καθέψας, μῦες, καὶ ἄρκλοι, καὶ καρκῖνοι, μᾶλλον μὲν οἱ ποτάμιοι, ἀπὸρ καὶ οἱ θαλάσσιοι, διαχωρέει, καὶ οὐρέει ᾖ).[183] οἱ τὰ ἕλκεα, ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίνουσι· τὰ ᾖ πλείονα καὶ διαχωρέει ὀπισθεν.[184] ξηρότατοι μὲν τ̃ παρέλκων οἱ θαλάσσιοι.[185] δεύτεροι, οἱ ποτάμιοι.[186] ὑγρότατοι ᾖ, οἱ λιμναῖοι.[187] αὐτέων ᾖ τ̃ παρέλκων, οἱ λεγόμενοι πέρκαι ἰχθύες, ἰσχυρῶς ξηρότεροι.

[188] τῶν ᾖ ζώων τ̃ πτηνῶν, τὰ ὑλόνομα καὶ ἀγρόνομα τ̃ εἴδεα τρεφομένων ξηρότερα, ὅτι πανύστατα ξηραίνει καὶ ὑπὸ τ̃ ἡλίου, καὶ ὑπὸ τ̃ ψύχεος, καὶ τῷ πνεύματι ξηροτέρῳ τρέφεται.[189] τὰ ᾖ ἄγρια τ̃ ἡμέρων ξηρότερα.[190] καὶ τὰ ὠμοφάγα,[191] καὶ τὰ ὑλοφάγα,[192] καὶ τὰ ὀλιγοφάγα τ̃ πολυφάγων,[193] καὶ τὰ χορτοφάγα τ̃ πηφάγων,[194] καὶ τὰ καρποφάγα τ̃ μὴ καρποφάγων,[195] καὶ τὰ ὀλιγόποτα τ̃ πολυπότων,[196] καὶ τὰ πολύαιμα, τ̃ ἀναίμων, καὶ ὀλιγαίμων,[197] καὶ τὰ ἀκμάζοντα μᾶλλον, ἢ τὰ λίαν παλαιὰ καὶ τὰ νέα,[198] καὶ τὰ ἄρσενα τ̃ θηλέων,[199] καὶ τὰ ἄορχα τ̃ ἐνόρχων,[200] καὶ τὰ μέλανα τ̃ λευκῶν,[201] καὶ τὰ δασέα τ̃ ψιλῶν.[202] τὰ δὲ ἐναντία, ὑγρότερα.

[203] αὖτε ᾖ τ̃ ζώων, ἰσχυρότερα μὲν αἱ σάρκες αἱ κάλλιστα πονέουσι,[204] καὶ ἐναιμόταται ᾖ),[205] καὶ ἐν οἷσι κρέλινε ᾖ).[206] κεφότατοι ᾖ τ̃ σαρκῶν, αἱ ἥκιστα πονοῦσι,[207] καὶ ἐκ τ̃ σκιῆς,[208] καὶ ὅσα ἐσώτατα τ̃ ζώου.[209] τῶν δὲ ἀναίμων, ἐγκέφαλος καὶ μυελὸς, ἰσχυρότατα.[210] κουφότατα δὲ τὰ ἐπιγάστρια, μῦες, κτένες, πόδες.[211] τῶν δὲ ἰχθύων, ξηρότατα ἐστὶ τὰ ἄνω,[212] κουφό-

a λεπρῆς

b οἱ μὲν δὲ χυλοὶ

A uelut turdus, phuca, elephetis, gobio.[171] Tales aũt, & prædicti itidé, leuiores sunt erronibus. Nã hi ut quiescentes raram ac leuẽ carnẽ habent: Errones aũt & undas uerberantes, laboribus fracti, solidiorẽ carnẽ.[172] Torpedines aũt & squatinę ac rhombi, & huiusmodi, sunt leuiores.[173] Quicunq; uerò pisces in lutosis & aquosis locis alimenta habent, uelut capitones, mugiles, anguillæ, & reliqui eiusmodi, grauiores sunt,[174] propterea q̃ ab aqua & luto, & in his nascentib. alimenta sumunt,[175] à quib. etiã spiritus in hominẽ ingrediens ipsum lædit atq; grauat.[176] Fluuiatiles aũt & lacustres his adhuc grauiores sunt.[177] Polypi uerò, & sepiæ, & eiusmodi pisces, neq; leues sunt, uti uidentur, neq; per aluũ secedũt: quapropter etiã oculos comesti grauant:[178] iusculum tamen horũ aluum mouent.[179] Cæterùm cóchylia, uelut sunt pinnæ, purpuræ, patellæ, buccina, ostrea, ipsa quidem sicca sunt, succi aũt eorundẽ aluũ mouent.[180] Mituli uerò & pectines ac tellinæ magis aluo secedũt.[181] Vrticæ & cartilaginosi generis pisces, maximè humectant ac aluum mouẽt.[182] Cæterũ erinaceorum oua, & locustarũ humor, & musculi, & urſæ, & cancri, præsertim fluuiatiles, sed & marini, aluum mouent, & urinã cient.[183] Salsamenta siccant & attenuant, pleraq; etiam aluũ leniter mouent.[184] Ex salsamentis siccissima sunt marina:[185] deinde fluuiatilia.

B

C

[186] Humidissima autem sunt palustria.[187] Ex ipsis autem salsamentis pisces percæ appellati ualde sicci sunt.

[188] Animalium porrò cicurũ ea, quæ in syluis & agris pascuntur, sicciora sunt his quæ intra ædes nutriuntur: quoniã dum laborãt, à sole ac frigore siccantur, spiritu item sicciore aluntur.[189] Sylueſtria sicciora sunt mansuetis:[190] & crudiuora,[191] ac syluarũ materie pasta,[192] itemq; non uoracia, sicciora sunt uoracibus.[193] Fœniuora itidé herbiuoris siccio/ra sunt,[194] & frugiuora nõ frugiuoris,[195] & paucibiba multibibis,[196] & sanguine referta exanguibus ac paucum sanguinẽ habẽtibus:[197] & quæ in uigore sunt admodũ ueteribus ac iuuenculis,[198] masculæ fœmineis,[199] & castrata nõ castratis,[200] & nigra albis,[201] & hirta nudis.[202] Contraria uerò his, humidiora sunt.

D

[203] Ipsorum aũt animaliũ carnes fortiores sunt, quæ optimè exercentur,[204] ac sanguinolentissimæ sunt,[205] & supra quas recumbũt.[206] Leuissimæ aũt carnes sunt, quæ minimè exercẽtur,[207] & in umbra degunt,[208] & in intimis animalis partibus sitæ sunt.[209] Exanguium aũt partiũ robustissimæ sunt, cerebrũ & medulla.[210] Leuissimæ uerò carniũ partes sunt uentris inferiora, musculi, pectines, pedes.[211] Piscium siccissimæ sunt supernæ par-

κου-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 494 sur 736

tes,[212] leuissimæ sub uentre.[213] Et capita ipsorum humidiora sunt, propter pinguedinē ac cerebrum.

[214] Oua uolucrum robustum quid habent, & alunt, & inflant.[215] Robustum quid habēt, quia semen est animalis.[216] Alunt, quia hoc est pulli lac.[217] Inflant, quia ex parua mole in multam diffunduntur.

[218] Caseus robustus est, & æstuosus, & alit.[219] Robustus quidem, quia proximus est generationi.[220] Alit autem, quia carnosæ reliquiæ sunt lactis.[221] Æstuosus est, quia pinguis.[222] Aluū autem sistit, quia succo & coagulo constitit.

τατα δὲ τὰ ὑπογάστρια,[213] ἐς κεφαλαὶ ὑγρότεραι, διὰ τὴν πιμελὴν ἐς τὸν ἐγκέφαλον.

[214] τὰ ὠὰ δὲ ὀρνίθων, ἰσχυρὸν μὲν τι ἔχουσι, καὶ τρόφιμον, καὶ φυσῶδες.[215] ἰσχυρὸν μὲν, ὅτι [a] γένεσις ἐστὶ ζώου.[216] τρόφιμον δὲ, ὅτι γάλα ἐστὶ τοῦτο τῷ νεοττῷ.[217] φυσῶδες δὲ, ὅτι ἐκ μικροῦ ὄγκου εἰς πολὺ διαχέεται.

[a] γόνος

[218] ὁ τυρὸς, ἰσχυρὸν, ἐς καυσῶδες, καὶ τρόφιμον.[219] ἰσχυρὸν μὲν, ὅτι ἔγγιστα γενέσιος.[220] τρόφιμον δὲ, ὅτι τοῦ γάλακτος τὸ σαρκῶδες ἐστὶν ὑπόλοιπον.[221] καυσῶδες δὲ, ὅτι λιπαρόν.[222] στάσιμον δὲ, ὅτι ὀπῷ ἐς πιτύη ξυνέστηκεν.

- ANIMALIA inter species alimētorum naturales easq; materiales connumerantur. Eorum igitur temperies cognoscenda, quatenus in usum ueniunt alimenti humani. Num. 139. In cibū proinde ueniunt tum
  - Animalia ipsa, quo ad Carnes. Considerantur autem tū
    - Tota, secundùm differentias specierum. Vide signum I.
    - Partes. Partiū differentiæ totidem quot totius, ex ijsdem deducendæ fontib. siue sint Animaliū uiuentium
      - Extra aquam, Terrestriū scilicet & Volatiliū. Aliæ eiusdē animalis partes sunt
        - Robustiores & alimenti plurimi, tum
          - Per se, quo ad Humores. Quæ partes sanguine
            - Abundant. N. 204.
            - Carēt. Cerebrū & Medulla. N. 209.
          - Propter aliud. Respectu scilicet uel
            - Alimenti.
            - Exercitij, cùm exerceātur uel per
              - Motum diurnum. N. 203. Sic com. de Alimēto aphorismo 32. τὰ γεγυμνασμένα ait esse δυσμετάβλητα & δυστηκτότερα.
              - Quietem, quoniā illis incumbunt. N. 205.
        - Debiliores, tum
          - Per se, quæ sanguine uel carent, uel paucum habent. Vt caro capitis, sumen, musculi, pecten, pedes. N. 210.
          - Respectu
            - Loci: quæ uel
              - Externæ sunt, sed in umbra semper, obtectæ scilicet, neq; aeri & soli expositæ. αἱ ἐν σκιῇς. N. 207.
              - Internæ, in corpore latent. N. 208.
            - Exercitij, quæ minimum exercentur. N. 206.
      - In aqua, Aquatiliū. Piscium partes differunt &
        - Siccitate. Aliæ
          - Sicciores, partes supiores, uidelicet dorsū. N. 211. Itē quæ præ cæteris mouentur, ut cauda, pinnæ.
          - Humidiores, partes inferiores & laterales, uenter scilicet: item capita, ob pinguedinem & cerebrum. N. 213.
        - Leuitate: ut ὑπογάστρια, quæ infra uentrem sunt, uersus caudam. N. 212.
  - Ea quæ ab animalibus proueniūt tum
    - Perfectis. Vt puta à
      - Volatilib. OVA, quæ robusta sunt, multum nutriūt, flatū pariunt. N. 214. Ratio
        - Roboris, quia spiritus illic plurimi, cū inde animal nasci debeat. N. 215.
        - Nutritionis. N. 216.
        - Flatus. N. 217.
      - Quadrupedibus. Lac inter potus connumerari debet. At qui ex lacte fit CASEVS inter cibos locum habet: quem quidem in uniuersum robustum, æstuosum, plurimūq; nutrire ait. N. 218. Rationem addit cur
        - Robustus sit. N. 219.
        - Nutriat. N. 220.
        - Aestuosus sit. N. 221.
        - Aluum sistat. N. 222.
    - Imperfectis, ut ab Insectis. MEL. Quod quidē
      - Meracū, calefacit & siccat. N. 248.
      - Mixtum aqua humectat. N. 249. Et hoc rursus aluum
        - Phlegmaticorū sistit. N. 250.
        - Biliosorum lubricat. N. 251.

I. Tota

©BIUM

- I. Tota considerantur secundũ differẽtias specierum
  - Principes, quæ sumuntur à partib. uniuersi, quas inhabitant. Animalium alia incolũt
    - Terrã. TERRESTRIVM carnes tum
      - Cicurum generis
        - Primi, quatenus specie
          - Differunt. Sic
            - Bubula, robusta, aluum sistit, difficilis concoctu. N.140. Rationem
              - Affert. Nã multo sanguine & crasso abundat. Proinde & caro mortui animalis (τὰ ἀρέα) libræ appensa grauior multo est (βαρέα ἐν τῷ σταθμῷ. Sic pro ἐς τὸ σῶμα legere malo) & caro etiam uiuentis animalis (αἱ σάρκες) ipse quinetiam sanguis & lac etiam ponderosius, quàm reliquorum quadrupedum cicurum. N.141.
              - Confirmat à contrario. Quorumcũq; enim lac tenue est, & sanguis tenuis, illorum quoq; carnes sunt tenues & leues. N.142.
            - Caprinæ leuiores sunt, & magis secedunt. N.143.
            - Suillæ plus nutriunt, sed minus secedunt. N.144. Ratio. N.145.
          - Non differũt, sed ætate tãtùm. Ergò
            - Agninæ leuiores Ouillis, & Hædinæ Caprinis. N. 146. Ratio in
              - Specie. Sunt enim magis exangues & humidiores. N.147.
              - Genere. Quæcunq; animalia suapte natura robusta sunt & sicca, illa quò teneriora sunt, eò facilius secedunt: quò prouectiora, minus. N.148.
            - Vitulinæ Bouillis similiter leuiores. N.149.
            - Porcellinæ Suillis grauiores. N.150. Ratio. Nã cùm animal suapte natura sit carnosum & exangue, & (ut n. 145.) exiguas uenas habens: cùm abundans alimentum non recipiant plenæ uenæ, in uentre manens incalescit atq; turbat. Vnde caro redditur grauis, non propter soliditatem, uti bubula, sed quia humore crudo prægnans est. N.151.
        - Secundi. Carnes
          - Asininæ secedunt. N.152. Et præsertim pullorum. N.153.
          - Equinæ leuiores sunt. N.154.
          - Caninæ calefaciunt, & exiccant, & robur augent, non tamen secedũt. N.155. Catulorum uerò humectant & secedunt. N. 156. Ratio ex n. 148. petatur.
      - Ferarũ: nimirum
        - Suis syluestris, exiccant, robur præbent, secedunt. N.157.
        - Ceruinæ exiccant, per aluum minus, per urinam magis secedunt. N.158.
        - Leporinæ siccæ sunt, & aluum sistunt, sed urinam leuiter mouent. N.159.
        - Vulpinæ humidiores sunt. N.160.
        - Erinacij terrestris urinam mouent & humectant. N.161.
    - Aerem. VOLATILIVM carnes. N.162. De his in
      - Vniuersum. Si conferantur cum terrestribus, sicciores sunt. N.163. Ratio. Nam quæ carent urina & saliua, illa sicca sunt per se, & propterea etiam exiccare possunt. N.164.
      - Specie. Secundùm
        - Species. Sic quædam primum, secundum, tertium locũ obtinent
          - Siccitatis: Palumbes, Columba, Perdix, Gallus, Turtur. N.165.
          - Humiditatis: Anser. N.166.
        - Diætã, tũ secundùm
          - Alimenta. Quæcunq; ex prædictis semina legũt, sicciores sunt alijs eiusdem speciei, uictu humido utentibus. N.167.
          - Habitationes. In paludibus & aquis uiuentes, omnes humidæ sunt, ut Anates. N.168.
    - Aquam. AQVATILIVM. Vide signum II.
  - Minus principes, Terrestribus potißimum, sed & Volatilibus, aliquæ etiam Aquatilib. conuenientes. Vide III.

II. PISCES

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 496 sur 736

©BIUM

II. PISCES

- Recentes uidentur duûm constitui generum: alij quidẽ carne præditi
  - Per se, ab ipsa specie. Sic quidam siccißimi. N. 169. Quidam humidißimi.
  - Per accidens, respectu
    - Loci in quo uiuũt, tũ quo ad
      - Aquã. Vel in aqua degunt
        - Salsa, marina. Hi sicciores, quàm qui in aqua dulci, propterea minus per aluum secedunt: ut ex n. 182. colligi potest.
        - Dulci a quarũ uel
          - Stagnantiũ, ut lacuũ, paludum.
          - Fluentiũ.

          Horũ carnes multo adhuc grauiores, quã eorũ qui in limosis degunt: propterea quòd in aquis ualde crudis & heterogeneis simile alimentum capiunt, deterius limoso. N. 176. Sic com. de Aere, Aquis & Locis, n. 103. lacuum & fluminum magnorum aquam propter heterogeniam partium graues in corpore morbos excitare scribit.
      - Terrã. Vel degunt in
        - Saxosis. Hi omnes leues. N. 170.
        - Limosis, lutulẽtis. Qui quidem grauem carnem habent, magisq; terrestrem. N. 173. Rationem
          - Affert. N. 174.
          - Confirmat, à maiori. Si spiritus uliginosus inspiratus hominem lædit & aggrauat; multò magis humor ex locis lutulentis animalium carnes graviores reddet. N. 175.
    - Motus, tũ quo ad
      - Locũ. Nã uel sunt
        - Stabiles, in eodem loco uersantes.
        - Errones atque uagi.

        Quicũq; stabiles sunt, leuiores sunt, & carnem rariorem habent, porosam scilicet, aere plenam. Errones uerò propter motum assiduum & fluctuum uerbera carnem acquirunt solidiorem. N. 171.
      - Qualitatem. Vel enim natant
        - Tardè.
        - Celeriter. Et horum caro multò solidior est quàm tardorum. N. 172.
  - Liquidiore, & succulẽta potius quã corpulenta. Sic ergo
    - Polypi & sepiæ per se nec leui sunt carne, nec aluum soluente, sed graui (nam & oculorum grauedines inducunt.) N. 177. Ius tamen illorum aluum soluit. N. 178.
    - Conchylia per se sicca, sed succus illorum soluit. N. 179.
    - Musculi, pectines, tellinæ, ex testaceis magis soluunt. N. 180.
    - Vrticæ & cartilagines maximè soluunt. N. 181.
    - Echinorum oua, locustarum succus, ursi, cancri, præsertim fluuiatiles, & aluum soluunt, & urinam mouent. N. 182.
- Saliti in
  - Genere quidem omnes siccant & emaciant, si cum recentibus eiusdem generis conferantur: quinetiam copiosè assumti aluum mouent. N. 183.
  - Specie alij alijs siccio-res sunt tum
    - Per accidẽs, respectu
      - Loci. Qui habitant in aqua
        - Marina, siccißimi. N. 184.
        - Dulci
          - Fluente, secundum locum siccitatis obtinent. N. 185.
          - Stagnante, tertium locum, suntq; ex salitis humidißimi. N. 186.
      - Motus.
    - Per se. Sic Perca salita omnium piscium siccißima. N. 187.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 497 sur 736

©BIUM



CAPVT

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 498 sur 736

CAPVT VI.

De Potulentis. Vt de Aqua, Vino, Aceto, Sapa, Lora.

AQVA [223] frigefacit. [224] Vinum calidum eſt & ſiccum. Habet & purgatorium quiddam à materia. [225] Vina nigra & auſtera ſicciora ſunt, & aluum non mouent, neque urinam cient, neque ſaliuam faciunt. Siccant autem & calefaciunt, humiditatẽ ex corpore abſumentia. [226] Mollia uerò nigra humidiora ſunt, & inflant, atq; aluum magis mouent. [227] Dulcia nigra humidiora ſunt, calefaciunt autem & inflant humiditatem inducentia. [228] At uerò alba & auſtera calefaciunt, magis q; urinã cient, quàm aluum mouent. [229] Noua uina aluũ magis mouent, quia propiora muſto ſunt, itemq; alũt: [230] & odorata magis quàm inodorata eiuſdẽ ætatis, quia magis concocta ſunt: [231] & craſſa magis quàm tenuia. [232] Verùm tenuia dulcia magis urinam cient, & aluum mouent, & humectant corpus, & ſanguinem debilem faciunt, & aduerſarium ſanguinis humorem in corpore augent. [233] Muſtũ inflat, & ſubducit, & conturbat feruens in uentre, & aluo ſecedit. [234] Inflat quidem, quia calefacit: [235] ſubducit autem è corpore, quia purgat: [236] conturbat autem, quia feruet in uentre, atq; ita aluo ſecedit. [237] Vina acida frigefaciunt, attenuãt & humectant. [238] Frigefaciunt quidem & attenuant, humiditatis euacuationem è corpore facientia: [239] humectant autem per aquam unà cum uino ingredientem.

[240] Acetum frigefacit, quia colliquans humiditatem in corpore abſumit. [241] Siſtit autem magis quàm mouet aluum, quia nõ alit, & acre eſt.

[242] Sapa calefacit & humectat ac ſubducit. [243] Calefacit, quia uinoſa eſt: [244] humectat, quia alit: [245] ſubducit, quia dulcis eſt.

[246] Vinum nouũ ſecũdariũ, humectat, ſubducit, & inflat, [247] quia etiam muſtũ idẽ facit.

[248] Mel calidum eſt & ſiccum, ſi meracum ſit. [249] Cum aqua aũt humectat, [250] & aluum mouet biliоſis, [251] pituitoſis uerò ſiſtit.

[252] Dulce uerò uinũ in pituitoſis magis aluo ſecedit.

A ΥΔΩΡ, [223] ψυκλικόν. [224] οἶνος, θερμὸν καὶ ξηρόν. ἔχει δέπη καὶ καθαρτικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης. [225] τῶν δὲ οἴνων οἱ μέλανες καὶ αὐστηροὶ, ξηρότεροι, καὶ ἐ[2] διαχωρεῦσι, ὅτι ἐρέονται, οὔτε πίνουσι. ξηραίνουσι δὲ, καὶ τὼ θερμασίλω ἐμπιέζουσι, τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος ξυναλίσκοντες. [226] οἱ δὲ μελανοὶ μέλανες, ὑγρότεροι, καὶ φυσῶσι, καὶ διαχωρέουσι μᾶλλον. [227] οἱ δὲ γλυκέες μέλανες, ὑγρότεροι· θερμαίνουσι δὲ, καὶ φυσῶσιν, ὑγρασίλω ἐμπιεζῶντες. [228] οἱ δὲ λευκοὶ καὶ αὐστηροὶ θερμαίνουσιν, ἐρέονται δὲ μᾶλλον ἢ διαχωρέουσιν. [229] οἱ νέοι μᾶλλον τῶν οἴνων διαχωρέουσι, διότι ἐγγυτέρω τοῦ γλεύκεός εἰσι, καὶ πρόφιμοι. [230] καὶ οἱ ὀζοντες, τῶν ἀόσμων τῆς αὐτῆς ἡλικίης, διότι εὐπεπέστεροί εἰσι. [231] καὶ οἱ παχέες τῶν λεπτῶν. [232] οἱ δὲ λεπτοὶ γλυκέες, οὐρέουσι μᾶλλον, καὶ διαχωρέουσι, καὶ ὑγραίνουσι τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα ἀσθενὲς ποιέουσιν, αὔξοντες δὲ τὸ ἀντίπαλον τοῦ αἵματος ἐν τῷ σώματι. [233] γλεῦκος φυσᾷ, καὶ ὑποάγει, καὶ ἐκταράσσει ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ, καὶ διαχωρέει. [234] φυσᾷ μὲν, ὅτι θερμαίνει· [235] ὑποάγει δὲ ἐκ τοῦ σώματος, ὅτι καθαίρει· [236] ταράσσει δὲ, ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ, καὶ διαχωρέει. [237] οἱ ὀξυώδεες οἶνοι, ψύχουσι, καὶ ἰσχναίνουσι, καὶ ὑγραίνουσι. [238] ψύχουσι μὲν καὶ ἰσχναίνουσι, κενώσιν τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ τοῦ σώματος ποιεύμενοι. [239] ὑγραίνουσι δὲ, διὰ τοῦ ἐσιόντος ὕδατος σὺν τῷ οἴνῳ.

[240] ὄξος, ψυκλικὸν, διότι πῆγνυ τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι καταναλίσκει. [241] ἵστησι δὲ μᾶλλον, ἢ διαχωρέει, διότι οὐ πρόφιμον, καὶ δριμύ.

[242] ἕψημα θερμαίνει, καὶ ὑγραίνει, καὶ ὑποάγει. [243] θερμαίνει μὲν, ὅτι οἰνῶδες. [244] ὑγραίνει δὲ, ὅτι πρόφιμον. [245] ὑποάγει δὲ, ὅτι γλυκύ.

[246] αἱ πρῦγες σεμφυλίπιδες, ὑγραίνουσι, καὶ ὑποάγουσι, καὶ φυσῶσι. [247] διότι καὶ τὸ γλεῦκος τὸ αὐτὸ ποιέει.

[248] μέλι θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἄκρητον. [249] σὺν ὕδατι δὲ, ὑγραίνει. [250] καὶ διαχωρέει τοῖσι χολώδεσι, [251] τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν ἵστησι.

[252] ὁ δὲ γλυκὺς οἶνος, διαχωρέει μᾶλλον τοῖσι φλεγματώδεσιν.

[2] διαχωρέ ουσι

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 499 sur 736

©BIUM

POTVS inter species à forma sumtas connumerãdus, tum

Naturalis, AQVA. Refrigerat. N. 223.

Artificiale, VINVM siue cõsideretur

Primariò & absolutè, quatenus iam

Deferbuit, & VINVM prior dicitur. Huius natura in

Genere hæc est. Calidum est & siccum, quo ad qualitatem formalem: purgantem quinetiam facultatem à materia sumere uidetur terrea, subtili, adusta, quod in Tartaro obseruare licet, non parua cum Chymicorum admiratione, mineralem quandam substantiam illi inesse quotidiana experientia deprehendentium. N. 224.

Specie uaria est, pro differentiarum uarietate, quæ sumuntur tum ab ijs quæ insunt, tum ab ijs quæ circumstant. Insunt quidem ratione substantiæ Tenuitas & Crassities partium: ratione uerò Qualitatis, uisilis Color, olfactilis Odor, gustatilis Sapor. Circumstant uerò ipsa Aetas, ut Nouum, Vetus, Hornum, Vernum dicatur. Et hæ quidem differentiæ sunt simpliciter consideratæ. Coniunctim uerò eædẽ inter se uarijs modis cõplicari possunt: maximè cum à quælibet differentia ordiri, eiq; reliquas attexere possimus. Hippocrates paucis attingit, digitum ad fontes intendisse contentus: etsi turbato ordine in quibusdam. Vide signum ☞

Nondum deferbuit, MVSTVM ipsum, siue sit mustum Lixiuium dictum Columellæ, πρόπροπον, uel πρόχυμον, quod calcatis primùm uuis, nondum expressis, purum profluit, ac si colatum esset: siue sit Tortiuum, hoc est, expressum torculari. Inflat, subducit, turbat. N. 233. Ratio cur

- Inflet. N. 234.
- Subducat. N. 235.
- Turbet & Lubricet. N. 236.

Secundariò. Secundũ ea quæ fiunt ex

Vino, ACETVM scilicet. Quod quidem

- Refrigerat. N. 240. Id fieri aiunt, quia partes spirituosæ exhilarint. At ex ipso aceto spiritum elicit generosum G. Syracusius noster, medicus & philosophus summus. Deinde qui fit, ut τὰ ἀστυφάλα & iuniperi & guaiaci macerati acorẽ insignẽ cõtrahant, non item spiritus uini extracti λέγουσι; An hîc tenuitas obstat, illic crassities terrearũ partium promouet? Speciosè quidem hæc. Sed quid Chalcanthi spiritui & oleo faces, quæ maximè refrigerare oportebat, cùm aciditatis principatum teneant? Vt omittam Sulfuris oleum, & alia eiusdem generis.
- Sistit potius quàm secedit. N. 241.

Musto, SAPA, quæ calefacit, humectat, subducit. N. 242. Ratio cur

- Calefaciat. N. 243.
- Humectet. N. 244.
- Subducat. N. 245.

Fracibus uuarum iam expressis, aqua superinfusa. Vinum secundarium, siue LORA Latinis, ἀστυφάλα Polluci & πρυγοφανὲς lib. 6. cap. 2. πρὸς alioqui non modò fæcem uini, sed etiam uinum nouum significat. Hîc ergo πρύγας γεμφολίθους uidetur uocare uinum nouum secundarium, ἐκ γεμφύλων, hoc est, ex uinaceis aqua perfusis expressum, quod iccircò propriè neque Vinum neque Mustum appellari potest, & inter ea quæ ex uino fiunt potius, quàm inter uina connumerari meretur. Humectat, subducit, inflat. N. 246. Ratio. Musto enim uicinum est, solius aquæ affusione differens. N. 247. Cornarius uertit, uinum recens nondum colatum. Quod ipsum tamen nihil aliud quàm γλεῦκος siue mustum est secundarium, & πρὸ τοῦ πρόσω oppositum: & ut ratio afferri possit, cur πρύγας uocat, ita nulla fortasse, cur γεμφολίθους appellet.

☞ Vini

©BIUM

Vini igitur differentiæ sumũtur uel à

- Colore. Vinum colore
  - Nigrum, & sapore
    - Austerum. N. 225.
    - Molle. N. 226.
    - Dulce. N. 227.
  - Album, sapore
    - Austerum. N. 228.
    - Dulce.
- Aetate. Recens uinum magis nutrit & secedit. N. 229.
- Odore. Odoratum uinum inodoro, eiusdem ætatis, facilius concoquitur. N. 230.
- Substantia. In
  - Genere. Tenue facilius concoquitur quàm crassum. N. 231.
  - Specie. Vinum
    - Tenue et
      - Dulce per urinam & aluũ promptius secedit, & humectat corpus: sanguinem uerò minuit, cùm sanguinis hostem, humorem scilicet aquosum, augeat. ἄνξοντες τὸ ἀντίπαλον τοῦ αἵματος ἐν σώματι. Sic legendum puto. N. 232. An potius Bilem intelligit? cùm n. 320. uuas dulces potenter calefacere dicat.
      - Austerum.
    - Crassum.
- Sapore. Vinum
  - Dulce, in ijs qui phlegmatici sunt, promtius secedit. N. 252. Et quidem colore
    - Album promtißimè.
    - Nigrum minus. Videtur etiam flatuosum esse, ut n. 227. docuit.
  - Austerum
    - Album. Vt n. 228.
    - Nigrum. Vt n. 225.
  - Acidũ, refrigerat, attenuat, humectat. N. 237. Ratio
    - Refrigerationis & attenuationis. N. 238.
    - Humectationis ab aqua, quæ in acescentibus, expirante caliditate, remanet. N. 239.



CAPVT VII.

De Herbis & Oleribus.

DE [253] oleribus porrò hoc modo res se habet. [254] Allium calidum est, & aluũ mouet, & urinam ciet, oculis uerò nõ est commodum. [255] Multam enim corporis purgationem faciens, uisum hebetat: aluum autem & urinm mouet, propter uim purgatoriam. [256] Coctum debilius est quàm crudum, [257] flatum autem inducit, propter spiritus intentionem. [258] Cepa uisui commoda est, corpori uerò noxia, quia calida & æstuosa est, & aluo secedit: nullum enim alimentum corpori præbet, neq; utilitatẽ: calefaciẽs aũt siccat propter succũ. [259] Porrũ calefacit quidẽ minus, urinã uerò ciet, & aluũ mouet: habet & quid purgatoriũ: humectat autẽ, & ructũ acidũ sedat. Prestat à reliquis cibis postremũ ipsum edere. [260] Raphanus, humectat, pituitã diffundens sua acrimonia. Folia minus prosunt, preterquã ad articularẽ morbũ. Radix uitiosa est, innatãs, cõcoctu difficilis. [261] Nasturtiũ calidũ est, & carnẽ liquat: sistit autem pituitã albã, ut proinde urinæ stillicidium

ΠΕΡΙ [253] δὲ λαχάνων ὧδε ἔχει. [254] σκόροδον, θερμὸν, καὶ διαχωρέει, καὶ οὐρέεται, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐκ ἀγαθόν. [255] κάθαρσιν γὰρ τοῦ σώματος πουλλὴν ποιεύμενον, τὴν ὄψιν ἀπαμβλύνει. [256] διαχωρέει δὲ, καὶ [a] οὐρέεται, διὰ τὸ καθαρτικόν. ἐφθὸν ἀσθενέστερον, ἢ ὠμόν. [257] φύσαν δὲ ἐμποιέει, διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐπίτασιν. [258] κρόμυον, τῇ μὲν ὄψει ἀγαθὸν, τῷ δὲ σώματι κακὸν, διότι θερμὸν καὶ καυσῶδές ἐστι, καὶ διαχωρέει. τροφὴν μὲν γὰρ οὐδεμίην δίδωσι τῷ σώματι, οὐδὲ ὠφελίην. θερμαῖνον δὲ ξηραίνει διὰ τὸν ὀπόν. [259] πρᾶσσον, θερμαίνει μὲν ἧσσον, οὐρέεται δὲ, καὶ διαχωρέει. ἔχει δέ τι καθαρτικόν. ὑγραίνει δὲ, καὶ ὀξυρεγμίην παύει. καλὸν δὲ ὕστατον τῶν ἄλλων βρωμάτων ἐσθίειν αὐτό. [260] ῥαφανὶς, ὑγραίνει, διαχέουσα τὸ φλέγμα τῇ δριμύτητι. τὰ δὲ φύλλα, ἧσσον, πλὴν πρὸς τοὺς ἀρθρητικούς. μοχθηρὸν ἡ ῥίζη, ἐπιπολάζον δὲ καὶ δύσπεπτον. [261] κάρδαμον, θερμὸν, καὶ τὴν σάρκα τῆκον. ἵστησι δὲ φλέγμα λευκὸν, ὥστε στραγγουρίην ἐμποιέειν.

[a] διὸ

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 501 sur 736

ἐμπιέειν.[262] νάπυ, θερμὸν, διαχωρητικὸν σφέ. A
πολλῷ δυσερέϊ) καὶ ὄτ.[263] ἀλλὰ ἐ τὸ εὔζω-
μον παραπλήσια ποιέει.[264] κορίαννον, θερμὸν
ἐ σιτικὸν, καὶ τὸ ὀξυρεγμίῳ παύει, καὶ ὑπνω-
τικὸν, ἐὰν ὕσκιον ἐδεσθῇ.[265] θρίδαξ, ψυχρό-
τατον, πρὶν τὸν ὀπὸν ἔχειν. ἀφυσείῳ δὲ λύνα ποι-
έει ἐν τῷ σώματι.[266] ἄνηθον, θερμὸν, καὶ σιτικὸν,
καὶ πλαρμὸν παύει ὀσφραινόμενον.[267] σέλινον,
ἑρέσσειν μᾶλλον, ἢ διαχωρέειν. ἐ αἱ ῥίζαι μᾶλ-
λον ἢ αὐτὸ διαχωρέουσιν.[268] ὤκιμον, ξηρὸν, καὶ
θερμὸν, καὶ σιτίσιμον.[269] πήγανον, ἑρέσσειν μᾶλ-
λον, ἢ διαχωρέειν, καὶ συσπαστικόν τι ἔχει, καὶ πρὸς
[a] ὠφελέει τὰ φάρμακα τὰ βλαβερὰ [a] ὠφέλιμον προ-
πινόμενον.[270] ἀσπάραγος, ξηρὸν καὶ σιτίσιμον.
[b] ῥύγχνον [271] ἐλελίσφακον, ξηρὸν καὶ σιτικόν.[272] [b] ῥύ- B
γχνον, ψύχει, καὶ ἐξονειρώσσειν ποιέει.[273] ἀν-
δράχνη ψυχρή ἐστι μίη. τετραχυμένη σφέ,
θερμαίνει καὶ καθαίρει.[274] καλαμίνθη, θερμαί-
νει ἐ καθαίρει.[275] μίνθη θερμαίνει καὶ ἑρέσσειν, ἐ
[c] τῷ γο- ἐμέτας ἴσχει· καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίηται, [c] γὸν
νῷ ὠόρον ποιεῖ τὴν ἡδονὴν, ὥστε ἑρέσσειν· καὶ σπερμα-
τικὸν κωλύει, καὶ τὸ σῶμα ἀφυσιοῖ ποιέει.[276] λάπαθον
θερμαίνον διαχωρέει.[277] ἀνδράφαξις ὑγρὸν,
ἐ μέντοι διαχωρέει.[278] βλῖτον θερμὸν, ἐ διαχω-
ρητικόν.[279] κράμβη θερμαίνει, καὶ διαχω-
ρέει, καὶ τὰ χολώδεα ἄγει.[280] τεῦτλον ὁ μὲν
χυλὸς διαχωρέει, τὸ δὲ λάχανον ἐσθιόμενον ἴσχει
σιν· αἱ δὲ ῥίζαι τῶν τεύτλων διαχωρητικώτεραι. C
[281] κολοκύντη, ψύχει, καὶ ὑγραίνει, καὶ διαχω-
ρέει.[282] γογγυλὶς, καυστώδης· ὑγραίνει σφέ, καὶ
παράγει τὸ σῶμα. ἐ μέντοι διαχωρέει. δυσε-
ρέϊ) σφέ.[283] γλήχων, θερμαίνει καὶ διαχωρέει.
[284] ὀρίγανον θερμαίνει· ὑποάγει δὲ καὶ τὰ χολώ-
δεα.[285] θύμβρη παραπλήσια τῷ ὀριγάνῳ δια-
πέπασται.[286] θύμον, θερμὸν, διαχωρέει, καὶ ἑ-
ρέσσειν· ἄγει δὲ ἐ φλεγματώδεα.[287] ὕσσωπον,
[d] φλεγμα- θερμὸν καὶ [d] φλεγματώδες.
τώδεα ἄ- [288] τὰ δὲ ἀγρίων λαχάνων, ὁκόσα τῷ σώματι D
γει. θερμαντικὰ, καὶ ὑδατώδεα, ταῦτα θερμαίνει καὶ ἑρέσ-
σειν μᾶλλον, ἢ διαχωρέειν.[289] ὁκόσα δὲ ὑγρὸν φύσιν
ἔχει, καὶ ψυχρὸν, καὶ μωρὸν, καὶ ὀσμὰς βαρείας,
ὑποχωρέειν μᾶλλον, ἢ ἑρέσσειν.[290] ὁκόσα δέ ἐστι
τρυφερὰ ἐ αὐχμηρὰ, σιτίσιμα.[291] ὁκόσα δὲ δριμέα
καὶ δακώδεα, ἑρέσσειν.[292] ὁκόσα δὲ δριμέα ἐ ξηρὰ
ἐν τῷ στόματι, ταῦτα πάντα ξηραίνει.[293] ὁ-
κόσα σφέ ὀξέα, ψυκτικά.

[294] οἱ δὲ χυμοὶ διαρρητικοὶ, πρήμνης, σελίνης, σκο-
ρόδου ἀποβρέγματα, κυπείρου, μαράθρου, πράσ-
σου, ἀδιάντου, τρύγνης ψυχρὸν. σκολοπένδριον, μίν-
θη, σέσελι, καυκαλίδες, ὑπερικὸν, κνίδαι.

[295] διαχωρητικὰ καὶ καθαρτικὰ, ἐρέβιν-
θοι, φακὴ, κριθὴ, τεῦτλα, κράμβη, λινόζωστις,
ἀκτὴ, κνίκος· ταῦτα πάντα ὑποχωρέειν μᾶλ
λον, ἢ διουρέειν.

licidium inducat.[262] Sinapi calidũ eſt, & aluum mouet: ſed & hoc urinæ difficultatẽ facit.[263] Quin & Eruca idẽ facit.[264] Coriandrũ calidũ eſt, & aluum ſiſtit, & ructũ acidũ ſedat, & ſomnũ conciliat, ſi poſtremum edatur.[265] Lactuca frigidiſsima eſt, priùs quàm ſuccum habeat: debilitatẽ aũt quandã corpori inducit.[266] Anethũ calidũ eſt, & aluũ ſiſtit, & ſternutamenta ſedat olfactu.[267] Apiũ magis urinã ciet quàm aluũ mouet: & radices eius magis, quàm ipſum, aluum mouent.[268] Ocymũ ſiccũ eſt & calidum, & aluum ſiſtit.[269] Ruta urinam magis quàm aluum mouet. Habet & uim quandam condenſandi, & ad medicamenta noxia commoda eſt præpotata.[270] Aſparagus ſiccus eſt, & aluum ſiſtit.[271] Saluia ſicca eſt, & aluum ſiſtit.[272] Solanum frigefacit, & ſemen in ſomnis effundere non permittit.[273] Portulaca fluuiatilis frigefacit: ſale uerò condita ac ſeruata, calefacit & purgat.[274] Calamintha calefacit, & purgat.[275] Mentha calefacit & urinã ciet, & uomitus ſiſtit: & ſi quis ſæpe comedat, ſemen genitale colliquefacit ut profluat, & arrigere prohibet, & corpus debile facit.[276] Rumex calefacit ac aluũ mouet.[277] Atriplex humida eſt, non tamẽ aluũ mouet.[278] Blitum calidũ eſt, non mouens aluũ.[279] Braſsica calefacit, & aluũ mouet, & bilioſa ducit.[280] Betæ ſuccus quidem aluum mouet, ipſum autem olus comeſtum ſiſtit: radices uerò magis aluum mouent.[281] Cucurbita frigefacit & humectat, & aluum mouet.[282] Rapum æſtuoſum eſt, humectat autẽ & conturbat corpus, nõ tamen aluo ſecedit, & urinæ difficultatẽ inducit.[283] Pulegiũ calefacit & aluum mouet.[284] Origanum calefacit, & bilioſa ſubducit.[285] Thymbra ſimilia origano efficit.[286] Thymum calidum eſt, per aluum ſecedit, & mingitur, ducit & pituitoſa.[287] Hyſſopum calidum eſt, & pituitam ducit.

[288] Porrò ſylueſtria olera, quæ os calefaciunt, & odorata ſunt, ea calefaciunt & mingũtur magis quàm per aluum ſecedant.[289] Quę uerò humidam habent naturam frigidamq; ac fatuam, & odorem grauem, magis per aluum ſecedunt, quàm per urinam.[290] Quę autem acerba & auſtera ſunt, aluum ſiſtunt.[291] Quæ acria & odorata ſunt, urinam cient.[292] Quæ acria & ſicca in ore, ea omnia ſiccant.[293] Quæ acida, frigefaciunt.

[294] Cæterùm ſucci urinã cientes ſunt, crethmi, apij, allij cremor, cytiſi, fœniculi, porri, adianti, ſolani, qui & frigefacit. Itẽ ſcolopendrium, mẽtha, ſeſeli, caucalides, hypericum, urticæ.

[295] Aluum autẽ mouent & purgant, cicer, lenticula, ordeũ, beta, braſsica, mercurialis, ſambucus, cnicus. Hæc omnia aluum magis mouent quàm urinam.

AD

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 502 sur 736

©BIUM

AD materiales species, easq; naturales redit. HERBÆ, λάχανα, Olera. N.253. De horum

- Substantia, siue folia, siue radices, siue semina, siue caulis in cibũ ueniãt. Alia
  - Culta in hortis. Nimirum
    - Alliũ. N. 254. Ratio cur
      - Oculos lædat. N.255.
      - Transeat per aluum & urinam. N.256.
      - Flatum pariat. N.257.
    - Cepa. N.258. Porrum. N.259. Raphanus. N.260. Nasturtium. N.261.
    - Sinapi. N.262. Eruca. N.263. Coriandrum. N.264. Lactuca. N.265.
    - Anethum. N.266. Apium. N.267. Ocymum. N.268.
    - Ruta. N.269. Contra uenena tum quæuis alia, tum aconiti præsertim ualere, nobilis illa Heracleotarum Ponti historia docet, qui quum à Clearcho tyranno aconitum bibere cogerentur, rutam domo egressuri præsumebant, Athenæo teste.
    - Asparagus. N.270. Saluia. N.271. Solanum. N.272. Portulaca. N.273.
    - Calamintha. N.274. Mentha. N.275. Rumex. N.276. Atriplex. N.277.
    - Blitum. N.278. Brassica. N.279. Beta. N.280. Cucurbita. N.281.
    - Rapum. N.282. Pulegium. N.283. Origanum. N.284.
    - Thymbra. N.285. Thymus. N.286.
    - Hyssopum calidum & φλεγματῶδες, quoniam suo calore pituitam fundit, & per accidens ita uidetur humectare, uti etiam Raphanus suprà n.260. An legendum, φλεγματώδεα ἄγει. N.287.
  - Inculta, syluestria. Quorũ facultates gustu & odoratu potißimũ deprehenduntur. Gustu quidem, qui uelut tactus quidã est, qualitates tũ primæ, Calida, Frigida, Humida, Sicca: tũ secundæ, Acria, Amara, Dulcia, Austera, Acerba, Acida, Insipida (μωρὰ.) Olfactu uerò odor uel nullus, Inodora: uel aliquis, tum Suauis, qui Dulci sapori respondet: tũ Insuauis & Fœtidus: utputa Acris, Acidus, Vinosus, & similes. Hi sunt fontes, ex quibus uariæ differentiæ & simplices & inter se cõpositæ elici possunt. Hippocrates paucas tantùm exempli loco adducit: tum à qualitatibus gustatilibus
    - Primis. Quæ linguã
      - Accendunt, & olfactui grata sunt, ea calefaciunt, & per urinã magis pellunt, quàm per aluum. N.288.
      - Non accendunt, sed uelut humectant, & præterea etiam odorem grauem spirant, magis per aluum, quàm per urinã secedunt. N.289.
    - Secũdis. Quæ igitur sapore sunt
      - Acerbo et Austero, στάσιμα sunt, & neq; per aluum neq; per urinam secedunt. N.290.
      - Acri et
        - Odorata, urinam mouent. N.291.
        - Sicca, linguam exiccãt. N.292.
      - Acido, refrigerant. N.293.
- Succo, siue per expreßionem, siue per coctionem eliciatur, & sub quacunque tandẽ forma cibi, uel solidi, uel liquidi, potionis puta & iusculi, exhibeatur. Χυμὸς, Χυλὸς promiscuè appellatur. An succus expressus liquidior χυλὸς, craßior χυμὸς: excoctus uerò ἀπόβρεγμα? An crudus χυλὸς, excoctus χυμὸς & ἀπόβρεγμα? Horum alij purgant magis per
  - Vrinam, tam calidi quàm frigidi. N.294.
  - Aluum. Per aluum & urinam quædã magis, quædã min⁹ purgãt, ut mercurialis, carthamus, cnicus. An pro διαχωρητικὰ legendum διουρητικὰ? N.295.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 503 sur 736

©BIUM

CAPVT IIX.

De Fructibus omnigenis.

ΠΕΡΙ [296] δὲ ὀπώρης ὧδε ἔχει. [297] τὰ μὲν ἐγκάρπια, διαχωρητικώτερα. [298] τὰ δὲ χλωρά, τῶν ξηρῶν. [299] ἡ δὲ δύναμις ἐστὶ ῥηγμὰ [a] αὐτέων.

[a] ἐναγέων

[300] μόρα, θερμαίνει, καὶ ὑγραίνει, καὶ διαχωρέει.

[301] ἄπιοι πέπειροι, θερμαίνουσι, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ διαχωρέουσιν. [302] αἱ δὲ σκληραὶ, στόμωσιν.

[303] ἀχράδες χειμέριοι, πέπειροι, διαχωρέουσι, καὶ τῆς κοιλίης καθαρτικαί. [304] αἱ δὲ ὠμαὶ, στόμωσιν.

[305] Μῆλα γλυκέα διύπερθεν. [306] τὰ δὲ ὀξέα καὶ πέπονα, ἧσσον.

[307] κυδώνια, στυπτικὰ, καὶ διαχωρέουσιν. [308] οἱ δὲ χυλοὶ τῶν μήλων, πρὸς τὰς ἐμέτους στυπτικοὶ, καὶ ἀρπτικοὶ, καὶ ὀδμὴ πρὸ τῶν ἐμέτων. [309] τὰ δὲ ἄγρια μῆλα, στυπτικά. [310] ἑφθὰ δὲ ἐθιόμενα, μᾶλλον [b] διαχωρητικά. [311] πρὸς δὲ τὸν ὀρθοπνοίην, οἵτε χυλοὶ αὐτῶν, καὶ αὐτὰ πινόμενα, ὠφελέει.

[b] διαχωρέει

[312] [c] Οὖα δὲ, καὶ μέσπιλα, καὶ κράνια, καὶ ὅση ἄλλη τοιαύτη ὀπώρη, στυπτικὴ καὶ σφυδνή.

[c] σόρβα

[313] καὶ ῥοιὴς γλυκείης ὁ χυλὸς, διαχωρέει· καυσώδεες δέ πη ἔχει. [314] αἱ δὲ οἰνώδεες τῶν ῥοιῶν, ἧσσον καυσώδεες. [315] αἱ δὲ ὀξεῖαι ψυκτικώτεραι. [316] οἱ δὲ πυρῆνες πάντων στόμωσιν.

[317] σίκυοι ὠμοὶ ψυχροὶ, καὶ δύσπεπτοι. [318] οἱ δὲ πέπονες, οὐρέονται, καὶ διαχωρέονται· φυσώδεες δέ.

[319] βότρυες, θερμοὶ καὶ ὑγροὶ, καὶ διαχωρητικοὶ, μᾶλλον μὲν οἱ λευκοί. [320] οἱ μὲν ἓν γλυκέες, θερμαίνουσιν ἰσχυρῶς, διότι πολὺ ἤδη τοῦ θερμοῦ ἔχουσιν. [321] οἱ δὲ ὀμφακώδεες, ἧσσον θερμαίνουσι· καθαίρουσι δὲ μᾶλλον, πινόμενοι.

[322] σύκα καὶ σαφίδες καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. [323] σύκον χλωρὸν, ὑγραίνει, καὶ διαχωρέει, καὶ θερμαίνει. [324] ὑγραίνει μὲν, ὅτι ἔγχυλόν ἐστι. [325] θερμαίνει δὲ, διὰ τὸ ὀπόν. [326] διαχωρέει δὲ, διὰ τὸ γλυκὺ τοῦ ὀποῦ. [327] τὰ πρῶτα τῶν σύκων, κάκιστα, ὅτι ἐσὶν ὀπωδέστατα. [328] βέλτιστα δὲ, τὰ ὕστατα. [329] τὰ ξυρὰ σύκα καυσώδεα· διαχωρητικὰ δέ.

[330] αἱ ἀμυγδάλαι καυσώδεες· τρόφιμοι δέ εἰσι διὰ πάντα. [331] καυσώδεες μὲν, διὰ τὸ λιπαρὸν· [332] τρόφιμοι δὲ, διὰ τὸ σαρκώδες.

[333] καὶ κάρυα τὰ στρογγύλα πυραμιδοειδέα τοῦτ' ἔχουσι. [334] τὰ δὲ πλατέα πέπονα, τρόφιμα, καὶ διαχωρητικά. [335] καθαρὰ δὲ ἐόντα, καὶ φύσαν ἐμποιέουσιν. [336] οἱ δὲ χιτῶνες αὐτέων στόμωσιν.

[337] ἄκυλοι, καὶ βάλανοι, καὶ φηγοὶ, στυπτικὰ, ὠμὰ καὶ ὀπτὰ· ἑφθὰ δὲ ἧσσον.

AT [296] uerò de fructibus hoc modo se res habet. [297] Quæ seminibus referta sunt, ea magis aluum mouet. [298] Item uiridia magis quàm sicca. [299] Facultas autem ipsorum nota est.

[300] Mora calefaciunt, & humectant, & aluo secedunt.

[301] Pira matura calefaciunt, & humectant, & aluum mouent: [302] dura uerò sistunt.

[303] Pira sylue stria, hyberna, matura, aluum mouent ac purgant: [304] cruda uerò sistunt.

[305] Mala dulcia ægrè concoquuntur: [306] acida uerò & matura, minus.

[307] Cydonia adstringunt, & non mouent aluum. [308] Succi autem malorum, uomitus sistunt, & urinam cient: & ante uomitum odores ipsorum idem præstant. [309] Mala sylue stria aluum sistunt. [310] Cocta comesta magis aluum mouent. [311] Ad orthopnœam autem, & succi ipsorũ, & ipsa quoq; hausta prosunt.

[312] Sorba, Mespila & Corna, & quæcunq; alia huius generis poma, aluũ sistũt, & acerba sunt.

[313] Mali Punici dulcis succus aluum mouet: habet autem quid æstuosum. [314] Mala Punica uinosa, minus æstuosa sunt. [315] Acida uerò magis refrigerant. [316] Nuclei autem omnium aluum sistunt.

[317] Cucumeres crudi, frigidi sunt, & ægrè concoquuntur. [318] Maturi autem, mingũtur, & per aluum secedunt: uerùm flatuosi sunt.

[319] Botri uuarum calidi sunt & humidi, aluumq; mouent, maximè albi. [320] Dulces quidem calefaciũt fortiter, propterea quòd multum iam caliditatis habent. [321] Immaturæ uerò uuæ minus calefaciunt, magis autem purgant potæ.

[322] Ficus & uuæ passæ æstuosæ sunt, sed aluum mouent. [323] Ficus uiridis humectat, & aluum mouet, & calefacit. [324] Humectat, quia succulenta est: [325] calefacit, propter lac: [326] aluum mouet, propter eiusdẽ dulcorẽ. [327] Primæ ficus pessimæ sunt, quia succulẽtissimæ: [328] optimæ autẽ sunt postremæ. [329] Ficus aridæ æstuosæ sunt, sed aluo secedunt.

[330] Amygdalæ æstuosæ sunt, sed probè nutriunt. [331] Æstuosæ quidem propter pinguedinem: [332] nutriunt autem propter carnem.

[333] Nuces rotundæ similes his sunt. [334] Latæ uerò maturæ probè alunt, & aluum mouent. [335] Purgatæ uerò etiam flatum inducũt. [336] Tunicæ uerò earum aluum sistunt.

[337] Acyli ilicis glandes, & quercinę ac fagineæ glandes, aluum sistunt crudæ & assatæ, coctæ uerò minus.

FRV-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 504 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 505 sur 736

©BIUM


Mora.N.300.
Pyra
Cicura
Matura & mollia.N.301.
Immatura & dura.N.302.
Syluestria
Matura.N.303.
Immatura.N.304.
Poma
Cicura
Dulcia.N.305.
Acida & matura.N.306.
Austera, ut Cydonia. Horum
Caro.N.307.
Succus.N.308.
Syluestria. Horũ
Caro
Cruda.N.309.
Cocta.N.310.
Succus.N.311.
Sorba, Mespila, Corna.N.312.
Molli, ut
Punicorum
Succus
Dulcium.N.313.
Vinosorum.N.314.
Acidorum.N.315.
Nucleus.N.316.
Cucumeres (quo tanquam genere & pepones & melopepones & cucurbitas & melones Indos dictos complecti uidetur)
Immaturi.N.317.
Maturi.N.318.
Vuæ, tum
Virides
Colore
Albæ.N.319.
Nigræ.
Sapore
Dulci.N.320.
Vinoso.N.321.
Siccæ, Passæ.N.322.
Fructuum igitur alij sunt cortice
Ficus differũt ratione
Qualitatis. Vel sunt
Siccæ, passæ, caricæ.N.322.& 329.
Virides. N. 323.
Quæ propter succũ
Aquosum, quẽ χυλὸν uidetur appellare, humectant.N.324.
Pinguẽ, quem ὀπὸν uidetur dicere, &
Calefaciũt. N. 325.
Secedunt. N. 326.
Temporis seu maturitatis. Quæ ex eadem arbore proueniunt
Primæ, peßimæ sunt.N.327.
Postremæ, optimæ sunt.N.328.
Duro, Nuces dictæ in genere : ut sunt
Amygdalæ. N. 330.
Aestuosæ sunt.N.331.
Alunt multum.N.332.
Iuglandes, quo ad
Formam
Rotundæ.N.333.
Planæ.N.334.
Corticẽ uel
Decorticatæ.N.335.
Cum cortice.N.336.
Glandes ilicis, quercus, & fagi. N. 337. uel
Crudæ.
Coctæ.

CAPVT IX.

De Carnibus quibuſcunq;. De Conditura, Natalibus, Effectis, Tempore & Coctura Alimentorum.

PINGVES [338] carnes æſtuoſæ ſunt, ſed aluum mouent. [339] Carnes conditæ ac aſſeruatæ in uino, ſiccant & alunt: [340] ſiccant propter uinum, [341] alunt propter carnẽ. [342] Aceto aũt conditę calefaciũt quidem, minus tamen, propter acetum: multum interim nutriunt. [343] At ſale conditæ minus quidem alunt, humiditate per ſalem priuatæ: attenuant autem, & ſiccant, aluumq; ſatis mouent.

[344] Cæterùm uires ſingulis detrahere, & addere ac augere, hoc modo oportet. [345] Ex igne & aqua omnia conſtituuntur, & animalia, & è terra naſcentia, & ex his augeſcunt, & in hæc ſecernuntur ac reſoluuntur. [346] Fortium igitur eduliorum uim ſæpe coquendo ac frigefaciendo detrahere oportet, & uice uerſa augere hoc modo. [347] Humidorum, torrendo ac aſſando humiditatem auferre: [348] Siccorum uerò, rigando ac madefaciendo: [349] Salſorum, rigando & coquendo: [350] Amarorum & acrium, dulcium mixtura: [351] Acerborum, pinguium temperamento: [352] & de reliquis omnibus ex prædictis iudicium facere oportet. [353] Quæcunque toſta aut aſſata ſunt aluum magis ſiſtunt quã cruda, [354] propterea quòd humiditas itemq; pinguedo per ignem ablata ſunt. Quum itaque in uentrem inciderint, humiditatem ex uentre trahunt, & oſcula uenarum concludunt, ſiccantque & calefaciunt: quare uias humiditatis coarctant. [355] Quæ uerò ex inaquoſis ac ſiccis & æſtuoſis locis ueniunt, ea omnia ſicciora ac calidiora ſunt, & robur amplius corpori exhibẽt, [356] propterea quòd pari mole grauiora ſunt, & denſiora, & plus alimenti conferunt, [357] quàm quæ ex humidis & irriguis ac frigidis. Hæc enim humidiora ſunt & leuiora ac frigidiora.

[358] Non igitur ſolùm ipſius cibi & potus, & animalium ipſorũ uim noſſe oportet, ſed etiam patriæ unde ſunt. [359] Quum igitur forte alimentum corpori offerre uoles, & ex ijſdem cibis, his quæ ex locis non aquoſis petuntur utendum eſt, tum cibis, tum potibus, tum animalibus. [360] Vbi uerò leuius & humidius, his quæ in aquoſis proueniũt utẽdum.

[361] Dulcia, & acria, & ſalſa, & amara, & auſtera, & carnoſa, calefacere ſolent, tum quæ ſicca ſunt, tum quæ humida. [362] Quæcunque igitur plus ſiccæ partis in ſe habent, ea ſiccant & calefaciunt. [363] Quæ uerò humidæ partis

Τὰ [338] πίονα τ̃ κρεῶν καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. [339] κρέα παρειγμενὰ, ἐν οἴνῳ μὲν ὄντα, ξηραίνει καὶ τρέφει. [340] ξηραίνει μὲν διὰ τὸν οἶνον· [341] τρέφει δὲ, διὰ τὴν σάρκα. [342] ἐν ὄξει δ' ἢ πεπαρειγμένα, θερμαίνει μὲν, ἧσσον δέ, διὰ τὸ ὄξος. τρέφει δ' ἱκανῶς. [343] ἐν ἁλσὶ δ' ἢ κρέα παρειγμενὰ, τροφιμα μὲν ἧσσον, διὰ τὸ ἅλες ὑγρὰ ἀπεστερημένα· ἰσχναίνει δέ, καὶ ξηραίνει, καὶ διαχωρέει ἱκανῶς.

[344] τὰς δ' δυνάμιας ἑκάστων ἀφαιρέειν καὶ προστιθέναι ὧδε χρή. [345] πυρὶ καὶ ὕδατι πάντα ξυνίσταται, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, ἐκ τούτων τε αὔξεται, καὶ εἰς ταῦτα διακρίνεται. [346] τῶν μὲν ἐν ἰσχυρῶν σιτίων, ἑψῶντα πολλάκις ἐκ διαψύχοντα, τὴν δύναμιν ἀφαιρέειν, ἐκ προστιθέναι δ' πάλιν ὧδε χρή. [347] τῶν δ' ὑγρῶν, πυροῦντα καὶ φώζοντα, τὴν ὑγρασίην ἐξαιρέεσθαι. [348] τῶν δὲ ξηρῶν, βρέχοντα ἐκ νοτίζοντα. [349] τῶν δ' ἁλμυρῶν, βρέχοντα καὶ ἑψῶντα. [350] τῶν δ' πικρῶν ἐκ δριμέων, τοῖσι γλυκέσι διακιρνῶντα. [351] τῶν δ' στρυφνῶν, τοῖσι λιπαροῖσι. [352] καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων, ὀρθ τ̃ προειρημένων χρὴ γινώσκειν. [353] ὁκόσα πυρούμενα ἢ φωζόμενα, σιτιμά ἐστι μᾶλλον τ̃ ὠμῶν· [354] διότι τὸ ὑγρὸν ὑπὸ πυρὸς ἀφήρηται, ἐκ τὸ λιπαρόν. ὁκόταν γοῦν ἐς τ̃ κοιλίην ἐμπέσῃ, ἕλκῃ τὸ ὑγρὸν ἐκ τ̃ κοιλίης ἐπ' αὐτὰ, συγκλείοντα τὰ στόματα τ̃ φλεβίων, ξηραίνοντα, καὶ θερμαίνοντα, ὥστε ἴσχειν τὰς διεξόδους τ̃ ὑγρ̃. [355] τὰ δ' ὀρθ τ̃ αὐύδρων, ἐκ ξηρῶν, ἐκ πυγμηρῶν χωρίων, ἅπαντα ξηρότερα ἐκ θερμότερα, καὶ ἰσχὺν πλείω παρέχεται ἐς τὸ σῶμα. [356] διότι ὀρθ ἴσον ὄγκον, βαρύτερα, ἐκ πυκνότερα, ἐκ πλύνοσί ἐσιν, [357] ἢ τὰ ὀρθ τῶν ὑγρῶν, ἐκ ἀρδομένων, ἐκ ψυχρῶν. ταῦτα δὲ ὑγρότερα, καὶ κουφότερα, καὶ ψυχρότερα.

[358] οὕτω δὲ χρὴ τὴν δύναμιν μόνον αὐτέων γνῶναι ἔτι σίτου, ἐκ ἔτι πόματος, ἐκ τ̃ ζώων, ἀλλὰ καὶ τ̃ πατρίδος, ὁππόθεν εἰσίν. [359] ὁκόταν γοῦν βάλλωντα τροφὴν ἰσχυρὴν τῷ σώματι προσφέρειν, καὶ ἐπὶ τ̃ αὐτῶν σίτων, τοῖς ὀρθ τ̃ αὐύδρων χωρίων χρηστέον ἐκ σίτοισι, ἐκ πόμασι, καὶ ζώοισιν. [360] ὁκόταν δὲ κουφοτέρη τ̃ τροφ̃ καὶ ὑγροτέρη, τοῖσιν ὀρθ τῶν ἀρδομένων χρηστέον.

[361] τὰ γλυκέα, καὶ τὰ δριμέα, καὶ τὰ ἁλυκὰ, καὶ τὰ πικρὰ, καὶ τὰ αὐστηρὰ, καὶ σαρκώδεα, θερμαίνειν πέφυκε, καὶ ὅσα ξηρά ἐσι, καὶ ὅσα ὑγρά. [362] ὁκόσα μὲν οὖν ξηροῦ μέρεος πλέον ἔχει ἐν αὐτέοισι, ταῦτα μὲν ξηραίνει, καὶ θερμαίνει. [363] ὁκόσα δὲ ὑγροῦ μέρους

ἔχει

a πιῶλιες

©BIUM

ἔχει πλέον, πᾶσα πάντα θερμαίνοντα ὑγραί- A partis plus habent, ea omnia calefacientia
νει, καὶ διαχωρέει μᾶλλον, ἢ τὰ ξηρά. 364 προ- humectant, & per aluum magis secedunt,
φὴ γὰρ μᾶλλον ἐς τὸ σῶμα διδόντα, αὐτὰ quàm ficca. 364 Nam cùm alimentum am-
ἀπασιν μίσσεται ἐν τῇ κοιλίῃ, καὶ ὑγραίνοντα plius corpori præbuerunt, reuulsionem in
διαχωρέει. uentre faciunt, & humectantia aluo secedũt.

365 ὁκόσα δὲ διαθερμαίνοντα ξηραίνει, ἢ σί- 365 Quæcunque autem excalefacientia sic-
τα, ἢ ποτὰ, ἢ ὅτε πίνοιν, ἢ ὅτε οὔρησιν, οὔτε διαχώ- cant, tum cibi tum potus, neque saliuam,
ρησιν ποιεῦντα, ξηραίνει τὸ σῶμα, διὰ τάδε. neque urinam, neq; secessum facientia, cor-
θερμαινόμενον τὸ σῶμα κενεῦ τῶ ὑγρῶ, τὸ μὲν pus siccant, idque ob hanc causſam. Corpus
a ἀπ' 2 ὑπ' αὐτέων τῶν σιτίων, τὸ ἢ ἐς τροφὴν τῷ τ calefactum humore uacuatur, & pars eius ab
ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται, τὸ δὲ διὰ τοῦ ipsis cibis expurgatur: pars in alimentum
χρωτὸς ἐξωθέεται, θερμαινόμενον καὶ λεπτυνό- caloris animæ cõsumitur: pars etiam calefa-
μενον. cta & attenuata per ipsam cutim expellitur.

366 τὰ γλυκέα, ἐπὶ πόνα, καὶ τὰ λιπαρὰ, πλη- 366 Dulcia & pinguia ac oleosa replent, B
ρωτικά ἐστι, 367 διότι ἐξ ὀλίγου ὄγκου πολύχοά 367 quia ex modica mole multum diffundun
ἐστι, θερμαινόμενα δὲ καὶ διαχεόμενα, πληροῖ tur. Calefacta autem & diffusa, caliditatem
τὸ θερμὸν ἐν τῷ σώματι, ἐμπαλιάζειν ποιέει. in corpore replent atq; sedant.

368 τὰ ἢ ὀξέα, καὶ δριμέα, καὶ αὐστηρὰ, καὶ σφυ- 368 Acida uerò, & acria, & austera, & acer-
φνὰ, ἐμσυγκομιστικὰ, καὶ ξηρὰ, ἐ πληροῖ· 369 διό ba, & tota substantia adminiſtrata, & sicca,
τι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν αὐέωξέ τε, ἐ διεκά non replent: 369 propterea quòd oscula ue-
θηρε. καὶ τὰ μὲν ξηραίνοντα, τὰ ἢ διάκνοντα καὶ narum aperiunt, & expurgant, & partim sic-
σύφοντα, φέρξαι ἐ συσῆσαι ἐς ὀλίγον ἐποίησεν cantia, partim mordentia ac adstringentia,
ὄγκον τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ σαρκὶ, ἐ τὸ κενὸν πλεῦ humiditatem carnis horrere, & in modicã
ἐθέλειν ἐν τῷ σώματι. 370 ὁκόταν μοῦν βέλη molem consistere faciunt, ut ita uacuũ mul-
ἀπ' ὀλίγων πληρῶσαι, ἢ ἀπὸ πλειόνων κενῶ- tum in corpore oriatur. 370 Quum igitur uel
σαι, τοῖσι τοιούτοισι χρέεσθαι. paucorum exhibitione implere, uel multo-
rum exhibitione euacuare uoles, hisce tali-
bus utaris.

371 τὰ πεπόσφατα πάντα ἰσχυρὰ πλείονα πυ- 371 Recentia omnia maiores quàm alia ui-
έχειν τῶν ἄλλων, 372 διὰ τόδε, ὅτι ἔγγιον ἐ C res habent, 372 propterea quòd propinquio-
ζωῆς ἐστι. 373 τὰ δὲ ἔωλα καὶ σηπεά, διαχω ra sunt uitæ. 373 Antiqua econtra & marci-
ρέει μᾶλλον τῶν πεπόσφατων, διότι ἔγγιον τῆς da, magis quàm recẽtia aluum mouent, quia
σηπεδόνος ἐστί. propiora sunt putredini.

374 τὰ δὲ σῖτα τροφώδεα ἐ ἐρυγμώ- 374 Iam uerò cruda alunt & ructus cient,
δεά ἐστι, 375 διότι ἃ δεῖ τῷ πυρὶ κατεργασθῆ- 375 propterea quòd quæ ignem coquere o-
ναι, πῶς ἡ κοιλίη διαπέψαιεν, ἀσθενεστέρα portebat, ea uenter conficere cogitur, cùm
ἐοῦσα τῶν ἐσιόντων. tamen debilior sit, quàm ea quæ ingeruntur.

376 τὰ ἢ ἐν τοῖσιν ὑποτρίμμασιν ὀψα σκόρ- 376 Cærerùm obsonia ex intritis præpara-
ζόμενα, καυσώδεα καὶ ὑγρὰ, 377 ὅτι λιπα- ta, æstuosa & humida sunt: 377 propterea
ρὰ, καὶ πυρώδεα, καὶ θερμὰ, καὶ ὁμοίους τὰς quòd pinguia, & ad inflammandum apta, &
δυνάμιας ἀλλήλοισιν ἔχοντα, ἐν τῷ αὐτέω ἵζει. calida, & inæquales inter se uires habentia,
in eodem cohærent.

378 τὰ ἢ ἐν ἅλμῃ, βελτίω, ἐ ἧσσον καυσώδεα. 378 Verùm quæ in muria præparantur, me-
liora sunt, nec æstuosa.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 508 sur 736

©BIUM

CONDITVRA & coctio ipſa ad Efficientem Alimenti Artificialem inſtrumentalem referẽda, tum quam hîc recenſet, tum quam ſeq.n.374.attexit, alimẽto robur nunc addit, nunc detrahit, ſiue igne, ſiue ſole, cum aqua, oleo, uino, ſale fiat.N.344.Declarat igitur

- Modum in
  - Genere.
    - Omnia igni & aqua conſtant, iiſdem augentur, in eadem reſoluuntur.N.345.
    - Ergo per eadem quoq; elementa ad uſum humanum accommodari debent: ut ſcilicet ea quæ fortia ſunt, hoc eſt, calori concoquenti ualde reſiſtunt, & coquendo & refrigerando cruditatem ſuam amittere cogantur: at quæ debilia, illis uicißim robur aliorum admixtione addatur.N.346.
  - Specie, in ijs quæ ſecundum qualitates
    - Primas ſunt
      - Humida.N.347.
      - Sicca.N.348.
    - Secũdas ſunt
      - Salſa.N.349.
      - Amara, Acria N.350.
      - Acerba.N.351.
      - Dulcia, Inſipida.N.352.
- Effectum. Quæcũq; enim ſuat
  - Aſſa aut toſta, aluum magis ſiſtunt quàm cruda. N.353.Ratio. Nam aſſando & humor aqueus exhalat, & pinguis exudat. Vbi ergo in uentriculum ingeſta ſunt, humorem attrahunt à uicinis oſculis uenarum, eundemq; abſumendo exiccant, & oſcula ipſa exiccando claudunt. N.354. τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πυρῶδες. An per igneum acrem qualitatem alimenti intelligit, ſtimulantem ad excretionẽ? Vti etiam inf. n.377. τὸ λιπαρὸν & πυρῶδες coniungit, oleoſum & ad inflammationem aptum. An legendũ πιῶδες? ut ita humor aqueus primùm torreri dicatur aſſando, deinde aereus craſſior πιῶδης, tandem aereus tenuior λιπαρὸς & oleoſus.
  - Elixa magis lubricant, & humidiora ſunt crudis.

LOCA natalia Alimentorum (unde naturales differentiæ, accidentales tamen, deſumuntur) præſertim eorum, quæ ex uegetantibus & terreſtribus petuntur, uires eorundem uariant. N.358. Ergo diuerſitatis patriæ, ut ita dicam,

- Vires recenſet. Quæ naſcuntur in locis
  - Siccis & æſtuoſis, calidiora ſunt & ſicciora & robuſtiora. N.355. Ratio, N.356.
  - Humidis & irriguis & frigidis, leuiora ſunt & minoris alimenti.N.357.
- Vſum docet. Quando uolumus eodem alimenti genere
  - Plus alere, prioris generis alimentis utemur.N.359.
  - Minus alere, & plus humectare, poſteriore genere utemur.N.360.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 509 sur 736

©BIUM

- ALIMENTORUM differentiæ ab EFFECTIS quoq; tanquam naturalibus accidentibus primariò sumuntur, ijsdemq; differentiæ à Qualitate petitæ accommodātur. Ergo Effecta alia referuntur ad corporis
  - Qualitates. Sic alia
    - Calefaciunt in
      - Genere, Dulcia, Acria, Salsa, Amara, Austera, Carnosa, tam sicca quàm humida. N. 361. Per se quidē, dulcia, acria, salsa, amara: per accidens uerò, austera & carnosa. τὸ σαρκῶδες de substantia intelligendum: humidum & siccum de qualitate tactili: reliqua de qualitate gustatili. Sic etiam pòst n. 368. qualitatibus alimentorū gustatilibus cōiungit substantiam, & τὰ συγκομιστά. An ergo τὸ σαρκώδους nomine intelligit carnem puram, cui opponatur τὸ συγκομιστὸν, caro impura, mixta cum cortice uel palea? Iam uerò Austera quæ hic per accidēs calefaciūt, infrà n. 368. disertè refrigerare scribit. Nisi fortè pro αὐστηρὰ legendum αὐθηρὰ, florida, hoc est, florū instar odorata: uti suprà n. 288. θόρμαντικὰ & σύωδεα coniunxerat.
      - Specie. Calefacientiū alia humectant, alia exiccāt. τὸ
        - ὅτι. Quibus inest maior portio
          - Sicci, illa simul etiam siccant. N. 362.
          - Humidi, illa etiam simul humectant, & per aluum secedunt. N. 363.
        - διότι, cur quæ calefaciūt &
          - Humectant, magis per aluum secedant. Nam ut plus alimenti corpori suppeditant & humectant, ita quoq; uentrem humectant & secedunt. αὐτίσασιν ποιέεται ἐν τῇ κοιλίῃ, hoc est, cùm alimentum per superiora distribui, & in corpore manere oporteret, humectatio alui ueluti reuulsionem facit, non attrahendo, sed non retinendo. N. 364.
          - Exiccant, neq; sputum, neq; urinam, neq; secessum faciant. Corpus incalescens, humiditate exuitur. Partim in prima & secunda concoctione (ἀπὸ τῶν σιτίων, tum à chyli concoctione in uentriculo per alui excrementa, tum à sanguinis confectione in hepate per urinam) partim in tertia concoctione, cùm & à calore animæ id quod utile est absumatur in membrorum alimoniam: & quod inutile est per cutim expellatur, uel in sudorem, uel in uaporem conuersum. N. 365. Tale quid etiam infrà n. 425. sed apertius dicit.
    - Refrigerant.
  - Substantiā, quam uel ex paruo augere uel ex magno minuere uolumꝰ. N. 370. Sic quædam Alimenta corpus
    - Replēt. τὸ
      - ὅτι. Dulcia scilicet, pinguia, & unctuosa. N. 366.
      - διότι. N. 367.
    - Non replēt. τὸ
      - ὅτι. Acida, Acria, Austera, Acerba, respectu qualitatis secundæ: respectu primæ, Sicca: respectu substantiæ, ut Impura semina, & cum glumis suis in cibum adhibita. N. 368.
      - διότι. Venarum namq; oscula aperiuntur (ab acribus) absterguntur & exiccantur (ab acidis) mordicantur (ab ijsdem) adstringuntur (ab austeris, acerbis & acidis.) Itaq; caro ueluti horret & constringitur, & humore expresso meatus uacui relinquuntur. N. 369.
- A TEMPORE naturali accidente sumuntur Alimentorum differentiæ. Nam quæ sunt
  - Recentia & integra, plus nutriunt. N. 371. Ratio N. 372.
  - Vetera aut putrida, promtius per aluum secedunt. N. 373.
- A COCTVRA artificiali, tanquā ab Efficiente instrumentali, differentiæ Alimētorum sumuntur. Vti etiam suprà N. 344. & seq. Quæ matura sunt, & ab anno cocta, ea in usum ueniunt alimenti uel ab igne
  - Incocta, eaq; multum nutriunt, sed ructus pariunt. N. 374. Ratio 375.
  - Cocta, uel
    - Sola. Vt Panis, Maza. de quibus suprà.
    - Cum alijs. Opsonia, uel præparata
      - Cum pinguibus, ut cum oleo, butyro. Intrita, ὑποτρίμματα, ex uarijs commixta, æstuosa & humida. Vt est Cyceon. N. 376. Ratio N. 377.
      - Absq; pinguibus. Vt cum
        - Vino.
        - Muria. Et hæc meliora sunt, & minus æstuosa. N. 378.

CA

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 510 sur 736

CAPVT X.

De Balneis, Vnctione, Aere, Sudore, Venere, Vomitu, Somno, Labore & Quiete, Cibatione: de ijs deniq; uniuersim, Quæ corpus quomodolibet ingrediuntur.

PORRO [379] de balneis hoc modo ſe habet. [380] Aqua potabilis humectat & frigefacit, exhibet enim corpori humiditatem. [381] Salſum autem balneum calefacit & ſiccat. Quum enim natura calidum ſit, trahit à corpore humiditatem. [382] Calida balnea ieiunum attenuant & refrigerant: per caliditatem enim humiditatem de corpore auferunt: qua de carne ablata, corpus perfrigeratur. [383] A cibo autem accepto calefaciũt, ac humectant, cùm ea, quæ in corpore abundant, in maiorem molem diffundant. [384] Balnea frigida uice uerſa. Vacuo quidem corpori frigidum balneum quandam caliditatem conciliat: [385] at poſt cibum humiditati, quæ adeſt, detrahit, & frigiditate ſua ſiccum quod ſubeſt auget. [386] Balnei abſtinẽtia ſiccat, quũ humiditas conſumatur.

[387] Similiter etiam unctionis neglectus.

[388] Vnctio uerò calefacit, humectat, ac mollit.

[389] Sol & ignis ſiccant, propterea quòd quum calida ſint & ſicca, humiditatem è corpore trahunt. [390] Vmbra & frigus moderatè humectant, plus enim dant quàm accipiunt.

[391] Sudores omnes abeuntes ſiccant, & attenuant, humore ex corpore deficiente.

[392] Coitus attenuat, humectat & calefacit. [393] Calefacit quidem, propter laborem & ſecretionem: [394] attenuat autem propter euacuationem: [395] humectat deniq;, propter colliquationis reliquias in corpore præ labore.

[396] Vomitus attenuant, propter cibi euacuationem: [397] non tamen ſiccant, ſi quis poſtridie rectam curam adhibeat: ſed humectãt, propter repletionem & colliquationem carnis præ labore. [398] Si uerò quis ſinat hæc poſtridie conſumi in alimentum caliditati, & diætæ ſenſim adijciat, ſiccant. [399] Aluum autem duram uomitus ſoluit: & magis quàm oportet fluidã ſiſtit: illam quidem humectando, hãc uerò ſiccando. [400] Quum igitur aluũ quis ſiſtere uolet, expeditiſsimè deuoratum cibum euomere oportet, priuſquàm humeſcat, & infrà detrahatur: & magis acerbis & auſteris edulijs uti. [401] Vbi uerò ſoluere aluũ quis uolet, plurimo tempore cibis immorari confert, & acribus, ac ſalſis, & pinguibus, ac dulcibus, tum cibis, tum potionibus uti.

[402] Somni ieiunum attenuant & refrigerant, ſi non longi fuerint, præſentem humiditatem

ΠΕΡΙ [379] ἢ λυτρῶν ὧσ δὲ ἔχει. [380] ὕδωρ πόσιμον, ὑγραίνει & ψύχει· δίδωσι γὰρ τὸ σώματι ὑγρασίην. [381] τὸ δὲ ἁλμυρὸν λυτρὸν, θερμαίνει καὶ ξηραίνει. φύσιν γὰρ [a] ἔον θερμὸν, ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρόν. [382] τὰ δὲ θερμὰ λυτρὰ, νήσιν μὲν ἰσχναίνει, & ψύχει· φέρει γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρὸν τῇ θερμασίῃ. κενομένης δὲ τῆς σαρκὸς τοῦ ὑγροῦ, ψύχεται τὸ σῶμα. [383] βεβρωκόσι δὲ θερμαίνει & ὑγραίνει, διαχέοντα τὰ ὑπερέχοντα ἐν τῷ σώματι ἐς πλείονα ὄγκον. [384] ψυχρὰ δὲ λυτρὰ, τἀναντίον. κενοῖ μὲν τῷ σώματι δίδωσι θερμόν τι ψυχρόν· [385] βεβρωκόσι δὲ, ἀφαιρέεται ὑγρὸ ἐόντος, & πληροῖ, ψυχρὸν ἐὸν, τοῦ ὑπάρχοντος ξηροῦ. [386] ἀλυσίη ξηραίνει, καταναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ.

[387] ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀναλειφίη.

[388] λίπη δὲ, θερμαίνει, & ὑγραίνει, & μαλάσσει.

[389] ἥλιος δὲ καὶ πῦρ, ξηραίνει διὰ τάδε. θερμὰ ἐόντα καὶ ξηρὰ, ἕλκει †τοῦ σώματος τὸ † ἐν ὑγρόν. [390] σκιὴ δὲ & ψύχεα τὰ μέτρια, ὑγραίνει· δίδωσι γὰρ μᾶλλον, ἢ λαμβάνει.

[391] ἱδρῶτες πάντες ἀπιόντες, & ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίνουσιν, ἐκλείποντος τοῦ ὑγροῦ ἐκ τοῦ σώματος.

[392] λαγνείη, ἰσχναίνει, & ὑγραίνει, καὶ θερμαίνει. [393] θερμαίνει μὲν, διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ [b] ψυχροῦ. [394] ἰσχναίνει δὲ, διὰ τὴν κένωσιν. [395] ὑγραίνει δὲ, διὰ τὸ ὑπολειπόμενον ἐν τῷ σώματι τῆς σωτήξιος ὑπὸ τοῦ πόνου.

[396] ἔμετοι ἰσχναίνουσι διὰ τὴν κένωσιν τῆς τροφῆς. [397] ἢ μήν τοι ξηραίνουσιν, ἤν τις τῇ ὑστεραίῃ θεραπεύῃ ὀρθῶς· ἀλλ' ὑγραίνουσι διὰ τὴν πλήρωσιν, καὶ διὰ τὴν σώτηξιν τῆς σαρκὸς τὴν [c] ἀπὸ τοῦ πόνου. [398] ἢν δέ τις ἐάσῃ ταῦτα καταναλωθῆναι τῇ ὑστεραίῃ ἐς τὴν τροφὴν τῷ θερμῷ, καὶ τῇ διαίτῃ ἠρέμα προσάγῃ, ξηραίνουσι. [399] κοιλίην δὲ σκληρὴν ἐοῦσαν, λύει ἔμετος· καὶ διαχωρέουσιν μᾶλλον τοῦ καιροῦ, ἴσχει· τὴν μὲν διυγραίνων, τὴν δὲ ξηραίνων. [400] ὁκόταν μὲν ἕν τις βούληται τὴν ταχίστην, φαγόντα χρὴ ἐξεμέειν, πρὶν ἂν διυγρανθῆναι τὸ σῖτον, & καταπαθῆναι κάτω· καὶ τοῖσι ἑψυφοῖσι, καὶ τοῖσιν αὐστηροῖσι σιτίοισι μᾶλλον χρέεσθαι. [401] ὁκόταν δὲ λῦσαι τὴν κοιλίην βούληται, ἐν διαιτέεσθαι ἐν τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλεῖστον χρόνον ξυμφέρει, καὶ τοῖσι δριμέσι, καὶ ἁλμυροῖσι, καὶ λιπαροῖσι, καὶ γλυκέσι, καὶ τοῖσι σιτίοισι καὶ πόμασι χρέεσθαι.

[402] ὑπνοὶ δὲ νήσιν μὲν ἰσχναίνουσι καὶ ψύχουσι, ἢν μὴ μακροὶ, ἔωσι κενοῦντες τοῦ ὑπάρχοντος

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 511 sur 736

χοντος ὑγροῦ. 403 ἢν δὲ μᾶλλον, ὀκτεμαίνοντες σωτήκουσι τὴν σάρκα, καὶ μαλύουσι τὸ σῶμα μαχέοντες, καὶ ἀδυνὲς ποιέουσι. 404 βεβρωκόσι δὲ, θερμαίνοντες ὑγραίνουσι, τὴν τροφὴν ἐς τὸ σῶμα μαχέοντες. 405 ἀπὸ δὲ τῶν ὀρθρίων περιπάτων ὕπνῳ μάλιστα ξηραίνει. 406 ἀγρυπνίη δὲ ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει, οὐκ ἐῶσα τὸ σιτίον πήκεσθαι. 407 ἀσίτοισι δὲ, [a]ἰσχναίνει μὲν, βλάπτει δὲ ἧσσον.

[a] ἰσχνασίην μέν τινα παραδίδωσι,

408 ῥαθυμίη, ὑγραίνει, καὶ ἀδυνὲς τὸ σῶμα ποιέει. ἀτρεμίζουσι γὰρ ἡ ψυχὴ, οὐκ ἀναλίσκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος. 409 πόνῳ δὲ ξηραίνει, καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρὸν ποιέει.

410 μονοσιτίη, ἰσχναίνει, καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίην ἴσησι· διότι τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης καὶ τῆς σαρκὸς καταναλίσκεται. 411 ἄριστον δὲ ταναντία διαπέπεπται τῇ μονοσιτίῃ.

[b] ἰσχνασίην δὲ πάντων μὴ πάντων, μὴ ψυχρὸν ὡσαύτως.

412 ὕδωρ πόμα θερμὸν, [b]ἰσχναίνει. ὡσαύτως δὲ καὶ ψυχρόν. 413 τὸ δὲ ὑπερβάλλον ψυχρὸν, καὶ πνεῦμα, καὶ τὸ σιτίον, καὶ τὸ ποτὸν, πήγνυσι τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν σώματι, καὶ τὰς κοιλίας ξυνίζησι τῇ πήξει καὶ ψύξει. κρατέει γὰρ τοῦ τῆς ψυχῆς ὑγροῦ. 414 καὶ τοῦ θερμοῦ δὲ πάλιν αἱ ὑπερβολαὶ πηγνύουσι, [c]καὶ τοσοῦτον, ὡς μὴ διάχυσιν ἔχειν. 415 ὁκόσα δὲ θερμαίνοντα τὸ σῶμα, τροφὴν μὴ διδόντα, κενοῖ ὑγρὸν τὴν σάρκα, μὴ δὲ ὑπερβολὴν ποιέοντα, ψύξιν τῷ ἀνθρώπῳ παραδίδωσι. κινουμένου γὰρ τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ, πνεύματος [d]ὑπ' αὐτοῦ πληρούμενον ψύχεται.

[c] ἕτως ὥστε

[d] ἐπαντὸ

A tatem euacuantes. 403 Longiores uerò eoipso, quòd calefaciunt, colliquant carnem, & corpus diffundendo exoluunt, debilesque reddunt. 404 A cibo uerò ſumtò calefacientes humectant, alimentum in corpus diffundentes. 405 A matutinis autem deambulationibus ſomnus maximè ſiccat. 406 Vigilia cibo ſaturis noxia eſt, non permittens cibum liquari ac concoqui: 407 ieiunos autem attenuat quidem, minus tamen lædit.

408 Segnicies ac ocium humectat, & corpus debile facit. Anima enim quieſcens humiditatem ex corpore non conſumit.

409 Labor ſiccat, & corpus robuſtum facit.

410 Semel in die cibum capere attenuat, & B ſiccat, & aluum ſiſtit, propterea quòd animæ calor humiditatem ex uentre & carne conſumit. 411 Prandium contraria facit.

412 Aquæ potus calidus attenuat, ſimiliter & frigidus. 413 At uerò & ſpiritus, & cibus, & potus, humiditatem in corpore congelant, ſi excellenter frigida fuerint, & congelatione ac frigiditate ſua aluos ſiſtunt: nam animæ humiditatem ſuperant. 414 Viciſſim uerò etiam caliditatis exceſſus eandem congelant, in tantum ut diffundi nequeat. 415 Quæcunque uerò ex calefacientibus corpus, & alimentum non præbentib. carnẽ humiditate euacuãt, ea licet exceſſum non faciant, frigiditatem tamẽ homini conciliant. Nã præſente humiditate agitata, flatu aduentitio repletur & refrigeratur.



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 512 sur 736

VNCTIO
- Adhibita *calefacit & humectat & emollit.* N. 388.
- Non *adhibita siccat.* N. 387.

AER
- Calidus *à sole uel igne exiccat.* N. 389.
- Frigidus *ab umbra uel uento, moderatè humectat.* N. 390.

SVDOR *siccat & emaciat.* N. 391.

VENVS N. 392.
- Calefacit, *propter laborem & secretionem τὸ ψυχρὸν. An ὑγρὸν legendum? an αὐρᾶς?* N. 393.
- Emaciat. N. 394.
- Humectat. N. 395.

In *coitu spectatur* &
- Motus *corporis, qui*
  - Per *se calefacit, accensis spiritubus, & semine calido per uniuersum corpus à toto corpore fuso.*
  - Per *accidẽs*
    - Humectat.
    - Refrigerat.
    - Exiccat.
- Excretio
  - Seminis.
  - Humoris *alimentaris per sudorem.*

VOMITVS
- Emaciat. N. 396.
- Humectat. N. 397.
- Exiccat. N. 398.
- Aluum *nunc soluit, nunc sistit.* N. 399.
  - Et *quidem*
    - Sistit. N. 400.
    - Laxat. N. 401.

  Vti etiam com. de Locis in homine n. 28.

SOMNVS
- Aliquis cõsideratus secundum
  - Alimẽta,
    - Ante *cibum*
      - Moderatus *emaciat & refrigerat.* N. 402.
      - Immoderatus *excalefacit.* N. 403.
    - Post *cibum calefacit & humectat.* N. 404.
  - Exercitia, *à matutinis deambulationibus maximè siccat.* N. 405.
- Nullus, ἀγρυπνίη, *corpus*
  - Plenum *lædit plurimum.* N. 406.
  - Ieiunum, *emaciat, minus tamen lædit.* N. 407.

EXERCITIVM *consideratum in genere uel*
- Nullum, ῥᾳθυμίη, *humectat & debilitat.* N. 408.
- Aliquod, πόνος, *siccat & roborat.* N. 409.

CIBVM *sumere*
- Semel, *in cœna tantùm,* μονοσιτίη, *siccat, aluum sistit, emaciat.* N. 410. Itaq; Plin. lib. 28. c. 5. *non prandentium exta celerius senescere tradit. Proinde non omnibus ex æquo conuenit, sed ijs tantùm qui exiccatione opus habent.*
- Bis, *in prandio simul & cœna, contraria facit.* N. 411.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 513 sur 736

©BIUM



CAPVT XI.

De Exercitijs, tum in genere, tum in specie.

ΠΕΡΙ [416] ἧ τῶν πόνων, ἥν τινα ἔχει δύνα- A
μιν, [2] διηγήσομαι. εἰσὶ γὰρ δὶ μὲν κατὰ
Φύσιν, οἱ ἧ δὲ βίης. [417] οἱ μὲν ἓν κατὰ φύσιν
αὐτῶν εἰσιν, ὄψιος πόνος, ἀκοῆς, φωνῆς, μερίμνης. [418] ὄψιος μὲν ἓν δύναμις τοιαύτη. ὅσα
ἔχοσι ψυχὴ τῷ ὁρεομένῳ, κινέει ἧ καὶ θερμαίνεται. θερμαινομένη ἧ, ξηραίνεται, κεκενωμένα δ'
ὑγροῦ. [419] δὲ ἧ τῆς ἀκοῆς ἐπιπίπτοντος τοῦ ψόφου, σείεται ἡ ψυχὴ, & πονέει. πονέουσα ἧ, θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται. [420] ὁκόσα ἐν μερίμνῃ ἀνθρώποισι γίνεται, ἡ ψυχὴ καὶ ὑπὸ τουτέων θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν καταναλίσκουσα, πονέει καὶ λεπτύνει τὰς σάρκας, καὶ κενοῖ τὸν ἄνθρωπον. [421] ὁκόσοι δὲ πόνοι φωνῆς, οἷον λέξις, ἢ ἀνάγνωσις, ἢ ᾠδὴ, πάντες οὗτοι κινέουσι τὴν ψυχήν. κινουμένη δὲ, ξηραίνεται, καὶ θερμαίνεται, καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρὸν καταναλίσκει.

[422] οἱ ἧ περίπατοι κατὰ Φύσιν μὲν εἰσὶ & ἧσσον μάλιστα τῶν λοιπῶν, ἔχουσι δὲ τι βίαιον. δύναμις ἧ αὐτέων ἐστὶ τοιήδε. [423] ὁκόταν δείπνου περίπατος, ξηραίνει τήν τε κοιλίην, & τὸ σῶμα, B
[b] γαστέρα καὶ τὴν [b] μασχάλην, καὶ οὐκ ἐᾷ [c] πιμπλάναι γλίσχρου, δὲ τάδε. [424] κινουμένου τοῦ ἀνθρώπου, θερμαίνεται & τὸ σῶμα & τὰ σπλάγχνα. ἕλκει ἓν τὴν ἰκμάδα ἡ σὰρξ, & οὐκ ἐᾷ [d] πιμπλάναι κοιλίην ξυνίσταται. τὸ μὲν ἓν σῶμα πληροῦται, ἡ ἧ κοιλίη λεπτύνεται. [425] ξηραίνεται δὲ δὲ τάδε. κινουμένου τοῦ σώματος καὶ θερμαινομένου, τὸ λεπτότατον τροφῆς καταναλίσκεται, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ ξυμφύτου θερμοῦ, τὸ δὲ σὺν τῷ πνεύματι ἀποκρίνεται ἔξω, τὸ δὲ καὶ οὐρέεται. ὑπολείπεται δὲ τὸ ξηρότατον ὑπὸ τῶν σπλάγχνων. ὥστε τῇ κοιλίῃ ὑποξηραίνεσθαι τὴν σάρκα. [426] καὶ οἱ ὄρθριοι περίπατοι ἰσχναίνουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν κενοῦσα

[2] ᾠδὴ καὶ γινώσκειν

CÆTERVM [416] quam uim labores habeant, nunc exponam. [417] Sunt enim alij naturales, alij uiolenti. Naturales igitur sunt, labor uisus, auditus, uocis, curarum. [418] Visus autem talis uis est. Anima in id quod uidetur intenta, mouetur & calescit. Calefacta uerò, euacuata humiditate siccatur. [419] Iam per auditum illabente sono, anima concutitur, & laborat: laborans autem calescit & siccatur. [420] Quæcunque ab hominibus cum cura & studio fiunt, ex ijs anima calescit ac siccatur, & humiditate consumta laborat, & carnes attenuat, & hominem euacuat. [421] Quicunque labores uocis sunt, uelut sermo, aut lectio, aut cantus, omnes hi animam mouent. Mota autem siccatur & calescit, & humiditatem in corpore absumit.

[422] Porrò deambulationes licet præreliquis maximè naturales sint, habent tamen quid uiolentum. Facultas ipsarum talis est. [423] Deambulatio à cœna, & aluum, & corpus, & uentrem siccat, ipsumque pinguem fieri non sinit, ob hanc causam. [424] Quum mouetur homo, calefit corpus, simul & cibi. Attrahit igitur humiditatem caro, & uentrem pinguem fieri non sinit. Proinde corpus quidem repletur, uenter uerò attenuatur. [425] Siccatur autem, ob hanc causam. Quum corpus mouetur & calescit, quod tenuissimum est alimenti consumitur, partim per insitum calorem, partim uerò unà cum flatu foras excernitur, partim etiam per lotium ejicitur. At quod de cibis siccissimum est, relinquitur. Quare unà cum uentre etiam caro siccatur. [426] Matutinæ deambulationes atte-

attenuant, & partes circa caput leues, & agiles, ac promtas reddunt, & aluum soluunt. 427 Attenuant quidem, quia motu corpus calescit, & humiditas attenuatur ac purgatur, partim per spiritum ac flatum, partim uerò emungitur & exscreatur: sed & aliqua pars in alimentum caloris animæ consumitur. 428 Aluum autem soluunt. nam quum calida sit, frigido spiritu supernè illabente, caliditas frigiditati cedit. 429 Leues autem partes circa caput faciunt, ob hanc causam. Quũ euacuata est aluus, tum è reliquo corpore, tum uerò etiam è capite humiditatem in seipsam attrahit, calida existens. Euacuato autem capite, & uisus & auditus purgantur, & homines agiles fiunt. 430 Deambulationes autem post exercitia, corpora pura reddunt, & attenuant, non permittentes carnis colliquationem ex labore prouenientem consistere, sed ipsam depurgant.

431 Cæterùm ex cursibus hæc consequuntur. 432 Cursus longi non curui, sensim facti, calefacientes carnem, concoquere ac diffundere possunt, & facultatem ciborum in carne maturant: interim corpora tardiora ac crassiora reddunt, quàm cursus circulares. Multa autem comedentibus commodiores sunt, & hyeme magis quàm æstate. 433 Qui uerò in ueste fiunt, eandem uim habent, magis autem excalefaciunt, & corpora humidiora faciunt, & decoloratiora: quia purus aer allabens ipsa non depurgat, sed in eodem aere exercentur. Conferunt itaque & siccis, & carnosis, qui carnem demoliri & abolere uolunt, itemque senioribus, propter corporis frigiditatem. 434 Cursus autem recti reuertentes, 435 & equestres indefiniti, carnem minus diffundunt, attenuant autem magis, propterea quòd cùm partium animæ externarum hi labores sint, & humiditatem uicissim ex carne reuellunt, & corpus attenuant atque siccant. 436 Circulares uerò cursus carnem minimè diffundunt, attenuant autem & aperiũt carnem & uentrem maximè, propterea quòd acutissimo spiritu utentes, humiditatem in seipsos celerrimè trahunt.

437 At uerò concussiones siccant quidem derepentè, tamen neque idoneæ, neque utiles sunt. Conuulsiones enim inducunt: propterea quòd excalefactum corpus cutẽ uehementer attenuat: carnem uerò minus contrahunt, quàm cursus circulares, eandemque etiam humore euacuant.

438 Commotiones 439 & Alleuationes carnem quidem minimè excalefaciunt, corpus

A κοῦφα τε, καὶ εὐαγέα, καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι, καὶ τὴν κοιλίην λύουσιν. 427 ἰσχναίνουσι μὲν, διότι κενούμενον τὸ σῶμα θερμαίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν λεπτύνεται καὶ καθαίρεται, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ [a] μύττεταί τε καὶ χρέμπτεται, τὸ δ' ἐς τὴν τροφὴν τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται. 428 τὴν δὲ κοιλίην λύουσι, διότι θερμὴ ἐοῦσα, τοῦ [b] θερμοῦ πνεύματος ἐσπίπτοντος ἄνωθεν ὑποχωρέει τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ. 429 κοῦφα δὲ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ποιέει, διὰ τάδε. ὅταν κενωθῇ ἡ κοιλίη, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὑγρὸν, θερμὴ ἐοῦσα. κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἀποκαθαίρεται ἥτε ὄψις καὶ ἡ ἀκοὴ, καὶ γίνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι. 430 οἱ δὲ ἀπὸ τῶν γυμνασίων περίπατοι, καθαρὰ τὰ σώματα παρασκευάζουσι, καὶ ἰσχναίνουσιν, οὐκ ἐῶντες τὴν σύντηξιν τῆς σαρκὸς, τὴν ὑπὸ τοῦ πόνου, ξυνίστασθαι, ἀλλ' ἀποκαθαίρουσι.

431 τὰ δὲ ἐκ τῶν δρόμων γίνονται. 432 οἱ μὲν μακροὶ καὶ [c] καμπτοὶ, ἐξ ὀλίγου προσαγόμενοι, θερμαίνοντες τὴν σάρκα, συνεψεῖν καὶ διαχέειν δύνανται, καὶ τὴν δύναμιν τῶν σιτίων τὴν ἐν τῇ σαρκὶ καταπέσσουσι. βραδύτερά τε καὶ παχύτερα τὰ σώματα παρασκευάζουσι τῶν τροχῶν. τοῖσι δὲ τὰ πολλὰ ἐσθίουσι, ξυμφορώτεροι, καὶ χειμῶνος μᾶλλον, ἢ θέρεος. 433 οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι, τὴν μὲν δύναμιν τὴν αὐτὴν ἔχουσι, μᾶλλον δὲ διαθερμαίνουσι, καὶ ὑδρότερα τὰ σώματα ποιέουσιν, ἀχροώτερα δὲ· διότι οὐκ ἀποκαθαίρει προσπίπτον τὸ πνεῦμα τὸ εἰλικρινὲς, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γυμνάζεται πνεύματι. συμφέρει οὖν καὶ τοῖσι ξηροῖσι, καὶ τοῖσι πολυσάρκοισιν, ὅστις καθαίρειν τὴν σάρκα βούλεται, καὶ τοῖσι πρεσβυτέροισι διὰ ψύχην τοῦ σώματος. 434 οἱ δὲ δίαυλοι 435 καὶ ἤπειροι ἵπποι, τὴν μὲν σάρκα ἧσσον διαχέονται, ἰσχναίνουσι δὲ μᾶλλον. διότι τοῖς ἔξω τῆς ψυχῆς μέρεσιν οἱ πόνοι ὄντες, ἀνασπῶσιν ἐκ τῆς σαρκὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ σῶμα λεπτύνουσι καὶ ξηραίνουσιν. 436 οἱ δὲ τροχοὶ τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαχέουσιν, ἰσχναίνουσι δὲ, καὶ διαστέλλουσι τὴν σάρκα καὶ τὴν κοιλίην μάλιστα, διότι ὀξυτάτῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι, τάχιστα τὸ ὑγρὸν ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτούς.

437 τὰ δὲ παρασείσματα. ξηραίνουσι μὲν ἐξαπίνης, οὐκ ἐπιτήδεια δὲ, καὶ ἀξύμφορα. σπάσματα γὰρ ἐμποιέεται, διὰ τόδε. διατεθερμασμένον τὸ σῶμα, τὸ μὲν δέρμα ἰσχυρῶς λεπτύνει, τὴν δὲ σάρκα ἧσσον συνίστησι τῶν τροχῶν· κενοῖ δὲ τὴν σάρκα τοῦ ὑγροῦ.

438 τὰ δὲ ἀνακινήματα 439 καὶ ἀνακουφίσματα τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαθερμαίνουσι, παρ-

[a] βύττεται

[b] ψυχροῦ

[c] ἄκαμπτοι. μὴ καμπτοὶ

©BIUM

οξύνει δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τοῦ πνεύματος κενοῦσι.

440 πάλη δὲ 441 καὶ τρίψις, τοῖσιν ἔξω τοῦ σώματος παρέχει μᾶλλον τὸν πόνον, θερμαίνει δὲ τὴν σάρκα, καὶ στερεοῖ, καὶ αὔξεσθαι ποιέει διὰ τάδε. τὰ μὲν γὰρ στερεὰ φύσει τριβόμενα συνίστησι, τὰ δὲ κοῖλα αὔξεται. τῆς γοῦν σαρκὸς τὸ μὲν πυκνὸν τριβόμενον ξυνίσταται, τὰ δὲ κοῖλα αὔξεται, καὶ ὁκόσα φλέβες εἰσί. θερμαινόμεναι γὰρ αἱ σάρκες καὶ ξηραινόμεναι, ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτὰς τὴν τροφὴν διὰ τῶν φλεβῶν, εἶτα αὔξονται.

442 ἀλίνδησις παραπλήσια τῇ πάλῃ διαπρήσσεται· ξηραίνει δὲ μᾶλλον, διὰ τὴν κόνιν, καὶ σαρκοῖ ἧσσον.

443 [a] ἀκροχειρίη ἰσχναίνει, καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω.

[a] ἀκροχείρισις

444 καὶ κωρυκομαχίη, 445 καὶ χειρονομίη τὰ παραπλήσια διαπρήσσεται.

446 πνεύματος δὲ κατάσχεσις, τοὺς πόρους διαναγκάσαι, καὶ δέρμα λεπτύναι, καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τὸ δέρμα ἐξῶσαι δύναται.

447 ἐν κόνει καὶ ἐλαίῳ γυμνάσια διαφέρει τοσόνδε. κόνις μὲν ψυχρὸν, ἔλαιον δὲ θερμόν. 448 ἐν μὲν τῷ χειμῶνι τὸ ἔλαιον αὐξιμώτερον, διότι τὸ ψύχος κωλύει φέρειν ἀπὸ τοῦ σώματος. 449 ἐν δὲ τῷ θέρει, ἔλαιον ὑπερβολὴν θερμασίης πεποιευμένον, τήκει τὴν σάρκα, ὁκόταν καὶ ὑπὸ τῆς ὥρης θερμαίνηται, καὶ τοῦ ἐλαίου, καὶ τοῦ πόνου. 450 ἡ δὲ κόνις ἐν τῷ θέρει αὐξιμώτερον· ψύχουσα γὰρ τὸ σῶμα, οὐκ ἐᾶ εἰς ὑπερβολὴν θερμαίνεσθαι. 451 ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, διαψυκτικὸν καὶ κρυμνῶδες. 452 διατρίβειν δὲ ἐν τῇ κόνει μετὰ τοὺς πόνους ἐν τῷ θέρει, ὀλίγον μὲν χρόνον, ὠφελέει ψύχουσα. πολὺν δὲ, ὑπερξηραίνει, καὶ τὰ σώματα σκληρὰ καὶ ξυλώδεα ἀποδεικνύει.

453 τρίψις ἐλαίου σὺν ὕδατι μαλάσσει, καὶ οὐ δεινῶς ἐᾶ διαθερμαίνεσθαι.

autem & animam irritant, & ſpiritu euacuãt.

440 Lucta 441 & Frictio, externis corporis partibus magis laborem exhibent: calefaciunt autem carnem, & corroborant, ac augeri faciunt, ob hanc cauſam. Quæ natura ſua ſolida ſunt, dum fricantur, in ſe coeunt: quæ uerò caua ſunt, augentur. Quod itaque denſum eſt in carne, ſi confricetur, in ſe coit, caua uerò augentur, præſertim ubi uenæ ſunt. Nã carnes calefactæ ac ſiccatæ, alimentum in ſe, ipſas per uenas trahunt, atq; ita augentur.

442 Volutatio in puluere conſimilia luctæ efficit. Magis autem ſiccat propter puluerẽ, & minus carnis generat.

443 Lucta per ſummas manus attenuat, & carnes ſurſum trahit.

444 Corycus 445 & manuum ad rythmum motus, conſimilia faciunt.

446 Spiritus detentio, meatus diſparare, & cutem attenuare, & humiditatem ſub cutem extrudere poteſt.

447 Exercitia in puluere & oleo in tãtum differunt, quòd puluis quidem eſt frigidus, oleum autem calidum. 448 Hyeme igitur oleum corpus magis auget, propterea quòd frigus prohibet à corpore quid auferre. 449 Aeſtate uerò calorem nimium augens, carnem liquat: quum & à tempore, & oleo, ac labore, corpus calefiat. 450 Puluis quoque æſtate quidem magis auget (nam cùm corpus refrigeret ſupra modum calefieri non permittit) 451 hyeme uerò frigus & algorem inducit. 452 Morari uerò in puluere poſt exercitia, æſtate, modico tempore, confert refrigerando. At longior mora nimium exſiccat, & corpora dura ac lignoſa efficit.

453 Frictio ex oleo & aqua mollit, neque uehementer excalefieri ſinit.

EXER-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 516 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 517 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 518 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 519 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 520 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 521 sur 736

©BIUM

DEAMBVLATIO *magis, quàm reliqui motus, uidetur esse naturalis, cùm sit cursu prior: etsi & ipsa uiolenti quid siue Artis continet. Num. 422. Variat tamen respectu*

- **Alimenti.** *Nam deambulatio quæ fit corpore*
  - Pleno, *à cibo, à cœna, exiccat & pinguescere prohibet.* οὐκ ἐᾷ πιερὴν κοιλίην γενέσθαι. (Sic lego, pro πικρήν.) *Nisi fortè hîc sensus subest. Cibi pars subtilior (quã ἰκμάδα paulo pòst uocat, & τὸ τῆς τροφῆς λεπτότατον, à uentre diutius retenta) facilè in bilem transit. Ea ipsa uerò deambulatione statim à cibo facta in ambitum totius abrepta, uentrẽ amarum fieri, h.e. bilẽ amarã in uentre colligi prohibet, cùm per sudorẽ & per insensibilẽ transpirationẽ facilè expellatur.* καὶ τὴν γαστέρα οὐκ ἐᾷ πικρὴν γενέσθαι. N. 423. *Ratio cur*
    - Pinguescere prohibeat. N. 424.
    - Exiccet. N. 425.
  - Ieiuno, *matutina præsertim, emaciat, caput agile reddit, sensus omnes alacriores facit.* N. 426. *Ratio cur*
    - Emaciet. N. 427.
    - Aluũ soluat. N. 428.
    - Caput agile reddat atque leue. N. 429.
- **Exercitij.** *Cõsideratur. n. uel*
  - Cõparatè *respectu exercitiorũ maiorum, quæ uel*
    - Consequitur, *& inter* ἀποθεραπευτικὰ γυμνάσια *cõnumeratur, quæ grauiora exercitia subsequi solent, ne ab uno extremo ad alterum extremum confertim sine medio transitus fiat.* N. 430.
    - Præcedit, *&* παρασκευαστικὸν *erit, quoniam præparat ad grauiora exercitia.*
  - Per se, *ut ipsa per se est Exercitationis genus, neq; illam aliud exercitium uel præcedit uel sequitur.*

CVRSVS *uarij sunt Effectus, uarietatem differentiarũ consequentes.* N. 431. *Differentiæ aliæ uidentur constitui posse*

- **Essentiales,** *desumtæ uel à*
  - Materia, *siue loco, quem cursu metiuntur. Vide signum* ☞
  - Forma. *Cursus corporis motus est, & ueluti perpetuꝰ q̃dã saltus, & hic uel*
    - Simplex, *in*
      - Anteriora. *& uel*
        - Rectus, μὴ καμπτὸς. N. 432. *Et uel stadij*
          - Simplicis. στάδιον.
          - Duplicis. δόλιχος.
        - Flexus, καμπτὸς. δίαυλος *propriè.* N. 434.
      - Posteriora.
      - Orbem. τροχός. N. 436.
    - Mixtus. ἐκπλεθρίζειν, *in plethro (quod sexta erat stadij pars) prorsum & retrorsum uicißim sine flexu cursitare, & in unoquoque cursu breue quiddam de spacio demere, tandem in uno gressu consistere.*
  - Efficiente, *ab eo qui currit, tum quo ad*
    - Alimenta. *Currit uel*
      - Ieiunus.
      - Satur.
    - Vestimẽta. *Currit uel*
      - Nudus. *Sic 3. de Diæta n. 338.*
      - Tectus
        - Veste. N. 433. *Sic 3. de Diæta n. 337.*
        - Armis.
- **Accidentales,** *à cursus*
  - Quãtitate, *quo ad*
    - Magnitudinem. *Cursus*
      - Vehemens.
      - Remissus.
    - Continuitatẽ, *uel*
      - Continuus.
      - Interruptus.
  - Qualitate. *Vel*
    - Celer.
    - Tardus.
    - Mediocris.
  - Tempore
    - Diuturnus.
    - Breuis.

☞ Loca

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 522 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 523 sur 736

©BIUM

ΓΑΡΑΣΕΙΣΜΑΤΑ, Concußiones, conuulsiones inducunt, propterea quòd ex agitatione ista cutis quidem rarescit & attenuatur: at subiectæ partes carnosæ minus quàm in cursu circulari συνίστησι, hoc est, in se coeunt & densantur, etsi humore aliquantum priuentur. N. 437. Verbum συνίστασθαι paulo pòst n. 441. & ἄνξεσθαι opponere uidetur. Com. de Exectione fœtus, ἀνασείειν & διασείειν docet puerperam, ut fœtus obliquus conuertatur. Sed concußio illa, ab ea, de qua hîc, diuersa est.

ΑΝΑΚΙΝΗΜΑΤΑ. Motus compositi totius corporis, quædam ueluti pugnæ præludia, quibus in Lucta & Pancratio & Pugillatu uti solitos, priusquã cum aduersario manus consererẽt, ex Platonis 4. de Legib. colligere licet. N. 438.

ΑΝΑΚΟΥΦΙΣΜΑΤΑ, Gestationes, qui sublimes humeris gestantur, ut est illic apud Satyricum, —longa ceruice Syrorum. N. 439.

LVCTA. Vel corporibus
- Erectis. N. 440.
- Procumbentibus, quæ ἀλίνδησις uidetur dici paulo pòst.

FRICTIO. N. 441.

VOLVTATIO. ἀλίνδησις. Eadem præstat, quæ lucta, sed propter puluerem magis exiccat. N. 442. Cælius Aurel. lib. 5. cap. 12. Chronicôn κυλαδίαν uocat, & cum κωρυκομαχία facit eandem. Sed Hippocrates hîc manifestè separat. An uolutatio uaria? Vel
- Sine aduersario, & uel
  - Cum Coryco, ut Aurelianus uult.
  - Sine Coryco, ut Hippocratea.
- Cum aduersario. Et hæc Lucta uolutatoria est.

ΑΚΡΟΧΕΙΡΙΗ, cùm summis manibus tantum commißi inter se luctarentur, ea ratione, ut uel digitos confringendo, uel prosternendo, uincerent. N. 443.

ΚΩΡΥΚΟΜΑΧΙΗ. N. 444. Hæc quoq; (cùm Aurelianus κυλινδίαν & κωρυκομαχίαν easdem faciat) uidetur duûm esse generum. Quædam corpore
- Erecto occurrens Coryco.
- Prostrato humi in puluere Corycum excipiens. Quam lib. 3. seq. n. 340. uidetur præferre acrocheirismo, quoniam scilicet magis exiccet. Paulo antè Volutationem Luctæ eandem ob causam prætulit.

ΧΕΙΡΟΝΟΜΙΗ. Manuum gesticulatio. An hæc eiusdem generis cum Ανακινήμασι: an Acrocheirismi præludium est, uti illa eorum exercitiorum, quibus tota corpora conseruntur? N. 445.

SPIRITVS retentio. N. 446. Lib. 3. de Diæta n. 344. φωνῆς, πόνον ad euacuandum humorem & carnem rarefaciendam conferre ait, Vociferationem scilicet, in qua duo exercitia contraria concurrunt: alterum in spiritu plurimo attrahendo, alterum in eodem semel concepto, confertim, magna cum uiolentia expellendo: quemadmodum Præcones facere consueuisse testatur Hip. lib. de Principijs, n. 148.

EXERCITATIONVM differentiæ à corporum exercendorum
- Προπαρασκευῇ. V. G. quæ olei inunctione & pulueris aspersione fit: quorum hic quidem refrigerat, illud calefacit. N. 447. Ergo
  - Oleũ
    - Merum
      - Hyeme quidem magis confert. N. 448.
[153] Mare fluctuabundum, uentris morbos indicat.[154] Oportet ergo aluum mouētibus, leuibuſque ac mollibus expurgare.

[155] Terra aut domicilium ſi moueri uideatur, ſano quidem homini debilitatem,[156] ægrotanti uerò ſanitatem, & præſentis ſtatus mutationem portendit.[157] Proinde ſanus diætam mutabit.[158] Primùm ergo uomat,[159] mox cibum aſſumens, ſenſim augeat:[160] ut à præſenti diæta totum corpus moueatur.[161] Ægro uerò eadem diæta uti cōducit:[162] nam corpus ex præſenti ſtatu tranſit.[163] Terram ab aquarum aut maris diluuio inundari, mor D bum ſignificat,[164] quòd humiditas multa corpori inſit.[165] Oportet igitur uomitibus,[166] & prandij detractione,[167] & laboribus,[168] & ſiccis cibis uti:[169] deinde ſenſim adijciendo, modico cibo renutrire.[170] Sed neque nigram aut combuſtam terram uidere bonum eſt: cùm periculum delabendi in uehementem ac lethalem morbum indicet,[171] ob ſiccitatis exceſſum in carne.[172] Iccirco labores detrahere,[173] & à cibis ſiccis & calidis & acrib. ac urinā cientibus abſtinere cōuenit:[174] nutrire autem ptiſanæ ſucco decocto,[175] & omnibus mollibus ac leuibus, ſed paucis.

[176] Po-

πάσους τε τὰς ϖειόσεις, καὶ τὰς ϖεοσαγωγὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις εἶναι.[134] εἰ δέ τι τέτων ὑπεναντίον ὁρῶτο, βλάβῃ σημαίνει τι ἐν τῷ σώματι.[135] ὄψεως μὲν ἢ ἀκοῆς βλαπτομένων, ϖερὶ τὴν κεφαλὴν νόσον σημαίνει.[136] τοῖσιν ἓν ὀρθρίοισι ϖεριπάτοισι, καὶ ϖρῖσιν ἀπὸ δείπνου ϖλέοσι χρηστέον, ϖρὸς τὴν ϖροτέρην διαίτην.[137] τῶν σκελέων δὲ βλαπτομένων, ἐμέτοισι ἀνταϖασέον, καὶ τῇ πάλῃ ϖλείονι χρηστέον, ϖρὸς τὴν ϖροτέρην διαίτην.[138] γῆ δὲ τραχείη, ἢ καθαρὰν τὴν σάρκα σημαίνει. τοῖσιν ἓν ἀπὸ γυμνασίων ϖεριπάτοισι ϖλείοσι ϖονητέον.

[139] δενδρέων δὲ ἡ ἀκαρπία, [2] ἀϖέρματος τὸ ἀνθρωπίνου ϖαφθορίῃ δηλοῖ.[140] ἢν μὲν ἓν φυλλοροούσῃσι ἢ τὰ δένδρα, ὑϖὸ τῶν ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν βλάϖεται.[141] ἢν δὲ τε μὴ λημύνα, ἄκαρπα δὲ ἢ, ὑϖὸ τῶν θερμῶν καὶ ξηρῶν.[142] τὰ μὲν ἓν τοῖσι διαιτήμασι χρὴ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν,[143] τὰ δὲ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν.

[144] Ποταμοὶ δὲ μὴ κατὰ τρόϖον γινόμενοι, αἵματος ϖλέονος σημαίνουσι.[145] ϖλέον μὲν ῥέοντες, ὑϖερβολῇ·[146] ἔλαττον δὲ ῥέοντες, ἔλλειψιν.[147] δεῖ δὴ τῇ διαίτῃ τὸ μὲν αὐξῆσαι,[148] τὸ δὲ μειῶσαι.[149] μὴ καθαροὶ δὲ ῥέοντες, ταραχῇ σημαίνουσι.[150] καθαίρου δὲ ὑϖὸ τε τρόχων καὶ τῶν ϖειμάτων, ϖυκνῷ ἀνακινούμενα.[151] κρῆναι δὲ καὶ φρέατα θεώμενα, ϖνεύματα ϖερὶ τὴν κύστιν σημαίνει.[152] ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν ἐρεθιστικοῖσιν ἐκκαθαίρειν.

[153] θάλασσα ταραττομένη, κοιλίης νόσον σημαίνει.[154] ἀλλὰ χρὴ τοῖσι διαχωρητικοῖσι καὶ κένουσι καὶ μαλακοῖσιν ἐκκαθαίρειν.

[155] γῆ κινδυνεύουσα θεωμένη, ἢ οἰκίη, ὑγιαίνοντι μὲν αὐτῷ ἀσθενείην σημαίνει,[156] νοσεῦντι δὲ, ὑγείην ἐς μεταβολὴν τοῦ ϖαρόντος.[157] τῷ μὲν οὖν ὑγιαίνοντι, μεταβῆναι χρὴ τὴν διαίταν ξυμφέρει.[158] ἐμεσάτω ϖρῶτον,[159] εἶτα ϖρὸς δέξῃ αὖθις κατὰ μικρόν.[160] ἀϖὸ γὰρ τῆς ὑϖαρχούσης κινέεται ἅϖαν τὸ σῶμα.[161] τῷ δὲ ἀσθενοῦντι ξυμφέρον χρῆσαι τῇ αὐτῇ διαίτῃ.[162] μεθίσταται γὰρ δὴ τὸ σῶμα ἐκ τοῦ ϖαρεόντος.[163] κατακλυζομένῃ γῆν ἀϖὸ ϖηγέος ὕδατος ἢ θαλάσσης ὁρῶν, νοῦσον σημαίνει,[164] ὑγρασίης ϖολλῆς ἐνεούσης ἐν τῷ σώματι.[165] ἀλλὰ χρὴ τοῖσιν ἐμέτοισι,[166] καὶ ἀναιρέσιος,[167] καὶ ϖόνοισι,[168] καὶ ξηροῖσι διαιτήμασι χρῆσαι,[169] ἔϖειτα ϖροσάγειν ἐξ ὀλίγων, καὶ ὀλίγοισιν.[170] ἀλλ' οὐδὲ μέλαιναν ὁρᾶν γῆν ἀγαθὸν, ἀλλὰ κίνδυνος ἰσχυρῆς νοσήματος αὐλιτυχεῖν καὶ θανασίμου.[171] ξηρασίης γὰρ ὑϖερβολὴν σημαίνει εἶναι ἐν τῇ σαρκί.[172] ἀλλὰ χρὴ τούς τε ϖόνους ἀφελεῖν,[173] τῆς τε σίτου ἐσόδου ξηρά τε καὶ θερμὰ καὶ δριμέα καὶ ἐρεθιστικὰ[174] διαιτᾶσθαί τε τῇ ϖτισάνῃ καθεφθῶτι τῷ χυλῷ,[175] καὶ ϖᾶσι τοῖσι μαλακοῖσι καὶ κένουσιν ὀλίγοισι.

[2] σώματος

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 575 sur 736

176 ποτῷ χρέονται ὑδαρεῖ, λευκῷ, πολλοῖσι. 177 λουτροῖσι πολλοῖσι θερμοῖσιν. 178 ἀλλὰ μὴ ἄσιτος λουέσθω, 179 μαλακῶς γυέτω, 180 ῥᾳθυμείτω, 181 ψύχος καὶ ἥλιον φυλασσέσθω. 182 εὐχέσθω δὲ γῇ, καὶ ἕρμῃ, καὶ τοῖσιν ἥρωσιν.

183 ἐν ᾧ κολυμβᾷ ἐν λίμνῃ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμοῖσι δοκέει, οὐκ ἀγαθόν· ὑποβολὴν γὰρ ὑγρασίης σημαίνει. 184 ξυμφέρει δὲ τούτῳ, τῇ διαίτῃ τοῖσί τε πόνοισι χρῆσθαι. 185 πυρέττοντι δὲ ἀγαθόν, 186 σβέννυται γὰρ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ. 187 ὅτι δ' ἂν τις αὐτὸς ὁρᾷ κατὰ τρόπον γινόμενον περὶ τὸ φύσιν ἑωυτοῦ, μήτε μεῖζω, μήτε ἐλάσσω, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην ἐστί.

188 χρὴ ἐσθῆτα λευκὴν ἐνδεδύσθαι, καὶ ὑπόδεσιν τὴν καλλίστην, ἀγαθόν. 189 ὅτι δ' ἂν εἴη μεῖζον τῶν μελλόντων, οὐκ ἀγαθόν. 190 ἀλλ' ὅτι δ' ὅπερ ἂν εἴη ἔλασσον. 191 δεῖ χρὴ τὸ μὲν αὔξειν τῇ διαίτῃ, 192 τὸ δὲ μειοῦν. 193 τὰ δὲ μέλανα, νοσερώτερά τε καὶ ἐπικινδυνότερα. 194 ἀλλὰ χρὴ μαλάσσειν καὶ ὑγραίνειν. 195 καὶ τὰ καινὰ μεταλλαγὴν σημαίνει.

196 τοὺς ἀποθανόντας ὁρᾶν καθαροὺς, ἐν ἱματίοισι λευκοῖσιν, ἀγαθόν. καὶ λαμβάνειν τι παρ' αὐτῶν καθαρὸν, ἀγαθόν. 197 ὑγείην γὰρ σημαίνει καὶ τῶν σωμάτων, καὶ τῶν ἐσιόντων. 198 ἀπὸ γὰρ τῶν ἀποθανόντων, αἱ τροφαὶ, καὶ αὐξήσιες, καὶ σπέρματα γίνονται. τοῦτο δὴ καθαρὰ εἰσέρπειν ἐς τὸ σῶμα, ὑγείην σημαίνει. 199 ἢν δὲ τινων τοιοῦτον τις ὁρᾷ, γυμνὸς, ἢ μελανοείμονας, ἢ μὴ καθαροὺς, ἢ λαμβάνοντάς τι, ἢ φέροντας ἐκ τῆς οἰκίας, οὐκ ἐπιτήδειον. 200 σημαίνει γὰρ νοῦσον. τὰ γὰρ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, βλαβερά. 201 ἀλλὰ χρὴ τοῖσι τροχοῖσι καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἀποκαθαίρεσθαι, 202 καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ προσάγειν ἐμέσαντα.

203 ὁκόσα δὲ ἀλλόμορφα σώματα φαίνεται ἐν τοῖσιν ὕπνοισι, καὶ φοβέει τὸν ἄνθρωπον, 204 σιτίων ἀσυνήθων σημαίνει πλησμονὴν, καὶ ἀποκρίσιν, καὶ χολέρην, καὶ νοῦσον κινδυνώδη. 205 ἀλλὰ χρὴ ἔμετον ποιήσασθαι, 206 καὶ προσυγαγεῖν ἐς ἡμέρας πέντε, σιτίοισιν ὡς κουφοτάτοισι, μὴ πολλοῖσι, μὴ δὲ θριμέσι, μήτε τοῖσι ξηροῖσι, μήτε τοῖσι θερμοῖσι 207 καὶ τῶν πόνων τοῖσι κατὰ φύσιν μάλιστα, πλὴν τῶν ἀπὸ δείπνου περιπάτων. 208 χρῆσθαι δὲ καὶ λουτροῖσι, καὶ θερμολουσίῃσι, 209 καὶ ῥᾳθυμίῃσιν. 210 ἥλιον δὲ καὶ ψύχος φυλασσέσθω.

211 ἢν ᾧ ἐν τῷ ὕπνῳ ἐδίειν δοκῇ, ἢ πίνειν τι συνήθων σιτίων ἢ ποτάτων, εὐδείαν σημαίνει τροφῆς, καὶ ψυχῆς ἀθυμίην. 212 κρέα δὲ τὰ μὴ ἰσχυρότατα, μεγίστης ὑπερβολῆς· 213 τὰ δὲ ἀδενέστατα, ἥκιστα. 214 ὥσπερ γὰρ ἐθιόμενον ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ὁρώμενον. 215 ἀφαιρέειν δὲ τῶν σιτίων ξυμφέρει τροφῆς γὰρ ὑπερβολὴν τοῦτο σημαίνει. 216 ἀλλὰ

176 potu uti aquoso, albo multo: 177 balneis calidis multis, 178 modò ne ieiunus lauet: 179 molliter cubet ac dormiat, 180 & animi tranquillitate conquiescat: 181 frigus solemque uitet. 182 Supplicet autem Terræ, & Mercurio, & Heroibus.

183 In stagno, aut mari, aut fluminibus per somnium natare, non est bonum: humiditatis enim exuberantiam significat. 184 Confert proinde huic & diæta sicca, & exercitia. 185 At febricitanti id bonum est, 186 quoniam extinguitur ab humore caliditas. 187 Quicquid circa seipsum quis solito more secundùm naturam suâ fieri somniat, neq; maius, neque minus, ualetudinis indicium est.

188 Veste item alba indutum esse, aut calciamento pulcro, bonum est. 189 Quicquid uerò horum laxius est quàm conueniat, bonum non est: 190 neq; etiam, si fuerit strictius. 191 Quorum hoc quidem per diætam augere, 192 illud uerò minuere oportet. 193 Nigra autem morbosiora sunt, magisque periculosa. 194 Mollire itaque oportet & humectare. 195 Noua omnia mutationem significant.

196 Vita functos uidere nitidos & candidatos, bonum est. Accipere itidem aliquid abipsis purũ, bonum est. 197 Sanitatem namq; significat corporum, & eorum quæ ingerũtur. 198 quandoquidẽ à mortuis aliméta, & incrementa, ac semina suppeditantur. Quæ si pura in corpus irrepant, sanitatem edicunt. 199 Si uerò contrà quis uideat eosdem nudos, aut atratos, aut sordidatos, aut aliquid capientes, aut ex ędibus auferentes, commodũ non est. 200 Morbum enim significat: cùm quæ in corpus ingeruntur noxia sint. 201 Oportet proinde cursibus circularibus & deambulationib. depurgari, 202 & alimento molli ac leui à uomitu sensum nutriri.

203 Quæcunq; uerò monstrosa corpora in somnis apparent, & hominẽ terrifant, 204 ciborum inconsuetorũ repletionem & secretionem significant, & bilis supernè ac infernè eruptionẽ, morbumq; periculosum minatur. 205 Vomitũ igitur procurare conuenit, 206 & ad dies quinq; cibos quá leuissimos nó multos, neq; acres, neq; siccos, neq; calidos sensim adijciẽdo assumere: 207 & laboribus quos natura exigit maximè uti, præterquá deábulationibus à cœna. 208 Balneis item, calidisq; lauacris, 209 & animi æquabilitate fruetur. 210 solemq; ac frigus uitabit.

211 Si quis per somnũ edere aut bibere consuetos cibos ac potus sibi uideatur, inopiam aliméti significat, & animæ tristitiam. 212 Carnes róbustissimæ, maximũ aliméti excessum designãt: 213 tenerrimæ uerò minorẽ. 214 Earũ namq; par ratio & cũ eduntur, & cũ in somnis uident. 215 De cibo igit his detrahere conducit: nã aliméti plurimi argumẽtũ est. 216 Pa-

nes

nes ex cāseo ac melle cōfecti per ſomnū comeſti, ſimiliter ſignificant. [217] Aquam purā bibere bonū eſt: [218] reliqua omnia noxia ſunt.

[219] Quæcunq; homo ex conſuetis ac familiaribus ſe per quietē uidere putat, ea animæ cupiditatē ſignificant. [220] Quæcunq; uerò fugit perterrefactus, ſanguinē præ ſiccitate ſiſti denotant. [221] Confert itaq; refrigerare & humectare.

[222] Quum uerò quis pugnare, aut pungi, aut ab alio uinciri uidetur, tunc ſecretionem aliquam circuitui contrariam ortam eſſe colligimus. [223] Cōducit igitur uomere, [224] & attenuare [225] ac deambulare, [226] & cibis leuib. uti, [227] & à uomitu ad dies quinq; ſenſim renutrire.

[228] Quin & oberrationes & aſcenſus acclines in ſomnis, grauia quædā portendunt. [229] Fluminū tranſitus, & hoſtes armati, monſtra diſformia, aut morbū, aut furorem præſagiūt. [230] Qui talibus uexantur, cibis modicis leuibuſq; ac delicatis utantur, [231] uomitibus itidē, ſenſimq; ad dies quinq; cibus reſtituatur. [232] Vtendū & laboribus naturalibus multis, præterquā à cœna. [233] Calida lauacra, & deſidiam, friguſq; ac ſolem uitent.

[234] Horū, quemadmodum dictum eſt, uſu ualetudo comparari conſeruariq; poterit. [235] Hęcq; ipſa uiuendi ratio, [236] quantū humano ingenio excogitare licet, [237] dijs bene iuuantibus, à me inuenta eſt & inſtituta.

λὰ ϵ̓ ἄρτι τυρῶ καὶ μέλιτι πεπιημϵ́νοι καθ' ὕπνους ϵ̓δόμϵνοι, ὡσαύτως σημαίνϵιν. [217] ὕδωρ δὲ καθαρὸν πίνόμϵνον, ἀγαθόν. [218] τὰ δὲ ἄλλα πάντα, βλάπτϵι.

[219] ὀνϵίρατα δὲ δοκϵῖ ὁ ἄνθρωπος θϵωρϵῖν τῶν σωμάτων, ψυχῆς ἐπιθυμίαν σημαίνϵι. [220] ὀνϵίρατα δὲ φόβῳ πϵφοβημϵνῳ, ἔνδϵιαν τοῦ αἵματος σημαίνϵι· διὸ ξηρασίης. [221] ξυμφέρϵι δὲ ψύχϵιν καὶ ὑγραίνϵιν τὸ σῶμα.

[222] ὀνϵίρατα δὲ ἢν μάχϵσθαι, ἢ κϵντϵῖσθαι, ἢ ξωνδϵῖσθαι ὑπ' ἄλλου, ἀπόκρισιν σημαίνϵι ὑπὸ σιτίων πλῆθϵι γϵγονϵναι τῷ σώματι. [223] συμφέρϵι ἐν ἐμέσιν, [224] ϵ̓ὶ ὀλιγαίνϵιν, [225] ϵ̓ὶ περιπατϵῖν, [226] ϵ̓ὶ σιτίοισι κούφοισι χρῆσθαι. [227] ϵ̓ὶ σιτίων ἀγὴν ϵ̓κ τῶν ἐμέτων, ἐς ἡμέρας πέντϵ.

[228] ἀλλὰ ϵ̓ πλαίοι καὶ ἀναβάσιϵς ἐν φαντασμάτων καλϵπὰ τοῦτϵ σημαίνϵι. [229] ποταμῶν διαβάσιϵς, ϵ̓ὐρϵῖ), καὶ πολέμιοι, καὶ πράγματα ἀλλόμορφα, νοῦσον σημαίνϵι, ἢ μανίην. [230] ξυμφέρϵι δὲ τοῖς ἐν τοιούτοισιν ἁλωμένοισι, σιτίοισιν ὀλίγοισι, κούφοισί τϵ καὶ μαλακοῖσι χρέεσθαι. [231] ϵ̓ὶ ἐμέτοισι παραπλήσιον ἡσυχῆ, ἐπὶ ἡμέρας πέντϵ. [232] ϵ̓ὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι κατὰ φύσιν πολλοῖσι χρέεσθαι, πλὴν ἀπὸ δείπνου. [233] θϵρμολουσίην δὲ, ῥαθυμίην, ψύχος, ἥλιον, φυλάσσϵσθαι.

[234] τούτοισι χρώμϵνος, ὡς γϵγράπται, ὑγιαίνϵι τὸν βίον. [235] καὶ ϵ̓ὑρϵτή μοι δόξαι, [236] ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ ἐστὶν ϵ̓ὑρϵῖν [237] ξὺν τοῖσι θϵοῖσιν.

IN HIPPOCRATEM DE INSOMNIIS.

Hippocratis. Et rerum pondere, & methodi conſtantia. Locus certè præclarus de tribus ſymphonijs, unam harmoniam conſtituentibus, ad primi de Diæta locum ſimilem explanandum oportunus, Hippocrateum ueluti characterem huic libro imprimit.

ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ, de inſomnijs, quatenus hominis ualetudinē ſignificant, uel integram quæ conſeruanda ſit, uel nō integrā, eamq; aut à præſente lapſu reſocillandā, aut à futuro deteriore præſeruandā. Ergo ad Medicinæ principiata hīc com. pertinet, σημειωτικὴ θϵραπϵυτικῇ coniungens, adeoq; libros de Diæta rectè ſequitur, tum quia illic uniuerſim ea quæ hominibus ſanis ſymptomata accidunt, certamq; ſui curam poſtulant, recenſet: hīc uerò unū genus ſymptomatis, quod in dormientibus tantùm reperitur, enarrat: tū quia ſub finem n. 35 iiſdem uerbis uidetur totam hanc diætæ ſalubris tractationē concludere, quibus eandem lib. 3. de Diæta n. 10. ceperat, & n. 133. repetierat. Iul. Cæſaris Scaligeri, nō minus genere quā eruditione illuſtris uiri, quem uerè ætatis noſtræ Ariſtotelem appellare poſſis, cōmentarij, quos in hunc librū ſcripſit, plurimum nobis profuere. Etſi in quàm plurimis diuerſam ſententiam ſequi ipſa coegit methodus.

PERPENDENDA cōmentarij huiuſce de Inſomnijs

Inſcriptio.

Deductio. Diuiditur præſens commētarius in

Πρόλογον. Vide ſignum Aa.

Λόγον. Vide ſignum Bb.

Ἐπίλογον, quo concludit totam hanc de ſalubri uictu cōmentationem: paucis repetens, reſpectu

Aliorum, quibus ſcripſit, operis huius ſcopum. Hac præcognoſcendi & curandi ratione uſus, grauiß. morborum ſeminaria euitabis. N. 234.

Suiipſius ſcribentis, non ambitionis, ſed hominum ſalutis cauſa ſe dietæ ſalubris cognitionem & inſtitutionem inuenisse. N. 235. Integritate igitur philoſophica uſus, liberè fatetur ſe tanquā

Hominem errare, labi, decipi potuiſſe: ut ſic inuidorum & æmulorum morſus hebetet. N. 236.

Deorū ope & auxilio inſtructū, ſi quid ueri huic inſit commentario, bona fide protuliſſe, & propterea Dijs prius quā Hippocrati gratias agendas eſſe: ambitionis notam hoc ipſo à ſe auertēs. N. 237.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 577 sur 736

Propo nit in genere κατὰ τὸ

ὅτι. Somniorum cognitio in omni genere uitæ ſuum cum dignitate & utilitate locum habere uidetur. N. 1. Sic Attentionem excitat. Græci quinq; Somniorum genera faciunt, ὄνειρον, φάντασμα, ὅραμα, ὄραμα, & χρηματισμὸν: nimirum ut alia cum diuinatione ſint iuncta, uel aperta, uel obſcura: alia ſint abſq; diuinatione. Aperta diuinatio uel ὅραμα eſt, id quod contigit, contingereue debet, tanquam iam agatur animo obijciens: uel eſt χρηματισμὸς, oraculi inſtar à Deo, ab angelis, ab heroibus, à regibus prolatum. Obſcura diuinatio, ὄνειρος, ambagibus atq; notis quibuſdam aliquid denunciat. Quæ uerò diuinatione carent, uel ab animi proueniunt perturbationibus, & ἐνύπνια dicuntur: uel à corporis affectionibus natiuis, aut aduentitijs, & φαντάσματα uocantur. Sic nos Macrobium in Somnium Scipionis interpretabamur. Scaliger ὄνειρον genus facit Inſomniorum, à bene ominandi conſueta interpellatione, ὄναιο ἐρῶν, uoce deducta. Horum alia Naturalia, alia Diuina. Naturalia ex ſpeciebus interdiu per ſenſuum ianuas in animã receptis oriũtur, & uel σύνθετα ὀνείρατα ſunt, uel σκολιόνειρα. ἀσύνθετα ὀνείρατα, quæ propriè Ἐνύπνια dicũtur, ſpecies ita uti ſunt repræſentant, uel per ſe & natura ſua, ſic terram, ſic domum, ſic fluuium uidet: uel per ſimilitudinem, hominis ſomniantis temperaturæ reſpondentem: ut quando bilem ſub aquæ calidæ ſpecie uidet bilioſus, pituitã ſub uenti imagine pituitoſus. illa φυσικὰ, hæc συγκριματικά. Σκολιόνειρα nõ ad naturales, ſed monſtroſas & terrificas formas, φαντάσματα uulgò dictas, referri uult. Iam uerò diuinũ ſomnium animi in ſeipſum recollecti & ad cœleſtis cognitionis principia, relictis penitus corporis uel munijs uel paßionibus, redeũtis proprium, ὕπαρ eximiè dici, ὅτι τὸ ὁρᾶν ὄντως ὕπειρ, item ὅραμα & φάσμα in re præſente uel præterita ſignificanda, in futura autem χρηματισμὸν uocari: ſiue iam ſignificet clarè per ſimilitudines apertas, & Theorematicum appellari, ſiue obſcurè per ænigmata, ita ut interprete egeat, & Allegoricum nuncupari.

διότι. Somnium enim animæ à corporis ſopiti cura ueluti liberatæ affectio eſt: quæ cùm in perpetuo ſit motu, non modò homine uigilante inſtrumentis corporis utitur, uerumetiam ijs per ſomnum quieſcentibus, ceu paterfamiliâs, aut rex Homericus, dormientibus cæteris, ipſa ſola uigilat, de futuris uigilantium munijs quodammodo ſollicita. N. 2. Sic Docilitatem captat.

Ad. In ipſo prologo inſtitutum ſuum

Explicat. Explanat ea quæ propoſuerat: uidelicet

Vigilante, per inſtrumenta ſpirituum corporis uarijs partibus aßiſtit, & per eaſdem operatur, non ſecus atq; paterfamiliâs ſeruos ſuos exercens, nec ſibi ipſi, ſed corporis officijs uacans. N. 3.

Naturalem ortum atq; cauſas Somniorũ. Anima enim, quæ tota eſt in toto, & tota in qualibet parte, in homine

Dormiente, ſpiritibus ad centrum reuocatis, ad uiſcera ſcilicet principalia, inſtar domini familiam omnem recenſet, omnesq; corporis partes perluſtrat, tum uerò etiam ipſa in ſe ipſam conuerſa, quaſcunq; actiones per corpus uigilando obiuerat, eaſdem abſq; corpore multò liberius & ſincerius & exactius obit. N. 4. Etenim per ſomnum

Corpus nec ſentit, nec mouetur: aut ſi quãdoq;, ut in quibuſdam, imperfectè tamen. N. 5.

Anima omnia munia, non tantùm externa ſenſus atque motus, uerumetiam interna, (quæ proinde animæ propria uidentur eſſe, Imaginari ſcilicet, Ratiocinari, Recordari) obit. N. 6. Sed quomodo hoc, cùm com. de Flatibus n. 218. mentem per ſomnũ uelut alienari, & imagines diuerſas de ijs, quas uigilantes conſpiciunt, ſub Inſomniorũ ſpecie obuerſari aſſerat, hocq; ipſum ſanguinis cõmotioni adſcribat? Rectè utrobiq;. Hìc enim per imagines dormiens, illic per conceptus uigilans homo ratiocinatur: efficiens idem, effectus idem, modus tantùm diuerſus, apertior alter, alter obſcurior. Non ergo alienari mens per ſe, ſed obiectis tãtùm alteratis aliter uidetur ratiocinari in dormiente quàm in uigilante.

Artificialem cognitionem: Coniectationem nimirũ ſeu Dijudicationem rectã atq; ueram non uulgaris ſapientiæ eſſe. N. 7.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 578 sur 736

Bb. Mediam uiã sequi uidetur Hip. inter Epicureos, ut diuinationem omnem, ita quoq; eã quæ per insomnia fit è medio tollẽtes atque Stoicos, insomnijs propè omnibus diuinationem aliquã inesse affirmantes. Eum proinde & Academici & Peripatetici in generibus insomniorum distinguẽdis sunt imitati. Insomniorũ dijudicationẽ, diuisiõe à subiecto sumta, duum facit generũ, ut instituti sui rationem reddendo, docilitatẽ expediat. Sunt enim alia Somnia

- Diuina, quæ diuinitus immittuntur, neq; causas naturales habent uel quo ad animam, uel quo ad corpus hominis. Quorum ut efficiens Deus est, ita iudex est Homo diuinus, somniorum coniector. N. 8. μὴ δι' αὐτῶν ἁμαρτίην, nulla sua culpa. Quæ μὴ αὐτόματα appellari possunt ex com. de Alimento aphor. VII.
- Humana, quæ causas naturales habent, ab hominis, cui accidunt, uel animo uel corpore pendẽtes. δι' ἁμαρτίην ἀνθρώπων. Quæ proinde αὐτόματα statui posse uidentur ex eodem com. de Alimento. Ex his rursus ea quæ comitantur
  - Animi perturbationes, utpote iram', mœrorem, gaudium, ab Ethicis dijudicari possunt atq; debent: quandoquidem ut Voluptas & Dolor, actiones uigilantium comitans, habitus interius latentis index est: ita quoq; dormientium imaginariæ uoluptates & dolores. Vt proinde quidam eum demum uirum bonum atq; pium esse uelint, cui ne per somnium quidem turpis ulla uel obseruetur uel certè adblandiatur species.
  - Corporis affectiones, Repletionem scilicet aut Exinanitionem (quas unà cùm aere morborum omnium ueluti procatarcticas causas ex tertio de Diæta statuere possumus, quarum homo ipse sibijpsi secundùm uictus rationem auctor esse uidetur) à Physicis, præsertim uerò à Medicis, inter omnes Physicorum colonos maximè illustribus, considerari debent: siue ægri corporis affectionem & curationem indicent: siue sani aut saltem neutri constitutionem: quorum huic præseruatio, illi conseruatio debeatur. N. 9. Obseruandum autem hîc, Repletionem & Inanitionem παθήματα corporis uocari, à quibus affectus certi, Morbi scilicet, proueniant. Horum autem παθημάτων causas statui alias internas, ὑπερβολὴν uel ἔλλειψιν τῶν ξυμφύτων, Spirituum scilicet & Humorum: alias externas, μεταβολὴν τῶν ξυνηθέων, quo ad uictus rationem, rerum extrinsecus occurrentium oblatione. Horum igitur Somniorum cognitionem alij
    - Falsam profitentur, quandoquidem peccant & quo ad
      - Theoriã
        - Effectuum: cùm interdum quid mali somniũ portendat uerè conijciant, interdum fallantur. N. 10.
        - Causarum, cùm neque cur prædictio uera fuerit, neq; cur falsa, intelligant. N. 11.
      - Praxim. Nam si triste aliquod somniũ obueniat, quod mali uel præsentis uel imminentis auerruncationẽ designet,
        - Illi quidem nihil aliud quàm Deorum pacem exorare monent: Physici inepti, metaphysicam curã tantùm profitentes. N. 12.
        - Nos uerò curam
          - Metaphysicam & Diuinam neutiquam improbamus, cùm Deorum potestati inferiora omnia subiecta esse sciamus. N. 13. Id quod ab initio lib. de Natura muliebri disertè profitetur. & com. περὶ σύσχημοσύνης, Medici animo τὸ θεῖον μάλιστα ἐμπεπλέχθαι inquit.
          - Physicã seu Medicam potius in nostra potestate positam Deo uolente propitio aggrediendã censemus. N. 14.
    - Veram consectantur, Asclepiadæ: è quorum genere nos quoque, hæc nostra de Insomnijs, ad medici cognitionem atque curam pertinentibus, tanquam supplementa librorum de Diæta, proferemus.

Cc. In-

©BIUM



Dd. Imagi/

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 580 sur 736

©BIUM

Dd. Imagines ergo, quæ in somnis obuersantur, uel sunt

Rerum

Cœlestiū. Horum Insomniorum cura alia

Profana, nostri in præsens instituti. Id quod N.122. colligere uidetur. Vide signum Ee.

Sacra et religiosa, Deorum pacem exorando, ut remedijs præscriptis bonum dent successum. N. 123. Si quidem somnia fuerint

Bona, inuocandi Dij propitij, Sol, Iupiter cœlestis, Iupiter κτήσιος (κτήσεσι præfectus, opibus & possessionibus, cuius Plut. lib. de Fœnore meminit: Vix Ctesius Iupiter eorum seruet opes, qui mutuum fœnore sumunt) Minerua Ctesia, Mercurius, Apollo. N. 124.

Mala, placandi Dij noxij, Væiones dicti Romanis, ἀποτροπαῖοι, Auerruncatores, ἀλεξίκακοι: cuiusmodi est Terra & Heroes, inter Deos & Homines medij, qui humanitatis exoluti uinculis in Deorum numerum recepti sunt, ut mala auerruncent & depellant. N. 125.

Terrestrium, quæ in inferiore hoc uniuersi globo cõtinentur: siue iã imagines illæ exprimãt rerũ naturaliũ

Substantias. Imagines aliæ sunt

Signum respectu

Formæ. Si quis in terra constitutus uideatur sibi in somnis

Sentire acutè ea quæ in terra sunt, uel fiunt, uidendo scilicet, audiendo, olfaciẽdo, gustando, tangendo. N. 127.

Moueri, securè ambulãdo, celeriter ualideq; currendo & sine timore. N. 128.

Materiæ. Si quis quo ad

Terrã uidere sibi uideatur

Agros planos, æquabiles, pulcrè cultos. N. 129.

Arbores mites, floridas, frugiferas. N. 130.

Aquã, somniet

Fluuios temperato cursu labentes, aqua limpida, & quanta satis sit. N. 131.

Fontes & Puteos similiter affectos. N. 132.

Bonæ & salubres. N. 126. Explicat

Signatum. Hæc insomnia omnia salubria sunt, quandoquidem functiones naturales uegetantis animæ, & in uētre suam sedem habentis (quemadmodum lib. 1. de Diæta n. 140.) integras esse denuntiant. (N. 133.) tum eam quæ uersatur circa

Necessariorũ quæ

Non adsunt Attractionẽ, cuius effectus Προσαγωγὴ est.

Adsunt

Concoctionẽ.

Retẽtionem.

Non necessariorũ, tum

Vtilium Distributionem ad alias partes, seu Digestionẽ.

Inutiliũ Expulsionem. Quæ Ἀπόκρισις est.

Has uidetur περιόδῳ appellatione comprehendisse, cũ quæque pars concoquat primũ, concoctũ qd' satis est retineat, reliquum amandet ad alias partes.

Malæ. Vide signum Ff.

Accidentia. Vide signum Gg.

Personarum, Vide signum Hh.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 581 sur 736

©BIUM

Ee. Imagines ergo obuersantur per somnũ uel

- Astrorũ. Ab his sumta insomnia diligenter explicat, uel quòd anima res sit cœlestis, & in somnis suam cum sideribus cognationẽ analogicè consideret: uel ut illustre hoc exẽplum in cæteris quoq; imitandũ statuat. Insomnia igitur ab astris petita
  - Proponit tum
    - Generatim. Astra uidere affecta
      - Benè, quo ad substantiam pura, quo ad motum agilia, quo ad locum atque tempus suũ seruantia morem, sanitatis index est omnium corporis partium. N. 34. Et propterea per ὑγιεινὴν habitum hunc talem conseruare oportet. N. 35.
      - Malè, nimirum uel impura, uel tarda, uel trãspositа, uel alieno tẽpore mota, et
        - Cognitionẽ morbi imminentis suggerit. N. 36. uel
          - Grauioris, si insignis sit insolẽtia imaginis. N. 37.
          - Leuioris, si leuis appareat mutatio. N. 38.
        - Curam eiusdem insinuat.
    - Speciatim. Ex primo de Diæta n. 142. & seq. tres Ignis circuitus omnes corporis partes uegetantes & animantes, tum interius, tũ exterius, constituit: inter quos tamen alius magis uidetur ad interiora uergere, & Lunæ matri ipsius humidi respondere, circuitus nimirum Naturalis seu Vegetantis facultatis, ex Hepate & reliquo uẽtre alimentum in uniuersum corpus per Venas transmittens. Alius rursus magis ad exteriora fertur, sensum motũq; è Cerebro per Neruos corpori propter externa potißimum obiecta conferens, circuitus scilicet Animalis facultatis, Astrorum primi mobilis naturam referens, quorũ influxu inferiora omnia ætheream quandam uim concipiunt. Tertius tam internis quàm externis inseruit, Vitalis facultatis circuitus, uitã omnibus partibus è Corde per Arterias immittens, foueẽs & cõseruans, & Solis, quem caloris uitalis patrem dicũt, obliquum motum in Zodiaco repræsentans. Eadem hocce loco repetit. Ergo si in somnis species obuersetur
      - Astrorum, reliquorum siderum, præsertim fixorum, affectionẽ Externi circuitus, quâ totum corpus sensum atq; motum suum à cerebro trahit, significat. N. 39. Quam com. de Alimento, ξυμπαθείαν μίαν uocare uidetur.
      - Solis, affectionem Medij circuitus, quâ corpus à corde uitã sumit, denotat. N. 40. Quam ξύμπνοιαν μίαν appellat.
      - Lunæ, affectionẽ infimi circuitus, quâ corpus à uentre alimentũ accipit, repræsentat. N. 41. Quam ξύῤῥοιαν μίαν nuncupat.
  - Explicat tum
    - Generatim affectionis differẽtias respectu Formæ. Morbi certæ alicuius partis prænũtia sunt insomnia, quæcunq; repræsentant astri eius, cui ea pars respondet, læsionem. N. 42. Siue læsio conspiciatur quo ad
      - Lucẽ, quæ uel
        - Tollitur penitus. Quod est σβέννυσθαι.
        - Non penitus tollitur, sed tamen uel
          - Debilitatur. Id est ἀλάπασθαι.
          - Occultatur ab alio. ἀφανίζεσθαι.
      - Motũ, nimirum quia uel exorbitat penitus, uel celerius tardiúsue quàm oportet mouetur, uel planè quiescit.
    - Speciatim. Vide signum I.

Deorum dona à cœlestibus Dijs accipere

- Peculiaria qualiacũq; eaq;
  - Pura, salubre est. N. 114. Significat enim Deorum dona, quæ corpori exhibentur extrinsecus, alimenta scilicet, pura esse & oportuna. N. 115. Sic passim Homerus δῶρα ἀρούρης, & Hesiodus δημήτερος ἱερὸν ἀντλὸν cerealia semina uocant.
  - Impura, insalubre est. N. 116. Huic ergo eadem cura, quæ sideris immobilis & impuri apparitioni superiùs tributa fuit, conueniet. N. 117.
- Vniuersalia, (cuiusmodi sunt Pluuia, Nix, Ros, Imber, Pruina, Grando) siquidem Pluuia sit
  - Lenis, mollis, clemente cœlo absq; impetu & humectatione magna demissa, bonum est. N. 118. Significat enim aerem moderatum atq; purum corpus subintrasse. N. 119.
  - Vehemens, turbido cœlo, procellosa, hyemalis, cum aqua multa & turbida, morbũ ab aere intra corpus recepto significat. N. 120. Cura eadem quæ superiorũ: & quidẽ omnibus hisce uictus tenuis præscribẽdus. N. 121.

I. Læ-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 582 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 583 sur 736

- Astrum fixum. Quo ad
  - Theoriã, somnij huiusce affert
    - Signũ. Extingui uidetur Astrum uel ab
      - Aere aut nebula: & leuius est malum. N. 43.
      - Aqua aut glacie: & grauius est malum. N. 44.
    - Signatũ. Significat materiam aliquam pituitosam in circuitum externum corporis incidisse, quæ facultati animali negocium facessat. N. 45.
  - Praxin, curam docet. Secretio igitur
    - Leuior curatur
      - Cursu in uestibus, multo, sensim increscente, ut plurimum sudet. N. 46.
      - Deambulatione post exercitia palestræ multa, per totum diem, absq; prandio. N. 47.
      - Ciborum tertiæ partis subtractione. N. 48.
    - Grauior requirit insuper &
      - Sudatorium in Vaporario. N. 49. Ratio. Nam morbi causa antecedens in ambitu corporis est, & propterea per cutim euacuanda. N. 50.
      - Alimẽta, sicca, acria, austera, meraca, id est, absq; ullis condimentis uel præparationibus alijs. N. 51.
      - Exercitia exiccandi uim habentia. N. 52.
- II. Somniat igitur extingui uel Lunam. Curationis exponit
  - ἀντίστασις. quo ad
    - Methodum. Cùm in circuitu interiore causa lateat morbifica, ἀντίστασις est facienda, per uias conuenientes. N. 53.
    - Instrumenta. Vtendũ igitur
      - Vomitu, ab usu ciborum multorum & uariorum. N. 54.
      - Exercitijs: nimirum
        - Cursu concitato. N. 55.
        - Deambulatione concitata. N. 56.
        - Vociferatione. N. 57.
      - Alimẽtis respectu
        - Temporis, in cœna tantùm, prandio nullo. N. 58.
        - Quantitatis, subtrahatur ciborum tertia pars, & sensim adijciatur, uti suprà. N. 59.

Διότι. In internis latens causa mali, ibidem conficienda erit, partim eo quod iam abundat euacuato, partim eo quod abundare posit subtracto per inediam & cibi imminutionem. Euacuatio per uomitum & exercitia facta, cùm ab interiore ambitu ad exteriorem fiat, ἀντίστασις dicitur, generali appellatione, cùm termini A quo & Ad quem sint contrarij. Propriè alioqui ἀντίστασις est retractio ad contraria, maximè longinqua. N. 60. Nisi fortè hanc euacuationem interioris circuitus, collatam cum præcedente euacuatione exterioris circuitus, cui contraria est, ἀντίστασιν appellare uoluit.

- Solem. Eo, qui ueluti oculus est mundi magni, in microcosmo per somnum deficiente, grauius & curatu difficilius malum significatur. N. 61. Explicat curationis
  - Methodum. Αντίστασις & per interiora & per exteriora molienda, cùm fomes mali in medio sit circuitu, æqualiter se ad utrunq; extremum habente. N. 62.
  - Instrumẽta. Euacuanda
    - Exteriora
      - Cursu
        - Longo. N. 63.
        - Circulari. N. 64.
      - Deambulatione. N. 65.
      - Exercitijs quibusuis alijs. N. 66.
    - Interiora partim
      - Subtractione alimentorũ & eorundem adiectione sensim facta. N. 67.
      - Euacuatione per uomitum, à quo sensim ad pristinã uictus rationẽ redeat. N. 68.

III. Mox

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 584 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 585 sur 736

©BIUM

IV. Si Astrũ unum ex erranti bus extra suũ orbem ferri uideatur, siquidẽ

Purum substantia, clarum lumine, feratur ab occasu ad ortum, sanitatis index est. N. 97. Ratio. Vt enim motus hic siderum errantium naturalis est ab occasu in ortum: ita naturalis motus alimenti est, ut facta in uentre concoctione, secretio fiat puri ab impuro. Et impurum quidem partim per intestina exeat, partim in fellis folliculo & liene & uesica colligatur: purum uerò è uentre tanquam circuitu interno ad circuitum externum totius corporis expellatur. N. 98. Habent codices quidam, τὰ ἐς τὸν ποιλίην ἀπονέειν. qui motus præter naturam est, quando ex ambitu totius in uentrẽ regurgitat alimentum, id quod multis ex locis 3. de Diæta intelligi potest. Hip. uerò hîc de naturali tantùm motu loquitur. Propterea rectius, τὰ οὐ τῇ ποιλίῃ: ut per secretionẽ intelligamus, alimenti distributionem siue transmissionem ad reliquum corpus: quam ἀπόνησιν comitatur ἔπηρσις & ἀπεργυμὸς ἐς τὸν σαρκα.

Impurum fuerit, nigrũ, obscurũ, & uel ab ortu in occasum, uel in mare, uel in terrã, uel in altũ feratur, si rationem habeas

Prædictionis, morbũ prænuntiat, in

Genere. N. 99.

Specie, si quidem feratur

Sursum, Catarrhum capitis indicat. N. 100.

In Mare, Ventris affectum denotat, ut lienteriam, diarrhœam, choleram, diabetem, colicum. N. 101. Vide 1. de Diæta n. 139. & seq.

In Terram, Tubera in carnem eruptura minatur. N. 102. Sic etiam 1. de Diæta n. 140. carnosum totius corporis habitum terræ assimilat: ad quem πάγον, tanquam externum, feratur tertius circuitus è tribus, Neruorum scilicet, motum atq; sensum deferentium. n. 144.

Curationis, &

Cibi tertia pars subtrahenda. N. 103.

Vomitus procurandus: sed post eum sensim quinq; dierum spacio ad consuetum uictum redeundum. N. 104.

Deinceps per quinq; dies pleno uictu dato iterum uomendum, & à uomitu sensim consuetus uictus repetendus. N. 105.

V. Si Astrum orbi suo immobile ueluti insidere conspiciatur

Purum & humidum, hoc est, alimento suo refectum, & propterea aspectu clarum atque plenum, id quod ex æthere (id est, ex aere. Infrà n. 119. ἠέρ & habet. An ergo hîc Aethera pro aere posuit: uti com. de Flatibus n. 53. Aerem purum & æternum pro æthere?) hominem ingreditur, alimentum scilicet (nam sidera ignea uaporibus ali arbitrabantur, uti ignem humore. Quod ex lib. de Flatibus n. 50. apertè colligitur. Vnde Homerus Deos ad Aethiopas comessatum proficisci fingit. Et Epicurus noctis humiditate eadẽ accendi, diei siccitate extingui, magno errore profitebatur) sanitatem denotat. N. 106. Ratio:

Anima ea quæ in corpus ingrediuntur alimẽta obseruat, et examinat per species conuenientes. N. 108.

Ergo si speciem astri humiditate alimentari pura ueluti aspersi & irrorati exhibeat, alimentum laudabile extrinsecus ex aere (ἠέρ & malim, quàm αἰθέρ &, uti etiam paulò post n. 118.) in hominem ingressum esse, adeoq; in ea uictus ratione persistere oportere innuit. N. 107.

Impurum, nigrum, obscurum, morbi indicat imminentis (N. 109.) tum

Causam: nõ repletionem uel inanitionem nimiam, sed ἐπαγωγὴν alimenti extrinsecus in corpus recepti. N. 110.

Curã, per

Exercitia:

Cursus circularis, concitatus, ut anhelatione crebra citra corporis colliquationem, id, quod inimicum est, expellatur. N. 111.

Deambulatio concitata à cursu. N. 112.

Alimenta mollia & leuia. N. 113.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 586 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 587 sur 736


Gg.
Rerum naturaliũ accidens communißimũ Motus tum actiuus tum paßiuus. Ergò ſi per quietem conſpiciatur
Terra
Moueri, aut etiã Domus,
Portendit homini
Sano morbum. N.155.
Aegro ſanitatem, et ſtatus præſentis mutationem. N.156.
Curam requirit
Illud quidẽ προφυλακτικὸν, Præſeruantem. Huius τὸ
ὅτι in
Genere. Victus ratio mutanda eſt. N.157.
Specie. Ergò
Vomitu id, quod in corpore ſuperabundat, tollatur. N.158.
Alimentum detractum ſenſim reſtituatur, ne nouatoriatur plenitudo. N.159.
Διότι. Nam cùm uti terra uiſa eſt moueri, ita corporis uniuerſi conſtitutio à dieta, qua uſus eſt hactenus, perturbetur, eam mutare & diminuere oportet. N. 160 ὑπαρχόντως, ſubintelligo διαίτης.
Hoc uerò ἀναληπτικὸν, Reficientem. Docet
Quid. Eadẽ uictus ratione utendũ. N.161.
Cur. Nam cùm corpus à præſente uictus ratione ad ſanitatem promoueri uideatur (cuius ſignum eſt terræ motus in ſomnis conſpectus) in eàdem diæta erit perſiſtendum. N.162.
Inundari à fluuio aut mari,
Significat morbum imminentem. N.163. Ob magnam humiditatis abundantiam. N.164.
Curã requirit, partim ut plenitudo
Præſens abſumatur
Vomitu. N.165.
Inedia, ſi prandio abſtineat. N.166.
Exercitijs multis & uehementibus ſudore prouocato. N.167.
Futura præcaueatur, partim alimenti
Qualitate. Sicci ſunto cibi. N.168.
Quantitate. Cibus paucus præſcribatur, neq; tamen is confertim, ſed paulatim adminiſtretur. N.169.
Exuſta aut nigra. Vide ſignum
Fluuius, lacus, mare ſic inundare, ut in eo quis innatare cogatur,
Sano quidem
Signum non bonum, Redundantis ſcilicet humiditatis. N.183.
Cura præſeruans & humiditatem abſumens per exercitia & uictum tenuem conuenit. N.184.
Aegro uerò, febricitanti ſcilicet, bonum. N. 185. Calorem ſcilicet ab humore extingui. N.186. Gal. de Criſibus hæc ſigna ſudorem præcedere teſtatur.
Terra



aa. Ergò

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 589 sur 736


Consuetis, defectum alimoniæ indicat, & animi tristitiam, qui animus cibo non per se, sed propter spiritus refici dicitur, eiusq; absentiam corporis causa, cuius ministerio uti debet, ægrè fert. N. 211.
Ergò si sibi per somnum alimentis uideatur uti, quo ad qualitatem, quantitatem, tempus, locum, 212.
Non consuetis, alimoniæ abundantiam significat. Vti ergo
Cibis, puta
Carnibus, repletionem indicat. Explicat
Signi
Οτι. Carnes concoctu
Difficiles, ut bubulæ, ferinæ, salitæ, uetustæ, maximam repletionem indicant. N. 212.
Faciles, tenere, hœdinæ, uitulinæ, auicularum, minorem indicant repletionem. N. 213.
Διότι. Quemadmodum enim caro difficilis concoctu à uigilante comesta non est bona: ita quoq; eadem à somniante conspecta indicat humorum crassorum & impurorum cacochymiam. Tenera econtrà humorum bonorum plethoriam, minus malam priore, & curatu faciliorem. N. 214.
Curationem. Victus tenuior instituendus, ut alimenti copia absumatur. N. 215.
Panibus ex caseo & melle confectis, eadem est significationis & curationis ratio. N. 216.
Potibus. Si quis sibi uideatur præter consuetudinem bibere
Aquam (quæ sola à natura uidetur data ad sitim restinguendam) & eam
Puram, bonum est signum, cùm temperiem corporis indicet. N. 217.
Impurã quælecunque.
Vinum, uel alium quemuis potum, à natura primariò non datum ad sitim compescendam.
Signum est malum, cùm humorum in corpore uel insolentiam uel intemperiẽ denotet. N. 218.

bb. Quæ

©BIUM



cc. Imagi-

cc.
Imagines *personarum alienæ per somnum obuolitantes diuidere uidetur* Hipp. *in*

- Solitas.
- Insolitas: *utputa*
  - Mortuorũ. *Quorum ipsorum aliæ sunt imagines*
    - Bonæ *quo ad*
      - Signum. *Bonum est uidere mortuos albis indutos, & purum quippiam offerentes.* N.196.
      - Signatũ: τὸ
        - Οτι. *Salubritatis quippe indicium facit, & corporum, & eorum, quæ in corpus ingrediuntur, aeris scilicet & alimentorum.* Num. 197.
        - Διότι. *Nam cùm non uiuentia, sed mortua alimenta ingerantur, à quibus & corpus alitur, & semen prolificum generatur, hæc in corpus pura subire salubritatem & quo ad indiuiduum & quo ad speciem denotat.* N. 198. *Nisi quis per* σπέρματα *semina & seminitatis & morborum intelligat.*
    - Malæ. *Harum*
      - Significationis τὸ
        - Οτι. *Mortuos nudos, aut atratos, aut sordidatos, aut aliquid è domo uel capientes uel per uim auferentes uidere, malum.* N.199.
        - Διότι. *Morbos enim ex alimentis corpus ingredientibus cacochymis & naturæ contrarijs imminere portendit.* N.200.
      - Cura *molienda per*
        - Exercitia *euacuantia, ut per cursum circularem & deambulationes.* N.201.
        - Alimenta *mollia & leuia, sensim aucta, uomitu inducto.* N.202.
  - Monstrorũ, *quæ terrorem incutiunt.* N.203.
    - Significat *insomnium tale alimenta inusitata abundare, & iam à natura secerni, adeoq; ad intestina præcipitata choleram periculosam inductura, per superiora & inferiora laxatis uijs.* N.204.
    - Curatur *corpus*
      - Vomitu *primùm euacuando.* N.205.
      - Alimentorũ *commoda & sensim facta submiſtratione.* N.206.
      - Exercitijs *maximè naturalibus, non uiolētis, ut deambulatione, præterquam à cœna.* N. 207.
      - Balneis, *calidisq; Frictionibus.* N.208.
      - Animi *remissione per acroamata & theamata iucunda.* N.209.
      - Aeris *frigidi & solis fuga.* N.210.

HIPPO-

©BIUM

HIPPOCRATIS

ΠΕΡΙ ΥΓΡΩΝ ΧΡΗΣΕΩΣ

De Humidorum uſu.

Inſcriptionem.

HIPPOCRATIS cõmentarius, non tam aliorũ quàm proprio uſui dicatus, adeoq; inter Hippocratea Aduerſaria cõnumerandus. Niſi morte præuẽtus fuiſſet, ex hoc ceu loco communi ſyluam de Humidorum uſu methodicè ſcribendi deſumſiſſet.

DE VSV HVMIDORVM. Humida intelligit ea, quæ in medicum uſum ueniunt, non tam interius epota, quàm exterius applicata uel immiſſa. Vt proinde non quẽuis uſum Humidorum, ſed uſum Chirurgicum intelligat, uel à medico, uel ab aſtantibus, uel etiã ab ipſomet ægro adhibitorũ. Ad Efficientem proinde Inſtrumentalẽ artis Com. iſte per ſe ἀμέβοδος referendus eſt, eiuſdẽ generis cum Com. de Alimento, & inter ὑπομνημονευματικὸς cõnumerandus: ad quos, ceu Locos cõmunes, quæcunq; uel cõmonſtrando reperiſſet, uel audiẽdo legendóue obſeruaſſet, methodicæ doctrinæ inuentor & obſeruator Hip. referre conſueuerat. Similes alios multos, utputa de uſu Siccorum, de Ignis, Cucurbitarum, Phlebotomiæ uſu, de Machinis, de Medicamentis habuiſſe uidetur, uniuerſali præceptioni inſeruiẽtes: uti econtrà Epidemicas hiſtorias particularis obſeruationis indices. Aut ſi nõ habuit, ſaltẽ exemplo uno quid in cæteris fieri deberet cõmonſtrare uoluit: cũ uel Gal. in 1. de Victu acut. teſtimonio, Senex ſæpenumero particulariter pronuncians, uniuerſaliter intelligi uelit.

PERPENDAMVS

SVBIECTVM. Vide ſignum A.

INSTRVMENTVM. Conſideratur ut

Genere Ens quoduis naturale, tã ſimplex, quàm mixtũ, ſiue ſolũ, ſiue arte adiuuante.

Eſt. Vt Eſt, ita Agit. Inſtrumentũ igitur in

Specie, ut eſt

Temperiei ſuæ, nimirũ ut Calidũ eſt uel Frigidum.

Mixtũ, ſic agit reſpectu *Corporis* ſui, ut ſcilicet eſt

Amarum, Dulce.
Craßũ, Tenue.
Odoratum, Fœtidum.
Pallidum, Coloratum.

Animatũ, ſic agit ſecundũ animæ facultates uel

Potens, ἰσχυρόν.
Debile.

Agit, uel δυνάμει, uel ἐνεργείᾳ, & effectum imprimit, tanquam formam, imperfectam primùm, dum imprimitur: perfectam deinde, cùm iam impreſſa eſt. Dum fit impreſsio, dicitur V. G. Mollificatio, Apertio: dum facta eſt, dicitur Emollitio, Apertura: effectũ ipſum, Molle, Apertum. Vide ſignum B.

Vniuerſim Efficientib. cauſis ſiue Inſtrumẽtis medicis. Agunt illa in ſubiectũ ſuum eatenus quatenus pati poteſt. Vt ergo illis uis agẽdi, ita huic uis patiẽdi ineſt, in cõtraria proportione mutua cõſiſtens, ſeorſim proinde conſideranda. Nimirum &

Speciatim Inſtrumentis medicis actu Humidis. Vide ſignum E.

Methodum primò inueſtigemus in explicãdis

Deductionẽ. Quãdoquidem ſine methodo ſcriptus eſt liber iſte, iccirco nos periclitãdi cauſa, hoc eſt, uel cum noſtro periculo aliorum ſtudium & diligentiam excitandi,

Commentarium ſubinde ipſum in Aphoriſmos diſtinctum, quàm eius fieri poterit, breuiſsimè explicemus.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 593 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 594 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 595 sur 736



D. Sub/

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 596 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 597 sur 736



F. Instru

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 598 sur 736



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 599 sur 736



APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 600 sur 736

©BIUM

APHORISMVS I.

AQVA potabilis, salsa, mare. — ΥΔΩΡ ποτὸν, ἁλμυρὸν, θάλασσα.

INTER Humida principatum tenet Aqua, & quia paßim reperitur, & quia frequentißimè adhibetur. Vt rectè à Pindaro sit dictum, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Huius species sunt duæ, ab usu principe, quem homini sano exhibet, desumptæ, à Potu scilicet. Vt alia sit

- Potabilis, quæ Dulcis est, uel saltem Insipida.
- Non potabilis, quæ nõ est dulcis. Et hæc rursus uel
  - Salsa, duûm generũ. Vel enim talis est
    - Arte. Aqua salsuginosa. ἁλμυρόν.
    - Natura. Mare.
  - Amara, Acida, Austera, aut simili quauis alia qualitate prædita. De qua hîc nihil, eo quia morte præuentus, nec quæ desunt addere, nec quæ adsunt in ordinem redigere diuinus Senex potuit.

APHORISMVS II.

POTABILIS quidem in officina medica optima. Nam & ferramẽtis & æramẽtis optima, & medicamentis plurimis inueteratis cõuenientissima. Corpori autem adhibita aut humectat, aut frigefacit, aut calefacit. Nullũ præterea alium usum uel iuuando uel lędendo habet potabilis.

ΠΟΤΟΝ μὲν κατ' ἰητρεῖον κράτιστον. καὶ γὰρ σιδηρίοισι, καὶ χαλκείοισι κράτιστον· καὶ φαρμάκοισι τοῖσι πλείστοισι παλαιομένοισι κοινότατον. ἐς δὲ χρῶτα γνῶναι δεῖ, ὅτι τοῦτο ἢ τέγξει, ἢ ψύξει, ἢ θερμαίνει. [a] ἄλλω δὲ οὐδενὶ ὠφελέει ἢ βλάπτει ποτὸν.

[a] ἄλλως

Aquam POTABILEM in officina medica optimam esse

- Proponit.
- Declarat. Vsus est potabilis aqua.
  - Magni, tũ respectu
    - Organorũ, quibus medicus utitur. Confert enim tum
      - Instrumentis & uasis chirurgicis, lauandis, mũdandis, ligneis, metallicis, saxeis, testaceis.
      - Pharmacis plerisq; ad uetustatem ferendam parari solitis, siue emplastra sint, siue unguẽta, siue potiones, ubi elixatione opus est.
    - Corporis cui adhibetur, secundùm qualitatem
      - Passiuã. τέγξαι, ut humectet.
      - Actiuã. ut
        - Calefaciat.
        - Refrigeret.
  - Parui ad reliqua, ut nec prodesse nec obesse multum sit dicenda.

APHORISMVS III.

SI modica potabili cum spongia utaris, optimum erit oculis.

ΟΠΟΥ ὀλίγου ποτοῦ σπόγγω [a] χρήσεις, ἄριστον ὀφθαλμοῖσιν.

[a] χρήσῃ

AQVA potabilis molli spongia oculis adhibita confert: calida quidem laxando & attemperando, frigida constringendo, repellendoq;.

APHORISMVS IV.

CVTIS ipsa exulceratur calidæ aspersione.

ΑΥΤΟ τὸ δέρμα ἐφήλκωται θερμοῦ αἰονήσει.

CALI-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 601 sur 736

©BIUM

CALIDAE *diuturna perfusione cutis exulceratur, quòd in eam laxatam humores tenuiores decumbāt, calore insuper attrahente. Id Germanis, qui non modò thermis, sed & calidæ solijs multum diuq; utuntur, quotidiana notißimum est experientia.*

APHORISMVS V.

ΠΥΡΙΗ τοῦ σώματος ἅπαντος, ἢ μέρεος.

FOMENTVM corporis totius aut partis.

FOMENTATIO *uel totius est, uel partis: siue ea fiat uapore calido, siue aqua calente. In Balneis ueterum Laconicum erat Calidarium, seu Sudatio assa & sicca, item Tepidarium, illud aeris calidi, hoc tepidi: erat quoq; Lauatio calida, Galeno λοῦτρον, Archigeni ζεστὸν dicta. Sed extra balnea in usu medico etiam utrumuis genus datur.*

APHORISMVS VI.

[a]ΔΕΡΜΑΤΟΣ σκληροῦ μάλθαξις, [b]σὺν τεταμένου χάλασις, [c]νεύρων, [d]σαρκῶν, [e]ἐκχύμωσις, [f]ἱδρῶτος ἄφοδος. [g]ὑγρῆναι προσκλύσει, [h]οἷον ῥίνας, [i]κύστιν, *[k]φύσας. [l]σαρκῶσαι, [m]ἁπαλύναι, [n]τῆξαι, [o]μινυθίσαι, [p]χροίην ἀνακαλέσαι, [q]χροίην ἀνασκεδάσαι. [r]ὑπνικὸν καὶ κατὰ κεφαλῆς, καὶ ἄλλων. [s]σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν. [t]ὀδύνας κωφοῖ ὠτὸς, [u]ὀφθαλμῶν, †ὅσα τοιαῦτα. [x]τὰ ψυχρὰ θερμῆναι, [y]οἷον *πίσσα. [z]ἕλκεσιν, πλὴν τοῖσιν *αἱμορραγεῖσιν, ἢ μέλλουσι. [aa]κατήγμασιν, [bb]ἐκπτώμασι, [cc]τοῖσιν ἄλλοισιν, οἷσιν ἂν ὀθόνια ἰητρὸς. [dd]καρηβαρίη.

*φύσιας

†καὶ

*φύσας

*αἱμορραγέουσιν

CVTIS [a]duræ mollitio, [b]distentę laxatio, [c]neruorum, [d]carnium, [e]humorum sub cutem effusio, [f]sudoris excretio. [g]Humectare prolutione, [h]uelut nares, [i]uesicam, [k]flatus. [l]Incarnare, [m]tenerum reddere, [n]liquefacere, [o]attenuare, [p]colorem reuocare, [q]colorem dispergere. [r]Somni item ratione & capiti & alijs cōfert. [s]Conuulsiones, tensiones mitigat, [t]dolores obtundit auris, [u]oculorū, & quæcunq; talia. [x]Frigida calefacere, [y]uelut pix. [z]Vlceribus, præterquā à quibus sanguis erumpit, aut erupturus est. [aa]Fractis, [bb]luxatis, [cc]reliquis quibus lintea medicus applicat. [dd]Capitis grauitati.

DE HVMIDORVM *Effectu uniuersim agit. Considerandum proinde &*

- Instrumentum. *Vide seq. signum* ☙
- Subiectū, *cui applicatur, partim*
  - Materialiter. *Sic uel est*
    - Totum *corpus.*
    - Pars *corporis*
      - Continens.
      - Contenta
        - Fluida.
        - Spirituosa.
  - Formaliter, *hoc est, ut subiectum ipsum uel est*
    - Sanum.
    - Aegrum. *Sic cōfert Aqua calida tum*
      - Externis
        - Vlceribus *ad leniendum, ad resoluēdum: præterquā ubi fluxus sanguinis uel adest, uel affuturus est.* [z]*uti etiam infrà Aphorismo* XV.[y]
        - Fracturis [aa].
        - Luxatis [bb].
        - Cæteris *omnibus, quibus Medicus manu sua opē fert.* οἷσιν ἂν ὀθόνια ἰητρὸς. *s.* προστίθησι: *ut sunt Tumores, Vulnera quæuis, quibus lintea medicus adhibet, quæ manu curat. Nisi quis legendum putet,* οἷσιν ἂν βοηθέῃ ἰητρὸς [cc].
      - Internis: *utputa Capitis grauitati* [dd]. *uti etiam infrà Aphorismo* XVII.[h]

☙ Hu-



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 602 sur 736

©BIUM



APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 603 sur 736

APHORISMVS VII.

ΤΟ[1] μέτριον ἑκάστῳ, μὴ πρόσω, οἶδαμεν Βασανίζειν. [2] οἷον τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ τὴν ἐξ ὑπερβολῆς ἐφ' ἑκάτερα. [3] ὡς ἀμφοῖν, μὴ ἁμαρτάνει, σημαινόμενον τῇσι βλάβῃσι, ἢ οὐκ ὠφελείῃσι, οἷον χλιαρόν. [4] δεῖ γὰρ τῇσι βλάβῃσιν, ἢ τῇσιν ὠφελείῃσιν, καὶ ὡσὶ, χρῆσθαι μέχρι τοῦ ὠφελέοντος, ἢ μέχρι τοῦ βλάπτοντος. [5] πέψις μὲν ἔνι, ἀσθενές· [6] ψύξις δὲ καὶ θάλψις, ἰσχυρόν, [7] ὡς ἐξ ἡλίου. [8] τὸ γὰρ ψυχρὸν, θερμὸν ἐὸν, ὡς πρὸν ἀσθενέοντι. [9] ἀλλὰ τὸ μὲν θερμὸν, μὴ πρόσω καίειν. [10] κρίνει δ' αὐτὸς· [11] πλὴν τοῖσιν ἀφώνοισιν, ἢ παραπληκτικοῖσιν, ἢ νεναρκωμένοισιν, ἢ οἷα δὴ τοῖσι σώμασι κατεψυγμένοισιν, ἢ ὑπερωδυνίοισι· τούτοισι γὰρ αὐαίνεται· λάθοις γὰρ ἂν κατακαύσας. καὶ τὰ σκληρώματα δὲ τὰ βαθέα, καὶ τὰ μεγάλα. ἤδη καὶ πόδες ἀπέπεσον κατεψυχθέντες, ὑπ' ἐχύσεως θερμῆς. ἀλλὰ τούτοισιν ὁ τὴν κατοχέουσαν χρὼς κρίνει. καὶ ψυχρὸν δὲ ὡσαύτως. [12] τούτων δὲ αὐτῶν τὸ ὀλίγον ἑκάτερον, ἀσθενές· [13] τὸ δὲ πολὺ, ἰσχυρόν. [14] ἀλλὰ μὴ ἐᾶν, μέχρι ἡμέρης, ἃ σύνεγγυς ποιέει. [15] τὸ ἔσχατον προπαύειν, πρὶν ἡμέρης. [16] τούτων ἓν ἑκάτερον βλάπτει. [17] βλάπτει δὲ πῶς τὸ θερμὸν πλέον χρεομένοισι σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, ἀμορφανίας, λειποθυμίας. [18] πῶς εἰς θάνατον. [19] τὸ δὲ ψυχρὸν, σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα. [20] αἱ μὲν μετριότητες οὐκ ἔστων. [21] τὰ δ' ἄλλα βλάπτει καὶ ὠφελέει, τὰ εἰρημένα, ἡδονῇσι καὶ ἀφορίῃσι, καὶ ἀχθηδόσι καὶ δυσφορίῃσιν, αἷς καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν ὁμολογοῦσιν φαίνονται ὑγιέος. [22] σῶμα τὸ μὲν ἐν σκέπῃ εἰθισμένον, ὅ, τι ἄγηται, ὅ, τι σεσωπάτω τὸ οἰκεῖον θάλπος, ἐγγύτατα δὲ τοῦ ἀλλοτρίου ψύχεος. [23] διὰ τοῦτ' ἄρα τῷ θερμῷ ἥδεται, καὶ φέρειν δύναται ἐγκέφαλον, [24] καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου, ψυχρῷ μὲν ἄχθεται, θερμῷ δ' ἥδεται, ἢν ἄρα ἡ ψυχρότερον ἢ θερμότερον φύσει [πρόσω τοῦ ὁμοίου οἰκείου θάλπος καὶ πλεῖσται αὐτῶν.] [25] διὰ τοῦτο ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροισι, τὸ ψυχρὸν πολέμιον, τὸ δὲ θερμὸν φίλιον· [26] ὅτι ἀπὸ τούτου σπασμοὶ, τετανοὶ, ῥίγεα πυρετώδεα, ἃ τὸ μὲν ψυχρὸν ποιέει, τὸ δὲ θερμὸν παύει. [27] διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ἡδοναὶ καὶ [προσκλίσιες] ἀφορμαὶ, ἀπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ ἀλγηδόνες καὶ ἀποτρέψιες. [28] διὰ τοῦτο ὀσφὺς, ἕδρη, νῶτον, ὑποχόνδρια, μᾶλλον ψυχρῷ ἄχθεται, θερμῷ δ' ἥδεται, καὶ φέρειν δύναται. [29] διὰ τοῦτ' ἄρα ὀσφὺς, νῶτον, ἕδρη, ὑποχόνδρια, τὰ ἐναντία πέπονθεν, ὅτι ἐναντιοῦται. [30] διὰ τοῦτ' ἄρα τούτῳ τῷ χωρίῳ ἀσῶδες ἐντῶν χρωμένοισι τῷ θερμῷ, τὸ δὲ ψυχρὸν παύει.

IN[1] ſingulis quod moderatum eſt, non ultra, applicare nouerimus. [2] Exempli cauſa, calidum, quod corpori conferat, ab exceſſu in utramq; partem deprehendere oportet. [3] Qui utriſq; attenderit, non aberrabit, cõiectura ſumpta uel ab eo quòd lædat, uel ſaltem quòd non proſit, ſicuti tepida. [4] Nam & lædentib. & iuuãtibus, ut maximè talia ſint, tantiſper uti cõuenit, quandiu uel iuuare uel lędere uidentur. [5] Humectatio quidem debile quid eſt: [6] frigefactio uerò & calefactio, fortè: [7] uelut ex ſole. [8] Sæpe etiam quod calidũ eſt, frigidum uidetur, uelut potabilis aqua ægrotanti. [9] Calida eouſq;, ne urat. [10] Iudicabit autem ipſemet: [11] exceptis mutis, aut leuiter ſyderatis, aut ſtupefactis, aut ueluti in uulnerib. perfrigeratis, aut nimio dolore uexatis: qui hæc non ſentiunt, ne ipſas quidem aduſtiones. Profundis item ac magnis luxationibus. Pedes etiam aliquibus deciderunt perfrigerati, ex calidæ perfuſione. Proinde cutis eius, qui affundit, iudex eſto in uſu calidæ ſimul & frigidæ. [12] Vtraq; harum parcè admiſtrata, parum poteſt: [13] copioſè uerò, plurimũ. [14] Eapropter non eſt deſiſtendum, donec id, quod uolumus, cõſequamur: [15] deſiſtendum autem prius quàm extremum ſuccedat. [16] Vtraq; ſanè noxam affert. [17] Sic namq; nimius calidæ uſus carnium effœminationem affert, neruorum debilitatem, mentis ſtuporem, ſanguinis eruptiones, animi deliquia: [18] & ex his ipſis etiam mortem. [19] Frigida uicißim conuulſiões, tẽſiones, nigrores, rigores febriles. [20] Moderationes proinde utriuſq; amplectẽdæ. [21] Cæterùm ut reliqua omnia uel abeſſe uel prodeſſe deprehenduntur, ita quoq; prædicta, nimirum ex uoluptate & perferendi facilitate, ex dolore itidem & perferendi difficultate, quæ uel ipſorũmet confeſsione ad ſanitatem uidentur contuliſſe. [22] Corpus tegi ſolitũ auerſatur, quicquid inſuetum eſt, quicquid lõgiſsimè à familiari calore abeſt, & peregrino frigori proximũ. [23] Iccirco calida delectatur facileq; fert cerebrũ: [24] quæq; ab eo oriuntur, frigida quidem triſtantur, calida uerò gaudent, etſi frigidius & ſolidius natura fuerit (& pleraq; illorũ extra familiarem caloré propagentur.) [25] Propterea oſsibus, dentibus, neruis frigida inimica, calida uerò amica: [26] quia ab illa conuulſiones, tenſiones, nigores febriles, quæ frigida facit, calida ſedat. [27] Propterea etiã à calida uoluptates & illecebræ, à frigida uerò dolores & auerſationes. [28] Ideoq; ſpina, pectus, dorſum, præcordia, frigida affligũtur, calida uerò gaudẽt, eáq; ferre poſſunt. [29] Et uiciſsim ob eaſdẽ cauſas ſpina, pectus, dorſum, præcordia, contraria perpetiũtur, quia ſunt contraria. [30] Iccirco anxietatem in hac parte ex calida obortam, frigida ſedat.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 604 sur 736

sedat: [31] iccirco etiam frigidæ potu gaudet: [32] propterea sanè cibis calidis delectatur: [33] in animi quoq; deliquijs frigidâ extremis partibus affundere prodest. [34] Quòd autem posteriores partes calidâ magis tolerant quàm anteriores, ea ipsa quæ retuli in causâ sunt. Quòd uero etiam frigidam, secundùm rationem se habet. [35] Nam & extremæ partes anteriores sunt, nec tegi adsuetæ: ut internæ. [36] Obseruandum autem utramq; unicuiq; parti corporis conferre posse. [37] Sic externa cutis, quæ & sibijpsi & neruo sanguineo continua est, cùm extra familiarem calorem in externo frigore uersetur, ab utrisq; frequenter alteratur, & utrisq; frequenter indiget, frequentius autem calida ad uoluptatẽ. [38] Idipsum quoq; perpetiuntur extremæ partes. Et propterea citò aliorum alterationes percipiũt, tardè uerò priores ipsæ alterantur. [39] Manifestum est quinetiam è uenis alias prius, alias posterius affici. [40] Argumenta huius rei, quando scilicẽt frigefiunt extremæ partes, aut calefiunt, [41] in uasorum euacuationibus, [42] & animi deliquijs deprehenduntur: [43] nec citra rationẽ. [44] Sic quoq; uenas, & quæ illis adnectuntur, calefacit primũ calida, uelut in manibus, internas partes. [45] At ulcera delectantur calida, omnium confessione, quia tegi adsueta sunt. Meritò itaq; ab altera affliguntur. [46] Meritò igitur & ipsę uenæ, quia sunt in calido. [47] Meritò etiam ipse thorax, & uentriculus, frigida superante, molestè fert, & exanimatur, ob insolentiam, quod q; plurimum abest ab eo cui assueuit, cuius præsentia delectationẽ affert. Meritò uicissim frigidę potu delectatur. Vsq; adeò omnia inter se consentiunt. [48] Iam uerò omnia desquamata & ambusta in superficie, non ualdè tegi adsueta, frigidam molestissimè ferre, par est, cùm citissimè superentur. [49] Partes itidem in profundo admodum sitæ si superentur, maximè ũtiq; dolebunt, præsertim si natura neruosa constent. [50] Iccirco imus uéter calida delectari uidetur, quoniam tegi assueuit, & neruosa substãtia participat. [51] Similiter & intestina, [52] & uesica, [53] & genitales partes: [54] & ex his ipsis rursus, quæ nudę sunt, suapte natura frigidiores sunt ijs quę sunt tectæ. Sursum enim nõ deorsum emicat caliditas. [55] Propterea autem calido delectantur, quoniam post calidi usum frigescit corpus magis perfrigeratum: post frigidi uerò usum recalescit magis contractum: [56] uelut etiam aqua, quam refrigerare uolumus, prius calefacienda est, tenuitatis conciliandæ causa: cùm post calidi usum quodammodo durescat resiccata, [57] non aliter quàm oculi post frigidę usum. [58] Aqua enim similis est aeri ambienti, oculus non est.

πώει. [31] Διὰ τοῦτ' ἄρα πατῶ ψυχρῷ ἥδεται. [32] Διὰ τοῦτ' ἄρα βρώμασι τοῖσι θερμοῖσιν ἥδεται. [33] Διὰ τοῦτ' ἄρα καὶ κατὰ ἀκρέων ἐν λειποθυμίαις τὸ ψυχρὸν καταχεόμενον ὠφελέει. [34] ὅτι δὲ τὰ ὀπίσω τῶν ἔμπροσθεν τὸ θερμὸν μᾶλλον ἀνέχεται, τὰ εἰρημένα αἴτια. ὅτι δὲ καὶ τὰ ψυχρὰ, ὀρθῶς. [35] πάντα γὰρ ἄκρεα, ἔμπροσθεν; καὶ οὐκ ἐν σκέπῃ ἐθισμένα, ὥσπερ τὰ ἔσω, τὰ ἔξω. [36] μνηστέον δὲ καὶ ὅτι ἑκάστου ἐφ' ἑκάστῳ τῷ σώματος κρέσσον. [37] τὸ δέρμα τὸ ἔξω, ὅτι συνεχές τε ἑωυτῷ καὶ νοτέρῳ ἐναίμῳ, διὰ τὸ ἔξω τοῦ οἰκείου θερμοῦ ἐν τῷ ἔξω ψυχρὰ εἶναι, ἐπ' ἀμφοῖν πυκνὰ κρατέειν, καὶ ἑκατέρων πυκνὰ δεῖται· πυκνὰ δὲ μᾶλλον θερμοῦ, ἐς ἡδονήν. [38] πάσχει δὲ καὶ ἄκρεα τοιῶδε, ὥστε ταχέως ἐναλλάσσειν πολλῶν· βραδέως δὲ πρῶτον ἐπαίρεται. [39] καὶ φλεβῶν δηλον αἱ πρότερον καὶ ὕστερον. [40] ἔστω πάντα φαίνεται, ὅκου τε ψύχεται ἄκρεα, ὅκου τε θερμαίνεται, [41] ἐν κενεαγγιοῖσι, [42] ἐν λειποθυμιοῖσι, [43] καὶ κατὰ λόγον. [44] εἰκότως ἄρα φλέβας καὶ τὰ ὑπὸ τενόντων ἔπεται καὶ θερμαίνει πρῶτον τὸ θερμὸν, οἷον τὰ χειρῶν τὰ ἔσω. [45] τὰ δ' ἕλκεα θερμῷ ἥδεται ὁμολογεομένως, ὅτι ἐν σκέπῃ ἐθίζει. εἰκότως ἄρα τῷ ἑτέρῳ ἄχθεται. [46] εἰκότως ἄρα καὶ αὖται αἱ φλέβες, ὅτι ἐν θερμῷ ἐισιν. [47] εἰκότως ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ θώραξ, καὶ αὐτὴ ἡ κοιλίη, κρατουμένη ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, μᾶλλον ἀγανακτεῖ καὶ δύναται, ὅτι μάλιστα ἀληθέα· ἀλλὰ πλεῖστον ἀπέχει τοῦ παθεῖν· τούτῳ δὲ ἐγγύταται τῷ τὸ δεῖσαν εἰκότως ἄρα πατῶ ψυχρῷ ἥδεται. ἔστω ὁμολογέει πῶπα πάντα. [48] ὅτι δὲ μάλιστα πάντα τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ὅπη καύματα ὅπη πολῆς, καὶ μάλιστα ἐθισμένα ἐν σκέπῃ, μάλιστα ἐν ψυχρῷ ἀγανακτεῖ, εἰκότως· πάσχειν γὰρ κρατέεται. [49] καὶ τὰ βαθύταται ἐκρατέοντο, μάλιστ' ἂν ἄχθοιτο. ἔπειτα καὶ τῆς φύσιος τῆς νευρώδεος μετέχει. [50] ὅπου ὑπογάστριον ἥδεται δοκέει θερμῷ, σκεπτέον τὸ χωρίον, καὶ μετέχει, [51] καὶ ἄκρεα, [52] καὶ κύστις, [53] καὶ γονὴ, [54] καὶ ἄλλο γένος ὁ γυμνὸς ἐστί τε φύσει ψυχρότερος, ἢ ὅσα τις οἴεται· αὖον γὰρ οὐ κάτω θερμὸν ἀίσσει. [55] Διὰ τοῦτο ἥδεται, ὅτι μετὰ τὸ θερμὸν ψυχρὸν τὸ σῶμα διαψυχθὲν μᾶλλον· μετὰ δὲ τὸ ψυχρὸν, αὐαθερμαινόμενον μᾶλλον συστέλλει. [56] οἷον δὲ καὶ ὕδατος ψυκτέα, θερμαντέα, διὰ λεπτότητα, ὅτι μετὰ τὸ θερμὸν σκληρώσεται μᾶλλον ὑπεξηραμμένον. [57] οἷον ὀφθαλμοὶ μετὰ τὸ ψυχρόν. [58] τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον τῷ περιέχοντι, τὸ δὲ οὔ.

a ψυχρῷ

b οἰκείῳ

c ποιεῖται ἡδονὴν

d σκεπτέον

e ὄντερα

f ἄλλως

g ὅστις σκέπεται

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 605 sur 736

VSVM Aquæ medicum in

Genere proponit, tũ

Quid. Id quod moderatum eſt, in ſingulis per experientiam ſumere conuenit. N. 1. Moderatum autem id, quod naturæ partis conuenit. Sic com. de Locis & de Flatib. Dolorem ex caliditate & frigiditate fieri dicit, utroq; inſolente & immoderato, uel ſecundùm exceſſum, uel ſecundùm defectum.

Quomodo. Quódnam calidum corpori conferat, ab exceſſu conijcere oportet, quem utrumq; extremum (ſummè ſcilicet calidum, & ſummè frigidum) inferre conſueuit. N. 2. Sic utriq; (attendẽs. ὡς ἀμφοῖν: uel ὃς ἀμφοῖν, qui utriq; immoderato attenderit) non aberrabit (quin illud quod moderatum eſt conſequatur) indicio ſumto uel ex eo quòd lædat, uel ſaltem quòd nihil proſit: ſicuti tepida (adminiſtrata neq; lædit, neq; prodeſt.) N. 3. Rationem affert. Eſti enim quædam talia ſunt, quæ ex ſui natura uel lædunt uel proſunt (καὶ ὅσοι, ſcilicet βλάπτοντες ἢ ὠφελέοντες) ea tamẽ ad uſum medicum reuocare oportet ut proſint, abſtinere autẽ, quando lædere incipiunt. N. 4. Sic Vinum, quod ex ſui natura prodeſt, ſic ut proſit adhibendum, cùm lædit abſtinendum. Ignis econtrà lædit ex ſui natura. Adhibeatur ergo quandiu prodeſt: abſtineatur, quando obeſſe incipit.

Specie enarrat, ſecundùm differentias ipſius uſus ſumtas à

Forma ſubiecti, quatenus ſub Medici conſiderationem cadit, à Sanitate ſcilicet & Morbo. Vſus igitur aquæ

Tempore ſeu mora adminiſtrationis. Videtur comparatione uti:

Quemadmodum qui in Solle uerſantur (N. 7.) tempore

- Longo, uehementer incalescunt.
- Breui, parum afficiuntur.

Ita quoque qui aqua utuntur tempore

- Breui, ut humectetur tantùm cutis, non autem donec ex diuturniore mora uel incalescat uel refrigeret, parum ab ea afficiuntur. N. 5.
- Longo, ut non humectetur tantùm cutis, ſed & calor aut frigus ad internas quoq; partes pertingat, illi uehementer ab aqua uel incalescunt, uel refrigerantur. N. 6.

Calidæ quis erit, cùm ægro interdũ id, quod calidũ eſt, uideatur frigidũ; V. G. aqua potabilis calida, ſtomacho debili uidetur frigida. N. 8. Ergo calida adminiſtranda eouſq;, uti ne urat. N. 9. Huiuſce autem ſenſum uel permittere oportet

- Aegro, ſi talis ſit, qui ſentire & iudicare poſſit. N. 10.
- Medico, quãdo æger uel ſenſu uel mente caret. Tunc enim cutis eius, qui calidam infundit, iudicium feret de moderata uel immoderata calefactione. N. 11.

Frigidæ ſimiliter nunc ab ægri, nunc à medici ſenſu petendus: cùm interdum aqua frigida ægro æſtuanti uideatur calida: interdum quoque æger ſenſu priuetur, ut refrigerationem animaduertere nequeat.

Quãtitate. Vſus ergo uel

Immoderatus, in exceſſu aut defectu, uel

- Paruus, & paruarũ uirium. N. 12.
- Magnus, et magnarũ uirium. N. 13.

Moderatus, inter utrumq; extremũ medius, hac regula nitens, quam gubernatori Vlyſſes præſcribit, ut ſi poſſit Scyllam fugiat & Charybdim, eandemq; Ariſt. in Ethicis uirtutum moderationi accommodat. Cauendus ergo in uſu aquæ medico &

- Defectus, ut tandiu adminiſtretur, donec id, quod uoles, ſucceſſerit. N. 14.
- Exceſſus, priuſquam id quod ex nimio uſu conſequi ſolet, ſucceſſerit. N. 15.

Effectu. Vide ſeq. ſignum A a.

Conſuetudine ſubiecti. Vide ſeq. ſignum B b.

Ad. Effe-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 606 sur 736

©BIUM

- Aa. Effectuũ, quos aquæ usus medicus imprimit,
  - Differentiæ sunt, quoniã uel
    - Lædit Vsus immoderatꝰ utriusque, tã calidæ quã frigidæ. Ostẽdit κατὰ τὸ
      - ὅτι, quòd lædat. N.16. Noxas enarrat ab immoderato usu proueniẽtes tũ
        - Calidæ. Nãque
          - Morbos & symptomata conciliat. N.17. σαρκῶν ἐκθήλυνσις eadémne cum eo, quod suprà Aphorismo VI. ἀπαλυνῶσι?
          - Mortem propter superiora affert. N.18.
        - Frigidæ. N.19. Quæ similiter & ipsa affert &
          - Vitæ labores.
          - Mortem.
      - διότι, cur lædat: nimirum quia plus satis & cõfertim uincit naturam partis cui adhibetur. Exẽpli loco affert partem
        - Externam, Cutem. s. uel exulceratam uel adustam, quæ frigus, cui alioqui assueuerat, ferre nequit, propterea quòd illud uehementius agit in partem ægram, quàm in partem sanam agere potuerit: cumq; cutis ex sui natura frigidior sit, facilè ab externo frigore paulo immoderatiore superatur. N.48.
        - Internam, quæ licet calido assueuerit, tamen si immoderatum illud adhibeatur, dolorem sentit uehementißimũ tum ipsamet per se, præsertim si neruosa substantia fuerit prædita, tum etiam uicinæ partes, neq; enim nisi uehementi cum alteratione ad profundum penetratio fieri potuit. N.49.
    - Prodest Vsus moderatus, in subiecto eodem. αἱ μὲν μετριότητες ἐκ τούτων (αἱρετέαι.) N.20.
  - Cognitio. Vt reliqua omnia, quæ in usum medicum ueniunt, examine à sensu eorum qui ijs, uel dum sani uel dum ægri essent, usi fuêre, prodesse & obesse deprehenduntur (τάδ' ἄλλα βλάπτει καὶ ὠφελέει) ita quoq; Aquæ calidæ & frigidæ usus (καὶ τὰ εἰρημένα, ἡδ. ἢ δύφ. καὶ ἀχθ. ἢ δυσφ. subintellige τεκμαίρεσθαι) cognoscitur in genere, partim ex Sensu ipsius ægri, cùm uel delectetur uel contristetur: partim ex Motu ipsius, quoniam uel facilè uel difficulter ferre & à medico & ab alijs quoq; deprehenditur (αἲ καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν ὁμολογοῦσαι φαίνονται ὑγιέες, scilicet εἶναι, quæ singillatim confeßione ipsorum, siue ægrorum siue medicorum, uidentur salubria esse.) An, αἲ καθ' ἓν (glossa in margine addita fortasse, ἕκαστον) qui sensus atq; motus ægri: αὐτῶν, ægrorum scilicet, ὁμολογήσει, φαίνονται ὑγιέες, profuisse uidentur? An αἲ καθ' ἓν ἕκαστον αὐτῶν ὁμολογήσει? &c. N.21. Cognoscetur ergo
    - Prodesse, partim ab impreßionis
      - Sensu, cùm eius quod naturæ amicũ est sensatiõe uoluptatem in præsens percipiat. ἡδονή.
      - Motu, cùm transmutationem hanc in præsens factam facilè ferat, & uires non modò non debilitari, sed & augeri sentiat. εὐφορίη.
    - Obesse, ab impreßionis inimicæ
      - Sensu, à Dolore scilicet. ἀχθηδών.
      - Motu, quoniã difficulter fert, cum noxam eius in posterum ex quauis tandem debilitatiõe colligat. δυσφορίη.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 607 sur 736

©BIUM

Bb. A consuetudine partis, cui aqua administranda est, differentiæ usus sumuntur. Quas quidem in

- Genere proponit. Quod hic occasione Aquæ scribit, idem de quibuslibet alijs instrumentis medicis subintelligi potest atq; debet suo loco. Corpus ergo quod tegi
  - Assueuit, tegmine uel naturali (ut sunt partes corporis internæ) uel artificiali (utputa uestimentis. Sic Caput, sic Thorax, sic Venter) quicquid
    - Insuetum est, hoc est ab assueto calore alienum, & peregrinum, siue non assueto frigori proximum, illud auersatur. N.22.
    - Consuetum est, hoc est, calori, cui assueuit, proximum, & à frigore, cui non assueuit, alienum, illud amat & amplectitur. N.23.
  - Non assueuit, tegmine uel naturali uel artificiali, contrario modo se habet. Nimirum ut à
    - Calore insueto lædatur.
    - Frigore cõsueto iuuetur.
- Specie declarat in partib. corporis singulis, consideratis tum
  - Absolutè, & Per se. Sic igitur ratiõe habita cõsuetudinis
    - Simplicis. Vide signum Cc.
    - Compositæ ex naturali & artificiali, sunt partes quædam quæ & à natura tegumentum habent, & artis insuper auxiliũ requirunt. quæ nimirum in alto corporis sunt sitæ, quasq; uestimẽtis muniẽdas & fouendas esse ipsa docuit experientia: ut proinde calidi usu etiãnum delectentur, frigidi uerò usu contristentur. Hoc ipsum in
      - Genere proponit. Imus uẽter cùm calido delectetur, iccirco et
        - Arte muniendus est cõtra iniurias externi frigoris. σκέπτέον τὸ χωρίον, Vestienda pars. Corn. Considerãdus locus. N.50.
        - Natura suũ ipse habet munimentum natiuum, abdominis musculos, & omẽtum, præterea etiã pinguedinem, quæ abdominis calorẽ propugnaculi instar cõtra externas defendit iniurias. καὶ μετέχει. s. σκέπης. An ut præced. periodo subaudiẽdũ, καὶ μετέχει. s. νευρώδους φύσιος? Corn. cum seq. coniungit, καὶ μετέχει καὶ ἄκρεα, &c.
      - Specie declarat. Etenim in uentre inferiore latent &
        - Intestina, ἔντερα pro ἄκρεα lego. Quid enim attinebat ἀκρέων hic denuo mentionem facere? N.51.
        - Vesica. N.52.
        - Genitales partes, γονή. Contentũ pro Continente. Quarũ ipsarũ &
          - Differentiam affert secũdùm sexum, naturæ pudorẽ uerbis quoq; pudicis & propterea obscuris imitans. N.53. Genitales igitur partes
            - Virorum, γόνον γυμνὸν appellat, quoniam extra corpus propẽdet, & iccirco natura sua frigidior est, quàm muliebris γόνος. Corn. de glande uirili Hip. loqui putat. Ego uniuersim locutum crediderim, præsertim cùm rationẽ subiungat, quæ non magis in parte, quã in toto genitali locum habet. Calor enim non deorsum, sed sursum tendit, & propterea minus caloris inest genitalibus, quàm partibus superioribus. N.54.
            - Mulierũ γόνον uocat, ὅστις σκέπετε (sic legendũ putarim, pro οἴεται) q tegitur à natura, & intra abdomen singulari naturæ prouidentia occultatur. Eaq; propter calidior est natura sua, quã uirilis γόνος. N.54.
          - Affectionem, quòd scilicet calido delectentur, tum alio, tum præsertim uenereo, explicat. N.55. Vide signum Dd.
  - Comparatè. Vide signum Ee.

Cc. Sim-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 608 sur 736

©BIUM

Cc. Ratione habita Consuetudinis simplicis

- Naturalis, ipsum calidũ amicum, frigidũ uerò inimicum est
  - Cerebro, & quæcunq; ab illo, tanquam Appendices: puta Neruis tam motiuis quàm sensitiuis, & Medullæ Spinali. Licet enim cerebrum natiua sua temperie frigidum sit & humidum, ut proinde frigore delectari debere uideatur: tamen solito suo calore, cui tum ex caluariæ & capillorum, tum uerò etiam eorum quæ capiti adhibentur tegminibus assueuit, destitutum (ut in uulnerib. capitis, in denudationibus, in rasura capillorum) mutationem eam grauiter fert. καὶ ἢν ἄρα ἢ ψυχ. καὶ στόρ. φύσει, πρόσω τοῦ οἰκείου θάλπεος καὶ σκέπης ὄν (subintellige ἄχθεται) N. 24.
  - Ossibus, carne undiq; munitis: Dentibus item, quos natura malis carnosis & pilis insuper conuestiuit: Νεύροις deniq;, hoc est, Ligamentis & Tendinibus, uti etiam com. de Diæta n. 129. Nam Neruos eximiè dictos paulo antè inter Cerebri Appendices connumerasse uidetur. Has enim partes singulari prouidentia carne musculorum operuit. N. 25. Quòd si igitur spectes
    - Motum & impreßionem, frigidum δυσφορέουσι, cùm dira symptomata inuehat: quæ econtra tollit calidum. N. 26.
    - Sensum, sic Frigidum dolorem & fugam sui excitat, Calidum uerò uoluptatem & desiderium sui. ἀποτρέψει opponit πρόκλησιν, Illecebram Auersationi. N. 27.
  - Carnibus amicum esse calidum, ipsa uulnera & ulcera satis docent, quæ calidæ perfusione delectantur atq; iuuantur. Nimirum quoniam cute tecta semper est caro, si quando continui solutionem patiatur, grauiter fert occursum aeris frigidioris. N. 45.
  - Venis. Nam cùm carne & cute tegantur, calido sibi familiari delectantur. Cùm autem suprà cerebri & adnatorum meminerit, sub quibus neruos etiam comprehendimus: uidetur hîc Venarum appellatione strictius, quàm paulo antè, uenas tantùm & arterias intelligere. N. 46.
  - Thoraci & Ventri superiori. A frigore infestata uehementer dolent, & lethaliter afficiuntur, quoniam frigido minimè assueuére, cùm ueluti foci sint quidam, ille caloris uitalis, hic caloris naturalis: quorum conseruationi etiam externa tegmina, hisce partibus indui solita, conferunt. ὅτι μάλ. ἀηθέα, ἀλλὰ πολ. ἀπέχει τοῦ οἰκείου (sic lego, pro παθεῖν) τούτου γὰρ ἐγγύτατα ποιοῖτο ἥδεσθαι (nam quæ ad familiarem calorem proximè conferunt, ea delectant.) Exemplo ostendit. Eam ob causam potu frigido delectatur & thorax & uentriculus, non per se, sed per accidens, quia hoc ipso restinguitur immoderatus calor, tum ex cibo sicco & calido, tum ex aere calido generatus. N. 47.
- Artificialis seu uoluntariæ, eædem partes in diuersis hominibus pro consuetudinis uariatione uel calidum uel frigidum magis minúsue ferunt. V. G. Lumbi, Pectus, Dorsum, Hypochõdria eorum, qui hisce partibus tegi
  - Consueuerunt, si quando uel denudentur, uel frigida perfundantur, frigus grauiter ferunt: sin uerò uestibus tegantur, aut calida foueantur, uoluptatem percipiunt, tum in
    - Cibo. Nam cibis calidis delectãtur: frigidos, auersantur. N. 32.
    - Remedijs. In Deliquijs animi, non quibusuis, sed ex caloris dißipatione ortis, puta ex gaudio, extrema perfundere confert aqua gelida, repulsionis ergò, ut sanguis & spiritus dissipati concentrentur, & ad interna redeant m. At quibus animus deficit ex concentratione caloris & spirituũ, ijs aqua gelida, in faciem cum impetu proiecta, reuellendi erunt spiritus. N. 33.
  - Non consueuerunt, si quando tegantur, uel calida foueantur, calorem grauiter ferunt (τὰ ἐναντία πέπονθεν) quoniam cõtrario assueuere (ὅτι ἐναντιαῖα.) N. 29. Quod colligas tum ex
    - Medicamẽti genere. Nam Ardor & æstuatio ex calidis cibis orta, à frigidis restinguitur. N. 30.
    - Alimentis. Namq; & frigidæ aquæ potu delectatur, et cibis etiã frigidis. N. 31.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 609 sur 736

©BIUM



Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 610 sur 736

Posteriores, quæ cùm minus tegi consueuerint, iccirco ea quæ calida & frigida sunt multo facilius ferunt, quàm partes Anteriores, quæ propter consuetudinem tegumenti artificialis calidũ ferunt, frigidũ non ferunt. ὅτι τὸ θερμὸν μᾶλλον ἀνέχεται (quòd calidũ tolerant, neq; eo uel dolent, uel læduntur admodum) τὰ ἐρημότερα αἴτιά (causa est, quoniam utrique assueuerunt, nimirum & calido & frigido aeri, nec consueuerũt admodum tegi, aut saltem minus quàm anteriora) ὅτι δὲ ψυχρὸν τὰ ψυχρὰ (ἀνέχεται) ὀρθῶς (rectè, ob eandẽ causam.) N. 34.

Situm, cuius respectu uariare potest usus calidorum & frigidorum. Sic partes aliæ sunt situ & locatione

Extremæ, ut Artus ipsi: aliæ Mediæ, Truncus scilicet, in tres Ventres distinctus. Illæ ergo, quia aeri assueuerunt externo, neq; ita tegi sunt solitæ, facilius ferũt mutationes aeris & aquæ, quàm Truncus ipse, qui uestimentis tum necessitatis tum ornatus causa tegi cõsueuit. Synchysis obscuriorem reddit orationem. τὰ ἄκρεια ἐμπροσθεν (πρόσω τὸ βάλπος, nuda, neq; calori tegumentorum assueta) ὑγιὲς δὲ οὐ σύνηθες, ὥσπερ τὸ σῶμα (ut Truncus ipse medius) εὐθερμότερον τὸ ἔξω (caloris simul & frigoris qualiscunq;.) N. 35.

Ee. Comparat inter se partes secundùm

Declarat. Vide signum Ff.

Consensum mutuum, cùm eæ, quæ alijs ministrant, principum partium ueluti exploratores esse debeant in ijs quæ calida & frigida offeruntur (sicuti uentriculo palatum, pulmoni fauces famulantur) at quæ per se sunt, illæ pro se tantùm iudicij satis habeant. Proinde quod calidum uel frigidum est uni parti, alteri, quæ in consensum trahi debet, uel familiare erit, uel non familiare: adeoq; hinc calidæ & frigidæ administratio uariabit. Ergo cùm ἑκάτερον (tam calidum quàm frigidum) ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ σώματος (tam anterioribus, quàm posterioribus, tam internis quàm externis partibus) κρέσσον sit (hoc est, potentius, quàm ut superari queat. Nã mox de cute subijcit, ἐπ' ἀμφοῖν κρατίεται. et com. de Vet. med. cibum κρατίεσθαι oportere à calore natiuo asserit. Est qui pro κρέσσον intelligere malit, Salubrius & iucundius est utrumque cuilibet corporis parti, sed diuerso tempore & consilio: calidum interdum ut fomentum, frigidum ut medicamentum) iccirco singulari naturæ prouidentia partibus quibũsdam sensus utriusq; extremi exæquo datus est, ne si uno magis quàm altero delectarentur, immoderationem illius amplexantes, reliquis partibus incommodarent: N. 36. Quod ipsum

Cõfirmat exẽplis. Consensus partium uniuersi corporis manifestè patet secũdùm

Extremà quidem in calefactione & refrigeratione eorundem, cùm simul etiam calor & frigus istud reliquo corpori communicetur. N. 40.

Grauiorib. & iccirco notioribus, puta in

Euacuationibus magnis, siue pharmaco siue phlebotomia fiãt, in quibus uires totius corporis penitùs collabi experiẽtia docet, uenarum inanitionis sensu ad arterias quoque & neruos diffuso. N. 41.

Animi defectibus, à quàcunque tandem causa ortis. V. G. ex neruo puncto, ex uteri affectione, ex ictu uehementi, ex fame, ex cardialgia. Nam principio sumto ab una aliqua parte, toti corpori malum communicatur. N. 42.

Internà in affectibus

Leuioribus quibusuis alijs. Lego, κατὰ λόγον, Idem de cæteris iudicium esto. N. 43. Si uerò retineas, κατὰ λόγον, ad superiora referre oportebit. Exempli causa: si Venæ incalescant, omnes quoque partes in sensum caloris trahuntur, ad quas uenæ perueniunt, præsertim uerò partes extremæ, & quidem ea sui parte, qua uenas copiosiores recipiunt, qualis est uola manus. N. 44.

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 611 sur 736

©BIUM

Cutis ipsa tota, quatuor partib. cõstans, cuticula, corio, pinguedine et panniculo carnoso. Quæ quidem cùm reliquũ corpus totum uestiat, nec ab ullo alio uestiatur, ἔξω τοῦ οἰκείου θώρμῦ est (hoc est, nullo tegmine familiari utitur) διὰ ταῦτ' ἔξω ψυχῶν, externi ambientis frigiditatem & caliditatem ex æquo percipit, adeoq; per συνάθειαν sibi utramque familiarem facit, eandemq; persentiens, per συνέχειαν toti corpori communicat, ad conseruationem indiuidui: quod ut qualitate utraque indiget, sic etiam utriusque qualitatis sensu, sed calidi in primis, quo natura ipsa, in calido & humido posita, per se delectatur, frigido per accidens tantum, quatenus immoderationem alterius uel tollit, uel mitigat. N. 37.

Externas quidem

Artus extremi eiusdem sunt naturæ. Nam per συνήθειαν ferunt utranque qualitatem, neque citò alterationem percipiunt, ut cui longo tempore assueuerunt (βραδέως πρῶτον ἐπαίρεται. Siquidem ab insuetis tantum fit euidens & insignis passio) propter συνέχειαν uerò (cùm ad illos è reliquo corpore uenæ & arteriæ & nerui desinant) celeriter internarum partium alterationem percipiunt (ταχέως συναύξει πολλῶν. malim ἄλλων.) Translatis uocibus utitur. συναύξειν, ab alio dictata audire & persuaderi, pro eo quod est in consensum trahi, & per συμπάθειαν affici. Sic promtißimè alteratio interna externis communicatur, ut in febribus. ἐπαίρεσθαι insurgere, tumultuari, seditionem concitare, supra reliquos eleuari, hoc est, alterationem uehementem sustinere, reliquo corpore non alterato. Sic com. de Vet. medicina humores à reliqua massa seiunctos ἀέρεσθαι & μετεώρους fieri dixit. N. 38.

ff. Partes sensu exquisito calidi & frigidi præditæ sunt inter

Internas uerò, φλέβες. φλέβας hoc loco generatim pro principum partium adnatis, Neruis, Arterijs & Venis propriè dictis uidetur sumere, quorum merito totum corpus inter se consensum habet & alimenti & uitæ & motus atque sensus. Ex Lexico Hippocrateo constabit, φλέβας διδάσκειν appellari ad differentiam φλεβῶν τῶν ἑτέρων, Neruorum scilicet: atque illas rursus diuidi in αἱμορρόους & σφυζούσας, in Sanguineas & Pulsantes. Ergo cùm συνέχειαν habeant inter se διὰ συλλογείλου Venæ omnes, omnes item Arteriæ, omnes denique Nerui, quandoquidem omnes sibimuicem cohærent (ut proinde Com. de Alimento aphorismo 12. ξύρροιαν μίαν Venarum, ξυμπνοίαν μίαν Arteriarum, ξυμπάθειαν μίαν Neruorum esse pronunciarit) manifestum est, una ex his affecta, reliquas etiam in consensum trahi, neq; ullam esse, quin & per πρωτοπάθειαν & per δευτεροπάθειαν affici possit (δῆλον αἱ πρότερον καὶ ὕστερον) hocq; rursus modo uel per ἰδιοπάθειαν uel per συμπάθειαν. Nisi quis intelligere malit: Manifestum est, ex uenoso genere alias prius, alias posterius, & trahi ab alijs in consensum, & alias uicißim trahere. Nam Neruorum συμπάθεια multo maior & uelocior est, deinde etiam Arteriarum, quàm Venarum (id quod diuersitati triplicis ignis, cuius primo de Diæta n. 135. meminit, acceptum referri debet) & rursus inter Neruos alij acutioris, alij hebetioris sensus sunt, ut primo de Diæta n. 316. Eadem in Venis quoq; & Arterijs reperitur differentia: etsi diuersitatis huius ratio non semper dari possit. N. 39.

APHORISMVS IIX.

ΘΑΛΑΣΣΑ [a] δὲ τοῖσι [b] κνησμώδεσι, καὶ [c] δακνώδεσι, [d] καὶ λούειν καὶ πυελίῃ θερμῇ. [e] τοῖσι μὲν ἀλγέουσιν, ὑπολιπαίνουσι. [f] τοῖς ἕλκεα δὲ πυρίκαυσις, καὶ ἀποσύρματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πολέμιον. [g] ὄνιτήδιον δὲ τοῖσι καθαιρομένοισι. [h] ἀγαθὸν καὶ ἰσχναίνειν εὖ· ὡς [i] τὰ τῶν ἀλιέων ἕλκεα· [k] τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐπιπυεῖ, ἢν μὴ ψαύῃ. [l] καὶ τοῖς ὑποδεσμίδας. [m] καὶ τὰ νεμόμενα παύει καὶ ἴσχει, ὡς ἄλες, καὶ ἁλμυρίδες, καὶ νίτρον. [n] πάντα δὲ ταῦτα σμικρῶ μὲν χρωμένῳ ἐρεθίζει· [o] τοῖσι δὲ γυμνοῦσι δὲ ἀγαθά. [p] βέλτιον δὲ θερμὴ τοῖς πολλοῖσι.

MARE [b] pruriginosis, & [c] qui ab acribus humoribus uellicantur prodest, [d] tum lotu, tum fotu calido. [e] Nó adsuetis molestiam quandam affert. [f] At ulceribus ex adustione & excoriatione, & quęcunque talia, inimicum est. [g] Puris confert. [h] Bonum est & ad attenuandum. [i] Quinetiam ad piscatorum ulcera, [k] ut quæ neque suppurãtur, nisi admoueris. [l] Ad fascias itidem fracturarum. [m] Sed & serpentia & depascentia sedat ac sistit, non minus quàm sal, salsugo, nitrum. [n] Quæ quidẽ omnia si parcius quàm pro morbo adhibeantur, irritant: [o] sin ut superent, bona sunt. [p] Melius autem est calidũ ad plurima.

MARI-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 612 sur 736

MARINÆ aquæ usus,[2] in

- Sanis tum
  - Μὴ καθαροῖς, hoc est, uel plenitudine uel cacochymia laborantibus. Ostendit
    - Quibus prosit, quo ad
      - Constitutionem: Iis nimirum, qui uel salsis uel acribus humoribus scatent, & propterea in habitu totius pruritum punctiones sue sentiunt [b].
      - Consuetudinem. Assuetis aquæ salsæ confert, ad exiuendam humorum acredinem. At non assuetis ὑπόλυπόν τι, molestum sensum excitat. [c] An ὑπολιπαίνονται, scilicet αἱ σάρκες, attenuantur carnes, & pinguedine exuũtur [c]? uel ὑπολιπαίνῳ τις Marinæ usus non tantum acres & salsos humores euacuat, uerumetiã bonos absumit.
    - Quomodo prosit, & quo ad
      - Qualitatem. Calida administranda [d].
      - Modũ, uel Lotione, uel Fomentatione [e].
  - Καθαροῖς, nulla plenitudine uel cacochymia laborantibus. Confert enim & ad
    - Cutem rarefaciendam, detergendam, aperiendam. ἐπιτήδειον τοῖσι καθαροῖσι [g].
    - Habitum carnosum minuendum. καὶ ἰσχναίνειν εὖ [h]. ἀγαθὸν uidetur in margine glossa τὸ εὖ fuisse, mox in contextum irrepsisse. Nisi quis legere malit, ἀγαθὸν καὶ ἰσχναίνειν, καὶ ὡς τὰ τῶν ἀλ. ἕλ.
- Aegris, quoad
  - Prodest. Ratione habita
    - Aegrorũ. Sic Piscatorum mari assuetorum ulceribus seu uulneribus, ex aculeatorum contrectatione ortis, conferre ait [i]. quòd ea non suppurentur, nisi aqua salsa abluantur, tanquam suo simili maximè delectentur, aut etiam quòd salsedine ipsa uirus interius latens educatur & eliciatur [k]. Vitæ alioqui conditionem & professionem inter συνθλίξεις curatiuas à Medicis connumerari, & ars docet, & experientia suadet. Sunt qui loco ἁλιέων suspicentur legendum σκιλέων.
    - Morborũ. Sic confert &
      - Fracturis, πρὸς ὑποδεσμίδας, quando fasciæ ὑποδεσμίδες dictæ prius, quàm reliquæ, quas ἐπιδέσμας uocant, membro fracto adhibentur, ut & sanguinem affluxurũ arceant, & eum qui iam affluxit exprimant. [l] An ergo uult fascias illas in simplici fractura salsugine imbutas & exiccatas denuò adhiberi, ut maiùs robur membro adferant & abstergant? Cornarius legit, καὶ πρὸς τὰ ὑπόλας, seu λοίλας, seu σπραγγώδεας, καὶ τὰς &c. quæ opponuntur τοῖς νεμομένοις: cùm com. de Medico, quatuor ulcerum progressiones faciat.
      - Vlceribus depascentibus, exiccando & detergendo, eundemq; usum præstando, quem sal, & nitrum, & ἅλμυρὶς. [m] An muria artificialis? an brassicæ genus nitrosæ, cuius Athenæus meminit? an herba litoralis, halimus dicta?
  - Obest, Adustis & Excoriatis, ea magis irritando [f].
  - Effectũ uel Modum respectu
    - Quantitatis, de quo suprà aphor. 7. uniuersim. Videlicet si administretur
      - Parcè, minus scilicet, quàm requirat morbus, nocebit [n].
      - Liberaliter, ut morbum superet, neque parti incommodet, iuuabit [o].
    - Qualitatis. Sic calidam aquam marinam plerisq; conferre asserit [p]. Nisi quis uniuersim de calida quauis hoc credat enunciari.

APHO'

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 613 sur 736

APHORISMVS IX.

ΟΞΟΣ [a] δὲ χρῶτι μὲν καὶ ἄρθροισι παραπλήσιον θαλάσσης, [b] καὶ δυνατώτερον, [c] καθαίρειν, [d] καὶ πυριῶ. [e] καὶ ἕλκεσι τοῖσι νεοτρώτοισι, [f] θρόμβοισιν, [g] οὖ μέλασμα αἰδοίων, * καῦσις [h] οὐάτων, [i] ἢ καὶ ὀδόντων. [k] θερμῷ δὲ τῶτε, τότε ἄλλα, [l] καὶ τῇ ὥρῃ συντεκμήρεσθαι. † ἐν τῇ ξεως [m] ἅλες, καὶ πρὸς ἄλλα δὲ ὅσα, λειχῆσι, λέπρῃσιν, ἀλφοῖσι συντείνει, * παχωθὲν [n] ἐν ἡλίῳ θερμῷ. [o] μάλιστα δὲ ὀνυξὶ λεπρώδεσι. [p] κρατεῖ γὰρ μὴ χρόνον. [q] μυρμηκίας ἀπαλλοῖ, [r] καὶ τοὺς ἐν ὠσὶν ἰόντας ῥύπους. [s] μαλάσσει δὲ καὶ χρῶτα. [t] πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ, εἰ [u] μὴ ὀδμὴ ἔβλαπτε, καὶ μάλιστα γυναῖκας. [x] ἐδυνήσατο δ' ἂν καὶ πολλαχοῦ, [y] εἰ μὴ ὁ χρὼς ἐπυρώσκετο. [z] τῶτε καὶ πρὸς ὄξους πιέειν.

* ἰλύσις
† ἐνδύνει ὡς
* ἐπιχυθὲν. παχωθὲν

ACETVM [a] ad cutem & articulos simile est mari, [b] potentius tamen, & [c] perfundendo & [d] fouendo. [e] Ad ulcera item recens uulneratis, [f] & ad sanguinis grumos, [g] ubi nigredines sunt in pudendis, ad [h] collutionem aurium, & [i] dentium. [k] Calido aût & hæc & alia gaudent: [l] tamen ex anni tempore cõiecturam insuper facere oportet. Ex [m] liquatione sal tum quibusuis alijs, tum uerò etiam impetigini & lepris & uitiligini-bus conducit, [n] sub calido sole inspissatum: [o] maximè uerò confert unguibus leprosis, [p] eos q; progressu temporis expugnat: [q] uerrucas formicarias attenuat, [r] sordes in auris sanat, [s] corpus emollit. [t] Multis etiã alijs cõmodaret, nisi [u] odore offenderet, & præsertim mulieres. [x] Prodesset quoq; ad podagrã, nisi [y] cutẽ exulceraret. [z] Eadẽ fex aceti pstat.



APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 614 sur 736

APHORISMVS X.

VINVM[a] dulce ad diuturna uulnera cõmodum est assiduè utenti. Sed[b] & ad medicamentorum potionem. Austerum[c] autem tum album, tum nigrum uinũ, frigidum ulceribus cõuenit: frigidum,[d] propter caliditatem.[e] [Lanæ] Quæ frigiditatis gratia aut perfunduntur, aut induntur, aut intinguntur, ut lanæ, aquæ frigidissimæ in morẽ adhibeantur. Quæ[f] uerò adstrictionis indigẽt, ea uino nigro cũ lana irrigare cõuenit: uelut etiã betarũ folia, & linteola intincta plerisq;. At[g] quæ maiorem adstrictionem requirũt, ijs similia, ut sunt hederæ albæ folia[h], aut si quæ magis acerba ac friabilia sunt, uelut hedera & rubus, rhus coriariorũ, saluia. Item[i] quęcunq; ad emolliendum adhibentur cuiusmodi est farina cocta.

ΟΙΝΟΣ[a] δὲ γλυκὺς, ὅσα χρόνια τρώματα, συνεχέως χρωμένῳ αὔταρκες.[b] ἀτὰρ καὶ ἐς φαρμακοποσίην.[c] αὐστηρὸς δὲ ὁ λευκὸς καὶ μέλας οἶνος ψυχρὸς ἐπὶ τὰ ἕλκεα ἐνδέχεται.[d] ψυχρὸς, διὰ τὴν θέρμην.[e] [εἰρία δὲ] ὅσα μὲν ψύξιος εἵνεκα ἢ καταχεῖται, ἢ ἐνίεται, ἢ ἐμβάπτηται, ὡς ὕδωρ ψυχρότατον.[f] ὅσα δὲ † ψύξιος, ὁ μέλας οἶνος καὶ εἰρία κατρῆναι· οἷον καὶ φύλλα τευτλίων, ἢ ὀθόνια βάπτεται ἐπὶ τὰ πλεῖστα. ὅσα[g] δ' ἔτι στύψιος, οἷον κισσοῦ φύλλα, ὁ λευκός.[h] καὶ ὅσα στρυφνότερα, ἢ * ψαυθυρώτερα, οἷον † κισσός τε καὶ βάτος, ῥοὺς σκυτοδεψικὴ, ἐλελίσφακος.[i] καὶ ὅσα μαλθάσσειν δεῖ, οἷον ἄλητον ἑφθόν.

† στύψιος

* ψαφαρώτερα

† κίστος

VINI *usus multiplex, pro insigni eiusdem uarietate. Hic differentiam unam à Sapore et alteram à Colore paucis attingit. Vinum igitur*

- Dulce
  - Exterius *Vulneribus diuturnis confert assiduo usu, cùm leniat, & abstergat, absque morsu*[a].
  - Interius *Pharmacis purgantibus admiscetur, correctionis loco, uirulentiam eorundem mitigans*[b].
- Austerũ *usui chirurgico potissimũ inseruit*
  - Per se quidem Adstringentib. in
    - Genere:
      - Quid. *Frigidum ulceribus conducit*[c].
      - Cur. *Ad calorem mitigandum*[d].
    - Specie. *Confert igitur Vinum austerum tum ijs quæ oportet*
      - Refrigerare, *uel perfusione, uel immissione, seu insessione, uel lanarũ irrigatarum applicatione, dum uinũ frigidæ instar aquæ gelidissimũ sit. Videtur legendum,* ὅσα μὲν ψύξιος εἵνεκα ἢ καταχεῖται, ἢ ἐνίεται, ἢ ἐμβάπτηται (*in margine adscriptum* εἰρία, *in contextum uidetur irrepsisse*) ὡς ὕδωρ ψυχρότατον. *An sic:* ὅσα μὲν ψ. εἵ. ἢ κ. ἢ ἐ. ἢ ἐ. ὡς εἰρία (*pro* ὕδωρ) ψυχρότατον (*scilicet* οἶνον δεῖ προσφέρειν?)
      - Adstringere. Et quidem adstrictioni
        - Minori *confert lana, uino nigro imbuta: aut betæ rubræ folia mollia, aut ut in plerisq; lintea irrigata*[f]. *Lego cum Cornario,* ὅσα δὲ στύψιος.
        - Maiori *conferet uinum nigrum & austerum* (ὅσα δ' ἔτι στύψιος *scilicet,* δεῖ) *in quo uel macerata uel etiam incocta fuerint adstringentia quædam alia, tum*
          - Leuiora, *ut Hederæ folia albæ.* ὁ λευκὸς, *pro* τὸ λευκοῦ, *scilicet* κισσοῦ[g].
          - Efficaciora, *austera admodum &* ψαφαρὰ, *scabra, sicca, atq; dura. Cuiusmodi sunt hedera (nigra scilicet. An corymbos innuit? An pro* κισσὸς *legendum* κίστος, *cistus?) item rubus, rhus coriariorũ, saluia*[h]. *Alij legũt* ψαυθυρώτερα, *fortè à* ψάνω, *tãgo, stringo, quæ uehementi adstrictione gustatus organa ueluti ligant.*
  - Per accidens *Emollientibus. Sic cum farina coquitur uinum austerum, ut leui adstrictione partis robur conseruetur*[i].

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 615 sur 736

©BIUM

APHORISMVS XI.

ΤΟ [a] ψυχρὸν ὠφελέει τὰ ἐρυθρὰ, οἷα ἄλλη καὶ ἄλλη ἐκθύει ὑποπλάτη· [b] οἷα οἱ τοὺς σπλήνας * ὁλκηροὺς ἀνίσχουσιν. [c] εὐσάρκοισι δὲ καὶ ἀπαλοσάρκοισιν ὑπέρρυθρα· [d] μέλασι δὲ, καὶ οἷαι στρογγύλαι ἐοῦσαι, † θοληκὰς λέγουσι. [e] καὶ ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουσίῃσιν ἀνίσταται γινόμενα· [f] καὶ γυναιξὶν, ἐκ γυναικείων ἀναδρομὴ ὑπὸ χρῶτα· [g] καὶ ὑπὸ * ἐρεθισμὸν δέρματος, ἢ [h] ἱματίων τρηχείων ἀήθει φορήσει· [i] καὶ ἐξ ἱδρώτων ἐξόδου, ἢ [k] ἐκ ψύχεος ἐξαίφνης πρὸς πῦρ ἐλθόντι, ἢ λουτρὰ θερμὰ. [l] ταῦτα ἢν ὕστερον ποιήσει, ἔτι οὐδαμῶς ἐκθύει. [m] ἐπεὶ ὁκόσα γε ἐκ ψύχεος γίνεται, ἢ ὁκόσα τρηχύνεται κεγχρώδεα, εἶτ' ἐφελκοῦται, τὸ μὲν ψυχρὸν βλάπτει, τὸ δὲ θερμὸν ὠφελέει. [n] ἃ δὲ ἄμφω ὠφελέει, [o] τὰ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα, καὶ [p] ἄνευ ἕλκεος ποδαγρικὰ, [q] καὶ † σώματα πλεῖστα.

* ὀγκηροὺς
† δοθιῆνας
* ἐρεθισμοῦ
† σπάσματα

FRIGIDA [a] prodest papulis rubicundis, quales alia atque alia parte latiusculæ erumpunt, [b] ut in ijs qui splenia attractoria sustinent. In [c] carnosis uerò & tenera carne præditis supra modum rubicundæ sunt: in [d] nigris ueluti rotundæ, quas tholecas appellant. [e] Oriuntur autem & ex calidis lauacris, & [f] mulieribus ex mensium sub cutē recursu fiunt, [g] itē à cutis irritatione, [h] aut insolita uestimentorum asperorū gestatione, [i] & ob sudoris exitum, [k] aut si quis ex frigore derepente ad ignem, calidáue lauacra accesserit. [l] Quòd si hæc posteriùs fecerit, nequaquā ampliùs erumpunt. [m] Quæcunq; enim ex frigore fiunt, aut exasperantur instar milij, deinde exulcerantur, ijs frigida obest, calida prodest. [n] Sunt quibus utraq; conducit: [o] utputa tumoribus articulorum, & [p] doloribus sine ulcere, ac podagricis, & [q] conuulsis plerisq;.

AQVÆ simplicis usus secūdùm qualitatē uariat. Quibusdā partibus & affectibus prodest

- Alterutra: nimirum uel Aqua
  - Frigida. Ecchymomatibus, uel Exanthematibus, tuberculis, pustulis, papulis quibuscunq; à calido humore in cutem erumpentibus. [r] (An ab his differūt ἐκζέματα & ἐκβράσματα, eo solo, quòd non suppurātur, sed propter tenuitatem humoris atque cutis resoluūtur?) Quorum hîc tumultuariè affert &
    - Differentias, à materiæ diuersitate sumtas, quā ipso colore deprehendimus. Sunt enim aliæ
      - Rubræ & latiusculæ, ex sanguine fluido, quæ in ijs qui
        - Minus sanguinei, aut etiam densiore cute sunt, rubicundæ tantùm apparent [a].
        - Magis sunt sanguinei, & rariore habitu corporis, supra modū rubent. ὑπέρρυθρα, ab ὑπέρ. Cornarius subrubras interpretatur, ab ὑπὸ [c].
      - Nigræ, & rotundæ, ex sanguine crasso et adusto, quas θόληκας uocari scribit [d]. Gal. 5. de Locis δοθιῆνας alios facit duros, concoctionem uix admittētes, alios magnos & concoctu faciliores, sed cum febre. An priores illi sunt Tholeces Hippocratei? μέλανα uidetur legendum, uti respondeant τοῖς ἐρύθροις. Sin μέλασι retineas, ad corporis habitum melancholicum erunt referendæ.
    - Causas. Vide signum ☙
  - Calida prodest ijs, quæ à frigore externo uel interno humore frigido ortum sumsere pustulæ [m].
- Vtraque, tum calida, tum frigida [n]. Verbi gratia, Extremarum corporis partium
  - Tumoribus laxis, quos Oedemata uocant [o].
  - Doloribus absque ulcere, ut Podagricis [p].
  - Conuulsionibus. Sic Corn. σπάσματα legit pro σώματα [q].



☙ Inter

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 616 sur 736

©BIUM

Inter causas Tuberculorum connumeramus ea omnia, quæ humores, qui in exteriore corporis ambitu

- Nondum sunt, uel ab internis possunt
  - Euocare & extrahere. Vt sunt
    - Splenia, attractorijs medicamētis illita: ut Sinapismi & Dropaces [b]. σπλήνας ὁλκηροὺς, linteola longa magis quàm lata, splenis instar, attractioni accommodata. Sunt qui ὀγκηροὺς legant, splenes tumidos & magnos. An quòd in obstructionibus & scirrhis Lienis papulæ istæ frequenter appareant?
    - Lauacra calida, longo tempore administrata [c]. Quod ipsum Germani familiariter nouere, ex thermarum & aquarum dulcium solijs.
    - Frictiones cum asperis linteis, cum strigilibus, cum unguibus [g].
    - Attritiones tum aliæ, tum ex gestatione insolita uestimentorū asperorum, laneorum, ciliciorum ortæ [h].
  - Expellere. Quod ipsum apparet tum in
    - Menstruis mulierum, si quando ab utero in ambitum totius exundant [f].
    - Sudoribus, ex acrimonia humoris per cutem expulsi [i].
- Sunt, uel possunt
  - Dissoluere, ab externo frigore repentino condensatos, neque tamen illos propter cutis constrictionem resoluere possunt: ut proinde sub cute hærentes, pruritum excitent & abscedant, & phlyctænas excitent [k]: in talis etiam perniones, in tibijs φῶδας. uti com. de Vet. med. n. 96. Causa huius est repentinus transitus à contrario ad contrarium. Quod ex eo patet: quoniam si ij, qui refrixere, sensim incalescant, nihil tale patientur [l]. Ratio. Nam contraria contrariorum sunt remedia. Et proinde pustulæ à frigore externo ortæ, aut etiam ab interno humore frigido instar milij concretæ, eaq; propter à frigidis irritari solitæ, calidæ usu moderato sensim administrato iuuantur [m].
  - Coagulare & congelare, ab externo calore uel aeris uel aquæ prius dispersos. Quod ipsum pueris, qui in Laconico aqua frigidißima asperguntur, frequenter accidit. Subintelligitur.

APHORISMVS XII.

DE [a] hoc quinetiam constat, frigidā multam sudoribus affusam attenuare, [b] & dolorem torpefacere. [c] Torpor autem moderatus, dolorem soluit. [d] Calida quoq; attenuat ac [e] mollit.

ΤΟΥΤΟ, [a] ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ἱδρῶσιν, ἰσχναίνει, [b] καὶ ὀδύνην ναρκοῖ· [c] νάρκη δὲ μετρίη, ὀδύνης λυτικόν. [d] καὶ τὸ θερμὸν ἰσχναίνει [e] καὶ μαλθάσσει.

FRIGIDÆ & Calidæ Effectus idem in diuersis diuerso tempore. An pro τοῦτο legendum τὠυτὸ? (subintellige δύναται. Idem potest atque præstat & Calida & Frigida.) Exempli gratia

- Frigida copiosè affusa
  - Attenuat corpora sudantium, Constipando & Roborando [a]. Namque solutis humoribus per sudorem, repente affusa frigida constringit meatus, & caloris egressum prohibet, qui conclusus interius, etiam in carnosas partes agit. An legendum, ἱδρῶσιν ἰσχάνει, Exudationem sistit? Sed tunc dispar erit effectus frigidæ & calidæ.
  - Lenit, dolorem Attemperando [b]. Epanorthosi utitur. ναρκοῖ, stupefacit dolorem: non tollendo sensum partis (ut Narcotica propriè dicta, quæ uel extrema frigiditate, uel, quod probabilius est, occulta quadam ui, stuporem membris afferunt) sed spiritus feruidißimos, qui sagittæ instar confertim incūbunt (ut com. de Flatibus n. 149.) ueluti coagulando, quod Anodynorum proprium est. Spiritubus autem uel attemperatis, uel saltem hebetatis, dolor cessat [c].
- Calida copiosè affusa
  - Attenuat corpora, Resoluendo & Exoluendo [d].
  - Lenit dolorem, Laxando cutis poros (quod sibi uerbum μαλθάσσειν uelle uidetur) ut spiritus feruidi transire & expirare queant [e].

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 617 sur 736

APHORISMVS XIII.

ΤΟΙΣΙ [a] σὲ ποδαγρικοῖσι, [b] παρέσεσι, [c] πεπάνοισι, [d] σπασμοῖσι, [e] τὰ τοιαῦτα. [f] σωπάσιες, [g] τρόμοι, [h] παραπλῆγαι, [i] τὰ τοιαῦτα, χαλῶσι. [ἢ [k] χωλώσιες] [l] νάρκαι, [m] αὐαυδίαι, [n] τὰ τοιαῦτα. [o] κάτωθεν † ἀπολήμψιες. [p] Φυλάσσεσθαι δὲ ἐν τῇ ψυχρῇ χρήσει, ψυχροῖσι χρεόμενον μᾶλλον, ἢ θερμοῖσι.

† ἀπόλη-ψιες

PODAGRICIS [a,b] resolutionibus, [c] distentis, [d] conuulsis, [e] hæc ipsa conferũt. [f] Distentiones, [g] tremores, [h] leues sideurationes, & [i] similes affectiones, horũ usu remittunt. [k] Item claudicationes, [l] torpores, [m] uocis interceptiones, [n] & similes affectiones: [o] infernæ item suppressiones. [p] Cauendum tamen in frigidæ potius quàm calidæ usu, ne modum excedas.



REDIT ad Frigidæ & Calidæ usum in ijsdem Affectibus, sed Effectu diuerso, & diuerso etiam Tempore: quem Aphorismo XII. paucis insinuauerat. Textus obscurus, quoniam corruptus uidetur, cùm ter repetantur hæc uerba, τὰ τοιαῦτα, & quidem diuersis casibus tribuantur. An fortè in priore, τὰ τοιαῦτα, sub nota c, subintelligendum uerbum, συμφέρει ἄμφω, τὸ θερμὸν scilicet καὶ τὸ ψυχρόν? At secundum, sub nota i, non ad Aquam calidam & frigidam, sed ad Affectiones pertinet, τὰ τοιαῦτα (πάθήματα, prædictis similia quæuis alia symptomata) χαλῶσι (remittunt, cedunt, abeunt.) Quod uerò subiungitur, sub nota k, ἢ χωλώσιες (aut claudicationes) uidetur in margine à quopiam loco glossæ adscriptum (cùm uerbum χαλῶσι non assequeretur) à librarijs in ipsum contextum postea translatum fuisse. Tertium, τὰ τοιαῦτα, sub nota n, itidem πάθήματα subintelligendum relinquit. An in otere aduersario, & neq; ab auctore correcto, neque ut à posteritate legeretur, sed in suum tantùm usum, tanquam commentarius ἀπομνημονεύματικὸς, conscripto, plus nimio curiosum aut ingeniosum esse non oportet? Confert igitur aquæ tum frigidæ tum calidæ usus, iuxta eas, quas præced. aphorismo enarrauimus, uires (nimirum uel Constipando & Corroborando, uel Attemperando, uel Resoluendo, uel Laxando, legitimè tempore administratus) uarijs symptomatis, quæ referuntur uel ad facultatem

APHO-

Hippocratis,... Viginti duo commentarii tabulis illustrati : graecus contextus ... - page 618 sur 736

©BIUM

APHORISMVS XIV.

